

es el p^o guardián de s. fr^o de granada

R. 6185

SECUNDVS TOMVS

OPERVM DIVI AVRELI AVGVSTINI EPI-
SCOPI HIPPONENSIS, COMPLECTENS ILLIVS
epistolas, non mediocri cura emendatus per
DES. ERASMV M ROTE-
RODAMVM.

NVNC POSTREMO ACCVRATIORI
quàm antea diligentia excusus.



PARISIIS,

IN AEDIBVS YOLANDAE BONHOMME,
via ad diuum Iacobum, sub signo vnicornis.

1541

*... con bene a la pensura del ...
... de granada ... fr^o ...*

*... I. p^o ... julio ...
... la ... de ...*

*M. de ...
...
...
...*



RETRACTATIONUM, item ex epistola, quae praefixa est catalogo hæresedn ad Quod uult deum, satis quidem perspicuum est id temporis nec epistolae, nec populares orationes ab Augustino fuisse digestas: nec post id ab eo curatum, vel illud arguit, in hoc volumine, neque temporum, neque personarum, neque materiarum vlla videtur habita ratio. Certius autem id arguit, quod quaedam admittit fuerant, quæ primo statim gustu deprehendebantur Augustini non esse, quas addita censura notauimus: nonnullæ simpliciter confictæ, quod genus sunt illæ Bonifacii ad Augustinum, Augustini ad Bonifacium. Nullam tamen omnino loco mouimus, præter vnam, & vehementer prolixam, & insigniter illiteratam, ne id quidem facturi nisi eadem in Tomis haberetur. Tanta nobis cautio fuit, ne quis quid de nostra queri possit industria. Ad hæc insperæ sunt nonnullæ, quas Augustinus ipse in Retractionibus libris appellat. Quæquam interdum subdificile est epistolam à libro distinguere. Augustinus alicubi sic loquitur, quasi breuitas aut prolixitas tribuat adimatue nomen epistolæ verius, quàm orationis genus, aut argumenti ratio, præsertim quum hoc exemplum ab Apostolis venerit, vt argumenta quantum serua committerentur epistolis. Siquidem exceptis euangelis, quo nomine complectimur & Apostolorum gesta, præter epistolas nihil scripto prodiderit, sed eas de rebus haud quam familiaribus, tum quas vellent ab omnibus legi. Alicubi putat epistolam non videri, quæ non præferat nomen & scribentis, & eius ad quem scribitur. Et sanè sunt aliquot, quas vere possis epistolas dicere, referetes familiare quiddam, & instar humani colloquii, licet per pauca. Verum hac de re liberum esto suum cuique iudicium. Illud autem affirmare, non alio in opere magis elucere sanctissimi viri pietatem, charitatem, mansuetudinem, humanitatem, ciuilitatem, studium crediti gregis, amorem concordia, & zelum domus dei. Vt sagittat, vt molitur, vt se vertit in omnia, quoties affulsit aliqua spes pertrahendi vel Paganum ad Christum, vel hæreticum ad ecclesiæ communionem, vt se submittit, vt iuxta Paulum, mutat vocem suam, vnde quaque venans occasione excitanda propagandæq; pietatis, ubi- cunque sentit aliquam bonæ mentis scintillam reside- re. Cui mulierculæ, cui plebeio, cui aulico, cui pagano, cui hæretico non promptè, mansuetè, blandèq; respon- det? Quàm anxia sollicitudine, pro sceleratissimis, nec vna morte dignis Circumcellionibus intercedit? Quis maiori studio pro suis amicis interpellauit, quàm ille pro suis hostibus? Quanto nixu parturit omnes Chris- to, quàm gratulatur resipiscuntibus, quàm sollicitè pro- spicit periclitantibus, quàm sedulo docet errantes, me- dèri studens omnibus, perdere neminem. Quàm mi- fere vritur, ad quoduis exortum offendiculum? Videas verò gallinam euangelicam sollicitam & anxiam, vt sub alas colligat foueatq; pullos suos. In nonnullis episto- lis agnoscere licebit & illud forense dicendi genus,


quod Græci δεικνικόν appellant, præcipue quum agit aduersus Donati factionem: nec deest argumentorum subtilitati quæ illi peculiaris est, δεικνικόν. Verum siue docet, siue corripit, siue pugnat cum deploratis hostibus, nusquam tamen non sentias Christianæ charitatis natiuam dulcedinem, vt, si tamen congruit hæc collatio, mihi videatur quendam & Comædia referre Mi- tionem, qui tum mitis etiam est, quum obiurgat maxi- me. In hoc vno velut in speculo contemplari licet epi- scopum qualem depinxit Paulus, & νεώλιπτομ, κηφάλιομ, σέφρονα, κόσμιον, φιλόενομ, διδάκτικομ, μη πάρονομ, μη τοληκτιμ, μη εὐχερομ, ἀλλ' ἐπιφύη, ἀμαχαρομ, ἀβλάστου ζομ, μη ἀνόδομ, μη ὄψιλομ, ἀλάραδομ, ἐκκατῶ, ἴσοιομ, δ' ἰ- καιομ, ἐντεχόμενομ τοῦ ἰσίου διδάχλῶ τοῦ εὐδῶ λόγου, δ' ἰσασ- τὸμ καὶ παρὰκατὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς ὑγιαίνουσῆ, καὶ τοῦς ἀγρίοις ἰσὶν ἀλέγχον, μετὰ πάσης πρῶοτητος. ~~Acti- uo episcopi sui ad honorem occupat theologo, pudet opi- nor quod siam sui supercilij, cum infensu conuincit, pu- det qd iuris cum imperio maribus copulatur.~~ (Ex aliis Augustini libris perspicere licebit, qualis fuerit adhuc infans in Christo: ex aliis, qualis fuerit iuuenis, qualis senex, ex hoc vno volumine semel totum Augustinum cognosces. Vberiores fructus nobis dedisset illud inge- nium, si in Italia, Galliæve vel nasci, vel viuere contigis- set. Rudis erat Aphrica, voluptatum auida, studiorum inimica, curiosarum rerum appetens. Vnde frequenter exercent illum quæstionibus subfriolis, nec multum facientibus ad pietatem: & ad suæ gentis affectus saepe cogitur attemperare calamum. Verum tali excolendo senticeto, tali opus erat agricola. Quanquam digniora lectu scripturæ erat, si vel ad Romanorum aut Græco- rum iudicia se composuisset, vel minus indulcisset sim- plicium imperitiæ. Sed Christiana charitas prius habet prodesse quàm plurimis, quàm probari præcipuis, fra- ternæ salutis, quàm suæ gloriæ sitientior. Quosdam au- tem, præcipue mulierculas, pia quadam habebat ambi- tio, pulchrum esse ducentes, qualecunque scriptum im- petrasse ab episcopo. Ita factum est, vt dum vir pius om- nium votis obsequitur, minus alicubi satis faciat lectori fastidioso. Vix quenquam crediturum opinor, quatum mihi sudoris exhaustum sit in tollendis mendis, ac re- ponenda sermonis confusissima distinctione. Sed ea demum perfecta est eleemosyna, quæ confertur nescien- ti generosior etiâ, quæ confertur auersanti. Hæc Chris- to fœneramus, nõ hominibus, quorum vix credibilem ingratitudinem in nimium multis experimur. Quan- quam horum malitia nequaquam nos à benefaciendi studio deterrebit vnquam. Cum optimæ fidei debitore nobis res est. Ne quid omittam, ab huius voluminis cal- ce refectimus loquacissimam Coronidè sub titulis Cy- rilli, subito latine loquentis, & Augustini Græco male latine scribentis, impudentissimè confictam. Cuius ta- men legendæ si quem forte tenet libido, reperiet inter ea quæ diui Hieronymi Tomis adiuncta sunt. Illic ex- plect sese affatim, qui talibus capitur deliciis. Hæc cor- date lector, fac euoluas attentè, non penitebit insum- pti temporis. Bene Vale. Datum Basilee Anno 1527 mense Octobri.

1. Timo. Tit. a.

DIVI AVRE

LII AVGVSTINI HIPPO- nensis episcopi Liber epistolarum feliciter incipit.

Augustinus Volufiano, exhortans illum ad scribendum, et indicans quid ex literis sacris illi potissimum sit legendum. Epistola Prima.



DOMINO ILLUSTRIS, & merito præstantissimo filio Volufiano, Augustinus Episco- pus. De salute tua quæ & in hoc seculo, & in Christo esse cupio, sanctæ matris tuæ votis sum fortasse etiam ipse non im- par. Vnde meritis tuis reddens salutationis obsequium, hortor vt valeo, vt literarum verè certèq; sanctarum studio te curam nõ pigeat im- pendere. Sincera enim & solida res est, nec fucatis elo- quiis ambit ad animum, nec vilo linguæ tectorio ina- ne alicui ad pendulum crepitat. Multam mouet, non verborum sed rerum audium, & multum terret, factu- ra securum: Præcipue Apostolorum linguas exhortor vt legas, ex his enim ad cognoscendos prophetas exci- taberis, quorum testimoniis vtuntur Apostoli. Si quid autem vel cum legis vel cum cogitas tibi oritur quæ- stionis, in quo dissoluendo videar necessarius, scribe vt rescribam. Magis enim hoc fortè domino adiuuante potero, quàm presentialiter tibi loqui tecum, non solum propter occupationes varias & meas & tuas, quoniam non cum mihi vacat, occurrit vt & tibi vacet, verum- etiam propter eorum irruentem præsentiam, qui ple- runque non sunt apti tali negotio, magisq; linguæ cer- taminibus, quàm scientiæ luminibus delectantur. Quod autem scriptum habetur, semper vacat ad legendum, cum vacat legenti: nec onerosum sit præfens, quod cum vo- les sumitur, cum voles ponitur.

† officium.

Quid in pri- mis legedi.

B

† præfens talia.

Comodius scribere.

Volufianus Augustino proponens illi quæstiones quomodo deus immensus claudi poterit utero virginis: et an mundi curam deseruerit interim, et an miraculis satis de- clarata sit eius diuinitas. Epistola II.

DOMINO verè sancto ac merito venerabili patri Augustino Episcopo, Volufianus. Pe- titis à me vir probitatis iustitiæq; documen- tum, vt aliqua ex ambiguis lætionis perita discenda perconter. Amplector gratiam muneris imperati, me- que libens in disciplinas tuas offero, veteris sententiæ autoritatem sequutus, quæ nullam ad perdiscendum abundare credit ætatem. Neq; immerito sapiens pru- dentiæ studia nullis terminis neq; sine conclusit, quan- do primordiis suis remota virtus nunquam adeo re- seratur adeuntibus, vt omnis protinus ad agnitionem pateat. Domine verè sancte ac merito venerabilis pater, est opera precium cognoscere habitam inter nos proximè confabulationem. Quibusdam amicorum conuentibus aderamus frequentes, proferebantur il- lic pro ingenii studiisque sententiæ: Erat tamen ser- mo * Rhetorica partitio (apud agnoscentem loquor) nam etiam ista paulo antè docuisti. Adstruebatur quid esset inuentio, quæ inuentionis acrimonia, quantum disponendi labor, quæ translationis gratia, quæ * ico- nismatum pulchritudo, & pro ingenio naturæque ma- Thomas secundus

*Hunc titulum Cicero dedit libro suo. *Icarus imago. Icarus in schema est.

teriat, apposta etiam dicendi facultas. Alij rursus poeti- cam eleuabant fauentes. Ne hanc quidem eloquenti- æ partem tacitam aut inhonoram reliquis, vt con- uenienter poeta dixerit: Inter victrices hederas tibi serpere lauros. Dicebatur ergo quantus iconiæ esset or- natus, quæ metaphorarum venustas, quanta in com- paratione sublimitas, iam leues enodesque versus, atq; vt ita dixerim, cæsurarum modulata variatio. Tunc ad familiarem tuam philosophiam sermo defleatur, quam ipse Aristotelico more tanquam * Esotericam fouere consueueras. Quærebamus & quid egerit præ- ceptor ex Lycio: quid Academia: multiplex & conti- nuata cunctatio: quid ille disputator ex porticu: quid Physicorum peritia: quid Epicureorum voluptas: quid inter omnes infinita disputandi libido. Tuncq; magis ignorata veritas, postquam præsumptum est quod possit agnosci. Dum in his confabulatio nostra remo- ratur, vnus è multis: & quis, inquit, est sapientia ad perfectum Christianitatis imbutus, qui ambigua in quibus hæreo possit aperire, dubiosq; sensus meos ve- ra vel verisimili credulitate firmare? Stupemus tacen- tes. Tunc in hæc sponte prorupit: Miror verum mundi dominus & rector, intemeratæ fœminæ corpus im- pleuerit, pertulerit decem mensium longa illa fasti- dia mater, & tamen virgo enixa sit solenitate parien- di, & post hæc virginitas putetur intacta. * His & alia subneçtit: Intra corpusculum vagientis infantia latet, cui parua * putatur vniuersitas: patitur puerilitatis an- nos, adolescit, iuuentute solidatur: tamdiu à sedibus suis abest ille regnator, atque ad vnum corpusculum totius mundi cura transfertur: Deinde in somno re- soluitur, cibo alitur, omnes mortalium sentit affectus, nec vllis competentibus signis tantæ maiestatis indi- cia clarescunt, quoniam larualis illa purgatio, debi- lium curæ, reddita vita defunctis, hæc si & alia cogi- tes, deo parua sunt. Interuenimus vterius inquirenti, solutoq; contentu, ad potioris peritiæ merita distuli- mus, ne dum incautus secreta temerantur, in culpam deflecteret error innocuus. Accepisti vir totius gloriæ capax imperitiæ confessionem, quid à partibus no- stris desideretur agnoscis. Interest famæ tuæ, vt quæ- sita nouerimus. Vt cunque absque detrimeto cultus di- uini in aliis sacerdotibus toleratur incertia, at cum ad antistitem Augustinum venitur, legi deest quicquid contigerit ignorari. Incolumem venerationem tuâ diuinitas summa tueatur domine verè sancte ac me- rito venerabilis pater. Augustinus Volufiano ad singula respondet Epistola III.

D quo imago rei ponitur ob oculos.

*Esotericã vox notha est, quidam codex esoterã ab eo adferit vt dicimus necore ricã. Scribendum opinor Esotericam quod est, iustiore.

†herentes. Noua verò quæstio. E

*aliis, intacta permanferit. *† aliis, par vix.

Significat leprosus nisi datos sanatos, & mormos excitatos.

† vestris.

Subscriptio. F



DOMINO illustri & merito insigni, & præ- stantissimo filio Volufiano, Augustinus in do- mino salutem. Legi literas tuas, in quibus vidi magni cuiusdam dialogi specimen, laudabili bre- uitate comprehensum. Respondere igitur debui, nec pro dilatione aliquid excusationis opponere. Accidit enim opportunè, vt ab alijs negotiis mihi aliquantu- lum vacaret. Quibus autem distandis hoc ocium sta- tueram impendere, paululum distuli, nequaquam ius- tum esse arbitratus, vt quem ad quærendum exhorta- tus ipse fueram, differrem quæretem. Quis autem no- strum, qui Christi (vt possumus) gratiam ministramus, cū tua verba legerit, ita te velit doctrina instrui Chris- tiana, vt tibi tantum sufficiat ad salutem, non huius vitæ quàm vaporis esse simillimam, tantillum appa- rentis & ilico vanescentis atque pereuntis, sermo di- a ij uinus

Pro mission de los señores inuidores y queramos este cuerpo conforme al exordio de el libro de caridad pagada en las de maio de 1562. N. S. S. de...

G uinus admonere curauit, sed illā salutem propter quā adipiscendam & in eternum obtinendam Christiani sumus: Parum est ergo nobis sic te instrui, vt tibi sit liberando satis. Ingenium quippe & eloquiū tuum tam excellens tamq; luculentum, prodesse debet etiam cæteris, contra quorum tarditate seu peruersitate, conuenientissimè defendenda est tantæ gratiæ dispensatio, quam superbæ animulæ nihili pendunt, quæ nimis affectant plurimum posse, & ad sua vitia sananda vel etiam refrenanda, nihil possunt. Quæris igitur: Vtrum mundi dominus & rector intemeratæ femina corpus impleuerit, pertulerit decem mensium longa illa fastidia mater, & tamen virgo enixa sit, solennitate pariendi, & post hæc virginitas inuiolata permanserit. Vtrum intra corpusculum vagientis infantia latuerit, cui parua *† putatur vniuersitas, passus fuerit puerilitatis annos, adoleuerit, iuuentute solidatus sit, tam diu à sedibus suis abfuerit regnator ille, atque in vnum corpusculum, totius mundi cura translata sit, deinde in somnos resolutus sit, cibo alitus, omnes mortalium senserit affectus, neque vllis competentibus signis claruerint tantæ maiestatis indicia, quoniam larualis illa purgatio, debiliū curæ, reddita vita defunctis, hæc & alia si cogites, deo parua sunt. Hæc scribis in quodam conuentu amicorum ab vno ex multis qui aderat illatam esse quæstionem, vos autem interuenisse vterius inquirenti, solumq; conuentum, ad potioris peritiæ merita distulisse, ne dum incautus secreta temerantur, in culpam deflecteret error innocuus. Deinde ad me literarum tuarum dirigit intentionem, & post hanc imperitiæ confessionem, admones vt à partibus nostris quid desideretur agnoscam. Adiungis etiam famæ meæ interesse vt quæsitaueritis, quod vtrunque absque detrimento diuini cultus in aliis sacerdotibus toleratur incertitia, at cum ad me antistitè venitur, legi deesse quicquid contigerit ignorari. Primum igitur hanc de me opinionem facile præsumptam, quælo deponas, eumq; animum quantum erga me beneuolentissimum soluas atque exuas: ac de me mihi magis quā vlli alij credas, si mihi dilectionis vicē rependis. Tanta est enim Christianarū profunditas literarum, vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia vsque ad decrepitam senectutem maximo ocio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere: Non quo ad ea quæ necessaria sunt salutem, tanta in eis perueniatur difficultate, sed cum quisque ibi fidem tenuerit, sine qua piè recteque non viuatur, tam multa, tamq; multiplicibus mysteriorum vmbraculis opaca intelligenda proficientibus restant, tantæque non solum in verbis quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus quæ intelligendæ sunt latet altitudo sapientiæ, vt annosissimis, acutissimis, flagrantissimisque cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem scriptura quodam loco habet. Cum consummauerit homo, tunc incipit. Sed quid hinc plura: Veniendum potius est ad rem quam requiris: Vbi primum scirete volo, non hoc Christianam habere doctrinam quod ita sit deus infusus carni qua ex virgine nasceretur, vt curam gubernandæ vniuersitatis, vel deseruerit vel amiserit, vel ad illud corpusculum quasi contractam materiam collectamq; transfulerit. Hominum iste sensus est, nihil nisi corporea valentium cogitare, siue ista crassiora, sicut sunt humor atque humus, siue subtiliora, sicut aëris & lucis, sed tamen corpora, quorum nullum potest esse vbique totum, quo-

niam per innumerabiles partes aliud alibi abeat, *† necesse est. Et quantumcunque sit corpus seu quātulumcunque corpusculum loci occupet spatium, eundemq; locum sic impleat, vt in nulla eius parte sit totum, ac per hoc densari ac rarefcere, contrahi & dilatari, in minutias deteri, & grandescere in molē, non nisi corporum est. Longè aliud est animæ natura quàm corporis, quanto magis dei, qui creator est & animæ & corporis: Non sic deus dicitur implere mundum, velut aqua, velut aër, velut ipsa lux, vt minore sui parte, minorem mūdi impleat partem, & maiore maiorem. Nouit vbique totus esse, & nullo contineri loco. Nouit venire non recedendo vbi erat. Nouit abire non deserendo quò venerat. Miratur hoc mens humana, & quia non capit, fortasse nec credit: Se ipsam primitus ingrata miretur, se ipsam paululum si potest attollat à corpore, & ab eis rebus quas solet sentire per corpus: & videat ipsa quid sit quæ vtitur corpore. Sed forte non potest: Magni quippe est ingenij, vt ait quidam, seuocare mentem à sensibus, & cogitationem à consuetudine abducere. Ipsos ergo corporis sensus, aliquantulum infuetius & vigilatius perscrutetur. Sūt certè quinque partiti corporis sensus, qui nec sine corpore, nec sine anima esse possunt, quia neque sentire est nisi videntis, quod ab anima est corpori, neque sine corporis instrumentis, & quasi vasis atque organis videmus, audimus, cæterisq; tribus vtimur sensibus: intendat hæc anima rationalis, & sensus corporis non sensibus corporis, sed ipsa mente atque ratione consideret. Certè sentire homo non potest nisi viuatur, viuatur autem in carne, antequam morte vtrunque dirimatur. Quomodo igitur anima quæ sunt extra carnem suam sentit, quæ non nisi in carne sua viuatur: An non ab eius carne longissimè absunt sidera in cælo: An non in cælo videt solem? An sentire non est videre, cum sit in quinque sensibus cæteris excellentior visus? An & in cælo viuatur, quia & in cælo sentit, & sensus esse non potest *† vbi vita non est? An sentit, & vbi non viuatur, quia cum in sua tantum carne viuatur, sentit etiam in his locis quæ præter eius carnem continent ea quæ tangit aspectu? Vides ne quàm hoc sit latebrosum in sensu tam conspicuo qui visus dicitur? Attende & auditum: Nam & ipse se foras quodammodo diffundit à carne. Vnde enim dicimus: Foris sonat, nisi ibi sentiamus vbi sonat? Ergo & illic extra carnem nostram viuimus. An sentire possumus, & vbi non viuimus, cum sensus sine vita esse non possit? Cæteri tres sensus, apud se ipsos sentiunt, quantum de olfactu vtrunque possit dubitari. De gustu autem atque tactu, nulla controuersia est, quod ea quæ gustamus & tangimus, non alibi quàm in carne nostra sentimus. Proinde isti tres sensus, ab hac consideratione semoueantur. Visus auditusque afferunt mirabilem quæstionem: Aut quomodo anima sentiat vbi non viuatur, aut quomodo viuatur vbi non est. Neque enim nisi in carne sua est. Sentit autem etiam præter carnem suam. Ibi quippe sentit vbi videt, quia & videre sentire est. Ibi sentit vbi audit, quia & audire sentire est. Aut ergo & ibi viuatur, ac per hoc, etiam & ibi est, aut sentit & vbi non viuatur, aut viuatur & vbi non est. Hæc omnia mira sunt, nihil horum affirmari sine quādā velut absurditate potest: & de sensu loquimur morticino. Quid igitur est ipsa anima, præter corporis sensum, id est in mente qua ista considerat? Neque enim sensu corporis, de ipsis sensibus corporis iudicari: & putamus nobis de omnipotentia dei incredibile dici aliquid,

A quid, cum dicitur verbum dei per quod omnia facta sunt, sic assumpsisse corpus ex virgine, & sensibus apparuisse mortalibus, vt immortalitatem suam non corruerit, vt eternitatem suam non mutauerit, vt potestatem suam non minuerit, vt administrationem mundi non deseruerit, vt à sinu patris, id est à secreto quo cum illo & in illo est, non recesserit? Verbum dei sic intellige per quod facta sunt omnia, nõ vt eius transire aliquid cogites, & ex futuro præteritum fieri. Manet sicuti est, & vbique totum est. Venit autem cum manifestatur, & cum occultatur abscedit. Adest tamen siue occultum siue manifestum, sicut lux adest oculis & videntis & cæci, sed videnti adest præsens, cæco vero absens. Adest & vox audientibus auribus, adest etiam surdis, sed illis patet, istis latet. Quid autem mirabilis quàm id quod accidit in vocibus nostris, verbisq; sonantibus, in re scilicet raptim transitoria? Cum enim loquimur, ne secundæ quidem syllabæ locus est nisi prima sonare destiterit, & tamen si vnus assit auditor, totum audit quod dicimus, & si duo assint, tantum ambo audiunt, quod & singulis totum est. Et si audiatur multitudo silens non inter se particulatim comminuunt sonos tanquam cibos, sed omne quod sonat & omnibus totum est, & singulis totum. Ita ne iam non illud est potius incredibile, si verbum hominis transiens quod exhibetur auribus, verbum dei permanens non exhibetur rebus: vt quemadmodum hoc simul auditur à singulis etiam totum, ita illud simul vbique sit totum? Non itaque metuendum est corpusculum infantia, ne in illo tantas deus angustias passus esse videatur. Neque enim mole sed virtute magnus est deus, qui providentia sua meliorem sensum magis formiculis & apiculis dedit quàm asinis & camelis: Qui ex grano minutissimo seminis tantam ficulnæ arboris magnitudinē creat, cum ex multo maioribus seminibus longè minora multa nascantur: Qui pupillam tam paruam dicitur acie, qua per oculos emicæte, in ictu temporis cælum propè dimidium lustraret: Qui ex puncto & quasi centro cerebri, sensus omnes quaternaria distributione diffudit: Qui corde membro tam exiguo vitalem motum per corporis cuncta dispensat, his atque huiusmodi rebus, insinuans magna de minimis, qui nõ est paruus in paruus. Ipsa enim magnitudo virtutis eius, quæ nullas in angusto sentit angustias, vterum virginalem, non aduentitio sed indigena puerperio fecundauit. Ipsa enim animam rationalem, & per eandem etiam corpus humanum, totumq; omnino hominem in melius mutandum, nullo modo in deterius mutata coaptauit: nomen humanitatis ab eo dignanter assumens, diuinitatis ei largiter tribuens. Ipsa virtus per inuiolatæ matris virginea viscera, membra infantis eduxit, quæ postea per clausa ostia, membra iuuenis introduxit. Hic si ratio quaeritur, non erit mirabile: si exemplum poscitur, non erit singulare. Demus deum aliquid posse, quod nos fateamur inuestigare non posse. In talibus rebus, ratio facti est potentia factientis. Iam illud, quod in somnos soluitur, & cibo alitur, & omnes humanos sentit affectus, hominem persuadet hominibus, quem non consumpsit vtrique sed assumpsit. Ecce sic factum est, & tamen quidam hæretici, peruersè mirando laudandoq; eius virtutem, naturam humanam in eo prorsus agnoscere noluerunt, vbi est omnis gratiæ commendatio, qua saluos facit credentes in se, profundos thesauros sapientiæ & scientiæ continens, & fide mentes

imbuens, quas ad æternam contemplationem veritatis incommutabilis prouehat. Quid si omnipotens, hominem vbi cunque formatum non ex materno vtero crearet, sed repentinum inferret aspectibus? Quid si nullas ex paruulo in iuuentam mutaret atates, nullos cibos, nullos caperet somnos, nõnne opinionem confirmaret erroris, nec hominem verum suscepisse villo modo crederetur: & dum omnia mirabiliter facit, auferret quod misericorditer fecit? Nunc verò ita inter deū & homines mediator apparuit, vt in vnitatem personæ copulans vtrunque naturam, & solita sublimaret insolitis, & insolita solitis temperaret. Quid autem non mirum facit deus, in omnibus creaturæ motibus, nisi consuetudine quotidiana viluissent? Denique quàm multa vilitata calcantur, quæ considerata stupentur: sicut ipsa vis seminū, quos numeros habet & quàm viuaces, quàm efficaces, quàm latenter potentes, quàm in paruo magna molientes, quis adeat animo, quis promat eloquio? Ille igitur sibi hominem sine femine operatus est, qui in rerum natura sine feminibus operatur & semina. Ille in suo corpore numeros temporum mensurasque serauit ætatum, qui sine vlla sui mutabilitate mutando contexuit ordinem seculorum. Hoc enim creuit in tempore, quod cepit ex tempore. Verbum autem in principio, per quod facta sunt tempora, tempus elegit quo susciperet carnem, non temporari cessit vt verteretur in carnem. Homo quippe deo accessit, non deus à se recessit. Sic autem quidam reddi sibi rationem flagitant, quomodo deus homini permittus sit, vt vna fieret persona Christi, cum hoc semel fieri oportuerit, quasi rationem ipsi reddant de re quæ quotidie fit, quomodo misceatur anima corpori, vt vna persona fiat hominis: Nam sicut in vnitatem personæ anima vnitur corpori vt homo sit, ita in vnitatem personæ deus vnitur homini, vt Christus sit. In illa ergo persona mixtura est animæ & corporis, in hac persona mixtura est dei & hominis, si tamen recedat auditor à consuetudine corporum, qua solent duo liquores ita commisceri, vt neuter seruet integritatem suam, quanquam & in ipsis corporibus aëri lux incorrupta misceatur. Ergo persona hominis, mixtura est animæ & corporis: persona autem Christi, mixtura est dei & hominis. Cum enim verbum dei permittum est animæ habenti corpus, simul & animam suscepit & corpus. Illud quotidie fit ad procreandos homines: hoc semel factum est ad liberandos homines. Veruntamen duarum rerum incorporearum commissio facilius credi debuit, quàm vnus incorporeæ, & alterius corporeæ. Nam si anima in sua natura non fallitur, incorpoream se esse comprehendit, multo magis incorporeum est verbum dei, ac per hoc verbi dei & animæ credibilior debuit esse permittio, quàm animæ & corporis. Sed hoc in nobis ipsis experimur, illud in Christo credere iubemur. Si autem vtrunque nobis pariter inexpertum credendum præciperetur, quid horum citius crederemus? Quomodo non fateremur duo incorporea, quàm vnum corporeum atque incorporeum facilius potuisse misceri, si tamen non indignè ad ista missionis vel mixturæ nomen admittitur propter consuetudinem corporalium rerum, longè aliter se habentium aliterq; notarum? Verbum igitur dei, idemque dei filius, patri coæternus, eademque virtus & sapientia dei, à superno sine creaturæ rationalis vilitate ad infimum finem creaturæ corporalis attingens fortiter, & disponens omnia suauiter, præsens & la-

*† aliàs, vix par.

Larualis purgatio.

Scripturæ profunditas.

Lux corpus.

*† aliàs, habet. K

Cicero.

Sensus corporis. L

† non alibi exhiberet.

*esse potest.

M

† sibi.

† eui Mens. o vsq.

Deus homini permittus dura loquitur.

Mixtura.

Mixtura.

E

Permissio.

G tens, nusquam conclusa, nusquam discissa, nusquam tumida, sed sine mole ubiq; tota, longè alio modo quodam quàm eo quo creaturis ceteris adest, suscepit hominem, seque & illum fecit vnum Iesum Christum, mediatorem dei & hominum, æqualem patri secundū diuinitatem, minorem patre secundum carnem, hoc est secundum hominem, incommutabiliter immortalem secundum æqualem patri diuinitatem, eundemq; mutabilem atque mortalem secundum cognitam *† nobis infirmitatem, in quo Christo eo tempore, quod opportunissimum ipse nouerat, & ante secula disposuerat, venit hominibus magisterium & adiutorium, ad capeſſendam sempiternam salutem. Magisterium quidem vt ea quæ hic antedicta sunt vtiliter vera, non solum à prophetis sanctis qui omnia vera dixerunt, verum etiam à philosophis atque ipsiſ poëtis, & huiusmodi authoribus literarum, quos multa vera falsis miscuisse quis ambigat? Illius etiam in carne præsentata confirmaretur authoritas, propter eos qui lilla non possent in ipsa intima veritate cernere atque discernere: Quæ veritas & antequam hominem assumeret, ipsa aderat omnibus qui eius participes esse potuerunt:

H Maximè verò suæ incarnationis exemplo id salubriter persuasit, vt quoniam homines plerique diuinitatis auidi, per potestates cœlestes quas deos putarent, ritusque varios illicitorum nō sacrorum sed sacrilegiorum, ambiendum sibi arbitrarentur ad deum, magis superbè quàm piè, qua in re per angelis sanctis eis se demones superbæ cogitationis supponunt: scirent homines tam proximum esse deum pietati hominum, ad quem velut longè posicū per interpositas potestates ambiebant, vt hominem suscipere dignaretur, & cum illo vniri quodammodo, vt ei sic coaptaretur homo totus, quemadmodum animæ corpus, excepta concretionē mutabili, in quam non cōuertitur deus, & quam videmus quod habeat & corpus & animus. Adiutorium autem, quod sine gratia fidei quæ ab illo est, nemo potest vincere concupiscentias vitiosas, & si qua earum residua non vicerit veniali remissione purgari. Quod ergo ad magisterium eius attinet: quis nunc extremus idiota, vel quæ abiecta muliercula non credit animæ immortalitatem, vitamque post mortem futuram? Quod apud Græcos olim primus Pherecydes Assyrius cum disputasset, Pythagoram Samium illius disputationis nouitate perimotum ex athleta in philosophum vertit. Nunc ergo quod Maro ait, & omnes videmus, Amomum Assyrium vulgo nascitur. Quod autem ad adiutorium gratiæ pertinet quæ in Christo est, ipse est omnino, Quo duce si qua manent sceleris vestigia nostri Irrita perpetua soluent formidine terras. Sed nullis inquit, competentibus signis claruerunt tantæ maiestatis indicia, quia larualis illa purgatio, debiliū curæ, reddita vita defunctis, si & alia cōsiderentur, deo parua sunt. Fatemur quidem & nos talia quædam fecisse prophetas. Nam in his signis quid excellentius quàm mortuos resurrexisset? Fecit hoc Helias, fecit hoc Helifæus. Nam de magorum miraculis, vtrum etiam mortuos suscitauerint, illi viderint qui & Apuleium se contra magicarum artium crimina copiosissimè defendentem, conantur non accusando sed laudando conuincere. Nos legimus magos Aegyptiorum artium istarum peritissimos, à Moysè famulo dei fuisse superatos, cum illi quædam mira nefandis artibus agerent, ille deo simpliciter † inuocato, machinamenta eorum cuncta sub-

Minor.

*† alijs, cognata m.

Pherecydes Pythagoras

Cicero in Tusculanis. Virgilius Aeglo. 4.

1. Reg. 17. 4. Reg. 4.

Apuleius.

Exodi. 7. & sequenti.

† simpliciter

uerteret. Sed & ipse Moyses & ceteri prophetae veracissimi dominum Christum prophetauerunt, & gloriam magnam ei dederunt, hunc non tanquam parem sibi nec in eadem miraculorum potentia superiorem, sed planè dominum deum omnium & hominè propter homines factum vterumque prænuñciauerunt. Qui propterea & ipse talia facere voluit, ne esset absurdum, quæ per illos fecerat, si ipse non faceret. Sed tamen & aliquid proprium facere debuit: Nasci de virgine, à mortuis resurgere, in cœlum ascendere. Hoc deo qui parū putat, quid plus expectet ignoro. Arbitror enim talia flagitari, qualia gerens hominem facere non debuit. Nam in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt. Num homine assumpto, alium mundum facere debuit, vt eum esse crederemus, per quem factus est mundus? Sed nec maior mundus, nec isti æqualis in hoc mundo fieri posset. Si autem minorem faceret infra istum, similiter hoc quoque parum putaretur. Quia ergo non oportebat vt nouum faceret mūdum, noua fecit in mūdo. Homo enim de virgine procreatus, & à mortuis in æternam vitam resuscitatus, & super cœlos exaltatus, potentius fortasse opus est quàm mundus. Hic fortè respondent, se factum hoc esse non credere. Quid ergo fiet hominibus, qui minima contemnunt, maiora non credunt? Reddita vita defunctis, ideo creditur quia & alij fecerunt, & parum est deo. Caro propria de virgine creata, & à morte in æterna vita super cœlos leuata, ideo non creditur, quia nemo fecit, & competit deo: ac per hoc quæ sibi quisque facilia non factu sed captu putat, æquo animo accipit, supra ea veluti ficta pro falsis ducit. Noli eis esse similis obsecro te: Disputantur hæc latius, & omnis quaestionum necessariorum sinus perscrutati discussiq; panduntur: sed intellectui fides aditum aperit, infidelitas claudit. Quem non moueat ad credendum tantus ab initio ipse rerum gestarum ordo, & ipsa connexio temporum: præteritis fidem de præsentibus faciens, priora posterioribus & recentioribus antiqua cōfirmans: Eligitur vnus ex gente Chaldæorum, pietate fidelissima præditus, cui promissa diuina post tantam seculorum seriem nouissimis temporibus complenda prodantur, atque in eius semine omnes gentes habituræ benedictionem prænuñciantur. Sic vnum deum verum colens vniuersitatis creatorem, gignit filium senex, de coniuge quam spe pariendi penitus destitutam sterilitas atæque iam fecerat. Propagatur ex illo numerosissimus populus, multiplicatus in Aegypto, quò illam stirpem ex orientalibus partibus, promissis effectisq; crebescens dispositio diuina transmiserat. Educitur ex Aegypti seruitute gens valida, horrendis signis atq; miraculis, pulsusq; impiis gentibus, in terram promissionis perducta & constituta, regno etiam sublimatur. Deinde præualeſcente peccato, sacrilegis ausibus deum verum qui eis tanta beneficia contulerat sapissime offendens, variisq; flagellata cladibus, & prosperitatibus consolata, vsque ad Christi incarnationem declarationemque perducitur. Quem Christum, dei verbum, dei filium, deum in carne venturum, mortuum, resurrecturum, in cœlum ascensurum, præpollentissimo tuo nomine, in omnibus gentibus dicatos sibi populos habiturum, Inq; illo remissionem peccatorum, salutemque æternam futuram esse credentibus, omnia gentis illius promissa, neque prophetia, sacerdotia, sacrificia, templum, & cuncta omnino sacramenta

K

Ioan. 1.

L

Salustius.

Series fidei Christianæ.

Gen. 12.

M

† bona.

A menta sonuerūt. Venit Christus, cōplentur in eius ortu, vita, dictis, factis, passionibus, morte, resurrectione, ascensione omnia præconia prophetarum. Mittit spiritum sanctum, implet fideles vna in domo congregatos, & hoc ipsum promissum orando atque desiderando expectantes. Impleti autem spiritu sancto, loquantur repente linguis omnium gentium, arguunt fidenter errores, prædicant saluberrimam veritatem, exhortantur ad penitentiam præteritæ culpabilis vitæ, indulgentiam de diuina gratia pollicentur, prædicationem pietatis veræq; religionis signa congruentia & miracula consequuntur. Excitatur aduersus eos sæua infidelitas, tolerant prædicta, sperant promissa, docent præcepta, numero exigui per mundum disseminantur, populos facilitate mirabili conuertunt, inter inimicos augentur, persecutionibus crescunt, per afflictionum angustias vsq; in terrarum extrema dilatantur. Ex imperitissimis, ex abiectissimis, ex paucissimis illuminantur, nobilitantur, multiplicantur, præclarissima ingenia, cultissima eloquia, mirabilisq; peritias acutorum, facundorum atque doctorum subiungunt Christo, & ad prædicandum viam pietatis salutisq; conuertunt: Alternis aduersitatibus & prosperitatibus rerum, patientiam & temperantiam vigilantiter exercent mundo declinante in extrema fessisq; rebus ætatem vltimam protestate, multo fidentius, quia & hoc prædictum est, æternam ciuitatis cœlestis felicitatem expectant. Atque inter hæc omnia cōtra ecclesiam Christi impiarum gentium infidelitas fremit: euincit illa patiēdo, & inconcussam fidem inter obfistentium fœuitiam profitendo: reuelatæ veritatis, quæ diu promissis mysticis velabatur, sacrificio succedente, illa sacrificia quibus hoc figurabatur, templi ipsius euersione tolluntur: reproba per infidelitatem gens ipsa Iudæorum à sedibus extirpata, per mundum vsquequaque dispergitur, vt vbique porter codices sanctos, ac sic prophetiæ testimonium, qua Christus & ecclesia prænuñciata est, ne ad tempus à nobis fictum existimaretur, ab ipsis aduersariis proferatur, vbi etiam ipsos prædictum est nō fuisse credituros. Tempia & simulacra demonū, ritusq; sacrilegi paulatim atq; alternatim secundū prædicta prophetica subuertuntur: hæreses aduersus nomē Christi, sub velamento tamen nominis Christi, ad exercendam doctrinā sanctæ religionis, sicut prænuñciatæ sunt pullulant. Hæc omnia sicut leguntur prædicta, ita cernuntur impleta, atque ex his iam tot & tantis quæ restant expectantur implenda. Quæ tandem mens auida æternitatis, vitæq; præsentis breuitate permota, cōtra huius diuinæ authoritatis cœli lumenq; contendat: Quæ disputationes, quæ literarum quorumlibet philosophorum, quæ leges quarumlibet ciuitatum, duobus præceptis, ex quibus Christus dicit totam legem prophetasque pendere, vilo modo sint comparandæ: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum tanquam teipsum? Hic physica, quoniam omnes omnium naturarū causæ in deo creatore sunt: Hic Ethica, quoniam vita bona & honesta non aliunde formatur, quàm cum ea quæ diligenda sunt, quemadmodum diligenda sunt, diliguntur, hoc est deus & proximus: Hic logica, quoniam veritas lumenque animæ rationalis non nisi deus est. Hic etiam laudabilis reipublicæ salus: neque enim conditur & caudoditur optima ciuitas, nisi fundamentum & vinculo fidei, firmatq; concordia, cum bonum cōmune

Math. 22.

Tomus secundus.

diligitur, quod summum ac verissimum, deus est, atq; in illo inuicem sincerissimè se diligunt homines, cum propter illum se diligant, cui quo animo diligant occultare non possunt. Modus autem ipse dicendi, quo sancta scriptura contextitur, quàm omnibus accessibilis quauis paucissimis penetrabilis, ea quæ aperta continet quasi amicus familiaris sine fūco ad cor loquitur indoctorum atque doctorum. Ea verò quæ in mysteriis occultat, nec ipsa eloquio superbo erigit, quò non audeat accedere mens tardiuscula & inerudita, quasi pauper ad diuitem, sed inuitat omnes humili sermone, quos non solum manifesta pascit sed etiam secreta exerceat veritate, hoc in promptis quod in reconditis habens. Sed ne aperta fastidiretur, eadem rursus operata desyderantur, desyderata quodammodo renouantur, renouata suauiter intimantur. His salubriter & praua corriguntur, & parua nutriuntur, & magna oblectantur ingenia. Ille huic doctrinæ inimicus est animus, qui vel errado eam nescit esse saluberrimam, vel odit ægotando medicinam. Vides quàm prolixam epistolam fecerim? Si quid ergo te mouet, atque inter nos pertractari tanti habes, non tibi faciat angustias vltimarum epistolarum, velut custodiendus modus: quia & optimè nosti quàm grâdes eas veteres habuerint, cum aliquid agerent quod explicare breuiter non valerent: & si authorum ad alias literas pertinentium, mos esset alius, nostrorum nobis in hac re dignitas imitanda præberetur authoritas. Inspice itaque modum epistolarum Apostolicarum, vel eorum etiam qui illa diuina eloquia tractauerunt, & non pigeat te vel multa quærenda proponere, si multa te permouet, vel aliquando diutius versare quod quaeris, vt quantum fieri per tales quales vnus sumus potest, non remaneat dubitationis nubilum, quod obstat lumini veritatis. Scio enim excellentiam tuam, quorundam perpeti obstinatissimas contradictiones, qui propterea putant, vel putari volunt Christianam doctrinam vtilitati non conuenire reipublicæ, quia nolunt stare reipublicam firmitate virtutum, sed impunitate vitorum. Non autem sicut regi homini † vel cuiilibet principi ciuitatis, ita etiam deo quicquid à multis peccatur inultum est. Misericordia verò eius & gratia prædicata hominibus per hominem Christum, impartita autem per deum, deiq; filium eundem ipsum Christum, non deserit eos qui ex eius fide viuunt, eumq; piè colunt, siue mala huius vitæ patienter fortiterq; experiatur, siue bonis eius misericorditer ac temperanter vtantur, æternum pro vtroque præmium recepturi in ciuitate superna atque diuina: vbi iam non sit molestè toleranda calamitas, nec laboriosè frenanda cupiditas, sed sola sine vlla difficultate, & perfecta libertate retinenda dei & proximi charitas. Incolumem feliciorēq; te misericordissima dei omnipotētia tueatur domine illustris & meritò insignis, ac præstantissime fili. Sancta & in Christo dignissimè honoradam matrem, cuius pro te deus preces exaudiat, pro meritis vestris officiosissimè saluto. Sanctus frater & coepiscopus meus Possidius, præstantiam vestram multum salutatur.

Scriptura & doctis & indoctis prodita vtilisq;.

† hominum

Marcellinus Augustino: Narrans quosdam calumniari, quod deus veterem legem abrogarit, quodque doctrina Evangelica sit inutilis rei publicæ, denique Christianos principes multum malorum inuexisse reipub.

Epistola. III.

a iiii Domi

DOMINO nimiumq; venerabili, & omnibus mihi officiis vnice percolado, patri Augustino, Marcellinus. Vir illustris Volusianus beatitudinis tue mihi literas legit, imò me quidem cogente pluribus legit, quæ scilicet omnia quæ à te dicuntur quia verè miranda sunt, vsquequaq; miratus sum. Sermonis enim diuini gratia humiliter tumens, facile vt placeret emeruit. Hinc enim plurimū placuit quòd hominis gressus aliquanto titubates, boni propòsiti exhortatione statueret & firmare còtendis. Est enim nobis cum eodem quotidiana pro viribus nostris, & pro ingenij paupertate disputatio. Sancte siquidem matris eius precatone compullus, cura mihi est eum frequentius salutandi gratia conuenire, licet vicem in hac parte reddere, etiam ipse dignetur. Accepta autem venerabilitatis tuæ epistola, homo qui à veri dei stabilitate, multorum (quorum in hac vrbe copia est) persuasione reuocatur, ita motus est, vt si quantum ipse confirmat literarum prolixitate minimè formidasset, omne beatitudini tuæ quod habere potest, insinuasset ambiguum. Sed tamè satis, sicut etiam ipse probare dignaberis, culto accuratoq; sermone, & Romanæ eloquentiæ nitore perspicuo, aliqua sibi exolui impendit postulauit. Quæ quidem quæstio vsquequaq; detrita est, & eorum super hac parte satis nota calliditas, qui dispensationem dominicæ incarnationis infamant. Sed tamen etiam ego in hac parte, quia plurimis quicquid rescripseris profuturum esse confido, precator accesserim, vt ad ea vigilantius respondere digneris, in quibus nihil amplius dominum quàm alij homines facere potuerunt, fecisse vel gessisse mentiuntur. Apollonium siquidem suum nobis, & Apuleium aliosq; magicæ artis homines in medium proferunt, quorū maiora contendunt extitisse miracula. Ipse autem vir illustris superius memoratus, multa esse dixit præsentibus aliquantis, quæ huic possent iungi non immerito quæstioni, si vt antè dixit, non ab eius partibus, epistolares còsiderata breuitas fuisset: Quæ tamen licet scribere noluerit, tacere nõ est passus. Dicebat enim quod & si sibi hodie incarnationis dominicæ ratio redderetur, reddi vix ad liquidū possit, cur hic deus qui & veteris testamenti deus esse firmatur, spretis veteribus sacrificiis delectatus est nouis. Nihil enim corrigi posse asserbat, nisi quod ante factum non rectè probaretur, I vel quod semel rectè factum sit, immutari vllatenus nõ debuisse. Rectè enim facta dicebat mutari nisi iniuste non posse, maximè quia ista vanitas inconstantiæ dominum possit arguere. Tum deinde quòd eius prædicatio atq; doctrina reipublicæ moribus nulla ex parte còueniat, vt pote, sicut à multis dicitur, cuius hoc constet præceptum vt nulli malum pro malo reddere debeamus, & percutienti aliam præbere maxillam, & pallium dare persifetèi tunicam tollere, & cum eo qui nos angariare voluerit ire debere spatio itineris duplicato, quæ omnia reipublicæ moribus asserit esse contraria. Nã quis tolli sibi ab hoste aliquid patiat, vel Romanæ prouinciæ deprædatori non mala velit belli iure reponere? & cætera quæ dici ad rem possent intelligit venerabilitas tua. Hæc ergo omnia, ipsi posse adiungi astimo quæstioni, intantum vt per Christianos principes, Christianã religionem maxima ex parte seruantes, tanta (etiam si ipse de hac parte taceat) reipublicæ mala euenisse manifestum sit: vnde beatitudo tua mecum dignetur agnoscere. Ad hæc omnia, quoniam multorum manibus sine dubio tradetur sancti-

tatis tuæ desyderata responsio, plenus debet & elucubratus solutionis splendor ostendi, maximè quia cum ista gererentur, eximius Hipponensis regionis possessor & dominus præfens aderat, qui & sanctitatem tuã sub ironiæ adulatione laudaret, & sibi cum de iis quæreret, minimè satisfactum esse contenderet: Ego verò ad hæc omnia promissionis non immemor sed exactor, libros còfici deprecor ecclesiæ, hoc maximè tempore, incredibiliter profuturos.

Augustinus Marcellino ad hæc respondet.
Epistola. V.

DOMINO eximio & meritò insigni, charissimo ac desyderantissimo filio Marcellino, Augustinus in domino salutem. Illustri viro & eloquentissimo nobisq; dilectissimo filio Volusiano, non amplius quàm ad illud quod inquirendum putauit respondendum fuit. Ad ea verò quæ mihi pertractanda atque soluenda in I epistola tua ipse missi, siue ab illo, siue etiam ab aliis, vel suggerantur vel ingerantur, ad te potius pro viribus nostris pertractata & soluta mitti debuerunt: non sic quemadmodum agendum est de his librorum negotio, sed quemadmodum potis es epistolari adesse colloquio, vt si tibi visum fuerit, qui eorum motus quotidianis disputationibus experiris, & illis legantur hæc literæ. At si auribus eorum minus pietate fidei præcultis, sermo iste nõ sufficit, prius inter nos quod eis putas sufficere peragatur, tum demum ad illos quod peractū fuerit perferatur. Multa enim sunt à quibus sensus eorum si adhuc abhorret & resilit, vel vberiore vel subtiliore ratione vel certè autoritate, cui resistere indignum putent, persuaderi aliquando forsitan possit. Ergo in epistola tua posuisti, moueri quosdam, cur hic deus qui & veteris testamenti deus esse firmatur, spretis veteribus sacrificiis, delectatus sit nouis. Nihil enim corrigi posse asserunt, nisi quod ante non rectè factum probaretur, vel quod semel rectè factum sit, nullatenus immutari debuisset. Rectè enim facta dicunt, mutari nisi iniuste non posse. Hæc verba ex literis tuis in has meas transtuli. Quibus si respondere copiosè velim, tempus me citius quàm exèpla defecerint, quibus rerum ipsa natura, & opéra humana certa ratione pro temporum opportunitate mutètur, nec tamen eadem ratio sit mutabilis qua ista mutantur. Vnde pauca còmemorem, vt ex his excitata quodammodo iam per plura similia vigil currat intentio. Nonne hyemi æstas addito sensim calore succedit? Nonne diurnis, tēpora nocturna vertuntur? Quotiens nostræ variantur ætates? adolescentiæ pueritia non reditura cedit: iuuentus adolescentiæ non mansura succedit: finiens iuuentutem senectus: ð senectus autem ð morte finitur. Hæc omnia mutantur, nec mutatur diuinæ prouidentie ratio, qua fit vt ista mutantur. Non autem opinor cum agricola æstate aliud iusserit quàm iusserat hyeme, ratio mutatur agriculturæ. Et cum mane surgit qui nocte quiescebat, vitæ consilium non mutauit. Aliud magister adolescenti quàm puero solebat, imposuit. Doctrina igitur constans, mutato præcepto non mutat instructionem. Nam magnus ille nostrorum temporum medicus Vindicianus consultus à quodam, dolori eius adhiberi iussit quod in tempore congruere videbatur, adhibitum sanitas consecuta est. Deinde post annos aliquot eadem rursus corporis causa commota, hoc idem ille putauit adhibendum, adhibitum vertit in peius. Miratus recur-

Vindiciani dictum.

Arit ad medicum, indicat factum: ille vt erat acerrimus, ita respondit: Ideo malè acceptus es, quia non ego iussi: vt omnes qui audissent, parumq; hominem nosset, non eum arte medicinali fidere, sed nescio qua illicita potentia putarent. Vnde cum esset à quibus poterat stupentibus interrogatus, aperuit quod non intellexerat, videlicet illi atari iam non hoc se fuisse iussurum. Tantum igitur valet ratio atque artibus non mutatis, quid secundum eas sit pro temporum varietate mutandum. Non itaque verum est quod dicitur, Semel rectè factum nullatenus esse mutandum. Mutata quippe temporis causa, quod rectè ante factū fuerat ita mutari vera ratio plerunq; flagitat, vt cum ipsi dicant rectè non fieri si mutetur, contra veritas clament, Rectè non fieri nisi mutetur: quia vtrunq; tunc erit rectum, si erit pro temporum varietate diuersum. Quod enim in diuersitate personarum vno tempore accidere potest, vt huic liceat aliquid impune facere, ð quod ð illi non liceat, non quòd dissimilis sit res, sed quòd is qui facit: ita ab vna eademq; persona diuersis temporibus tunc oportet aliquid fieri, tunc non oportet, non quòd sui dissimilis sit qui facit, sed quando facit. Hęc quæstio quàm latè pateat, profecto videt quisquis pulchri aptiq; distantiam sparsam quodammodo in vniuersitate rerum valet neque negligit intueri. Pulchrum enim per seipsum còsideratur atque laudatur, cui turpe ac deforme contrarium est. Aptum verò, cui ex aduerso, est ineptū, quasi religatum pendet aliud de, nec ex semetipso, sed ex eo cui connectitur iudicatur: nimirū etiam decens atque indecès, vel hoc idem est vel perinde habetur: Age nunc ea quæ diximus, refer ad illud vnde agitur. Aptum fuit primis temporibus sacrificium, quod præceperat deus, nunc verò non ita est. Aliud enim præcepit quod huic tempori aptum esset, qui multo magis quàm homo nouit, quid cuique temporis accommodatè adhibeatur: quid quando impertiat, addat, auferat, detrahat, augeat, minuat, vt, immutabilis mutabilium, sicut creator ita moderator, donec vniuersi seculi pulchritudo, cuius particule sunt quæ suis quibusq; temporibus apta sunt, velut magnū carmè cuiusdam ineffabilis modulatores excurrat, atque inde transeant in æternam contemplationem speciei qui deum ritè colunt, etiam cum tempus est fidei. Falluntur autem qui existimant hæc deum iubere causa suæ vtilitatis vel voluptatis. Et meritò mouentur, cur deus ista mutauerit, quasi delectatione mutabili aliud sibi iubens offerri illo prius tempore, aliud isto: Non autem ita est. Nihil enim deus iubet quod sibi prosit, sed illi cui iubet. Ideo * verus est dominus, qui seruo non indiget, & quo seruus indiget. In ea quippe scriptura quæ vetus dicitur testamentum, & eo tempore quo adhuc illa offerebantur sacrificia: quæ hoc tempore non offeruntur, dictum est: Dixi domino, deus meus es tu, quoniam bonorum meorum nõ egesset. Nec illorum ergo sacrificiorum egebat deus, nec cuiusquã eget vnquam, sed rerum diuinitus impartitarum, vel imbuendo virtutibus animo, vel æternæ salutis adipiscendæ quadam signa sunt, quorum celebratione atque functione, non deo sed nobis vtilia pietatis officia exercentur. Nimis autem longum est conuenienter disputare de varietate signorum, quæ cum ad res diuinas pertinent sacramenta appellantur. Sicut autem non ideo mutabilis homo, quia mane aliud, aliud vberere: illud hoc mense, illud alio, non hoc isto anno

quod illo. ita non ideo mutabilis deus, quia vniuersi seculi priore volumine aliud, aliud posteriore sibi iussit offerri, quò conuenienter significationes ad doctrinã religionis saluberrimam pertinentes, per mutabilia tempora sine vlla sui mutatione disponderet. Nam vt nouerint ð homines, ð quos hæc mouent, iam hoc fuisse in ratione diuina, nec cum ista noua constituerentur, subito priora displicuisse velut mutabili voluntate, sed hoc iam fixum & statutum fuisse in ipsa sapientia dei, cui de maioribus etiam rerum mutationibus, eadem scriptura dicit. Mutabis ea & mutabuntur, tu autem idem ipse es: insinuandum est eis mutationem istam sacramentorum testamenti veteris & noui etiã prædictam fuisse prophetis vocibus. Ita enim videbunt, si poterunt, id quod in tempore nouum est, non esse nouū apud eum qui condidit tempora, & sine tempore habet omnia quæ suis quibusque temporibus pro eorum varietate distribuit. Nam & in illo psalmo vnde commemorauit aliquid quo demonstrarem non egerere deum sacrificiis nostris cui dicitur: Dixi domino deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges: Paulo post legitur ex persona Christi: Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, hoc est pecorum victimis, quibus prius congregabantur conuenticula iudeorum. & alibi dicit: Non accipiam de manu tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Et alius propheta: Ecce, inquit, dies venient, dicit dominus & confirmabo super domum Iacob testamentum nouum, non sicut testamentum quod disposui patribus eorum cum eduxi eos de terra Aegypti: & alia multa sunt de hac re testimonia, quibus hoc deum facturum esse prædictum est, quæ commemorare nunc longum est. Hic iam si satis constitit, quod rectè alio tempore constitutum est, itidem alio tempore posse mutari, mutatis opere non dispositione mutata, quam dispositionem intelligibilis ratio continet, vbi sine tempore simul sunt quæ in temporibus simul fieri non possunt, quia tempora non simul currunt. Quispiam fortassis expectet causas à nobis ipsius mutationis accipere, quod ipse nosti quàm prolixi sit negocij. Veruntamen breuiter dici potest, quod homini acuto fortasse suffecerit, aliis sacramentis prænunciari Christum cum venturus esset, aliis cum venisset annunciari oportuisse, sicut modo nos id ipsum loquentes diuersitas rerum còpulis etiam verba mutare. Si quidem aliud est prænunciari, aliud annunciari, aliud cum venturus esset, aliud cum venisset. Nunc deinde videamus quale sit illud quod in epistola tua sequitur: Adieci enim eos dicere, quòd Christi prædicatio atq; doctrina reipublicæ moribus nulla ex parte conueniat, cuius hoc constat esse præceptum, vt nulli malum pro malo, reddere debeamus: & percutienti, aliam præbere maxillam: & palliū dare ei, qui tunicam auferre perstiterit: & cum eo qui nos angariare voluerit, ire debere spatio itineris duplicato. Quæ omnia reipublicæ moribus asserunt esse contraria. Nam quis, inquit, tolli sibi ab hoste aliquid patiat, vel Romanæ prouinciæ deprædatoribus non mala velit belli iure reponere? Hęc atque huiusmodi verba obtrectantium, siue non obtrectando, sed querendo talia loquentium operosius fortasse resellerem, nisi hæc disceptationes haberentur cū viris liberè liter institutis. Vnde quid opus est vt diuti laboremus, ac non ipsos potius percòtemur, quomodo poterat gubernare atque augere rempublicam, quam ex parua & inopi,

Solecismus.

Apollonius, Apuleius.

† deum.

Marth. 5.

† reliqua.

† quibusdã postea.

Terentius in Adelphis.

† potis est epistolari sit esse colloquio.

12. de Ciuitate dei cap. 4 & 5.

10. de Ciuitate dei cap. 5.

* aliis Ipse.

Psalm. 15.

Psalm. 104.

Psalm. 15.

Psalm. 49.

Hierc. 31.

Math. 5.

Bellum.

G inopi, magnam opulentamque fecerunt, qui accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant? Quomodo Cæsari administratori utique reipublicæ mores eius extollens Cicero dicebat, quod nihil obliuisci solet nisi iniurias: Dicebat enim hoc tam magnus laudator, aut tam magnus adulator. Sed si laudator, talē Cæsarem nouerat. Si autem adulator, talem esse debere ostendebat principem ciuitatis, qualem illum fallaciter prædicabat. Quid est autem non reddere malum pro malo, nisi abhorreere ab vlciscendi libidine? Quid est accepta iniuria ignoscere malle quam persequi, & nihil nisi iniurias obliuisci? Hæc cum in eorum leguntur authoribus, exclamatur & plauditur, describi atque prædicari mores videntur, quibus dignum esset exurgere ciuitatē, quæ tot gentibus imperaret, quod accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant. Cum verò legitur præcipiente autoritate diuina, non reddendum malum pro malo, cum hæc tam salubris admonitio congregationibus populorum tanquam publicis vtriusque sexus, atque omnium ætatum & dignitatum scholis de superiore loco personat, accusatur religio tanquam inimica reipublicæ. Quæ si vt dignum est audiretur, longè melius Romulo, Numa, Bruto, cæterisque illis Romanæ gentis præclaris viris constitueret, consecraret, firmaret, augerētque reipublicam. Quid enim est reipublica nisi res populī? Res ergo cōmunis, res vtiq; ciuitatis. Quid est autem ciuitas, nisi multitudo hominum, in quoddam vinculum redacta concordia: Apud eos enim ita legitur: Breui multitudo diuersa atque vaga, concordia ciuitas facta erat. Quæ porro præcepta concordia in suis templis vnquā illi legenda censuerunt, quandoquidem miseri querere cogebantur, quo nam modo sine offensione cuiusquam eorum discordes inter se deos suos colere possent: Quod si imitari discordantes vellent, rupto concordia vinculo ciuitas laberetur, quod postea paulatim decoloratis corruptisque moribus, agi cœpit per bella ciuilia. Quanta verò præcepta concordia non humanis disputationibus exquisita, sed diuina autoritate conscripta in Christi ecclesiis lectitentur, quis vel ab illa religione alienus, ita surdus est vt ignoret? Ad hoc enim & illa pertinent quæ malunt exagitare quam discere, alteram percutienti præbendam, esse maxillam: cuius aufferre tunicam dandum etiam pallium: cum angariante duplicandam viam. Hoc quippe fit, vt vincatur bono malus, imò in homine malo, vincatur bono malum, & homo liberetur à malo, non exteriori & alieno, sed intimo ac suo, quo grauius & perniciosius, quā cuiusvis hostis extrinsecus immanitate vastatur. Qui ergo vincit bono malum, patienter amittit temporalia commoda, vt doceat quā pro fide atque iustitia contemnenda sint, quæ ille nimis amando fit malus, ac sic iniuriosus ab eo ipso cui fecit iniuriam, discedat qualia sint propter quæ fecit iniuriā atque in concordiam qua nihil est vtilius ciuitati, penitens acquiratur, victus non sentientis viribus, sed beneuolentia patientis. Tunc enim rectè fit, cū videtur ei profuturum esse propter quem fit, ad operandā in eo correctionem atque concordiam. Hoc certè animo faciendū est, etiam si alius exitus consequatur, nec corrigi velit atque pacari propter quem corrigendum atque pacandum, velut curandum & sanandum adhibita est ista medicina. Alioquin si verba attenderimus, eorumque proprietati seruendum putauerimus, non est præbenda maxilla dexte-

ra, si sinistra fuerit percussa. Quoniā si quis te, inquit, percusserit in maxillam dexteram, præbe illi & sinistram. Magis autē sinistra percutitur, quod in eam potius partem, quā ad dexteram, ferientis facilius ictus est. Sed sic intelligi solet, ac si dictū esset: Si quis in te meliora fuerit persequutus & inferiora ei præbe, ne vin dicta potius, quā patientiæ studens, contemnas aterna pro temporalibus, cum potius temporalia pro aternis contemnenda sint, tanquā sinistra pro dextris. Hæc semper fuit sanctorum martyrum intentio: vindicta enim vltima iuste postulat, quādo nullus iam restat correctionis locus, extremo scilicet, summoque iudicio. Nunc cauendū est ne vindicandi cupiditate amittatur, vt nihil aliud dicā, ipsa patientia, quæ pluris est habenda, quā omne quod potest etiā inuito inimicus auferre. Nā que alius Evangelista in eadē sententia nullā fecit dextera mentionem, sed tantū maxillam & alteram nominauit, vt aliquāto distinctius intelligeretur in altero, ipsum alterum simpliciter eandem patientiam commendare. Paratus itaque debet esse homo iustus & pius patienter eorum malitiam sustinere, quos fieri bonos querit, vt numerus potius crescat bonorum, non vt pari malitia se quoque numero addat malorum. Denique ista præcepta magis ad præparationem cordis quæ intus est pertinere, quā ad opus quod in aperto fit, vt teneatur in secreto animi patientia cum beneuolentia, in manifesto autem id fiat quod eis videtur professe posse, quibus bene velle debemus, hinc liquidū ostenditur, quod ipse dominus Iesus exemplum singulare patientiæ cum percuteretur in faciem, respondit: Si malè dixi, exprobra de malo: si autem bene, quid me cædis? Nequaquā igitur præceptum suum si verba intueamur impleuit: neque enim præbuit percutienti alteram partem, sed potius prohibuit, ne qui fecerat iniuriam auget: & tamen paratus venerat, non solum in faciem percuti, verum etiā pro his quoque à quibus hæc patiebatur, crucifixus occidi, pro quibus ait in cruce pendens: Pater, ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Nec Paulus Apostolus præceptum domini & magistrī sui videtur implese, vbi etiam ipse percussus in faciem dixit principi sacerdotum: Percutiet te deus paries dealbate, sedens iudicas te secundum legem, & contra legem iubes me percuti. Et cum à circumstantibus diceretur: Iniuriam facis principi sacerdotum, incidenter eos admonere voluit quid dixerit, vt qui saperent intelligerent iam destruendum esse aduentu Christi parietem dealbatum, hoc est, hypocritarum sacerdotum ludæorum. Ait quippe: Nesciui fratres quia princeps est, scriptū est enim, Principi populi tui non maledices. Cū proculdubio qui in eodem populo creuerat, atque ibi lege fuerat eruditus, illum principem sacerdotum nescire non posset, nec eos quibus ita notus erat, villo modo falleret quo nesciret. Sunt ergo ista præcepta patientiæ semper in cordis præparatione retinenda, ipsaque beneuolentia ne reddatur malum pro malo, semper in voluntate complenda est. Agenda sunt autem multa, etiam cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis, quorum potius vtilitati consulendum est quam voluntati, quod in principe ciuitatis luculentissimè illorum literę laudauerunt. Nam in corripiendo filio quamlibet asperere, nunquam profecto amor paternus amittitur. Fit tamen quod nolit & doleat, qui etiam inuitus videtur dolore sanandus. Ac per hoc si terrena ista reipublica

A blica præcepta Christiana custodiat, & ipsa bella sine beneuolentia non gerentur, vt ad pietatis iustitiam pacatam societatem victis facilius consulatur. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur, Quoniā nihil est infelicius felicitate peccantium, quæ penalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hostis interior roboratur. Sed peruersa & aduersa corda mortalium, felices res humanas putant, cum teatorum splendor attenditur, & labes non attenditur animorum: cum theatrorum moles extruuntur, & effodiuntur fundamenta virtutum: Cum gloriosa est effusionis insania, & opera misericordiæ deridentur: Cum ex his quæ diuitibus abundant, luxuriantur histiones: & necessaria vix habent pauperes. Cū deus qui doctrinæ suæ publicis vocibus contra hoc malum publicum clamat, ab impijs [populis] blasphematur, & dii tales requiruntur, in quorum honorem ea ipsa theatra corporū & animorum dedecora celebrentur. Hæc si deus pollere permittat, tunc indignatur grauius. Hæc si impunita dimittat, tunc punit infestius. Cū verò euertit subsidium vitiorum, & copiosas libidines inopes reddit, misericorditer aduersatur. Misericorditer enim si fieri posset etiam bella gererentur à bonis, vt licentiosius cupiditatis domitis, hæc vitia perderentur, quæ iusto imperio vel extirpari vel deprimi debuerunt. Nam si Christiana disciplina omnia bella culparet, hoc potius militibus consilium salutis petentibus in Evangelio diceretur, vt abiicerent arma, seque militiæ omnino subtraherent. Dicitur est autem eis: Neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis, sufficiat vobis stipendiū vestrum. Quibus proprium stipendiū sufficere debere præcepit, militare vtiq; non prohibuit. Proinde qui doctrinam Christi aduersam dicunt esse reipublicam, dent exercitū talē quales doctrina Christi esse milites iussit, det tales prouinciales, tales maritos, tales cōiuges, tales parētes, tales filios, tales dominos, tales seruos tales reges, tales iudices, tales denique debitorū redditores & exactores ipsius filij, quales esse præcepit doctrina Christiana, & au deat eā dicere aduersam esse reipublicam, imò verò nō dubitent eam confiteri magnam si ei obtemperetur salutem esse reipublicam. Vt quid autem ad illud respondeam quod dicunt per quosdam Imperatores Christianos multa mala imperio accidisse Romano? Hæc generalis conuestio calumniosa est. Nam si apertius certè de præteritis Imperatoribus aliqua commemorarent, possem similia vel fortasse etiam grauiora de Imperatoribus non Christianis & ego commemorare, vt intelligerent vel hominum hæc esse vitia non doctrinæ, vel non Imperatorum, sed aliorum sine quibus Imperatores agere nihil possunt. Ex quo enim tempore pessum ire cœperit Romana reipublica, factis liquet, literæ loquuntur ipsorum, longè antequam Christi nomen eluxisset in terris, dictum est: O vrbem venalem, & maturè perituram, si emptorem inuenerit. In libro etiam belli Catilinæ, ante aduentum vtiq; Christi, idem nobilissimus historicus eorum, non tacet quando primū insueuerit exercitus populi Romani amare, potare, signa, tabulas pictas, vasa calata mirari, & ea priuatim & publicè rapere, delubra spoliare, sacra prophanaque omnia polluere. Quando ergo nec hominibus nec ipsis etiam quos deos putabant morum corruptorū & perditorum auaritia rapacitateque parcebat, tunc cœpit perire laudabile illud decus salūque reipublica. Quos deinde vitia

D pessima successus habuerint, & quanto humanarum rerum malo illa iniquitas prosperata sit, nunc longum est dicere. Audiant satyricum suum garrindo vera dicentem, Seruabat castas humilis fortuna Latinas Quondam, nec vitii contingi parua sinebat Tecta labor, somnique breues, & vellere thusco. Vexata duræq; manus, ac proximus vrbi Hannibal, & stantes Collina in turre mariti. Nunc patimur longæ pacis mala, sauior armis Luxuria incubuit, vitiumque vlciscitur orbem. Nullū crimen abest, facinuræque libidinis, ex quo Paupertas Romana perit. Quid ergo expectas, vt ego exaggerem, quanta mala importauerit successu prospero iniquitas subleuata, quandoquidem & ipsi qui aliquanto prudentius attendunt, plus dolendam videntur paupertatem, quā opulentiam perisse Romanam? In illa enim morum integritas seruabatur, per hanc autem non muros vrbis, sed mentes ipsius ciuitatis dira nequitia omni hoste peior irrupit. Gratas domino deo nostro, qui contra ista mala misit nobis adiutorium singulare. Quod enim non tolleret, quem non inuolueret, in quod profundum non demergeret fluiuis iste horrendæ nequitia generis humani, nisi crux Christi in tanta velut mole autoritatis eminentius firmiusque figeretur, cuius apprehenso robore, stabiles essemus, ne malè suadentium vel in mala impellentium, tam vasto huius mundi gurgite abrepti sorberemur: In ista enim colluue morum pessimorum, & veteris perditæ disciplinæ, maxime venire ac subuenire debuit celestis autoritas, quæ voluntariam paupertatem, quæ continentiam, beneuolentiam, iustitiam atque concordiam, veramque pietatem persuaderet, cæterasque vitæ luminosas validasque virtutes, non tantum propter istam vitam honestissimè gerendam, nec tantum propter ciuitatis terrenæ concordissimam societatem, verum etiā propter adipiscendam sempiternam salutem, & sempiterni cuiusdam populi celestem diuinamque reipublicam, cui nos ciues adsciscit fides, spes, charitas: vt quādiu inde peregrinamur, seramus eos, si corrigere non valeamus, qui vitii impunitis volunt stare reipublicam, quam primi Romani constituerunt, auxeruntque virtutibus, & si non habentes veram pietatem, erga deum verum, quæ etiam illos in aternam ciuitatem posset salubri regione perducere, custodientes tamen quandam sui generis probitatem, quæ posset terrenæ ciuitati constituenda, augenda, conseruandaque sufficere. Deus enim sic ostendit in opulentissimo & præclaro imperio Romanorum, quantum valeret ciuiles, etiam sine vera religione virtutes, vt intelligeretur hac addita fieri homines ciues alterius ciuitatis, cuius rex veritas, cuius lex charitas, cuius modus aternitas. Quis autem vel risu dignum non putet, quod Apollonium & Apuleium cæterosque magicarum artium peritissimos, conferre Christo, vel etiam præferre conantur: quantum tolerabilius ferendum sit, quando istos ei potius comparant, quā deos suos? Multo enim melior (quod fatendum est) Apollonius fuit, quā tot stuprorum author & perpetrator, quem Iouem nominant. Ista iniquunt fabulosa sunt. Adhuc ergo laudent reipublicæ luxuriosam, licentiosam, planèque sacrilegam felicitatem, quæ ista deorum probra confinxit, quæ non solum in fabulis audienda posuit, verum etiam in theatris spectanda proposuit: vbi criminum plura essent quā nomina, quæ ipsi dii sibi exhiberi habebant

Lib. 1. de serm. diu

in monte. cap. 20. & 21. K

Lucæ. 6.

L

Ioan. 18.

Lucæ. 22.

† sedes iudic. M

† irridenter.

Exo. 22.

† quod.

Belli patrociniū. Luc. 3.

4. de Ciuitate dei cap. 2.

2. de ciuitate dei. cap. 18.

Salustius.

Iuuenalis saty. 6.

E

F

† religio.

† facultatē.

† numina.

Gri habebant libenter, qui in suos cultores vindicare de buerunt, quod ea saltem viderent patienter, Sed non sunt ipsi, inquit, qui talium fabularum mendacio celebrantur. Qui ergo sunt isti, qui talium turpitudinū celebratione placantur? Horum dæmonum peruersitatem atque fallaciam, per quos & magicæ artes, humanas mentes decipiunt, quia prodidit Christiana doctrina, quia mudo vniuerso patefacit, quia angelos sanctos ab eorum malignitate distinxit, quia cauendos potius, & quemadmodum cauerentur, admonuit, reipublicæ dicitur inimica, quasi non si omnino per istos esset temporalis obtinenda felicitas, qualibet potius fuerit infelicitas eligenda. Sed neque hinc deus voluit dubitari, qui primum populum vnum verum deum colentem, deos autem falsissimos contemnentem, quandiu oportuit testamentum vetus vbi velamentum testamenti noui est, obumbrari, tanta rerum terrenarū felicitate honestauit, vt quiuis intelligat, nec ipsam esse in dæmonum potestate, sed in illius vnus, cui angeli seruiunt, quem dæmones contremiscunt.

Apuleius enim vt de illo potissimum loquamur, qui nobis Aphris Apher est notior, non dico ad regnum, sed nec ad aliquam quidem iudiciariam reipublicam potestatem, cum omnibus suis magicis artibus potuit peruenire, Honesto patriæ suæ loco natus, & liberaliter educatus, magnaque præditus eloquentia. An fortè ista, vt philosophus voluntate contempsit, qui sacerdos prouinciæ pro magno fuit, vt munera aderet, veneratorisque vestiret, & pro statua sibi apud Coenenses locanda, ex qua ciuitate habebat uxorem, aduersus contradictionem quorundam ciuium litigaret? Quod posteros ne lateret, eiusdem litis orationem scriptam, memoriæ commendauit. Quod ergo ad istam terrenam pertinet felicitatem, fuit magus? ille quoad potuit. Vnde apparet eum nihil amplius fuisse, non quia noluit, sed quia non potuit. Quanquam & aduersus quosdam, qui ei magicarum artium crimen intenderent, eloquentissimè se defendit. Vnde miror laudatores eius, qui eum nescio quæ fecisse miracula illis artibus prædicant, contra eius defensionem testes esse conari. Sed viderint vtrum verum ipsi perhibeant testimonium, & ille falsam defensionem. Illud si sapiunt, attendant, qui magicas artes, non vtique nisi pro felicitate terrena vel damnabili curiositate conquirunt, vel ab eis innocentes, periculosa tamen eas admiratione collaudant, & videat Dauid nostrum sine vllis talibus artibus ex pastore ouium peruenisse ad regiam dignitatem: cuius & peccata & merita fidelis scriptura non tacuit, vt sciremus & quibus modis non offenderetur deus, & quibus modis placaretur offensus. Quantum autem attinet ad miracula, quæ humanis sensibus stupenda monstrantur, multum errant qui prophetis sanctis miraculorum magnorum nobilitate præstantibus magos comparant: quantomagis si eos comparent Christo, quem propheta illi quibus magi quilibet nullo modo sunt comparandi, prænunciauerunt esse venturum, & secundum carnem, quam suscepit ex virgine, & secundum diuinitatem, quam nunquam separatur a patre? Video me fecisse prolixissimam epistolam, nec tamen de Christo dixisse omnia, quæ vel eis, qui tardiore ingenio diuina non valent assequi, vel eis, qui licet acutè moueantur, contentiosum tamen studium & præoccupatio diurni erroris ab intelligendo impedit, sufficere vtcunque possunt. Veruntamen cognosce, quid eos contra moue-

at, atque rescribere, vt vel epistolis, vel libris, si adiuuerit deus, ad omnia respondere curemus. Sis in domino foelix: gratia & misericordia eius domine eximie & merito insignis, charissime ac desyderantissime filii.

Augustinus Italica uidue consolans illam super obitu mariti, ac resellens eorum opinionem, qui dicebant deum uideri corporeis oculis.

Epistola. VI.

DOMINAE eximia & merito præstantissima atque in Christi charitate honoranda filia Italica: Augustinus Episcopus in domino salutem. Non solum literis tuis, verumetiam ipso referente qui pertulit, comperi, multum te flagitare literas meas, credentem quod ex eis consolationem habere plurimam possis. Tu itaque videris quid exinde capias, ego tamen eas negare vel differre non debui. Consoletur autem te fides & spes tua, & ipsa charitas quæ diffunditur in cordibus piorum, per spiritum sanctum, cuius nunc aliquid pro pignore accepimus, vt ipsam plenitudinem desydere nouerimus. Non enim te desolatam putare debes, cum in interiore homine habeas præsentem Christum per fidem in corde tuo: Aut sic te cõtristari oportet quemadmodum gentes, quæ spem non habet, cum veracissima promissione speremus nos in hac vita, vnde migraturi quosdam nostros migrantes non amisimus, sed præmissimus, ad eam vitam esse venturos, vbi nobis erunt quanto notiores, tanto vtique chariores, & sine timore vllius dissensionis amabiles. Hic autem & coniunx tua, cuius abscessu vidua diceris, tibi notissimus erit: & qui quauis & hic tibi notus esset, & sibi tamen notior erat quam tibi. Et vnde hoc cum tu eius corporalem faciem videres, quam ipse vtique non videbat, nisi quia notitia nostri certior intus est, vbi nemo scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est: sed cum venerit dominus & illuminauerit abscondita tenebrarum, & manifestauerit cogitationes cordis, tunc nihil latebit proximum in proximo, nec erit quod suis quisque aperiat, abscondat alienis, vbi nullus erit alienus. Lux vero ipsa qua illuminabuntur, hæc omnia quæ modo in cordibus reconduntur, qualis aut quanta sit, quæ lingua proferat, quis saltem infirma mente contingat? Profecto lux illa deus ipse est quoniam lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ, sed lux mentiū purgatarū, non istorum corporis oculorum. Erit ergo tunc mens idonea, quæ illam lucem videat, quod nunc videndum non est. Hoc autem oculus videre corporis neque nunc potest, neque tunc poterit. Omne quippe quod oculis corporis cõspici potest, in loco aliquo sit necesse est, nec vbi que sit totum, sed minore sui parte minorem locum occupet, & maiore maiorem. Non ita est deus inuisibilis, & incorruptibilis qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, quem nemo hominum vidit nec videre potest. Per hoc enim videri ab homine non potest, per quod videt homo corpore corpora. Nam etsi mentibus piorum esset inaccessibilis, non diceretur: Accedite ad eum & illuminamini. Etsi mentibus piorum esset inuisibilis non diceretur: Videbimus eum sicuti est. Nam perspicite totam ipsam in epistola Ioannis sententiam: Dilectissimi, inquit, filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. In tantum ergo

A ergo videbimus, in quantum similes ei erimus, quia & nunc intantum non videmus, in quantum dissimiles sumus. Inde igitur videbimus, vnde similes erimus. Quis autem dementissimus dixerit, corpore nos vel esse, vel futuros esse similes deo. In interiore igitur homine ista similitudo est, qui renouatur in agnitionem dei, secundum imaginem eius qui creauit illum. Et tanto efficimur similiores illi, quanto magis in eius cognitione & charitate proficimus, quia & si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem: Ita sanè vt in hac vita quantumcumque profectus sit, logè absit ab illa perfectione similitudinis, quæ idonea erit ad videndum deum, sicut dicit Apostolus, facie ad faciem. In quibus certè verbis si corporalem faciem voluerimus accipere, consequens erit, vt etiam deus talem habeat faciem: & sit aliquod interuallum inter nostram & ipsius cum eum videbimus facie ad faciem. Et si interuallum, vtique finis & membrorum habitus terminatus, & cætera absurda dictūque & cogitatu impia: quibus animalis homo non percipiens ea quæ sunt spiritus dei, fallacissimis vanitatibus luditur. Dicunt enim quidam eorum qui talia garrunt, quantum ad me potuit peruenire, nos deum videre nunc mente, tunc corpore, ita vt etiam impius eum pari modo asseuerent esse visuros. Vide quantum in peius proficiunt, cum sine limite timoris vel pudoris, hac atque illac vagabunda fertur impunita loquacitas. Antea dicebant carni suæ tantum hoc præstitisse Christum, vt corporeis oculis videret deum: Deinde addiderunt etiā omnes sanctos receptis in resurrectione corporibus, eodem modo deum esse visuros. Nunc iam istam possibilitatem etiam impiis donauerunt. Donent sanè quantum volunt & quibus volunt: quis audeat contradicere hominibus de suo donantibus? Qui enim loquitur mendacium, de suo loquitur. Tu autem cum iis qui sanam doctrinam tenent, nihil istorum audeas vsurpare de tuo: Sed cum legis: Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt, intellige impios non visuros: neque enim beati & mundo corde sunt impij. Item cum legis. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: Intellige inde nos tunc visuros facie ad faciem, vnde videmus nunc per speculum in ænigmate. Hoc autem vtrumque interioris hominis munus est, siue cum in ista peregrinatione adhuc per fidem ambulatur in qua vtitur speculo & ænigmate, siue in illa patria cum per speciem contemplabitur. Pro qua visione positum est: Facie ad faciem. Audiatur caro carnalibus ebra cogitationibus. Spiritus est deus, & ideo qui adorant deum, in spiritu & veritate oportet adorare. Si adorare, quantomagis videre? Quis enim audeat affirmare dei substantiam corporaliter videri, cum eam noluerit corporaliter adorari? Sed argute sibi videntur dicere, & quasi interrogando premere: potuit Christus carni suæ præstare, vt oculis corporeis videret patrem, an non potuit? Vt si non potuisse responderimus, omnipotentia dei nos derogasse proclamēt: Si autem potuisse concesserimus, argumentationem suam ex nostra responione concludant. Quanto iam tolerabilis desipiunt, qui carnem asserunt cõuersum iri in substantiam dei, & hanc futuram esse quod deus est, vt sic eam saltem videndo deo faciant idoneam, non tanta diueritate dissimilem. Quam vanitatem credo istos abigere a fide sua fortasse & ab auribus. Et tamen si interrogacione de hoc similiter vt-

geantur, possit ne deus hoc, an non efficere possit, D vtrum eius potestati detrahēt si non posse responderint, an hoc futurum fatebuntur, si posse concesserint? Quomodo ergo exierint de hoc laqueo alieno, sic exeant de suo. Deinde cur solis oculis corporeis Christi, hoc donum attributum esse contendunt, num etiam cæteris sensibus? Sonus ergo erit deus, vt possit eius etiam auribus percipi? Et halitus erit vt sentiri possit eius olfactu? Et liquor aliquis erit vt possit & bibi? Et moles erit vt possit & tangi? Non inquit. Quid ergo? An illud potest deus, & hoc non potest? Si non posse dixerint, cur derogant omnipotentia dei? Si posse & nolle responderint, cur solis oculis fauent, iniudent autem cæteris sensibus corporis Christi? An quousque volunt desipiunt? Quanto nos melius, qui non eorum insipientia terminos figimus, sed vt desipiant prorsus nolumus? Multa proferri possunt, ad istam dementiam refutandam: Sed si aliquando irruerint auribus tuis hæc interim eis lege, & quid respondeant nõ pigeat te rescribere vt potes. Ad hoc enim fide corda nostra mūdantur, quia nobis fidei merces visio dei promittitur. Quæ si per corporis oculos erit, frustra ad eam percipiendam sanctorum animus exercetur: Imò verò tam peruerse sentiens animus non in se exerceatur, sed totus in carne est. Vbi enim tenacius habitabit & fixius, nisi vnde se deum visurum esse præsumit? Quod certè quantum malum sit, intelligentia potius dimitto tuæ, quam longo sermone moliar explicare. In protectione domini semper habitet cor tuum domina eximia & merito præstantissima, atque Christi charitate honoranda filia. Honorabiles tecum nobisq; in domino dilectissimos filios tuos debito meritis nostris officio resaluta.

Augustinus Marcellino, respondens quaestione: mox ostendens, quantum suis scriptis tribui nescit, explicans locum taxatum ex libro de libero arbitrio. Deinde tractat varias opiniones de origine animarum. Postremo reicit quorundam argumentum, quid ideo non credebant Mariam uirginem peperisse, quod id nunquam aliis factum sit.

Epistola. VII.

DOMINO eximio, & merito insigni, multumque charissimo filio Marcellino: Augustinus in domino salutem. Epistolam tuam quam per sanctum fratrem & cõepiscopum meum Bonifacium accepi, quæsiui vt rescriberem, nec inueni. Recolui tamen te in ea quaesisse, quomodo inuenerint magi Pharaonis, conuersa in sanguinem tota aqua Aegypti, vnde simile aliquid facerent. Quæ duobus modis solui quaestio solet: Siue cum marina aqua potuerit offerri, siue (quod est credibilis) quia in ea regione in qua erant filij Israël, ista plagæ non fiebant. Hoc enim quibusdam scripturæ illius locis apertissimè expressum, admonet etiam vbi non dictum est quid intelligi debeat. Illa autem litera tuæ, quas presbyter Urbanus attulit, habent quaestionem mihi propositam ex libris non diuinis, sed meis, quos scripti de libero arbitrio. In talibus autem quaestionibus non multum laboro, quia etsi defendi sententia mea liquida ratione non potest, mea est, non eius authoris cuius sensum improbare fas non est, & etiam si cum in eo non intelligo hoc vnde sentitur quod improbandum est. Ego proinde fateor, me ex eorum numero esse conari, qui proficiedo scribunt, & scribendo proficiunt. Vnde si aliquid vel incautus,

Apuleius magus.

magus.

sumpsit.

K

L

Co. 1. & 4.

M

Tim. 6.

Psal. 31.

Ioan. 3.

Colo. 3.

1. Cor. 4.

1. Cor. 13.

Joan. 8. Math. 5. 1. Cor. 13.

mundicor. 1. 2.

Joan. 4.

hoc.

E

F

cum

quod

cu non intellecto hoc inde

G incautius, vel indoctius à me positum est, quod non solum ab aliis qui videre id possunt merito reprehendatur, verumetiam à me ipso, quia & ego saltem postea videre debeo si proficio, nec mirandum est, nec dolendum, sed potius ignoscendum atque gratulandum, non quia erratum est, sed quia improbatum. Nam nimis peruersè seipsum amat, qui & alios vult errare, vt error suus lateat. Quàto enim melius & vtilius, [vt] vbi ipse errauit, alij non errant, quorum admonitu errore careat. Quòd si noluerit, saltem comites erroris non habeat. Si enim mihi deus quod volo præstiterit, vt omnium librorum meorum quacunque mihi rectissime displicent, opere aliquo ad hoc ipsum instituto colligam atq; demonstrarem: tunc videbunt omnes homines quàm non sim acceptor personæ meæ. Vos autem qui me multum diligitis, si talem me afferitis aduersus eos, quorum malitia, vel imperitia, vel intelligentia reprehendor, vt me nusquam scriptorum meorum errasse dicatis, frustra laboratis, non bonam causam suscepistis, facile in ea me ipso iudice superamini: Quoniam non mihi placet, cum à charissimis meis talis esse existimor qualis non sum. Profecto enim non me, sed pro me alium sub meo nomine diligit, si non quod sum, sed quod non sum diligit. Nam in quantum me nouerunt, vel de me verum credunt, ego ab eis diligor: In quantum autem mihi tribuunt quod in me non cognoscunt, alium talem qualem me putant, pro me diligit. Romani maximus author Tullius eloquij, nullum vnquam verbum inquit quod reuocare vellet emisit. Quæ quidè laus quàm præclarissima videatur, tamen credibilior est de nimio fatuo, quàm de sapiente perfecto. Nā & illos, quos vulgo moriones vocant, quantomagis à sensu communi dissonant, magisque absurdi & insulsi sunt, tanto magis nullum verbum emittunt, quod reuocare velint, quia dicti mali vel stulti vel incommodi poenitere, vtique cordatorum est. Sed si in bonam partem accipiat, vt quempiam talem fuisse credamus, qui cum sapienter omnia loqueretur, nullum vnquam verbum quod reuocare vellet, emisit: Hoc potius de hominibus dei, qui spiritu sancto acti, loquuti sunt, quàm de illo, quem sic Cicero laudat, saluberrima pietate credendum est. Ab hac ego excellentia tam longè absun, vt si nullum verbum quod reuocare vellem protulero, fatuo sum quàm sapienti similior. Illius quippe scripta summa sunt autoritate dignissima, qui nullum verbum non quod reuocare vellet, sed quod reuocare deberet emisit. Hoc quisquis nondum est assequutus, secundas habeat partes modestiæ, quia primas non potuit habere sapientiæ, quia non valuit omnia non poenitenda diligenter dixisse, poeniteat quæ cognouerit dicenda non fuisse. Cum ergo non sicut quidam charissimi mei putant, nulla vel pauca, sed potius plura fortasse quàm etiam maledici opinantur verba dixerim, quæ mallem reuocare, si possem, non mihi Tulliana illa blanditur sententia, qua dictum est, nullum vnquam verbum quod reuocare vellet, emisit: sed angit me planè Horatiana sententia, Nescit vox missa reuerti. Hinc est quod periculosissimarum quæstionum libros, de Genesi scilicet, & de Trinitate, diutius teneo quàm vultis & fertis, vt si non potuerint nisi habere aliqua quæ merito reprehendantur, saltem pauciora sint quàm esse possent, si præcipiti festinatione inconsultius æderentur. Vos enim vt vestræ indicant literæ (nam hoc mihi etiam sanctus frater & co-

Lucani ver-
sus.

Secundæ
partes mode-
stie.

episcopus meus scripsit Florentius) ideo vt ædantur K
virgetis, quo possint à me dum in hac carne vino, de-
fendi, cum vel ab inimicis mordentibus, vel etiam
ab amicis parum intelligentibus, fortasse in quibus-
dam cœperint accusari. Quod vtique propterea dicitis,
quia non putatis esse in eis aliquid quod vera possit
ratione culpari. Alioquin non me ad eorum æditi-
onem, sed ad diligentem emendationem potius
hortaremini. Ego autem iudices veros, & veritate fe-
ueros, magis intueor, inter quos & me ipsum primi-
tus constituere volo, vt ad illos ea tantum reprehen-
denda perueniant, quæ à me quanuis sedulo perscruta-
nte minimè videri potuerunt. Quæ cum ita sint,
hoc tamen quod in tertio libro de Libero arbitrio, cum
de substantia rationali agerem, sic à me positum est
vt dicerem, In corporibus autem inferioribus anima
post peccatum ordinata, regit corpus suum, non om-
nimodo pro arbitrio, sed sicut leges vniuersitatis si-
nunt: diligenter aduertant, qui putant me aliquid de
anima humana vel certum statuisse atq; fixisse, quod
vel ex parentibus per propaginem veniat, vel in acti-
bus vitæ superioris atque celestis peccauerit, vt cor-
ruptibili carni mereretur includi: & videant sic à me
verba fuisse perpena, vt retento eo quod certum ha-
beo, post peccatum primi hominis, natos esse atque
nasci cæteros homines in carne peccati, cui sanandæ
venit in domino similitudo carnis peccati, ita omnia
sonarent, vt nulli præiudicarent opinioni quatuor
illarum, quas postea digessi atque distinxi, non con-
firmans aliquam, sed interim quod agebam sequestra-
ta illarum discussione determinans, vt quacunque il-
larum vera esset, deus sine dubio laudaretur. Siue enim
ex illa vna omnes animæ propagentur, siue singillatim
in singulis fiant, siue extra creatæ mittantur, siue in
corpora sponte mergantur, proculdubio creatura ista
rationalis, id est, humanæ animæ natura, in corpori-
bus inferioribus, hoc est terrenis, post peccatum ordi-
nata, regit corpus suum, non omnimodo pro arbitrio
interim quod constat post peccatum primi ho-
minis. Non enim dictum est, post peccatum suum, aut
postea quàm peccauit: sed dictum est, post peccatum:
vt quodlibet postea si fieri posset, discussa ratio decla-
raret, siue peccatum eius, siue peccatum parentis car-
nis eius, rectè dictum intelligeretur quod dictum est:
Post peccatum in inferioribus corporibus ordinata,
regit corpus suum, non omnimodo pro suo arbitrio,
quia & caro concupiscit aduersus spiritum, & ingemi-
scimus grauati, & corpus quod corrumpitur aggrauat
animam. Et quis omnia enarret carnalis infirmitatis
incommoda? Quæ vtique non erunt, cum corrupti-
bile hoc induerit corruptionem, vt absorbeat mortale
à vita. Tunc itaque spiritale corpus reget omni-
modo pro libero & arbitrio, nunc verò non omnimo-
do, sed sicut leges vniuersitatis sinunt, per quas consti-
tutum est, vt corpora orta occidant, & aucta senescant.
Nam illius primi hominis anima, ante peccatū etiam
si nondū spiritale corpus sed animale, tamen pro arbitrio
regebat. Post peccatum autem, id est, postea quàm
peccatum in illa carne commissum est, ex qua deinceps
propagaretur caro peccati, anima rationalis sic est in
inferioribus corporibus ordinata, vt non omnimodo
pro arbitrio regat corpus suū. Quod si nondū acquie-
scunt in paruulis, qui nulla adhuc peccata propria com-
miserunt, iam tamen esse carnem peccati, quia & huic
sanandæ cum baptizantur necessaria est medicina, si-
militudo

M
Gala. 5.

2. Cor. 5.
Sapi. 9.

A militudo illa carnis peccati, nec sic istis * verbis nos-
tri habent quod succenseant. Constat quippe, nisi fal-
lor, eandem carnem etiam si non vitio, sed natura infir-
ma est, tamen post peccatum corpisse nasci, quia neque
ita creatus est Adam, neque aliquem genuit ante pecca-
tum. Querant ergo alia, quæ recte reprehendant, non
solum in aliis festinantius editis, verumetiam in his
libris meis de lib. arbitrio. Neque enim eos inuentu-
ros nego vnde mihi beneficium cōferant, quoniam si illi
(quod iam in multorum manus exierunt) corrigi non
possunt, ego certe quoniam vino adhuc possum. Hæc au-
tem verba tā cautè à me posita, vt nulli de animæ ex-
ortu, quatuor illarum opinioni ratione præfererè,
hi tantum reprehendant, qui reprehendendam putant
eandem ipsam de re tam obscura cunctationem meam:
contra quos me nō defendo, quod recte faciam in hac
quæstione cunctari, cum omnino non dubitem & im-
mortalem esse animam, non ita vt deus, qui solus habet
immortalitatem, sed modo quodam sui generis, & eam
esse creaturam non substantiam creatoris, & si quid aliud
de natura eius certissimū teneo. Sed quia hoc me
facere cōpellit de animæ exortu caliginosissimæ quæ-
stionis obscuritas, manum potius porrigant confiten-
ti, & quicquid illud est nosse cupienti, & doceant si pos-
sunt, vel ostendant si quid de hac re vel certa ratione
didicerunt, vel apertissimo diuino eloquio crediderunt.
Si enim ratio contra diuinarū scripturarū autoritatē
redditur, quàmlibet acuta sit, fallit verisimilitudine,
nam vera esse non potest. Rursus si manifestissimæ cer-
teque rationi velut scripturarum sanctarum obicitur
authoritas, non intelligit qui hoc facit: & non scri-
pturarum illarum sensum ad quem penetrare non po-
tuit, sed suum potius obicit veritati, nec quod in eis
sed quod in seipso velut pro eis inuenit opponit. Ex-
empli gratia: Diligenter attende quod dicam. Scriptum
est prope finem libri qui vocatur Ecclesiastes, cum de
solutione hominis, quæ sit per mortem istam, qua diri-
mitur anima à corpore, scriptura loqueretur: Et con-
uertatur puluis in terram sicut fuit, & spiritus reuertatur
ad deum qui dedit eum. Sententia huius authori-
tatis proculdubio certa est, nec quenquam decipit fal-
sitate, sed si quispiam voluerit eam sic interpretari, vt
inde animarum propagationem, quod ex illa vna quam
deus primo homini dedit omnes cæteræ veniant, con-
netur astruere, videtur illi suffragari quod ibi de car-
ne dictum est pulueris nomine. Nam vtique puluis &
spiritus nihil aliud hoc loco, quàm caro & anima intel-
ligitur: vt eo modo affirmet animam reuerti ad deum,
quod sit de traduce illius animæ quam primo homini
dedit deus, quemadmodum conuertitur caro in terram,
cum sit etiam ipsa de traduce illius carnis, quæ in pri-
mo homine de terra facta est: ac si contendat, ex hoc
quod de carne notissimum est, debere nos credere il-
lud quod de anima occultū est. De traduce quippe car-
nis non ambigitur, sed de animæ ambigitur. Vtrunque
autem ita positum est in hoc testimonio, velut singula
singulis parili ratione reddantur: caro scilicet conuer-
tatur in terram sicut fuit. Inde enim sumpta est quædo
factus est primus homo. Et spiritus reuertatur ad deum
qui dedit eum, quando insufflauit in faciem hominis,
quem finxerat flatum vitæ, & factus est homo in animam
viam, vt deinceps ex vtraque re vtriusque rei propago
decurreret. Veruntamen si illud est verū, quod animas
nō ex illa vna propagatas, sed alibi creatas singulis sin-
gulas deus dat, etiā huic sententiæ congruit, quod di-

Ecclesiastes.

1. Retra. 1.

C

Etum est: Spiritus reuertatur ad deum, qui dedit eum. So-
la ergo reliquæ duæ opiniones videntur excludi: quia
si fierent in singulis hominibus animæ propriæ creaturæ
creantur, nō putaretur dici debuisse: Spiritus reuertatur
ad deum qui dedit eum, sed ad deum qui fecit eum.
Dedit enim veluti sic sonat, quasi iā extra fuerit, quod
dari possit. Deinde quod dictum est, Reuertatur ad
deum, virget verbo & premunt dicentes, Quomodo
reuertetur vbi nunquam antea fuerit? Potius enim dici
debuisset asserunt, & ad deum vel pergat, vel vadat ad
deum, quàm reuertatur ad deum, si nunquam illic an-
tea spiritus iste fuisse credendus est. Item quomodo a-
nimæ sponte labatur in corpus, cum scriptum sit, De-
dit eum, non tam in promptu est explicare: ac per hoc
vt dixi duæ istæ opiniones sub verbis huius testimonij
laborant, Vna qua putantur singulæ quæque animæ in
singulis suis corporibus fieri & singulæ: alia qua putan-
tur in corpora sponte demergi. Duabus autem illis siue
de traduce illius vnus veniant, siue antea iam creatæ
& apud deum constitutæ, singulis corporibus dentur,
sine labore verba ista coaptantur. Et tamen si assero-
res eius sententiæ, qua creduntur animæ in suis singulis
corporibus fieri, affirmant, ita esse dictum de spiri-
tu, qui pro anima positus est, deus dedit eum, quemad-
modum recte dicitur dedisse nobis oculos, vel aures,
vel manus, vel quodlibet aliud, quæ membra vtique non
extra iam fecerat & alicubi reposita habebat, quæ cum
opus esset, daret, hoc est, adderet & adiungeret: sed il-
lic ea fecit in corpore cui dedisse illa dicitur: quid ei
respondeatur non video, nisi forte alia vel alia & testi-
monia proferatur, vel certa ratio vnde ista opinio re-
felliatur. Itemque illi qui putant animas in corpora sponte
desluere, sic accipiunt dictam: deus dedit eum, quomodo
dictum est: tradidit illos deus in concupiscentiam
cordis eorum. Proinde vnum verbum relinquunt, quod
dictū est: Reuertatur ad deum, pro peccato accipi possit
reueri vbi ante non fuit, si animæ in suis quæque cor-
poribus fiunt, quo solo verbo vna illarum quatuor an-
gustatur opinio. Sed neque propter hoc vnum ver-
bum temere existimo illam sententiā esse resutan-
dam, ne forte possit ostendi aliquo genere locutio-
nis, quo sancta scriptura vti solet, hoc quoque rectè dici
potuisse, vt reueri intelligatur ad deum spiritus creatus,
tanquam ad authorem à quo creatus est, non tan-
quam ad eum apud quem primitus fuit. Hæc ideo scripsi,
vt quisquis illarum quatuor de anima sententiā ali-
quam voluerit astruere atque defendere, talia proferat
vel de scripturis in autoritatē ecclesiasticam recep-
tis, quæ non possint aliter accipi, sicuti est, quod
deus hominem fecit: vel rationē tam certā vt cōtradi-
ctio aut nulla existat, aut insaniē similis merito iudice-
tur: velut si quisquam dicat, nec veritatem cognoscere,
nec falli quenquam posse nisi viuentem. Neque enim vt
videamus, quàm sit hoc verum, scripturarum authori-
tas necessaria est, ac non sensus ipse communis ita ve-
rum esse perspicua ratione proclamet, vt quisquis con-
tradixerit, demeritissimus habeatur. Hoc si in ista ob-
scurissima quæstione quæ de anima est præstare ali-
quis potest, adiuet imperitiam meam. Quod si non po-
test, non culpet cunctationem meam. De virginitate
autem sanctæ Mariæ, si hoc quod scripsi non persua-
det fieri potuisse, neganda sunt omnia, quæ mirabili-
ter in corporibus acciderunt. Quod si propterea non
creditur, quia semel factum est, quære ab amico quem
hoc adhuc mouet, vtrum nihil inueniatur in literis
secularibus,

1. Retra. 1.
2. Retra. 2.

G secularibus, quod & semel factum sit, & tamen crediti non fabulosa vanitate, sed sicut existimant historica fide, quare obsecro te. Si enim tale aliquid in illis literis inueniri negauerit, admonendus est: si autem falsus fuerit, soluta questio est.

Augustinus Hieronymo: de noua post. lxx. ueteris testamenti uersione, deque Petro reprehenso a Paulo Gala. 2. uentilans questionem de mendacio officioso. Hec epistola non est reddita Hiero. quod is cui tradita fuerat, mutato consilio non est profectus, eam scripserat adhuc presbyter. Epistola. VIII.

DOMINO dilectissimo & cultu sincerissimo charitatis obsequendo, atque amplectendo fratri & compresbytero Hieronymo, Augustinus. Nunquam aequae quisquam tamen facie tunc libet innotuit, quam mihi tuorum in domino studiorum quieta laticia, & vere exercitatio liberalis. Quanquam ego tunc percipiam omnino te nosse, tamen exigui quidam tui munus habeo, praesentiam uidelicet corporis, quam ipsam etiam postea quam te beatissimus nunc episcopus, tunc uero iam episcopatu dignus, frater Alypius uidit, remeansque a me uisus est, negare non possum magna ex parte mihi esse relatu eius impressam, & ante reditum, cum te ille ibi uidebat, ego uidebam sed oculis eius. Non enim animo me atque illum, sed corpore duos, qui nouerit, dixerit, concordia duntaxat & familiaritate fidissima, non meritis quibus ille antecellit. Quia ergo me primitus communione spiritus, quo in unum nitimur, tunc deinde illius ex ore iam diligis, nequaquam impudenter quasi aliquis ignotus commendo germanitati tuae fratrem profuturum, quem nostris conatibus adiutorio tuo uere profuturum speramus, nisi forte quod talis est ut ipse tibi per eum siam commendatior, quam ille per me. Haec forte scribere debuerim, si esse uellem epistolarum solennium more contentus. Sed scater animus in loquelas communicandas tecum de studiis nostris quae habemus in Christo Iesu domino nostro, qui nobis multas utilitates & uaticas quaedam demonstrati a se itineris etiam per tuam charitatem non mediocriter ministrare dignatur. Petimus ergo & nobiscum petit omnis Africarum ecclesiarum studiosa societas, ut interpretandis eorum libris, qui Graece scripturas nostras quam optime tractauerunt, curam atque operam impendere non graueris. Potes enim efficere, ut nos quoque habeamus tales illos viros, & unum potissimum quem tu libentius in tuis literis sonas. De uertendis autem in Latinam linguam sanctis literis canonicis, laborare te nolle, nisi eo modo quo Iob interpretatus es, ut signis adhibitis quid inter hanc tuam & Septuaginta, quorum est grauissima auctoritas, interpretationem distet, appareat. Satis autem nequeo mirari, si aliquid adhuc in Hebraeis exemplaribus inuenitur, quod tot interpretes illius linguae peritissimos fugerit. Omitto enim septuaginta, de quorum uel consilij uel spiritus maiore concordia quam si unus homo esset non audeo in aliquam partem certam ferre sententiam, nisi quod eis praeminentem auctoritatem in hoc munere sine controuersia tribuendam existimo. Illi me plus mouent, qui cum posteriores interpretarentur, & uerborum locutionumque Hebraearum uia atque regulas mordicus ut ferretur, tenerent, non solum inter se non consenserunt, sed etiam reliquerunt multa, quae tanto post emenda & prodenda remanerent. Et aut obscura sunt aut manifesta. Si enim obscura sunt, te quoque in eis falli potuisse, & non immerito

† quicquam facile.

† ergo.

† ne timur.

18. Deciuita. dei. ca. 42. 23

Prouer. 26. 25. Dilemma. † posse.

creditur. Si autem manifesta: superfluum est te uoluisse explanare, quod illos latere non potuit. Huius igitur rei pro tua charitate, expositis causis, certum me facias obsecrauerim. Legi etiam quaedam scripta quae tua dicerentur, in epistolas Apostoli Pauli, quarum unam ad Galatas, cum enotare uelles, uenit in manus locus ille quo Apostolus Petrus a perniciosa simulatione reuocatur. Ibi patrociniū mendacij susceptum esse uel abs te tali uiro, uel a quopiam si alius illa scripsit, fateor, non mediocriter doleo, donec refellantur, si forte refelli possunt ea quae me mouent. Mihi enim uidetur exitiosissime credi aliquod in libris sanctis esse mendacium, id est, eos homines per quos nobis illa scriptura ministrata est atque conscripra, aliquid in libris suis fuisse metitos. Alia quippe questio est, sit ne aliquando mentiri uiri boni. Et alia questio est, utrum scriptorem sanctarum scripturarum mentiri oportuerit: Immo uero non alia, sed nulla questio est. Admissio enim semel in tantum auctoritatis fastidium officioso aliquo mendacio, nulla illorum librorum particula remanebit, quae non utcumque tunc uidebitur, uel ad mores difficilis, uel ad fidem incredibilis, eadem perniciosa regula ad mentientis auctoris consilium, officiumque referatur. Si enim mentiebatur Apostolus Paulus, cum Apostolum Petrum obiurgans diceret: Si tu cum sis Iudaeus, gentiliter & non Iudaice uiuis, quae admodum gentes cogis Iudaizare: & recte illi uidebatur Petrus fecisse, quem non recte fecisse, & dixit & scripsit, ut quasi animos tumultuantium deliniret: quid respondebimus, cum exurrexerint peruersi homines, prohibentes nuptias, quos futuros ipse praenunciavit, & dixerint totum illud quod idem Apostolus de matrimoniorum iure firmando locutus est, propter homines qui dilectione coniugum tumultuari poterant fuisse mentitum, scilicet non quod hoc senserit, sed ut illorum placaretur aduersitas? Non opus est multa commemorare. Possunt enim uideri etiam de laudibus dei esse officiosa mendacia, ut apud homines pigrioris dilectio eius ardeat, atque ita nusquam certa erit in libris sanctis casta ueritatis auctoritas. Nonne attendimus eundem Apostolum, cum ingenti cura commendanda ueritatis dicere: Si autem Christus non resurrexit, inanis est praedicatio nostra, inanis est & fides nostra. Inuenimur autem & falsi testes dei, quia testimonium diximus aduersus deum, quod suscitauit Christum quem non suscitauit? Si quis huic diceret, quid in hoc mendacio perhorrescis, cum id dixeris, quod etiam si falsum sit ad laudem dei maxime pertinet? Nonne huius detestatus insaniam, quibus posset uerbis & significationibus in lucem penetrabilia sui cordis aperiret, clamans non minore aut fortasse etiam maiore scelere, in deo laudari falsitatem, quam uituperari ueritatem? Agendum est igitur, ut ad cognitionem diuinarum scripturarum talis homo accedat, qui de sanctis libris, tam sancte & ueraciter existimet, ut nolit aliqua eorum parte delectari per officiosa mendacia, potiusque id quod non intelligit transeat, quam cor suum praeferat illi ueritati. Profecto enim cum hoc dicit, credi sibi expetit, & id agit ut diuinarum scripturarum auctoritatibus non credamus. Et ego quidem qualibuscumque uiribus quas dominus suggerit, omnia illa testimonia quae adhibita sunt astruendae utilitati mendacij, aliter oportere intelligi ostenderem, ut ubique eorum firma ueritas doceretur. Quam enim testimoniam menda-

K manifesta illos in eis falli potuit se non creditur.

Perniciosa simulatio.

† ut cuique aliis, ut dicitur.

Gala. 2.

1. Cor. 15.

M † uestra.

† qui.

A nia mendacia esse non debent, tam non debent fauere mendacio. Sed hoc intelligentiae relinquo tuae. Admota enim lectioni diligentiori consideratione, multo id fortasse facilius uidebis quam ego. Ad hanc autem tem considerationem coget te pietas, qua cognoscis fluctuare auctoritatem scripturarum diuinarum, tunc ut in eis quod uult quisque credat, quod non uult non credit, si semel fuerit persuasum aliqua illos uiros per quos nobis haec ministrata sunt, in scripturis suis officiose potuisse mentiri: Nisi forte regulas quasdam daturus es, quibus nouerimus ubi oporteat metiri, ubi non oporteat. Quod si fieri potest, nullo modo mendacibus dubijsque rationibus id explices quae, nec me onerosum, aut impudentem iudices, per humanitatem ueracissimam domini nostri. Nam ut non dicam nulla, certe non magna culpa meus error ueritati fauet, si recte in te potest ueritas fauere mendacio. Multa alia cum sincerissimo corde tuo loqui cuperem, & de Christiano studio conferre, sed huic desyderio meo nulla epistola satis est. Uerius id ipsum possuum per fratrem, quem mihi sciendum & alendum dulcibus atque uilibus sermocationibus tuis, misisse me gaudeo: Et tamen quantum uellem, nec ipse (quod pace eius dixerim) forsitan capiti, quanquam nihilo me illi praetulerim. Ego enim me fateor tui capioris, sed ipsum uideo fieri pleniorum, quo me sine dubitatione antecellit: & posteaquam redierit (quod domino adiuuante prosperatum iri spero) cum eius pectoris abs te cumalati, particeps fuero, non est impleturus quod in me adhuc vacuum erit atque audium sensorum tuorum. Ita fiet ut & ego etiam tunc egentior sim, ille copiosior. Sanè idem frater, aliqua scripta nostra fert secum, quibus legendis si dignationem adhibueris, etiam sinceram atque fraternam seueritatem adhibeas quae. Non enim aliter intelligi quod scriptum est: Emendabit me iustus in misericordia, & arguet me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum: nisi quia magis amat obiurgator sanans, quam adulator uingens caput. Ego autem difficillimè bonus iudex lego quod scripserim, sed aut timidior recto, aut cupidior. Uideo etiam interdum uicia mea, sed haec malo audire a melioribus, ne cum me recte fortasse reprehendero, rursus mihi blandiar, & meticulosam potius mihi uidear in me quam iustam uulsi sententiam.

† scriptorū diuinarum.

B

Psal. 140.

C

Augustinus Hieronymo. De titulo libri De scriptoribus ecclesiasticis. Deinde de Petro reprehenso, de quo supra, hortatur illum, ut prodatur Originis & singulorum haereticorum errata. Epistola. IX.

DOMINO dilectissimo & cultu sincerissimo charitatis obseruando, atque amplectendo, fratri & compresbytero Hieronymo, Augustinus. Habeo gratiam quod pro subscripta salutatione, plenam mihi epistolam reddidisti, sed breuiorem multo, quam ex te uellem sumere tali uiro, a quo tempora quantalibet occupet, nullus sermo prolixus est. Quaequam itaque nos negociorum alienorum, eorumque secularium curis circumstemur ingentibus, tamen epistola tuae breuitati facile non ignoscerem, nisi cogitarem quam paucioribus uerbis meis redderetur. Quare aggredere quae istam nobiscum literariam colloquutionem, ne multum ad nos disjungendos liceat absentiae corporali, quanquam sumus in domino spiritu ueritate coniuncti, etiam si ab stylo quiescamus & taceamus. Et libri quidem quos de horreo dominico elaborasti, penne totum te nobis exhibent. Si enim propterea te non Tomus secundus.

† prolixus scripta.

nouimus, quia faciem tui corporis non uidimus, hoc modo nec ipse te nosti. Nam tu quoque non uides eam. Si autem tibi non ob aliud notus es, nisi quia nostri animum tuum, & nos eum non mediocriter nouimus in literis tuis, in quibus benedicimus domino, quod tibi & nobis, omnibusque fratribus qui tua legunt, te talem dedit. Liber quidem tuus inter cetera non diu est ut uenit in manus nostras, quae sit eius inscriptio, nescimus adhuc. Non enim hoc codex ipse, ut assolet, in liminari pagina praetendebat. Epitaphium tamen appellari dicebat frater, apud quem inuentus est. Quod ei nomen tibi placuisse ut inderetur, crederemus, si eorum tantum hominum uel uitas uel scripta ibi legissemus, qui iam defuncti essent. Cum uero multorum & eo tempore quo scriberetur, & nunc usque uentium ibi commemoretur opuscula, miramur cur hunc ei titulum uel imposueris, uel imposuisse credaris. Sanè uulsi te co-scriptum eundem librum satis approbamus. In expositione quoque epistolae Pauli Apostoli ad Galatas, inuenimus aliquid quod nos multum moueat. Si enim scripturas sanctas admitta fuerint, uelut officiosa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis? Quae tandem de scripturis illis sententia proferetur, cuius pondere contentiose falsitatis obteratur improbas: Statim enim ut protuleris, si aliter sapit qui contra nititur, dicit illud quod prolatum erit, honesto aliquo officio scriptorem fuisse mentitum. Ubi enim hoc non poterit, si potuit in ea narratione, quae exorsus Apostolus ait: Quae autem seribo uobis, ecce coram deo quia non mentior, credi, affirmarique mentitus, eo loco ubi dixit de Petro & Barnaba: Cum uiderem quia non recte ingrediebatur ad ueritatem Eua gelij. Si enim recte illi ingrediebantur, iste mentitus est: si autem ibi mentitus est, ubi uerum dixit? An ibi uerum dixisse uidebitur, ubi hoc dixerit quod lector sapit: Cum uero contra sensum lektoris aliquid occurrerit, officioso mendacio deputabitur? Non enim deesse poterunt causa, cur existimetur non solum potuisse, uerum etiam debuisse mentiri, si huic regula conceditur locus. Non opus est haec causam multis uerbis agere, praesertim apud te, cui sapienter prouidenti dictum sit est. Nequaquam uero mihi arrogauerim, ut ingenium tuum diuino dono aureum, meis obolis ditare contendam, nec quisquam te magis idoneus, qui opus illud emendet. Neque enim a me docendus es quomodo intelligatur quod idem dicit: Factus sum Iudaeus tanquam Iudaeus, ut Iudaeos lucrifacerem, & cetera, quae ibi dicuntur compassione misericordiae, non simulatione fallaciae. Fit enim tanquam agrotus, qui ministrat agrotis: non cum se febres habere mentitur, sed cum animo condolentis cogitat quemadmodum sibi ministrari uellet, si ipse agrotaret, & sic ipse aliis agrotantibus ministrando compatitur. Nam utique Iudaeus erat, Christianus autem factus, non Iudaeorum sacramenta reliquerat, quae conuenienter ille populus & legitimo tempore quo oportebat, acceperat. Ideoque suscepit ea celebranda, cum iam Christi esset Apostolus, ut doceret non esse perniciosa iis qui ea uellent, sicut a parentibus per legem acceperant, custodire, etiam cum Christo credidissent: non tamen in eis iam constituerent spem salutis, quoniam per dominum Iesum salus ipsa, quae illis sacramentis significabatur, aduenerat. Ideoque gentibus quod infuetos a fidei reuocaret onere graui & non necessario, nullo modo imponenda esse censebat. Quapropter non ideo Petrus emendauit, quod paternas traditiones obseruaret, quod si facere uellet,

D

E

Gala. 2.

Galat. 2.

F

1. Cor. 9.

Gala. 2.

b nec

G nec mendaciter, nec incongruè faceret: quanvis enim iam superflua, tamen solita non nocerent. Sed quoniam gentes cogebat Iudaizare, quod nullo modo posset, nisi ea sic ageret, tanquam adhuc etiam post domini aduentum necessaria salutis forent, quod vehementer per Apostolatam Pauli veritas dissuasit. Nec Apostolus Petrus hoc ignorabat, sed id faciebat, timens eos qui ex circūcisione erāt. Itaq; & ipseverè correctus est, Et Paulus vera narravit, ne sancta scriptura quæ ad fidem posteris edita est, admissa auctoritate mendacij, tota dubia nutet & fluctuet. Non enī potest aut oportet literis explicari, quanta & quam inexplicabilia mala consequantur, si hoc concesserimus. Posset autem opportunè minusque periculose demonstrari, si coram inter nos colloqueremur. Hoc ergo Iudæorum Paulus dimiserat quod malum habebant, & in primis illud quod ignorantem dei iustitiam, & suam iustitiam volentes constitueret, iustitiæ dei nō sunt subiecti. Deinde quod post passionem & resurrectionem Christi, dato ac manifestato sacramento gratiæ, secundum ordinem Melchisedech, adhuc putabant sacramenta vetera, non ex consuetudine solennitatis, sed ex necessitate salutis esse celebranda. Quæ tamen si nunquam fuissent necessaria, infructuose atque inaniter pro eis Machabæi martyres fieret. Postremo illud quod prædicatores gratiæ Christianos, Iudæi tanquam hostes legibus persequerentur. Hos itaque atque huiusmodi errores & vitia dicit se damnare, & ut stercora arbitratur, ut Christū lucrifaceret, non observationes legis si more patrio celebrarentur, sicut & ab ipso celebratæ sunt sine vlla salutis necessitate, sicut Iudæi celebrandas putabant, aut fallaci simulatione, quod in Petro reprehenderat. Nā si propterea illa sacramenta celebravit, quia simulavit se Iudæum, ut illos lucrifaceret: cur non etiam sacrificavit cum gentibus, quia & iis qui sine lege erant tanquam sine lege factus est, ut eos quoque lucrifaceret, nisi quia & illud fecit, ut natura Iudæus, & hoc totum dixit, non ut fallaciter se fingeret esse quod nō erat, sed ut misericorditer eis ita subveniendū esse sentiret, ac si ipse in eodem errore laboraret, non scilicet mentientis astu, sed compatiens affectu. Sicut eo ipso loco generaliter intulit: Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem, ut sequens conclusio: Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem, ad hæc referenda intelligatur, ut cuiusque infirmitatem tanquam in seipso miseratus appareat. Nō enim & cum diceret: Quis infirmatur, & ego non infirmor? infirmitatem alterius simulasse sed potius quam condoluisse volebat intelligi. Quare arripe obsecro te ingenuam & verè Christianam cum charitate severitatem, ad illud opus corrigendum atque emendandum, & *καλῶς ἔλεγε*, ut dicitur, cane. Incomparabiliter enim pulchrior est veritas Christianorum, quam Helena Græcorum. Pro ista enim forti? nostri martyres aduersus hanc Sodomā, quam pro illa illi heroës aduersus Troiam dimicauerunt. Neque hoc ideo dico, ut oculos cordis recipias, quos abis ut amiseris, sed ut aduertas, quos cum habeas sanos & vigiles, nescio qua dissimulatione auertisti, ut non intenderes, quæ consequantur aduersa, si semel creditum fuerit, posse honestè atque piè accipi, scriptorem diuinorum librorum in aliqua sui operis parte mentiri. Scripsit hinc iam aliquando ad te epistolam, quæ non perlata est, quia nec perrexit cui perferendam tradideram. Ex qua mihi illud suggestum est, cum istam dictarem, quod

Hoc nōquā fecit Petrus, nec tamen méritus est Paulus

† Apostoli Paulum.

Rom. 10

H

Fallax simulatio.

1. Cor. 9

Helena causa belli.

in hac quoque prætermittere non debui, ut si alia est sententia tua, eademque est melior, timori meo libenter ignoscas. Si enim aliter sentis, verūmque tu sentis (Nam nisi verum sit, melius esse non potest) ut non dicam nulla, certè non magna culpa, meus error veritati fauet, si rectè in quoquā veritas potest fauere mediatio. De Origene autem quod rescribere dignatus es, iam sciebam, non tantum in Ecclesiasticis literis, sed in omnibus recta & vera quæ inuenerimus approbare atque laudare, falsa verò & praua improbare atque reprehendere. Sed illud de prudentia doctrinæque tuæ desyderabam, & adhuc desydeo, ut nota nobis facias ea ipsa eius errata, quibus à fide veritatis ille vir tantus recessisse conuincitur. In libro etiam quo cunctos quorum meminisse potuisti scriptores ecclesiasticos, & eorum scripta commemorasti, cōmodius ut arbitror fieret, si nominatis eis, quos hæresiotas esse nosti (quādo ne ipsos quidem prætermittere uolueris) subiungeres etiam in quibus cauendi essent, quanquam nōnullos etiam præterieris, quod scire cuperem quo consilio factum sit. Aut si illud volumen fortè onerare noluisse, ut commemoratis hæreticis, nō adderes in quibus eos catholica damnauit auctoritas. Peto ne graue sit literario labori tuo, quo non mediocriter per domini dei nostri gratiam in Latina lingua sanctorum studia, & accendisti & adiunxisti, id quod tibi per humilitatem meam fraternam charitas indicit, ut si occupationes tuæ sinunt, omnium hæreticorum peruersa dogmata, qui rectitudinem fidei Christianæ, vique ad hoc tempus, vel imprudentia, vel peruicacia, deprauare conati sunt, vno libello breuiter digesta ædas in notitiam eorum, quibus aut nō vacat, propter alia negotia, aut non valent, propter alienam linguam, tam multa legere atque cognoscere. Diu te rogarem, nisi hoc soleret esse indicium minus præsumptis de charitate. Hunc interea fratrem nostrum Paulum in Christo, multum commendo benignitati tuæ, cuius in nostris regionibus existimationi bonum coram deo testimonium perhibemus.

Augustinus Hieronymo, dehortans à libris testamenti ueteris ex Hebræo uertentis, ex exhortans ut Septuaginta uersionem mirè deprauatam ac uariantem reddat suæ ueritati. Nouum testamentum ab eo castigatum probat.

DOMINO venerabili & desyderabili sancto fratri, & compresbytero Hieronymo, Augustinus in domino salutem. Ex quo cepi ad te scribere, aut tua scripta desydere, nunquam mihi melior occurrit occasio, quam ut per dei seruū ac ministrum fidelissimum, mihiq; charissimū, mea tibi afferretur epistola, qualis est filius noster Cyprianus diaconus. Per hunc certè ita spero literas tuas, ut certius in hoc rerum genere quicquam sperare non possim. Nam nec studium in petendis rescriptis memorato filio nostro deerit, nec gratia in promerendis, nec diligentia in custodiendis, nec alacritas in perferendis, nec fides in reddendis: tantum si aliquo modo merear, adiuuet dominus, & assit cordi tuo & desyderio meo, ut fraternam voluntatē nulla maior voluntas impediatur. Quia ergo duas iam epistolas misisti, nullam autem tuam postea recepi, eisdē ipsas rursum mittere uolui, credens eas non peruenisse. Quæ etsi peruenierunt, ac fortasse tuæ potius ad me peruenire minimè potuerunt, ea ipsa scripta, quæ iam misisti, iterū mitte, si fortè reseruata sunt. Sin minus, rursum dicta quod legā, dū tamen

Origenes.

L ecclesia

M

Amen his respondere ne graueris, quod iā diu est, ut expecto. Primas etiā, quas ad te adhuc presbyter literas præparaueram, mittendas per quemdam fratrem nostrum Profuturū, qui postea collega nobis factus iam ex hac vita migravit, nec eas tūc ipse perferre potuit, quia continuo dum proficisci disponit, episcopatus sarcina detentus, ac deinde in breui defunctus est, etiam nunc mittere uolui: ut scias in tua colloquia quam olim inardescam, & quā vim patiar, quod à me tam longè absunt sensus corporis tui, per quos adire possit ad animum tuum, animus meus, mi frater dulcissime, & in domini tui membris honorande. In hac autē epistola, hoc addo, quod postea didicimus, Iob ex Hebræo à te interpretatum, cum iam quādam haberemus interpretationem tuam eiusdē propheta ex Græco eloquio versam in Latinum, ubi tamen asteriscis notasti quæ in Hebræo sunt, & in Græco desunt, obeliscis autem quæ in Græco inueniuntur, & in Hebræo nō sunt, tam mirabili diligentia, ut quibusdam in locis ad uerba singula, stellas significantes uideamus eadem uerba esse in Hebræo, in Græco autem non esse. Porro in hac posteriore interpretatione, quæ uersa est ex Hebræo, non eadem uerborum fides occurrit, nec parum turbat cogitantem, vel cur in illa prima tanta diligentia figatur asterisci, ut minimas etiam particulas orationis indicent deesse codicibus Græcis, quæ sunt in Hebræis: vel cur in hac altera quæ ex Hebræis est, negligentius hoc curatum sit, ut non eadem particula locis suis inueniretur. Aliquid inde, exempli gratia, uolui ponere. Sed mihi ad horam codex defuit, qui ex Hebræo est. Veruntamen quia præuolans ingenio, non solum quid dixerim, uerum etiam quid dicere, uoluerim, satis ut opinor, intelligis, ut causa reddita, quod mouet edisseras. Ego sanè te malle Græcās potius canonicas nobis interpretari scripturas, quæ lxx. interpretum auctoritate perhibentur. Perdurum erit enim, si tua interpretatio, per multas ecclesias frequentius cōperit lectitari, quod à Græcis ecclesiis Latine ecclesiæ dissonabunt: maxime quia facile contradictor conuincitur Græco prolato libro, id est lingua notissima. Quisquis autem in eo quod ex Hebræo trāslatum est, aliquo insolito per motus fuerit, & falsi crimen intenderit, uix aut unquam ad Hebræa testimonia peruenitur, quibus defendatur obiectum. Quod si etiam peruentum fuerit, tot Latinas & Græcas auctoritates damnari quis ferat? Huc accedit, quia etiam consulti Hebræi, possunt aliud respondere, ut tu solus necessarius uidearis, qui etiam ipsos possis conuincere: sed tamen qui iudicet, mirum si potueris inuenire. Nam quidam frater noster episcopus, cum lectitare instituisset in ecclesia cui præest, interpretationē tuam, mouit quiddam lōgè aliter abs te positum apud Ionam prophetam, quā erat omnium sensibus & ibi & memorięq; inueteratum, & tot atatum successionebus decantatum. Factus est tantus tumultus in plebe, maxime Græcis argumentibus & inflammatis calumniarum salutaris, ut cogeret episcopus (ea quippe ciuitas erat) Iudeorum testimonium flagitare. Vtrum autem illi imperitia an malicia, hoc esse in Hebræis codicibus respōderunt, quod & Græci & Latini habebant atque dicebant. Quid plura? Coactus est homo uelut mendositate corrigere, uolens post magnum periculum nō remanere sine plebe. Unde etiam nobis uidetur, aliquando te quoque in nonnullis falli potuisse. Et uide hoc quale sit in eis literis, quæ non possunt collatis uisitarum Tomus secundus.

† Christi

† obelis

B

† quo iudice

rum linguarum testimoniis emendari. Proinde non paruus deo gratias agimus de opere tuo, quod Euangelium ex Græco interpretatus es, quia penè in omnibus nulla offensus est, cum scripturam Græcam contulerimus. Unde si quispiam veteri falsitati cōtentiosus fuerit, prolatis collatisq; codicibus, uel docetur facillimè, uel refellitur. Etsi quædam rarissima merito mouent, quis tam durus est, qui labori tam uutili, non facile ignoscat, cui uicè laudis referre non sufficit? Quid tibi autem uideatur, cur in multis aliter se habeat Hebræorum codicum auctoritas, aliter Græcorū quæ dicitur lxx. uellem dignareris aperire. Neque enim paruū pōdus habet illa, quæ sic meruit diffamari, & quæ ufos Apostolos non solum res ipsa indicat, sed etiam te attestatum esse memini. Ac per hoc plurimū profueris, si eam Græcam scripturam, quam lxx. operati sunt, Latine ueritati reddideris, quæ in diuersis codicibus ita varia est, ut tolerari uix possit: & ita suspecta ne in Græco aliud inueniatur, ut inde aliquid proferri aut probari dubitetur. Breuem putabam futuram hanc epistolam, sed nescio quomodo ita mihi dulce factum est in ea progredi, ac si tecum loquerer. Sed obsecro te per dominū, ne te pigeat ad omnia respondere, & prestare mihi, quantum potueris, præsentiam tuam.

Hieronymus Augustino respondens ad officiosi mendacij calumniam, deq; translatione ueteris testamenti, ac de hebreæ uocabulo apud Ionam.

DOMINO uerè sancto & beatissimo papæ Augustino, Hieronymus in domino salutem. Tres simul epistolas, imò libellos breues, per diaconum Cyprianum tuæ dignationis accepi, diuersas ut tu nominas quæstiones, ut ego sentio reprehensiones opusculorum meorum continentes. Ad quas si respondere uolueris, libri magnitudine opus erit. Tamen conabor quantum facere possum, modum non egredi longioris epistolæ, & festinanti fratri morā non facere, qui ante triduum quā profecturus erat, à me epistolas flagitauit, ut penè in procinctu, hæc qualiacunque sunt, effutire cōpellerer, & tumultuario respondere sermone, non maturitate scribentis, sed dictantis temeritate, quæ plerunque non in doctrinam, sed in casum uertitur, ut fortissimos quosque milites, subita bella conturbat, & antè coguntur fugere, quā possint arma corripere. Cæterum nostra armatura Christus est, & Apostoli Pauli institutio, qui scribit ad Ephesios: Assumite arma dei, ut possitis resistere in die malo. Et rursum: State succincti lumbos uestros in ueritate, & induti lorica iustitiæ, & calciati pedes in præparationem Euangelij pacis, super omnia accipientes scutum fidei, in quo possitis uniuersa tela maligni ignita extinguere, & galeam salutis accipite, & gladium spiritus, quod est uerbum dei. His quōdam telis, rex David armatus, procedebat ad prælium, & quinque lapides de torrente accipiens leuigatos, nihil asperitatis & fordidiū inter huius seculi turbines in sensibus suis esse monstrabat, bibens de torrente in uia, & idcirco exaltatus caput superbissimum Goliath, suo potissimum mucrone truncavit, percutiens in fronte blasphemum, & in ea parte corporis vulnerans, in qua & præsumptor sacerdotij Ozias lepra percutitur, & sanctus gloriatur in domino, dicens: Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Dicamus igitur & nos: Paratum cor meum deus, paratum cor meum, cantabo & psallam in gloria mea. Exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo: b ij ut in

Et hodie uariant.

Et hodie uariant.

† Christo

† Alienigenæ ordium.

1. Reg. 17.

Psal. 109.

G vt in nobis possit impleri, Aperi os tuum, & ego adim-
plebo illud. Et dominus dabit verbum euangelizanti-
bus virtute multa. Te quoque ipsum orare non dubi-
to, vt inter nos contententes, veritas superet. Non
enim tuam quæris gloriam, sed Christi. Cumq; tu vi-
ceris, & ego vincam, si meum errorem intellexero: &
econtrario, me vincente, tu superas, quia non filij pa-
rentibus, sed parentes filiis thesaurizant. Et in Paralipomenon libro legimus, quod filij Israël ad pugnandū
procefferint mente pacifica, inter ipsos quoque gladi-
os & effusiones sanguinis, & cadauera prostratorum,
non suam, sed pacis victoriam cogitantes. Respōdea-
mus igitur ad omnia, ac multiplices quæstiones, si
Christus iusserit, breui sermone soluamus. Prætermi-
to salutationis officia, quibus meum demulces caput,
taceo de blanditijs, quibus reprehensionem mei nite-
ris consolari, Ad ipsas causas veniam. Dicis accepisse
te librum meum à quodam fratre, qui titulum non ha-
beret, in quo scriptores ecclesiasticos, tā Græcos quàm
Latinos enumerauerim. Cūque ab eo quæreres, vt
tuis verbis vtar, cur liminaris pagina non esset inscri-
pta, vel quo censeretur nomine, respondisse, appellari
epitaphium. Et argumentaris, quod recte sic vocaretur,
si eorum tantum vel vitas, vel scripta ibi legisses,
qui iam defuncti essent. Cū verò multorum, & eo
tempore quo scribebatur, & nunc vsque viuentium
commemorarentur opuscula, mirari te, cur ei hunc ti-
tulum imposuerim. Puto intelligere prudentiam tu-
am, quod ex opere ipso titulum potueris intelligere.
Legisti enim & Græcos & Latinos, qui vitas virorum
illustrium descripserunt, quod nunquam epitaphium
huic operi scripserint, sed de illustribus viris: Verbi
gratia, ducibus, philosophis, oratoribus, historicis, poë-
tis, epicis, tragicis, comicis. Epitaphium autem prop-
riè scribitur mortuorum. Quod quidem in dormi-
tione (sanctæ memoriæ) Nepotiani presbyteri olim
fecisse me noui. Ergo hic liber vel de illustribus viris,
vel propriè de scriptoribus ecclesiasticis appellandus
est, licet à plerisque emendatoribus imperitis, de au-
thoribus dicatur inscriptus. Secundo loco quæris, cur
dixerim in commentarijs epistolæ ad Galatas, Pau-
lum id in Petro non potuisse reprehendere quod ipse
fecerat, nec in alio arguere simulationem cuius ipse
tenebatur reus. Et asseris reprehensionem Apostoli-
cam non fuisse dispensatoriam sed veram, & me non
debere docere mendacium, sed vniuersa quæ scripta
sunt ita sonare vt scripta sunt. Ad quæ primū respon-
deo, debuisse prudentiam tuam præfatione tua com-
mentariorum meorum meminisse dicentis ex perso-
na mea. Quid igitur ego stultus aut temerarius, qui id
polliceor, quod ille non potuit? Minimè. Quin potius
in eo mihi videor cautior atque timidior, quod imbe-
cillitatem virium mearum sentiens, Origenis comen-
tarios sequutus sum. Scripsit enim ille vir in epistolâ
Pauli ad Galatas quinque propriè volumina, & deci-
mum stromatum suorum librum, cōmatico super ex-
planatiōem eius sermone compleuit. Tractatus quo-
que varios & excerpta, quæ vel sola possent sufficere
composuit. Prætermitto Didymum videntem meum,
& Apollinarem & Laodicenum, de ecclesia nuper e-
gressum, & Alexandrum veterem hæreticum, Eusebi-
um quoque Emisenum, & Theodorum Heracleotem,
qui & ipsi nonnullos super hac re commentarios re-
liquerunt. E quibus vel si pauca decerperem, fieret ali-
quid quod non penitus contemneretur. Itaque vt sim-

1. Cor. 12.

De claris scriptorib?

Gala. 2

Origenes fu per ad Gal.

Didymus videns. Apollinaris. Alexander. Eusebius. Theodoros.

pliciter fatear, legi hæc omnia, & in mente mea plu-
rima coaceruans, accito notario, vel mea vel aliena di-
ctavi, nec ordinis, nec verborum interdiu, nec sensuū
memor. Iam domini misericordie est, nec per imperi-
tiam nostram ab alijs bene dicta dispereant, & non
placeant inter extraneos, quæ placet inter suos. Si quid
igitur reprehensione dignū putaueras in explanatio-
ne nostra, eruditionis tuæ fuerat quærere, vtrū ea quæ
scripsimus haberentur in Græcis, vt si illi non dixis-
sent, tunc meam propriè sententiam condēnares: præ-
sertim cū libere in præfatione confessus sim, Origenis
commētarios me esse sequutū, & vel mea vel aliena
dicta esset, & in fine eiusdem capituli quod reprehē-
dis, scripserim, Si cui iste nō placet sensus, quo nec Pe-
trus peccasse, nec Paulus procaciter ostenditur arguis
se maiorem, debet exponere, qua consequentia Paulus
in altero reprehendat quod ipse cōmisit. Ex quo osten-
di me non ex definito id defendere, quod in Græcis
legeram, sed ea expressisse quæ legeram, vt lectoris arbi-
trio derelinquerem, vtrum probanda essent an impro-
banda. Tu igitur ne quod ego petieram non faceres,
nouum argumentum reperisti, vt assereres gētiles qui
in Christum credidissent, legis onere liberos, eos autē
qui ex Iudæis crederet legi esse subiectos, vt per vtro-
rumq; personā, & Paulus recte reprehenderet eos qui
legem seruari, quasi doctor gentium, & Petrus iure
reprehenderetur, qui princeps circumcisionis id impe-
rauerit gentibus, quod soli qui ex Iudæis erant debu-
erint obseruare. Hoc si placet, imò quia placet, vt quicū-
que credunt ex Iudæis debitores sint legis faciendæ, tu
vt episcopus in toto orbe notissimus, debes hanc pro-
mulgare sententiā, & in assensum tuū omnes cōpisco-
pos trahere. Ego in paruo tuguriolo, cum monachis,
id est cum cōpeccatoribus meis, de magnis statuere nō
audeo, nisi hoc ingenue confiteri, me maiorum scripta
legere, & in commentarijs secundum omnium cōsue-
tudinem varias ponere explanationes, vt è multis se-
quatur vnusquisq; quod velit. Quod quidem te puto &
in seculari literatura, & in diuinis libris legisse & pro-
basse. Hanc autem explanationem, quā primus Ori-
genes in decimo stromatum libro, vbi epistolam Pau-
li ad Galatas interpretatur, & ceteri deinceps inter-
pretes sunt sequuti, illa vel maximè causa subintrodu-
cunt, vt Porphyrio respondeant blasphemati, qui Pau-
li arguit procacitatem, quod principem Apostolorum
Petrum ausus est reprehendere, & arguere in faciem,
ac ratione constringere quod malè fecerit, id est in eo
errore fuerit, in quo fuit ipse qui aliū arguit delinquē-
tem. Quid dicam de Ioanne, qui dudum in pontifica-
li gradu Constantinopolitanā rexit ecclesiam, & prop-
riè super hoc capitulo latissimum exarauit librum, in
quo Origenis & veterū sententiā est sequutus? Si igitur
me reprehendis errantem, patere me quæso errare
cum talibus, & cū me erroris mei multos socios ha-
bere perspexeris, tu veritatis tuæ saltem vnū ad stipu-
latorem proferre debebis. Hæc de explanatione vnus
capituli epistolæ ad Galatas. Sed ne videar aduersus ra-
tionem tuam niti testium numero, & occasione viro-
rum illustrium subterfugere veritatem, nec manum
audere cōserere, breuiter de scripturis exempla propo-
nam. In Actibus Apostolorum, vox facta est ad Petrū
dicens: Surge Petre, occide & manduca, id est omnia
animalia quadrupedum & serpentium terræ, & vola-
tilium cœli. Quo dicto, ostenditur nullum hominem
secundum naturam esse pollutum, sed æqualitè om-
nes ad

idicta esse.

L

Gala. 2

Gala. 5

tuguriolo.

perpositio nem. Origenes.

M

Porphyri?

Ioan. Chry. sostomus.

Acto. 10

purificauit

Acto. 11.

Acto. 14. & 15

Gala. 1.

Gala. 1.

A nes ad Christi Euangelium prouocari. Ad quod respō-
dit Petrus: Absit, quia nunquam manducaui commu-
& immundum. Et vox ad eum de cœlo secundū fa-
cta est dicens: Quæ deus mundauit, tu ne commune
dixeris. Iuit itaque Cæsaream, & ingressus ad Corne-
lium aperiens os suum dixit: In veritate comperi, quia
non est personarum acceptor deus, sed in omni gente
qui timet eum & operatur iustitiam, acceptus est illi.
Denique cecidit spiritus sanctus super eos, & obstupue-
runt ex circumcisione fideles qui venerant cum Petro,
quod & in nationes gratia spiritus sancti esset effusa.
Tunc respondit Petrus: Nunquid aquam quis prohi-
bere potest, vt nō baptizentur ij qui spiritum sanctum
acceperūt sicut & nos? Et iussit eos in nomine Iesu Chri-
sti baptizari. Audierunt autem Apostoli & fratres qui
erant in Iudæa, quia & gentes receperunt verbum dei.
Cū autem ascendisset Petrus Hierosolymam, disce-
ptabant aduersus illum qui erant ex circumcisione di-
centes: Quare introisti ad viros præputium habentes,
& manducaisti cum illis? Quibus omni ratione expo-
sita, nouissime orationem suam hoc sermone conclu-
sit: Si ergo eandem gratiam dedit illis deus sicut & no-
bis qui credidimus in dominum Iesum Christum, ego
quis eram qui possem prohibere deum? His auditis ta-
cuerunt, & glorificauerunt deum, dicentes: Ergo & gen-
tibus, deus pœnitentiam ad vitam dedit. Rursum cum
multo post tēpore: Paulus & Barnabas venissent An-
tiochiam, & congregata ecclesia, retulissent quanta fe-
cisset deus cum illis, & quia aperuisset deus o gētibus
ostium fidei, quidam descendentes de Iudæa docebant
fratres atque dicebant: Nisi circumcidamini secundum
morem Moysi, non poteris salui fieri. Commota igitur
seditione non minima aduersus Paulum & Bar-
nabam, statuerunt ascendere & ipsi qui accusabantur,
& ij qui accusabant, ad Apostolos & presbyteros Hiero-
solymam super hac quæstione. Cūque Hierosoly-
mam perrexissent, exurrexerunt quidā de hæresi pha-
risæorum, qui crediderant in Christum dicētes: Opor-
tet circumcidi eos & præcipere illis, vt seruent legem
Moysi. Et cū magna super hoc verbo oriretur quæstio,
Petrus solita libertate, Viri inquit fratres, vos scitis
quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit deus per os
meum audire gentes verbum Euangelij & credere: &
qui nouit corda, deus testimonium perhibuit, dans il-
lis spiritum sanctum sicut & nobis, & nihil discreuit
inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Nunc
autem quid tentatis deum, imponere iugum super cer-
uicem discipulorum, quod neque patres nostri neque
nos portare potuimus: Sed per gratiam domini nostri
Iesu Christi credimus saluari quemadmodum & illi.
Tacuit autem omnis multitudo, & in sententiam eius
Iacobus Apostolus & omnes simul presbyteri transie-
runt. Hæc non debent molesta esse lectori, sed & illi &
mihi vtilia, vt probemus ante Apostolum Paulum nō
ignorasse Petrum, imò principem huius fuisse decre-
ti, legem post Euangelium non esse seruandam. Deni-
que tāta Petrus autoritatis fuit, vt Paulus in episto-
la sua scripserit, Deinde post annos tres veni Hiero-
solymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus
XV. Rursumq; in consequentibus: Post annos. XIII. I.
ascendi iterum Hierosolymam cum Barnaba assum-
pto & Tito: Ascendi autem secundum reuelationem,
& exposui eis Euangelium quod prædico inter gentes:
ostendens se non habuisse securitatem Euangelij præ-
dicandi, nisi Petri & qui cum eo erant fuisset senten-

Tomus secundus.

tia roboratum. Statimque sequitur: Separatim autem D
iis qui videbatur aliquid esse, ne forte in vacuum cur-
rerem aut cucurrissem. Quare separatim & non pu-
blice? Ne forte fidelibus ex numero Iudæorum, qui
legem putabant esse seruandam, & sic credendum in
domino saluatore, fidei scandalum nasceretur. Ergo &
eo tempore cū Petrus venisset Antiochiam, licet hoc
Apostolorum acta non scribant, sed affirmanti Paulo
credendum sit, in faciem illi Paulus restitisse se scri-
bit, quia reprehensibilis erat. Prius enim quàm veni-
rent quidam à Iacobo, cum gentibus edebat, cum au-
tem venissent, subtrahebat se & segregabat, timens eos
qui ex circumcisione erant. Et conenserunt cum illo
ceteri Iudæi, ita vt & Barnabas adduceretur ab his in
illam simulationem. Sed cum vidisset, inquit, quod
non recte ingrediuntur ad veritatem Euangelij, dixi
Petro coram omnibus. Si tu cum sis Iudæus, gentili-
ter & non iudaice viuus, quomodo cogis gentes iuda-
zare? Et cetera. Nulli ergo dubium est, quod Petrus
Apostolus sententiæ huius cuius nunc præuaricator
arguitur, primus author extiterit. Causa autem præ-
uaricationis, timor est Iudæorum. Dicit enim scriptu-
ra, quod primum edebat cum gentibus, cū autem ve-
nissent quidam à Iacobo, subtrahebat se & segregabat,
timens eos qui ex circumcisione erant. Timebat au-
tem Iudæos quorum erat Apostolus, ne per occasio-
nem gentilium à fide Christi recederent, & imitator
pastoris boni, perderet gregem sibi creditum. Sicut er-
go ostendimus Petrum bene quidem sensisse de abo-
litione legis Moysayæ, sed ad simulationem obser-
uandæ eius timore compulsum, videamus an ipse Pau-
lus qui alium arguit, tale quid fecerit. Legimus in eo-
dem libro: Perambulabat autem Paulus Syriam &
Ciliciam, cōfirmans ecclesias, peruenitque in Derben,
& Listram, & ecce discipulus quidam erat ibi nomi-
ne Timotheus, filius mulieris viduæ fidelis, patre au-
tem gentili, huic testimonium reddebant qui Listris
erant & Iconio fratres. Hunc voluit Paulus secū pro-
ficisci, & assumens circumcidit eum propter Iudæos, qui
erant in illis locis. Sciebant enim omnes quod pater
eius gentilis esset. O beate Apostole Paulè, qui in Pe-
tro reprehenderas simulationem quare subtraxisset se
à gentibus propter metum Iudæorum, qui à Iacobo ve-
nerant, cur Timotheum filium hominis gentilis vti-
que & ipsum gentilem (neque enim Iudæus erat qui
non fuerat circumcisus) contra sententiam tuam cir-
cuncidi cōegisti? Respondebis mihi: Propter Iudæos
qui erant in illis locis. Qui igitur tibi ignoscis in cir-
cuncione discipuli venientis ex gentibus, ignosce &
Petro præcessori tuo, quod aliqua fecerit metu fideli-
um Iudæorum. Rursum scriptum est: Paulus verò cum
adhuc sustinuisset dies multos, fratribus vale dicens
nauigauit Syriam, & cum eo Priscilla & Aquila, & to-
ndit sibi in Cenchreis caput, votum enim habue-
rat. Esto vt ibi timore Iudæorum compulsum sit face-
re quod nolebat, quare comam nutriuit ex voto, &
postea eam in Cenchreis contondit ex lege, quod Na-
zaræi qui se deo vouerint iuxta præceptum Moysi fa-
cere consueuerunt. Verum hæc ad comparisonem e-
ius rei quæ sequitur, parua sunt. Refert Lucas sacræ hi-
storiæ scriptor: Cū venissemus Hierosolymam, li-
benter susceperunt nos fratres, & sequenti die Iaco-
bus & omnes seniores qui cum eo erant, Euangelio il-
lius comprobato, dixerunt ei: Vides frater quot mil-
lia sunt in Iudæa qui crediderunt in Christo, & hi om-
nes

publico.

E

Acto. 15. & 16

F

Acto. 11.

Gnes æmulatores sunt legis. Audierunt autem de te quod discessionem doceas à Moyse, eorum qui per gentes sunt Iudæorum, dicens non debere eos circumcidere filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Vtique oportet conuenire multitudinem, Audierunt enim te superuenisse. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis viri quatuor votum habentes super se, his assumptis, sanctifica te cum ipsis, & impende in eos vt radant capita, & scient omnes quia quæ de te audierunt falsa sunt, sed ambulas & ipse custodiens legem. Tunc Paulus assumptis viris, postera die purificatus cum illis intrauit in templum, annuncians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio. O Paule & in hoc te rursus interrogo, Cur caput raseris, cur nudipedalia exercueris de ceremoniis Iudæorū, cur obtuleris sacrificia, & secundum legem hostiæ pro te fuerint immolata? Vtique respondebis: Ne scandalizarentur qui ex Iudæis crediderant. Simulasti simulacionem Iacobus & ceteri te docuere presbyteri, sed tamen euadere non potuisti. Orta enim seditione cum occidendus esses, raptus es à tribuno, & ab eo missus Cæsaream, sub custodia militum diligenti, ne te Iudæi quasi simulatorena ac destructorem legis occiderent, atque inde Romam perueniens, in hospitio quod tibi conduxeras, Christum & Iudæis & gentibus prædicasti, & sententia tua Neronis gladio confirmata est. Didicimus quod propter metum Iudæorum, & Petrus & Paulus aequaliter finxerint se legis præcepta seruare. Qua igitur fronte, qua audacia Paulus in altero reprehendat quod ipse commisit? Ego imò alij ante me exposuerunt causam quam putauerant, non officiosum mendacium defendentes sicut tu scribis, sed docentes honestam dispensationem, vt & Apostolorum prudentiam demonstrarent, & blasphemantis Porphyrij imprudentiam coercerent, qui Petrum & Paulum puerili dicit inter se pugnasse certamine, imò exarsisse Paulum in inuidiam virtutum Petri, & ea scripsisse iactanter, quæ vel non fecerit, vel si fecerit, procaciter fecerit, id in alio reprehendens quod ipse commiserit. Interpretati sunt illi vt potuerunt, tu quomodo istum locum edisseres, vtiq; meliora dicturus qui veterum sententiam reprobasti. Scribis ad me in epistola tua, Neque enim à me docendus es, quomodo intelligatur quod idem Apostolus dicit: Factus sum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrifacerem, & cetera quæ ibi dicuntur compassione misericordiae, non simulatione fallaciæ. Fit enim tanquam æger qui ministrat ægroto, non cum se febres habere mentitur, sed cum animo condolentis, cogitat quemadmodum sibi seruire vellet, si ipse ægrotaret. Nam vtiq; Iudæus erat, Christianus autem factus, non Iudæorum sacramenta reliquerat, quæ conuenienter ille populus & legitimo tempore quo oportebat acceperat, Ideoque suscepit ea celebranda cum iam Christi esset Apostolus, vt doceret non esse perniciosam iis qui ea vellent sicut à parentibus per legem acceperant custodire, etiam cum in Christo credidissent, nō tamen in eis iam constituerent spem salutis, quoniam per dominum Iesum salus ipsa quæ illis sacramentis significabatur aduenerat: Totius sermonis tui, quem disputatione longissima protraxisti hic sensus est, vt Petrus non errauerit in eo quod iis qui ex Iudæis crediderant, putauerit legem esse seruadā, sed in eo à recti linea deuia-

rit, quod gentes coegerit iudaizare. Coegerit autem non docentis imperio, sed conuersationis exemplo. Et Paulus non contraria sit loquutus iis quæ ipse gesserat, sed quare Petrus eos qui ex gentibus erant iudaizare compelleret. Hæc ergo summa est questionis, imò sententiæ tuæ, vt post Euangelium Christi bene faciant Iudæi credentes si legis mandata custodiant, hoc est si sacrificia offerant, quæ obtulit Paulus, si filios circumcidant, si sabbatum seruent, vt Paulus in Timotheo, & omnes obseruauere Iudæi. Si hoc verum est, in Cherinthi & Hebionis hæresim dilabimur, qui credentes in Christo, propter hoc solum à patribus anathematizati sunt quod legis ceremonias Christi Euangelio miscuerunt, & sic noua confessi sunt, vt vetera non amitterent. Quid dicam de Hebionitis qui Christianos esse se simulant? Vtique hodie per totas orientis synagogas inter Iudæos hæresis est quæ dicitur Mineorum, & à pharisæis nūc vsque damnatur, quos vulgo Nazareos nuncupant, qui credunt in Christum filium dei natum de virgine Maria, & cum dicunt esse qui sub Pontio Pilato passus est & resurrexit, in quem & nos credimus. Sed dum volūt & Iudæi esse & Christiani, nec Iudæi sunt nec Christiani. Oro ergo te, vt qui nostro vulnusclo medendum putas, quod acuforatum, imò punctum, & vt dicitur, huius sententiæ medearis vulnere, quod lancea, & (vt ita dicam) phalaricæ mole percussus est. Neque enim eiusdem est criminis in explanatione scripturarum diuersas maiorum sententias ponere, & hæresim sceleratissimam rursus in ecclesiam introducere. Sin autem hæc nobis incumbit necessitas, vt Iudæos cum legitimis suis suscipiamus, & licebit eis obseruare in ecclesiis Christi quod exercuerunt in synagogis Sathana; dicā quod sentio, non illi Christiani fient, sed nos Iudæos facient. Quis enim hoc Christianorum patienter audiat, quod in tua epistola continetur: Iudæus erat Paulus, Christianus autem factus, non Iudæorum sacramenta reliquerat, quæ conuenienter ille populus & legitimo tempore quo oportebat acceperat. Ideoque suscepit celebranda ea cum iam Christi esset Apostolus, vt doceret non esse perniciosam iis qui ea vellent sicut à parentibus per legem acceperant custodire: Rursus obsecro te, vt pace tua meum dolorem audias. Iudæorum Paulus ceremonias obseruabat, cum iam Christi esset Apostolus, & dicit eas non esse perniciosas iis qui eas velint sicut à parentibus acceperant custodire: Ego e contrario loquar, & reclamante mundo, libera voce pronunciem, ceremonias Iudæorum & perniciosas esse & mortiferas Christianis. Et quicumque eas obseruauerit, siue ex Iudæis, siue ex gentibus, eum in barathrum diaboli deuolutum. Finis enim legis Christus lest, ad iustitiam omni credenti, Iudæo scilicet atque gentili. Neque enim omni credenti erit finis ad iustitiam, si Iudæus excipitur. [Et] in Euangelio legimus: Lex & propheta vsque ad Ioannem baptistam. Et in alio loco: Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat esse deum, & qualem se faciens deo. Et iterum: De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. Pro legis gratia quæ præterit gratiam Euangelij accepimus permanentem, & pro vmbriis & imaginibus veteris instrumenti, veritas per Iesum Christum facta est. Hieremias quoque ex persona dei vaticinatur:

A ticipatur: Ecce dies veniunt dicit dominus, & cōsummabo domui Israël & domui Iuda testamentū nouum, non secundum testamentū quod disposui patribuseorū, in die quando apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti. Obserua quid dicat, quod nō populo gentilium ei, qui ante non receperat testamentum, sed populo Iudæorū cui legem dederat per Moysen, testamentum nouum Euangelij repromittat, vt nequaquam viuant in vetustate literæ, sed in nouitate spiritus. Paulus autē super cuius nomine nunc quæstio ventilatur, crebras huiusmodi ponit sententias, è quibus breuitatis studio pauca subnectam: Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil prodest. Et iterū: Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Et infra: Si spiritu ducimini, iam non estis sub lege. Ex quo apparet, qui sub lege est, non dispensatiue vt nostri voluere maiores, sed verè vt tu intelligis, eum spiritum sanctum non habere. Qualia sint autem præcepta legalia, deo docente discamus. Ego inquit, dedi eis præcepta non bona, & iustificationes in quibus nō viuant in eis. Hæc dicimus, non quo legem iuxta Manichæum & Marcionem destruamus, quam & sanctam & spiritalem iuxta Apostolū nouimus: sed quia postquam fides venit, & temporum plenitudo, misit deus filium suum natum ex muliere factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus, & nequaquam sub pedagogo, sed sub adulto & domino & hærede viuamus. Sequitur in epistola tua: Non ideo Petrum emēdauit quod paternas traditiones obseruaret, quod si facere vellet, nec mendaciter nec incongrue faceret. Iterum dico: Episcopus es ecclesiarum Christi magister: vt probes verum esse quod asseris, suscipe aliquem Iudæorum qui factus Christianus, natum sibi filium circumcidat, qui obseruet sabbatum, qui abstineat à cibis quos deus creauit ad vtendum cum gratiarum actione, qui quartodecimo die mensis primi agnum mactet ad vesperam, & cum hoc feceris, imò non feceris (scio enim te Christianum, & rem sacrilegam nō esse facturum) velis nolis tuam sententiam reprobabis, & tunc scies optere difficilius esse confirmare sua, quam aliena reprehendere. Ac ne forsitan tibi non crederemus, imò nō intelligeremus quid diceres (Frequenter enim in longum sermo protrahitur, caret intelligentia, & dum non sentitur, ab imperitis minus reprehenditur) inculcas & replicas, hoc ergo Iudæorum Paulus dimiserat quod malum habebant. Quod est malum Iudæorum, quod Paulus dimiserat? Vtique illud quod sequitur, quod ignorantes, inquit, dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Deinde quod post passionem & resurrectionem Christi, dato ac manifestato sacramento gratiæ, secundum ordinem Melchisedech: adhuc putabant vetera sacramenta non ex consuetudine solennitatis, sed ex necessitate salutis esse celebranda. Quæ tamen si nunquam fuissent necessaria, infructuose atque inaniter pro eis Macchabæi martyres fierent. Postremo illud, quod prædicatores gratiæ Christianos, Iudæi tanquam hostes legis persequerentur. Hos atque huiusmodi errores & vitia, dicit se damnare, & vt sterora arbitratur, vt Christum lucrifaceret. Didicimus per te, quæ Apostolus Paulus mala reliquerit Iudæorum: Rursus te docē discamus, quæ bona eorum tenuerit. Obseruationes iniquas legis quas more patrio celebrant, sicut

ab ipso Paulo celebrata sunt, sine vlla salutis necessitate. Id quid velis dicere, sine vlla salutis necessitate, non satis intelligo. Si enim salutem non asserunt, cur obseruantur? Si autem obseruanda sunt, vtiq; salutem asserunt, maxime quæ obseruata martyres faciunt. Nō enim obseruantur, nisi salutem asserrent. Neque enim indifferentia sunt inter bonum & malum, sicut philosophi disputant. Bonum est continentia, malum est luxuria. Inter vtrunque indifferens ambulare, digere alui sterora, capitis naribus purgameta proicere, sputis rheumata iacere. Hoc nec bonum nec malum est. Siue enim feceris siue nō feceris, nec iustitiam habebis nec iniustitiam. Obseruare autem legis ceremonias, non potest esse indifferens, sed aut malum est, aut bonum est. Tu dicit bonum, ego assero malum, & malum non solum iis qui ex gentibus, sed & iis qui ex Iudaico populo crediderunt. In hoc nisi fallor loco, dum aliud vitas, in aliud deuolueris. Dum enim metuis Porphyrium blasphemantem, in Hebionis incurris laqueos, iis qui credunt ex Iudæis obseruandam legem esse discernens. Et quia periculosum intelligis esse quod dicitis, rursus illud superfluis verbis temperare conaris: sine vlla salutis necessitate, sicut Iudæi celebranda putabant, aut fallaci simulatione, quod in Petro reprehenderat Paulus. Petrus igitur simulauit legis custodiam, iste autem reprehensor Petri, audacter obseruauit legitima. Sequitur enī in epistola tua: Nam si propterea illa sacramenta celebrant, quia simulauit se Iudæum, vt illos lucrifaceret: cur non etiam sacrificauit cum gentibus, quia & iis qui sine lege erant, tanquam sine lege factus est, vt eos quoque lucrifaceret, nisi quia & illud fecit, vt natura Iudæus, & hoc totum dixit, non vt Paulus se fingeret esse, quod non erat, sed vt misericorditer ita subueniendum esse sentiret, ac si ipse in eo errore laboraret, non scilicet mentientis astu, sed compatientis affectu. Bene defendis Paulum, quod non simulauerit errorem Iudæorum sed verè fuerit in errore. Neque imitari voluerit Petrum mentientem, vt quod erat metu Iudæorum dissimulareret, sed tota libertate Iudæū se esse diceret. Noua clementia Apostoli, dum Iudæos Christianos vult facere, ipse Iudæus factus est. Non enim poterat luxuriosos ad frugalitatem reducere, nisi se luxuriosum probasset, & misericorditer vt ipse dicit subuenire miseris, nisi se miserum ipse sentiret. Verè enim miselli, & misericorditer deplorandi, qui contentione sua & amore legis abolitæ, Apostolum Christi fecere Iudæum. Nec multum interest, inter meam & tuam sententiam, quia ego dico & Petrum & Paulum timore fidelium Iudæorum, legis exercuisse, imò simulasse madata. Tu autem asseris, hoc eos fecisse clementer, non mentientis astu, sed compatientis affectu, dummodo illud constet vel metu, vel misericordia, eos simulasse se esse, quod non erant. Illud autem argumentum, quo aduersus nos vteris, quod & gentilibus debuerit gentilis fieri, si Iudæis Iudæus factus est, magis pro nobis facit. Sicut enim non fuit verè Iudæus, sic nec verè gentilis erat: & sicut non fuit verè gentilis, sic nec verè Iudæus erat. In eo autem imitator gentilium est, quia præputium recipit in fide Christi, & indifferenter permittit vesci cibis, quos damnant Iudæi, non cultum vt tu putas idolorum. In Christo enim Iesu nec circumcisio est aliquid, nec præputium, sed obseruatio mandatorum dei. Quæso igitur te & iterum atque iterum deprecor, vt ignoscas disputatiunculæ meæ,

Mendacitū officiosum.

1. Cor. 9.

M

Roma. 10.

Luc. 16. Ioan. 5. Ioan. 1.

Hiere. 31.

7 cū quo ante non fecerat.

Galat. 5.

Ezec. 20.

B

7 factum.

7 dicit.

C

7 dicitur.

Roma. 10.

Philip. 3.

E Fallax simulatio.

F

7 dicitur.

Galat. 5. & 6.

G & quod modum meum egressus sum, tibi imputes qui coegisti vt scriberem, & mihi cum Stefichoro oculos abstulisti. Nec me putes magistrum esse mendacij, qui sequor Christum dicentem: Ego sum via, veritas, & vita. Nec potest fieri, vt veritatis cultor mendacio col la summittam. Neque mihi imperitorum plebeculam concites qui te venerantur vt Episcopum, & in ecclesia declamantem sacerdotij honore suscipiunt, me autem atatis vltimæ, & penè decrepitem, ac monasterij & ruris secreta sectantem, paruipendunt, & quæras tibi quos doceas siue reprehendas. Ad nos enim tantis maris atque terrarum à te diuisos spatij, vix vocis tuæ sonus peruenit. Et si forsitan literas scripseris, ante eas Italia ac Roma suscipient, quàm ad me cui mittendæ sunt deferantur. Quod autem in alijs quæris epistolis, cur mea prior in libris canonicis interpretatio asteriscos habeat, & virgulas prenotatas, & postea aliam translationem absque his signis adiderim, pace tua dixerim, videris mihi non intelligere, quod quæsis. Illa enim interpretatio septuaginta interpretum est, & vbicunque virgulæ, id est obeli sunt, significatur, quod septuaginta plus dixerint, quàm habetur in Hebræo: vbi autem asterisci, id est stellæ prælucentes, ex Theodotionis additione ab Origene additum est. Et ibi Græca translulimus, hic de ipso Hebraico quod intelligebamus expressimus, sensum potius veritatem, quàm verborum interdum ordinem conseruantes. Et miror quomodo septuaginta interpretum libros legas, non puros vt ab eis aditi sunt, sed ab Origene emendatos, siue corruptos per obelos & asteriscos, & Christiani hominis interpretatiunculam non sequaris, præsertim cum ea quæ addita sunt ex hominis Iudæi atque blasphemij post passionem Christi additione translulerit. Vis amator esse verus septuaginta interpretum, non legas ea quæ sub astericis sunt, imò rade de voluminibus vt veterum te fautorem probes. Quod si feceris, omnes ecclesiarum bibliothecas condemnare cogeris. Vix enim vnus, aut alter inuenietur liber, qui ista non habeat. Porrò quod dicis, non debuisse me interpretari post veteres, & nouo vteris syllogismo, Aut obscura fuerunt quæ interpretati sunt. LXX. aut manifesta. Si obscura, te quoque in eis falli potuisse credendum est. Si manifesta, illos in eis falli non potuisse perspicuum est. Tuo tibi sermone respondeo. Omnes veteres tractatores qui nos in domino præcesserunt, & qui scripturas sanctas interpretati sunt, aut obscura interpretati sunt, aut manifesta. Si obscura, quomodo tu post eos ausus es differere, quod illi explanare non potuerunt? Si manifesta, superfluum est te voluisse differere, quod illos latere non potuit, maxime in explanatione Psalmorum, quos apud Græcos interpretati sunt multis voluminibus, Primus Origenes, Secundus Eusebius Cæsariensis, Tertius Theodorus Heracleotes, Quartus Asterius Scythopolitanus, Quintus Apollinaris Laodicensis, Sextus Didymus Alexandrinus, Feruntur & diuersorum in paucos psalmos opuscula, Sed nunc de integro psalmorum corpore dicimus. Apud Latinos autem Hilarius Pictauiensis, & Eusebius Vercellensis episcopi, Origenem & Eusebium translulerunt, Quorum priorem & noxter Ambrosius in quibusdam sequutus est. Respondeat mihi prudentia tua, quare tu post tantos & tales interpretes in explanatione psalmorum diuersa senseris? Si enim obscuro sunt psalmi, te quoque in eis falli potuisse credendum est. Si ma-

Ioan. 14.

Declamare.

Ambrosius.

nifesti, illos in eis falli potuisse non creditur: ac per hoc vtroque modo superflua erit interpretatio tua: & hac lege post priores nullus loqui audebit, & quodcunque alius occupauerit, alius de eo scribendi non habebit licentiam: quin potius humanitatis tuæ est, in quo veniam tibi tribuis, indulgere & cæteris. Ego enim nõ tam vetera abolere conatus sum, quæ linguæ meæ hominibus emendate de Græco in Latinum transluli, quàm ea testimonia quæ à Iudæis prætermissa sunt vel corrupta, proferre in medium, vt scirent nostri quid Hebræa veritas contineret. si cui legere non placet, nemo compellit inuitum. Bibat vinum vetus cum suauitate, & nostra multa contemnat, quæ in explanatione priorum ædita sunt, vt sicubi illa non intelliguntur, ex nostris manifestiora fiant. Quod autem genus interpretationis in scripturis sanctis sequendum sit, liber quem scripsi de optimo genere interpretandi, & omnes præfatiunculæ diuinorum voluminũ quas aditioni nostræ præposuimus explicant, ad illasq; prudentem lectorem remittendum puto. Et si me vt dicis in noui testamenti emendatione suscipis, exponisque causam cur suscipias, quia plurimi linguæ Græcæ habentes scientiam, de meo possent opere iudicare, eandem integritatē debueras etiam in veteri credere testamēto, quod non nostra cõsinximus, sed vt apud Hebræos inuenimus, diuina translulimus. Sicubi dubitas, Hebræos interroga. Sed forte dicis: Quid si Hebræi aut respondere noluerint, aut mentiri voluerint? Totā frequentia Iudæorum in mea interpretatione reticebit, nullusque inueniri poterit, qui Hebrææ linguæ habeat notionem: aut omnes imitabuntur illos Iudæos, quos dicis in Africæ repertos oppidulo in meam cõspirasse calumniam? Huiusmodi enim in epistola tua tæxis fabulam. Quidam frater noster coepiscopus, cum lectitare instituisset in ecclesia cui præest interpretationem tuam, mouit quiddam longe aliter à te postum apud Ionam prophetam, quàm erat omnium sensibus memoriæq; inueteratum, & tot ætatum successibus decantatum. Factus est tantus tumultus in plebe, maxime Græcis arguentibus & inflammantibus calumniam falsitatis, vt cogeret Episcopus (ea quippe ciuitas erat) Iudæorum testimonium flagitare. Vtrum autē illi imperitia, an malitia, hoc esse in Hebræis codicibus responderunt, quod & Græci & Latini habebant atque dicebant. Quid plura? Coactus est homo velut mendositatem corrigere, volens post magnum periculum non remanere sine plebe. Vnde etiã nobis videtur aliquando te quoque in nonnullis falli potuisse. Dicis me in Iona propheta male quiddam interpretatum, & seditione populi conclamante, propter vnus verbi dissonantiam, Episcopum penè sacerdotium perdidisse. Et quid sit illud quod male interpretatus sum subtrahis, auferens mihi occasionem defensionis meæ, ne quicquid dixeris me respondente soluat: nisi forte vt ante annos plurimos cucurbita venit in medium, asserente illius temporis Cornelio & Asinio Pollione, me hederam pro cucurbita translulisse. Super qua re in commentario Ionæ propheta, plenius respondimus. Hoc tantum nunc dixisse cõtenti, quod in eo loco vbi. LXX. interpretes cucurbitam, & Aquila cum reliquis hederam translulerunt, id est *κιστόν*, in Hebræo volumine ciceion scriptum habetur, quã vulgo Syri ciceiam * vocant. Est autem genus virgulti, lata habens folia, in modum pampini. Cumq; plantatum fuerit, cito cõsurgit in arbusculam, absq; vllis calamorum

Vide Hiero. in 4. cap. Ionæ.

* In cõmẽ. Ionæ habetur elkeroa.

A lamorum & hastilium adminiculis, quibus & cucurbitæ & hederæ indigent, suo trunco se sustinens. Hoc ergo verbum de verbo edisserens, si ciceion transferre voluisssem, nullus intelligeret: si cucurbitã, id dicerem quod in Hebraico non habetur: hederam posui, vt cæteris interpretibus consentirem. Sin autem Iudæi vestri, vt ipse asseris, malitia, vel imperitia, hoc dixerunt esse in voluminibus Hebræorum, quod in Græcis & Latinis codicibus continetur, manifestum est eos aut Hebræas ignorare literas, aut ad irridedos cucurbitarios voluisse mentiri. Peto in fine epistolæ, vt quiescentem senem, olimq; veteranum, militatè non cogas, & rursum de vita periclitari: Tu qui iuuenis es, & in pontificali culmine constitutus, doceto populos, & nouis Africæ frugibus Romana tecta locupleta. Mihi sufficit cū auditore & lectore pauperulo in angulo monasterij susurrare.

Augustinus Hieronymo, negans se scripsisse librum in eum: in hoc errans, quod aliquis prolixam epistolam librum appellasset. Epistola. XII.

DOMINO charissimo & desyderantissimo & honorando in Christo fratri & compresbytero Hieronymo, Augustinus in domino salutem. Audiui peruenisse in manus tuas literas meas, sed quod adhuc rescripta non merui, nequaquã imputauerim dilectioni tuæ. Aliquid proculdubio impedimenti fuit. Vnde agnosco à me dominum potius deprecandum, vt tuæ voluntati det facultatem mittendi quod rescripseris. Nam rescribendi iam dedisti, quia cum volueris facillimè poteris. Etiam hoc ad me sanè perlatum, vtrum quidem crederem dubitavi, sed hinc quoque tibi aliquid vtrū scriberem dubitare non debui. Hoc autem breue est, suggestu esse charitati tuæ, à nescio quibus fratribus, mihi dictum est, quod librũ aduersus te scripserim, Romãque miserim. Hoc falsum esse noueris, deum nostrum testor, hoc me non fecisse. Sed si forte aliqua in aliquibus scriptis meis reperiuntur, in quibus aliter aliquid quàm tu sensisse reperiatur, non contra te dictum, sed quod mihi videbatur à me scriptum esse, puto te debere cognoscere, aut si cognosci non potest, credere & debere. Ita sanè hoc dixi, vt ego non tantum paratissimus sim si quid te in meis scriptis mouerit, frater nẽ accipere quid cõtra sentias, aut de correctiõne mea, aut de ipsa tua beneuolentia gauisurus, verumetiam hoc à te postulem ac flagitem. O si licuisset, & si non cohabitante, saltem vicino te in domino perfrui, ad crebrum & dulce colloquiũ. Sed quia id non est datum, peto vt hoc ipsum, quod in Christo qua possumus simul sumus, conseruari studeas, & augeri, ac perfrui, & rescripta quauis rara, non spernere. Saluta obsequio meo sanctum fratrem Paulinianum, & omnes fratres qui tecum, ac de te, in domino gaudent. Memor nostri exaudiaris à domino in omni sancto desyderio tuo, domine charissime & desyderantissime & honorande in Christo frater.

Hieronymus Augustino, iam accepta epistola quæ calumniatur de mendacio officioso, sed dubitans etiamnum an sit Augustini, negans se responsurum, nisi certus de auctore. Meminit et Ruffini sicõ nomine. Epistola. XIII.

DOMINO verè sancto, ac beatissimo papæ Augustino, Hieronymus in Christo salutem. In ipso profectiois articulo, sancti filij nostri Asterij hypodiaconi necessarj mei, beatitudi-

nis tuæ literæ superuenerunt, quibus satisfacis, te contra paruitatem meam librum Romã non misisse. Hoc nec ego factum audieram, sed epistolæ cuiusdam quasi ad me scriptæ, per fratrem nostrum Syssinnium diaconum, huc exemplaria peruenerunt. In quibus hortaris me vt *παλινοδωξω* super quodam Apotoli capitulo canam, & imiter Stefichorum inter vituperationes & laudes Helenæ fluctuantem, vt qui detrahendo oculos perdidit, laudando receperit. Ego simpliciter fateor dignationi tuæ, licet stylus & *ἐπιχρηµατα* tua mihi viderentur, tamen non temere exemplaribus literarum credendum putauim, ne forte me respondente laesus iuste expostulares, quod probare ante debuisssem tuum esse sermonem, & sic rescribere. Accessit ad moram sanctæ & venerabilis Paulæ lōga infirmitas. Dũ enim languenti multo tempore ascedimus, penè epistolæ tuæ, vel eius qui sub tuo nomine scripserat, obliti sumus, memores illius versiculi: Musica in lectu importuna narratio. Itaque si tua est epistola, aperte scribe, vel mitte exemplaria veriora, vt absq; vilo rancore stomachi, in scripturarum disputatione verseremur, & vel nostrum emedemus errorem, vel alium frustra reprehendisse doceamus. Absit autem à me, vt quicquam de libris beatitudinis tuæ attingere audeã. Sufficit enim mihi probare mea, & aliena nõ carpere. Ceterum optime nouit prudentia tua, vnumquenque in suo sensu abudare, & puerilis esse iactantiæ (quod olim adolescentuli facere consueuerant) accusando illustres viros, suo nomini famam quærere. Nec tam stultus sum, vt diuersitate explanationum tuarum me lædi putem, quia nec tu læderis, si nos contraria senserimus. Sed illa est vera inter amicos reprehensio, si nostram peram non videntes, aliorum iuxta Persium manticam consyderemus. Superest vt diligas diligentem, & in scripturarum campo, iuuenis senem non prouoces. Nos nostra habuimus tempora, & cucurrimus quantum potuimus. Nunc te currete, & longa spatia transmeante, nobis debetur ocium: simulque vt cum venia & honore tuo dixerim, ne solus mihi de poetis aliquid proposuisse videaris, memento Daretis & Entelii: & vulgaris prouerbij, quod bos lassus fortius figat pedem. Tristes hæc dictauimus. Vtinam mereremur complexus tuos, & collatione mutua vel doceremus aliqua vel disceremus. Misit mihi temeritate solita, maledicta sua Calphurnius cognomẽto Lanarius, quæ ad Africam quoque studio eius didici peruenisse. Ad quæ breuiter ex parte respondi, & libelli eius vobis missi exemplaria, latius opus cum opportunum fuerit primo missurus tempore. In quo illud caui ne in quoquã existimationem læderem Christianam, sed tantum vt delirantis imperitiq; mendacium ac vecordiam cõfutarem. Memento mei sancte ac venerabilis papa. Vi de quantum te diligam, vt ne prouocatus quidem voluerim respondere, nec credam tuum esse quod in altero forte reprehenderem. Frater Communis suppliciter te salutat.

Eccle. 12.

70. dist. vnanim.

Persius Sed præcedenti spectatur maticæ tergo.

Trasmicente. Virgil. 5. Aeneid.

Ruffinus.

Hieronymus Augustino, expostulans de epistola seu libro illius per Italiam sparso, quo taxabatur locus non re- Et expositus in epistola ad Galatas, hortans Augustinum, ut si pruriat amore gloriæ, iuuenes iuuenis potius ad certamen prouocet, senem emeritum sinat quiescere. Epistola. XIII.

DOMINO verè sancto & beatissimo papæ Augustino, Hieronymus in domino salutem. Crebras ad me epistolas dirigis, & sepe cõpells

Christo

G pellis vt respodeam cuidam epistola tua, cuius ad me vt ante iam scripsi, per fratrem Syssinnium diaconum exemplaria peruenierunt, absque subscriptione tua, & quae primum per fratrem Profuturum, secundo per quendam alium te misisse significas, & interim Profuturum retractum de itinere, & episcopum constitutum, veloci morte subtractum: illum cuius nomen retices, maris timuisse discrimina, & nauigationis mutasse consilium. Quae cum ita sint, satis mirari nequeo, quomodo ipsa epistola, & Romae & in Italia haberi a plerisque dicatur, & ad me solum non peruenierit, cui soli missa est: praesertim cum idem frater Syssinnius inter ceteros tractatus tuos dixerit eam se non in Aphrica, non apud te, sed in insula Adriae ante hoc ferme quinquennium reperisse. De amicitia omnis tollenda suspitio est, & sic cum amico quasi cum altero se est loquendum. Nonnulli familiares mei & uasla Christi, quorum Hierosolymis & in sanctis locis permagna copia est, suggerebant non simplici a te animo factum, sed laudem atque rumusculos & gloriosam populi requirente, vt de nobis cresceres, vt multi cognoscerent, te prouocare, me timere: te scribere vt doctum, me tacere vt imperitum: & tandem reperisse qui garrulitati meae modum imponeret. Ego autem vt simpliciter fatear, dignationi tuae, primum idcirco respondere nolui, quia tuam liquido epistolam non credebam, nec vt vulgi de quibusdam prouerbiis um esse, litum melle gladium. Deinde illud cauebam, ne episcopo communionis meae, viderer procaciter respondere, & aliqua in reprehendentis epistola reprehendere, praesertim cum quaedam in illa haeretica iudicarem. Ad extremum ne tu iure expostulares & diceres: Quid enim? Epistolam meam videras, & nota tibi manus in subscriptione signa deprehenderas, vt tam facile amicum laederes, & alterius malitiam in meam verteres contumeliam? Igitur vt ante iam scripsi, aut mitte eandem epistolam tua subscriptam manu, aut senem latitantem in cellula laceflere desine. Sin autem tuam vis vel exercere vel ostentare doctrinam, quare iuuenes & disertos & nobiles, quorum Romae dicuntur esse quamplurimi, qui possint & audeant tecum congregari, & in disputatione sanctarum scripturarum iugum cum episcopo ducere. Ego quondam miles, nunc veteranus, & tuas & aliorum debeo laudare victorias, non ipse rursus effoeto corpore dimicare, ne si me frequenter ad rescribendum impuleris, illius recorder historiae, quod Hannibalem iuueniliter exultantem Q. Maximus patientia sua fregerit. Omnia fert aetas, animum quoque: saepe ego longos Cantando puerum memini me condere soles. Nunc oblita mihi tot carmina, vox quoque Mœtium iam fugit ipsa. Et vt magis de scripturis sanctis loquar, Berezellai ille Galaadites, regis Dauid beneficia, omnemque delicias iuueni delegans filio, ostendit senectutem hanc appetere non debere nec oblata suscipere. Quod autem iuras te aduersum me librum non scripsisse, neque Romam misisse quem non scripseris, sed si forte aliqua in tuis scriptis reperiantur, quae a meo sensu discrepent, non me a te laesum, sed a te scriptum quod tibi rectum videbatur. Quae, vt me patienter audias. Non scripsisti librum, & quomodo mihi reprehensionis a te meae, per alios scripta delata sunt? Cur habet Italia, quod tu non scripsisti? Qua ratione poscis vt rescribam ad ea quae scripsisse te denegas? Nec tamen habes sum, vt si diuersa sentieris, me a te laesum putem.

Litus melle gladius.

Titus li.

Virgil. Aeglo. 9.

2. Reg. 19.

Epistolam appellat librum.

Sed si mea cominus dicta reprehendas, & rationem scriptorum expetas, & quae scripserim emedare compellas, & ad *παλινοψαμ* prouoces, & oculis mihi reddas, in hoc laeditur amicitia, in hoc necessitudinis iura violantur: Ne videamur certare pueriliter, & fautoribus inuicem vel detractoribus nostris tribuere materiam contendendi, haec scribo, quia te pure & Christiane diligere cupio, nec quicquam in mea mente retinere, quod distet a labiis. Non enim conuenit, vt ab adolescentia vsque ad hanc aetatem, in monasteriolo cum sanctis fratribus labore defudans, aliquid contra episcopum communionis meae scribere audeam, & eum episcopum, quem ante coepi amare quam nosse, qui me prior ad amicitiam prouocauit, quem post me orientem in scripturarum eruditione letatus sum. Igitur aut tuum negato librum, si forte non tuus est, & desine flagitare rescriptum ad ea quae non scripsisti: aut si tuus est, ingenuè confitere, vt si in defensionem mei aliqua scripsero, in te culpa sit qui prouocasti, non in me qui responderé compulsum sum. Addis praeterea te paratum esse, vt si quid me in tuis scriptis mouerit, aut corrigere voluero, fraterne accipias, & non solum mea in te beniuolentia gauisurum, sed vt hoc ipsum faciã deprecari. Rursum dico quod sentio. Prouocas senem, tacentem stimulas, videris iactare doctrinam. Non est autem aetatis meae putari maleuolum erga eum, cui magis fauorem debeo. Est in Euangelis ac prophetis peruersi homines inueniunt, quod nitantur reprehendere, miraris si in tuis libris & maxime in scripturarum expositione, quae vel obscurissimae sunt, quaedam a recti linea discrepare videantur. Et hoc dico, non quod operibus tuis quaedam reprehendenda iam censeam. Neque enim lectioni eorum vnquam operam dedi, nec horum exemplariorum apud nos copia est, praeter soliloquiorum tuorum libros & quosdam commentarios in psalmos, quos si vellem discutere, non dicam a me (qui nihil sum) sed a veterum Graecorum docerem interpretationibus discrepare. Vale mi amice charissime, aetate filii, dignitate parens, & hoc a me rogatus obserua, vt quicquid mihi scripseris, ad me primum facias peruenire.

Obscuritas scripturarum.

Augustinus Hieronymo, Offensus aculeis quibusdam literarum Hieronymi, de quibus multa arguatur, blanditiis leniens sententiarum asperitatem, multis uerbis deplorans inter Rufinum & Hieronymum, tam amicos doctos, celebres, senes, & monachos, tam amarulentam discordiam incidisse, non sine graui totius ecclesiae scandalo. Epistola. XV.

DOMINO venerando & desyderantissimo fratri & compresbytero Hieronymo, Augustinus in domino salutem. Quauis existimen antequam istas sumeres, venisse in manus tuas literas meas, quas per dei seruum filium nostrum, Cyprianum diaconum misi, quibus certissime agnosceres meam esse epistolam, cuius exemplaria illuc peruenisse commemorasti, Vnde iam me arbitror rescriptis tuis velut Entellinis grandibus atque acribus cestibus, tanquam audacem Daretam coepisse pulsari atque versari. Nunc tamen eis ipsis respondeo literis tuis, quas mihi per sanctum filium nostrum Alterium mittere dignatus es. In quibus multa in me coepi tuae beniuolentissimae charitatis, & rursus quaedam nonnullius a me tuae offensionis indicia. Itaque vbi mulcebar leges, ibi coetino feriebar, hoc sane vel maxime admirans, quod

Virg. Aen. 5.

A quod cum dicas te exemplaribus literarum mearum ideo temere non putasse credendum, ne forte te respondente laesus iuste expostulare, quod probare ante debuisses, meum esse sermone, & sic rescribere, postea iubeas si mea est epistola, aperte me scribere, aut mittere exemplaria veriora, vt absque vilo rancore stomachi in scripturarum disputatione versetur. Quo pacto enim possumus in hac disputatione sine rancore versari, si me laedere paras? Aut si non paras, quomodo ego te non laedente, abs te laesus iuste expostularem, quod probare ante debuisses, meum esse sermonem, & sic rescribere? Hoc est & sic laedere. Nisi enim rescribendo laesisses, ego iuste expostulare non possem. Proinde cum ita rescribis vt laedas, quis locus nobis relinquitur in disputatione scripturarum, sine vilo rancore versandi? Ego quidem absit vt laedar, si mihi certa ratione volueris & potueris demonstrare illud ex epistola Apostoli, vel quid aliud scripturarum sanctarum te verius intellexisse quam me. Imò verò absit, vt non cum gratiarum actione lucris meis depretem, si fuero te docente instructus, aut emendante correctus. Veruntamen tu mihi frater charissime, nisi te putares laesum scriptis meis, non me putares laedi posse rescriptis tuis. Nullo enim modo id de te opinatus fuero, quod non te arbitraris laesum, si sic tamen rescribis vt laedas. Aut si te non sic rescribente, ego propter nimiam stultitiam meam laedi posse putatus sum, hoc ipso laesisti planè, quod de me ita sensisti. Sed nullo modo tu me, quem nunquam talem expertus es, temere talem crederes, qui literarum mearum exemplaribus etiam cum styulum meum nosset, temere credere noluit. Si enim non immerito vidisti, me iuste expostulatum fuisse, si temere crederes esse literas meas, quae non essent meae: quanto iustius expostularem meipsum temere putatum talem, qualem me expertus non esset qui putauisset? Nequaquam ergo ita prolabereris, vt te non rescribente quo laederer, me tamen existimares nimis insipientem, etiam tali tuo rescripto laedi potuisse. Restat igitur vt laedere me rescribendo disponderes, si certo documento meas esse illas literas nosset. Atque ita, credo quod iniuste me laedendum putares, superest vt agnoscam peccatum meum, quod prior te illis literis laeserim, quas meas esse negare non possum. Cur itaque conor contra fluminis tractum, ac non potius veniam peto? Obsecro te ergo per mansuetudinem Christi, vt si laesi te, dimittas mihi, nec me vicissim laedendo malum pro malo reddas. Laedes autem me, si mihi tacueris errorem meum, quem forte inueneris in factis vel dictis meis. Nam si ea in me reprehenderis quae reprehendenda non sunt, te laedis magis quam me: quod absit a moribus & sancto proposito tuo, vt hoc facias voluntate laedendi, culpans in me aliquid dente maledico, quod mente veridica esse scis non culpandum. Ac per hoc aut beneuolo corde arguas, etiam si caret delicto, quem arguendum putas: aut paterno affectu mulceas, quem abicere nequeas. Potest enim fieri vt tibi aliud videatur quam veritas habet, dum tamen abs te aliud non fiat quam charitas habet: vt & ego amicissimam reprehensionem gratissime accipiam, etiam si reprehendi non meruit quod rectè defendi potest, aut agnoscam simul & beneuolentiam tuam, & culpam meam, & quantum dominus donat in alio gratus, in alio emendatus inueniar. Cuid ergo, fortasse dura, sed certè salubria verba tua, tanquam celsus Entelli pertimescam? Caedebatur il-

62 φλυα- 5ε1.

E

Faref. verbi.

Ruffinus.

Legendu arbitror, In cuius finem totam.

le, non curabatur: & ideo vincebatur, non sanabatur. Ego autem si medicinalem correptionem tuam tranquillius accipero, non dolebo: si verò infirmitas velut humana mea, etiam cum veraciter arguor, non potest nisi aliquantulum contristari, melius tumor capitis dolet dum curatur, quam dum ei parcitur & non sanatur. Hoc est enim quod acute vidit, qui dixit: Vtiliores esse plerumque inimicos iurgantes, quam amicos obiurgare metuentes. Illi enim dum rixantur, dicunt aliquando vera quae corrigamus: isti autem minorem quam oportet exhibent iustitiae libertatem, dum amicitiae timent exasperare dulcedinem. Quapropter et si bos, vt tibi videris, lassus senectute forte corporis, non vigore animi, tamen in area dominica fructuoso labore defudans, ecce sum, si quid perperam dixi, fortius fige pedem. Non mihi esse debet molestum pondus aetatis tuae, dummodo coteratur palea culpae meae. Proinde illud quod in extremo epistolae tuae posuisti, cum magni desiderij suspitio vel lego vel recolo. Vtinam, inquis, mereremur complexus tuos, & collatione mutua vel doceremus aliqua, vel disceremus. Ego autem dico, vtinam saltem propinquis terrarum locis habitarem, vt si non possent misceri nostra colloquia, literae possent esse crebriores. Nunc verò tanto locorum intervallo absimus a sensibus nostris, vt de illis verbis Apostoli ad Galatas, iuuenem me ad tuam sanctitatem scripsisse meminerim, & ecce iam senex necdum rescripta meruerim, faciliusque ad te exemplaria epistolae meae peruenierint, nescio qua occasione perueniente, quam ipsa epistola me curante. Homo enim qui eam tuam acciperet, nec ad te pertulit, nec ad me retulit. Tantae autem mihi in literis tuis, quae in manus nostras venire potuerunt, apparent res, vt nihil studiorum meorum mallet si possem, quam inhaerere lateri tuo. Quod ego quia non possum, aliquid nostrorum in domino filiorum erudiendum ad te mittere cogito, si etiam de hac re tua rescripta meruerim. Nam neque in me tantum scientiae scripturarum diuinarum est, aut esse iam poterit, quantum in esse tibi video. Et si quid in hac re habeo facultatis, vt cunq; impendo populo dei. Vacare autem studiis diligentius quam quae populi audiunt instruedis, propter ecclesiasticas occupationes omnino non possum. Nescio quae scripta maledica super tuo nomine ad Aphricam peruenisse audiuimus. Accipimus tamen quod dignatus es mittere, illis respondens maledictis. Quo perlecto, fatcor, multum dolui inter tam charas familiarisque personas, cunctis penè ecclesiis notissimo amicitiae vinculo copularas, tantum malum extitisse discordiae. Et tu quidem quantum tibi modereris, quantumque teneas aculeos indignationis tuae, ne reddas maledictum pro maledicto, satis in tuis literis eminet. Veruntamen eas ipsas cum legissem, contabui dolore, & obrigui timore: quid de me illa facerent, quae in te ille scripsit, si in manus meas fortè venissent? Vae mundo ab scandalis. Ecce fit, ecce prorsus impletur quod veritas ait: Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quae sibi enim iam fida pectora tuto refundantur? In cuius sensus tota se piciat secura dilectio? Quis deniq; amicus non formidetur quasi futurus inimicus, si potuit inter Hieronymum & Rufinum hoc quod plāgimus exoriri? O misera & miseranda cōditio. O in fida in voluntatib' amicorū sciētia praesentiū, vbi nulla est praesciētia futuro-rū. Sed quid hoc alteri de altero gemendū putē, qñ nec

G ipse quidem sibi homo est notus in posterum: Nouit enim vtcunque vix fortè nunc qualis sit, qualis autem postea futurus sit ignorat. Hæc porro non tantum scientia qualis quisque sit, verumetiam præscientia qualis futurus sit, si est in sanctis & beatis angelis, quomodo fuerit diabolus beatus aliquando, cum adhuc angelus bonus esset, sciens futuram iniquitatem suam & sempiternum supplicium, omnino non video. De qua re, si tamen eam nosse opus est, vellem audire quid sentias. Vide quid faciant terræ ac maria, quæ nos corporaliter dirimunt. Si hæc epistola mea, quam legis ego essem, iam mihi diceret quod quesui. Nunc vero quādo rescribes? quando mittes? quando perueniet? quādo accipiam? Et tamen vtinam quandoque fiat, quod tam cito fieri non posse quam volumus, quanta possumus tolerantia sustinemus. Vnde recurro ad illa verba epistolæ tuæ dulcissima, sanctique desiderij tui plenissima, & ea facio vicissim mea. Vtinam mereremur complexus tuos, & collatione mutua vel doceremur aliqua vel disceremus, si tamen esse vllō modo posset quod ego te docerem. In his autem verbis non iam tuis tantum, sed etiam meis vbi delector & reficior, & ipso quantum pendente & non attingente, vtriusque nostrum desiderio non parua ex parte consolor: ubi rursus acerrimis dolorū stimulis fodior, dum cogito inter vos, quibus deus hoc ipsum quod vterque nostrum optauit, largum prolixumque concesserat, vt coniunctissimi & familiarissimi mella scripturarum sanctarum pariter lamberetis, tantæ amaritudinis irrepsisse perniciem, quando non, vbi non, cui non homini formidandam, cum eo tempore quo abiectis iam sarcinis secularibus, iam expediti dominum sequebamini, & in ea terra viuere simul, in qua dominus humanis pedibus ambulans: Pacem meam, inquit, do vobis, pacem meam relinquo vobis, viris ætate maturis, & in eloquio domini habitantibus vobis accidere potuit? Verè tentatio est vita humana super terram. Heu mihi, qui vos alicubi simul inuenire non possum, fortè vt moueor, vt doleo, vt timeo, procerderem ad pedes vestros, flerem quantum valerem, rogarem quantum amarem: nunc vnumquemque vestrum pro seipso, nunc vtrunque pro alterutro, & pro aliis & maxime infirmis, pro quibus Christus mortuus est, qui vos tanquam in theatro vitæ huius cum magno sui periculo spectant: ne de vobis ea conscribendo spargatis, quæ quandoque concordantes delere non poteritis, qui nunc concordare nolitis, aut quæ concordare legere timeatis, ne iterum litigetis. Verum dico charitati tuæ, nihil me magis quam hoc exemplum tremuisse, cum quædam ad me in epistola tua legerem tuæ indignationis indicia, non tam illa de Entello & boue laso, vbi mihi potius hilariter iocari, quam iracunde minari visus es, quam illud quod serio te scripsisse satis apparet: Vnde supra eloquutus sum, plus fortasse quam debui, sed non plus quam timui, vbi aisti, ne fortè lesus iuste expostulares. Rogo te, si fieri potest vt inter nos queramus & differamus aliquid, quo sine amaritudine discordiæ corda nostra pascantur, fiat. Si autem non possum dicere quid mihi emendandum videatur in scriptis tuis, nec tu in meis, nisi cum suspitione inuidiæ, aut læsione amicitie, quiescamus ab his, & nostræ vitæ salutique parcamus. Minus certè assequatur illa quæ inflat, dum non offensa datur illa quæ ædificat. Ego me longè esse sentio ab illa perfectione, de qua scriptum est: Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Sed planè in dei miseri-

Questio octo.

Ioan. 14.

Iob. 7.

Iaco. 3

cordia puto me posse facile abs te petere veniã, si quid offendit: quod mihi aperire debes, vt cum te audiero, lu creris fratrem tuū. Neque enim quia hoc propter loquinguitatem terrarum non potes facere inter me & te, propterea debes finire errare me. Prorsus quod ad ipsas res quas nosse volumus, attinet, si quid veri me tenere vel scio vel credo vel puto, in quo tu aliter sentis, quantum dat dominus sine tua iniuria conabor asserere. Quod autem pertinet ad offensionem tuam, cum te indignatū sensero, nihil aliud quam veniam deprecabor. Nec omnino arbitror te succensere potuisse, nisi aut hoc dicerem quod non debui, aut non sic dicerem vt debui, quia nec miror minus nos scire inuicē, quam scimus à coniunctissimis & familiarissimis nostris. In quorum ego charitatem, fateor, facile me totū proicio, præsertim fatigatum scandalis seculi, & in ea sine vlla solitudine requiesco. Deum quippe illic esse sentio, in quem me securus proiicit, & in quo securus requiesco. Nec in hac mea securitate crastinum illud humana fragilitatis incertū, de quo superius gemui, omnino formido. Cum enim hominem christiana charitate flagrantem, eaq; mihi fidelem amicum factum esse sentio, quicquid ei consiliorum meorum cogitationumq; committo, non homini committo, sed illi in quo manet vt talis sit. Deus enim charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet: quam si deseruerit, tantum faciat necesse est dolorem, quantum manens fecerat gaudium. Veruntamē ex amico intimo factus inimicus, querat sibi potius quod fingat astutus, non inueniat quod prodat iratus. Hoc autem vnusquisque facile assequitur, non occultando quod fecerit, sed non faciendo quod occultare velit. Quod misericordia dei bonis piisq; concedit, vt inter inimicos quoslibet futuros liberi securiq; versentur, aliena peccata sibi commissa non prodeant, quæ prodi timeant ipsi nulla committant. Cum enim falsum quid à maledico fingitur, aut omnino non creditur, aut certè integra salute sola fama vexatur. Cum autem malum perpetratur, hostis est intimus, etiam si nullius intimi loquacitate aut lite vulgetur. Quapropter quis prudentiam non videat, etiam tu quam tolerabiliter feras amicissimi quondam & familiarissimi incredibiles nunc inimicitias, consolante conscientia, & quemadmodum vel quod iactat, vel quod à quibusdam forsitan creditur, in similitr armis deputes, quibus non minus quam dextris contra diabolū dimicatur? Veruntamen illum maluerim aliquo modo mitiorē, quam te isto modo armatiorem. Hoc magnum & triste miraculum est, ex amicitia talibus ad has inimicitias peruenisse: lætum erit & multo maius, ex inimicitia talibus ad pristinam concordiam reuertisse.

Augustinus Præsidio, quem consacerdotem appellat, quem Hieronymus appellat Diacōnum, si tamen idem est. Epistola. XVI.

DOMINO beatissimo & merito venerando fratri & consacerdoti Præsidio, Augustinus in domino salutem. Sicut præsens rogavi syncretitatem tuam, nunc quoque commoneo, vt literas meas sancto fratri & compresbytero nostro Hieronymo mittere non graueris. Vt autem nouerit charitas tua, quemadmodum etiam tu illi pro mea causa scribere debeas, nisi exemplaria literarum & mearum ad ipsum, & ad me ipsum, quibus lectis pro tua sancta prudentia facile videas, & modum meum quem seruandum putavi, & motum eius quem non frustra

I. Ioan. 4.

M

Astra timui. Aut si ego quod non debui, vel quomodo non debui, aliquid scripsi, non ad illum de me, sed ad me ipsum potius fraternam dilectione mitte sermonem, quo correctus petam vt ignoscat, si meam culpam ipse cognouero.

Hieronymus Augustino commendans illi Præsidium, & saluere iubens Alipium. Epistola. XVII.

DOMINO verè sancto & beatissimo Papæ Augustino Hieronymus in Christo salutem. Anno præterito per fratrem nostrum Asterium hypodiakonum dignationi tuæ epistolam miseram, promptum reddens salutationis officium, quam tibi arbitror reddidit. Nunc quoque per sanctum fratrem meum Præsidium diaconū obsecro primum vt memineras mei. Deinde vt baiulum literarum habeas commendatum, & mihi scias germanissimum, & in quibuscumque necessitas postulauerit, foueas atque sustentas, non quo aliqua re (Christo tribuente) indigeat, sed quod bonorum amicitias audivissimè expetat, & se in his coniungendis maximum putet beneficium consequutum. Cur autem ad Occidentem nauigauerit, ipso poteris narrante cognoscere. Nos in monasterio constituti, variis hinc inde fluctibus quatimur, & peregrinationis molestias sustinemus. Sed credimus in eo qui dixit: Confidite, ego vici mundum, quod ipso tribuente & præfule, contra hostem diabolum victoriam consequamur. Sanctum & venerabilem fratrem nostrum papam Alipium vt meo obsequio salutes, obsecro. Sancti fratres, qui nobiscum in monasterio domino seruire festinant, oppidò te salutant. Incolunt te & memorè mei, Christus dominus noster tueatur omnipotens, domine verè sancte & suscipiende papa.

Hieronymus Augustino, hoc agens, quantum illi respondit de mendacio & cucurbita, tamen amicitiam oportere manere incolunt, rogatq; ut posthac abstineant ab huiusmodi questionibus, quæ ferè in contentionem exeunt. Epistola. XVIII.

DOMINO verè sancto & beatissimo papæ Augustino Hieronymus in domino salutem. Cum à sancto fratre nostro Firmo solite quærerem quid ageres, sospitem te lætus audiui. Rursum cum tuas literas non dico sperarem, sed exigerem, nesciente te de Africæ se profectum esse dixit. Itaque reddo tibi per eum salutationis officia, qui te vnico amore complectitur, simulq; obsecro vt ignoscas pudori meo, quod diu præcipienti vt rescriberem, negare non potui. Nec ego tibi, sed causæ causa respondit. Et si culpa est respondiisse, quæso vt patienter audias, multo maior est prouocasse. Sed facessant istiusmodi querimonia. Sit inter nos pura germanitas, & deinceps non quæstionum, sed charitatis ad nos scripta mittamus. Sancti fratres, qui nobiscum domino seruiunt, ætatem te salutant. Sanctos, qui tecum Christi leue trahunt iugum, præcipue sanctum & suscipiendum papam Alipium vt meo obsequio salutes, precor. Incolunt te & memorem mei Christus deus noster tueatur omnipotens. Domine verè sancte & beatissime papa, si legisti librum explanationum in Iohannam, puto quod ridiculæ cucurbitæ non recipias quæstionem. Si autem amicus qui me primus gladio petiit, stylo repulsus est, sit humanitatis tuæ atque iustitiæ accusantem reprehendere, non respondentem. In scripturarum campo si placet, sine nostro inuicem dolore laudamus.

Augustinus Hieronymo, accuratius respondet de mendacio.

DOMINO dilectissimo, & in Christi visceribus honorando, sancto fratri & compresbytero Hieronymo, Augustinus in domino salutem. Iam pridem tuæ charitati prolixam epistolam misisti, respondens illi tuæ, quam per sanctum filium tuum Asterium, nunc iam non solum fratrem, verum etiam collegam meum misisse te recolis. Quæ vtrum in manus tuas peruenire meruerit, adhuc nescio, nisi quod per fratrem syncerissimum Firmum scribis, Si ille qui me primum gladio petiit, stylo repulsus est, vt sit humanitatis meæ atque iustitiæ accusantem reprehendere non respondentem. Hoc solo tenuissimo indicio vtcūque conicio, legisse te illam epistolam meam. In ea quippe deplorauit tantam inter vos extitisse discordiam, de quorum tanta amicitia, qua quaueris eam fama diffuderat, charitas fraternam gaudebat. Quod non feci reprehendendo in aliquo germanitate tuam, cuius in ea re aliquam culpam me cognouisse non ausus sum dicere, sed dolendo humanam miseriam, cuius in amicitia mutua charitate retinendis, quantalibet illa sit, incerta permanio est. Verum illud malueram tuis nosse rescriptis, vtrum mihi veniam quam poposceram dederis. Quod apertius mihi intimari cupio, quantum hilarior quidam vultus literarum tuarum etiam hoc me impetrasse significare videatur, si tamen post lectam illam missæ sunt, quod in eis minime apparet. Petis vel potius fiducia charitatis iubet, vt in scripturarum campo, sine nostro inuicem dolore ludamus. Equidem quantum ad me attinet, serbo non ista quam ludo agere malle. Quod si hoc verbum tibi propter facilitatem ponere placuit, ego fateor maius aliquid expeto à benignitate virtutum tuarum, prudentiæque tam docta & ociosa, annosa, studiosa, ingeniosa diligentiæ, hæc tibi non tantum donante, verumetiam dictante spiritu sancto, vt in magnis & laboriosis questionibus, non tanquam ludentem in campo scripturarum, sed in montibus anhelantem adiuues. Si autem propter hilaritatem, quam esse inter charissimos differentes decet, putasti dicendum esse, ludamus: siue illud apertum & planum sit vnde colloquimur, siue arduum atque difficile: hoc ipsum edoce obsecro te, quoniam modo assequi valeamus, vt cum fortè aliquid nos mouet, quod nobis etiam non cautius attendentibus, certè tardius intelligentibus non probatum est, & quid nobis videatur contra conamur asserere, si hoc aliquanto securiore libertate dicamus, non incidamus in suspitionem puerilis iactantiæ, quasi nostro nomini famam, viros illustres accusando quæramus. Si autem aliquid asperum quod refellendi necessitate depromptū fuerit, quo tolerabile fiat, leniore circumfundamus eloquio, ne litum melle gladium stringere iudicemur. Nisi fortè ille modus est, quo vtrūque hoc vitium vel vitij suspitione caueamus, si cum doctiore amico sic disputemus, vt quicquid dixerit, necesse sit approbare, nec quæredī saltē causa liceat aliquantulum relictari. Tum verò sine vllō timore offensionis tanquam in campo luditur, sed mirū si nobis non illudatur. Ego enim fateor charitati tuæ, solis eis scripturarū libris qui iam canonici appellantur, didici

Dis. 9. ca. Ego solus.

G didici hunc timorem honorēq; deferre, vt nullum eorum authorē scribendo aliquid errasse firmissimē credam, Ac si aliquid in eis offerēdo literis, quod videatur cōtrariū veritati, nihil aliud quā vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assequutū esse quod dictum est, vel me minime intellexisse nō ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate doctrinaq; præpollent, non ideo verum putem quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt. Nec te mi frater sentire aliquid aliter existimo, prorsus, inquam, non te arbitror sic legi tuos libros velle, tāquam prophetarum vel Apostolorum, de quorum scriptis quod omni errore careant, dubitare nefariū est. Absit hoc à pia humilitate & veraci de temetipso cogitatione, qua nisi esses præditus, non vtiq; diceres: Vtinam mereremur cōplexus tuos, & collatione mutua vel docerem⁹ aliqua vel disceremus. Quod si te ipsum, consyderatione vitæ ac morum tuorum, non simulate, nō fallaciter dixisse credo, quantomagis equum est me credere Apostolum Paulum nō aliud sensisse quā scripserit, vbi ait de Petro & Barnaba: Cūm viderem quia nō rectē ingrediuntur ad veritatem Euangelij, dixi Petro coram omnibus. Si tu cūm sis Iudæus, gentilitē & nō Iudæicē viuīs, quomodogētes cogis Iudaizare: De quo enim certus sim quod me scribendo vel loquendo non fallat, si fallebat Apostolus filios suos, quos iterum parturiebat, donec in eis Christ⁹, id est veritas formaretur? Quibus cūm præmississet dicēs: Quæ autem scribo vobis, ecce coram deo quia non mentior, non tamē veraciter scribebat, sed nescio qua dispensatoria simulatione fallebat, vidisse se Petrum & Barnabam nō rectē ad Euangelij veritatem ingredients, ac Petro in faciem restitisse, nō ob aliud, nisi quod gentes cogeret Iudaizare. At enim satis est credere Apostolum Paulum aliquid non verē scripserit, quā Apostolum Petrum non rectē aliquid egisse? Hoc si ita est, dicamus (quod absit) satis est credere mētiri Euangelij, quā negatum esse à Petro Christum: & mentiri regnorū librum, quā tantum prophetam à domino deo tam excellenter electum, & in concupiscenda atq; abducēda vxore aliena, cōmississe adulteriū, & in marito eius necando tam horrendum homicidium. Imō verō sanctam scripturā in summo & cœlesti authoritatis culmine collocatam, de veritate eius certus ac securus legam, & in ea homines vel approbatos, vel emēdatos, vel damnatos veraciter discam, potius quā facta humana, dum in quibusdam laudabilis excellentiæ personis aliquando credere timeo reprehēdenda, ipsa diuina eloquia mihi sint vbique suspecta. Manichæi plurima diuinarum scripturarum, quibus eorū nefarius error clarissima sententiarum perspicuitate conuincitur, quia in alium sensum detorquere non possunt, falsa esse cōtendunt: ita tamen, vt eandem falsitatem non scribētibus Apostolis tribuant, sed nescio quibus codicum corruptoribus. Quod tamen quia nec pluribus sine⁹ antiquioribus exemplaribus, nec præcedentis lingvæ authoritate (vnde Latini libri interpretati sunt) probare aliquādo potuerunt, notissima omnibus veritate superati confusiq; discedunt. Itāne non intelligit prudentia sancta tua, quanta malitiæ illorum patet occasio, si non ab aliis Apostolicas literas esse falsatas, sed ipsos Apostolos falsa scripserit dicamus? Non est, inquis, credibile, hoc in Petro Paulum, quod

H
Gala. 2
2980200-
d'0001
Gala. 4.
Gala. 1

ipse Paulus fecerat, arguisse. Non nunc inquiri quid fecerit, sed quid scripserit quæro: hoc ad quæstionem quam suscepi maximē pertinet, vt veritas diuinarum scripturarum, ad nostram fidem ædificandam memoria commendata, non à quibuslibet, sed ab ipsis Apostolis, ac per hoc in canonicum authoritatis culmen recepta, ex omni parte verax atq; indubitanda persistat. Nam si hoc fecit Petrus quod facere debuit: mētius est Paulus quod eum viderit nō rectē ingrediētē ad veritatem Euangelij. Quisquis enim hoc facit quod facere debet, rectē vtq; facit. Et ideo falsum de illo dicit, qui dicit eum non rectē fecisse, quod eum non vit facere debuisset. Si autem verum scripsit Paulus, verum est quod Petrus non rectē tunc ingrediebatur ad veritatem Euangelij. Id verō faciebat quod facere nō debebat: & si tale aliquid Paulus ipse iam fecerat, correctum potius etiam ipsum credā coapostoli sui correctionem potuisse negligere, quā mendaciter aliquid in sua epistola posuisse, & epistola qualibet, quā tomagis in illa, in qua præloquutus ait: Quæ autē scribo vobis, ecce coram deo quia non mentior. Ego quidem illud Petrū sic egisse credo, vt gentes cogeret Iudaizare. Hoc enim lego scripsisse Paulum, quem mentitum esse non credo, & ideo non rectē agebat hoc Petrus. Erat enim cōtra Euangelij veritatem, vt putaret, qui credebant in Christum, sine illis veteribus sacramentis saluos se esse nō posse. Hoc enim contēdebant Antiochia, qui ex circūcisione crediderant: cōtra quos Paulus perseuerāter acriterq; cōfligit. Ipsum verō Paulum non ad hoc id egisse, quod vel Timotheum circumcidit, vel Cenchreis votum persoluit, vel Hierosolymis à Iacobo admonitus, cum eis qui vouerant, legitima illa celebranda suscepit, vt putari videretur per ea sacramenta etiam Christianam salutem dari, sed ne illa quæ prioribus vt congruebat tēporibus, in vrbis rerum futurarum deus fieri iusserat, tanquā idololatriam gentilium dānare crederetur. Hoc est enim quod illi Iacobus ait, auditum de illo esse quod discissionem⁹ doceat à Moysē. Quod vtq; nefas est vt credentes in Christum discendantur à propheta Christi, tanquam eius doctrinam detestantes atq; damnātes, de quo ipse Christus dicit: Si crederetis Moysi, crederetis & mihi, de me enim ille scripsit. Attende enim obsecro ipsa verba Iacobi: Vides, inquit, frater quot milia sunt in Iudæa qui crediderunt in Christum, & hi omnes æmulatores sunt legis. Audierunt autem de te quia discissionem⁹ doces à Moysē, eorum qui per gentes sunt Iudæorum, dicens nō debere circumcidere eos filios suos, neq; secundū consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Vtiq; oportet cōuenire multitudinem, audierunt enim te superuēnisse: hoc ergo fac quod tibi dicimus, Sunt nobis viri quatuor vortum habentes super se, his assumptis sanctifica te cum ipsis, & impende in eos vt radant capita, & scient omnes quia quæ de te audierunt, falsa sunt, sed sequeris & ipse, custodiens legē: de gentibus autem qui crediderunt, nos mandauimus, iudicantes nihil eiusmodi seruare illos, nisi vt se obseruet ab idolis immolato, & à sanguine, & à fornicatione. Non, vt opinor, obscurum est & Iacobum hoc ideo monuisse, vt scirent falsa esse quæ de illo audierant, ij qui cūm Christum ex Iudæis credidissent, tamen emulatores erant legis: ne per doctrinam Christi velut sacrilega, nec deo mandante conscripta damnari putarentur, quæ per Moysen patribus fuerant ministrata: hoc enim de Paulo iactauerant, non illi qui intelligebant quo

tergo.
Galat.

L
σικλδδβ

†discissionē
*Non est discissio sed
ἐπιτοκοιο
hoc est discissio sine defectio.
M

†discissionē

Omittit suffocatum.

I
*† alijs nec

Ceremonie

A bant quo animo à Iudæis fidelibus obseruari tunc ista deberent, propter commendandam scilicet auctoritatem diuinam, & sacramentorum illorum prophetica sanctitatem, non propter adipiscendam salutem, quæ iam in Christo reuelabatur, & per baptisimi sacramentum ministrabatur, Sed illi hoc de Paulo sparserant, qui sic ea volebant obseruari, tāquam sine his in Euangelio salus credentibus esse nō posset. Ipsum enim sentierant vehementissimum gratiæ prædicatorem, & intentioni eorum maximē aduersum, docentem nō per illam hominem iustificari, sed per gratiam Iesu Christi, cuius prænunciandæ causa illæ vmbre in lege madata sunt. Et ideo illi inuidiam & persecutionē molientem concitare, tanquam inimicum legis mandatorumq; diuinarum criminabatur: cuius falsæ criminationis inuidiā congruentius deuitare non posset, quā vt ea ipse celebraret, quæ damnare tanquam sacrilega putabatur: atque ita ostenderet nec Iudæos tunc ab eis tanquam à nephariis prohibendos, nec gentiles ad ea tanquam ad necessaria compellendos. Nam si reuera sic ea reprobarer, quemadmodum de illo auditū erat, & ideo celebranda sulciperet, vt actione simulata suā posset occultare sententiā, non ei diceret Iacobus, Et sciēt omnes, sed diceret, Et putabūt omnes, quoniam quæ de te audierunt falsa sunt: præsertim quia in ipsis Hierosolymis Apostoli iam decreuerant, ne quisquā gentes cogeret Iudaizare: non autē decreuerant, ne quisquā tunc Iudæos Iudaizare prohiberet, quāuis etiā ipsos iam doctrina Christiana nō cogeret. Proinde si post hoc Apostolorum decretum Petrus habuit illam in Antiochia simulationem, qua gentes cogeret Iudaizare, quo iam nec ipse cogebatur, quanuis propter cōmendanda eloquia dei, quæ Iudæis sunt credita, nō prohibebatur: quid mirum si cōstringebat eū Paulus libere asserere, quod cum ceteris Apostolis se Hierosolymis decreuisse meminert? Si autē hoc (quod magis arbitror) ante illud Hierosolymitanum cōcilium Petrus fecit, nec sic mirum est, quod eum volebat Paulus nō timidē obtegere, sed fidenter asserere quod eum pariter sentire iam nouerat: siue quod cum eo contulerat Euangelium: siue quod in Cornelij Centurionis vocatione etiam diuinitus eum de hac re admonitū acceperat: siue quod antequam illi, quos timuerat, venissent Antiochiam, cum gentibus eum conuesci viderat. Neque enim negamus in hac sententia fuisse iam Petrum, in qua & Paulus fuit. Non itaque tunc eum quid in ea re verum esset docebat, sed eius simulationem, qua gentes Iudaizare cogebantur, arguebat: nō ob aliud, nisi quia sic illa omnia simulatoria gerebantur, tanquam verum esset quod illi dicebant, qui sine circūcisione præputij atque alijs obseruationibus vmbre futurorū putabant, credentes saluos esse non posse. Ergo & Timotheū circumcidit propterea, ne Iudæis, & maximē cognationi eius maternæ sic viderentur qui ex gentibus in Christum crediderant, detestari circūcisionem, sicut idololatria detestanda est, cūm illam deus fieri præcepit, hanc Satanæ persuaserit. Et Titum propterea non circumcidit, ne occasionem daret eis, qui sine vlla circūcisione dicebant credentes saluos esse non posse, & ad deceptionem gentiū hoc etiam Paulum sentire iactarent. Quod ipse satis significat, vbi ait: Sed neque Titus, qui mecum erat, cūm esset Græcus, cōpulsus est circumcidi: propter subintroductos autem falsos fratres, qui subintroierant perscrutari libertatem nostrā, vt nos in seruitutem redigerent, quibus nec ad horam

33.9. sententiam.

†illa.

Gala. 2

cessimus subiectioni, vt veritas Euangelij permaneat apud nos, Hic apparet quid eos captare intellexerit, vt non faceret quod in Timotheo fecerat, & quod ea libertate facere poterat, qua ostenderat illa sacramenta nec tanquam necessaria debere appeti, nec tanquā sacrilega debere damnari. Sed cauendum est videlicet in hac disputatione, ne sicut philosophi quædam facta hominum media dicamus inter rectē factum & peccatum, quæ neque in rectē factis, neque in peccatis numerentur, & vrgeamur eo, quod obseruare legis ceremonias, non potest esse indifferens, sed aut bonum, aut malum: Vt si bonum dixerimus, eas nos quoque obseruare cogamur: si autem malum, non verē, sed simulate ab Apostolis obseruatas esse credam⁹. Ego verō Apostolis non tam exemplum philosophorū timeo, quando & illi in sua disputatione veri aliquid dicūt, quā forensium aduocatorum, quando in alienarum causarum actione mētuntur. Quorum similitudo, si in ipsa expositione epistolæ ad Galatas ad confirmandam simulationem Petri & Pauli putata est decenter induci, quid ego apud te timeam nomen philosophorū: qui non propterea vani sunt, quia omnia falsa dicunt, sed quia & falsis plerisq; confidunt, & vbi vera inueniuntur dicere, à Christi gratia, qui est ipsa veritas, alieni sunt. Cur autem non dicam præcepta illa veterum sacramentorum nec bona esse, quia non eis homines iustificantur: vmbre enim sunt, prænunciantes gratiam qua iustificamur: nec tamen mala, quia diuinitus præcepta sunt, temporibus personisq; congruentia, cū me adiuuet etiam prophetica sententia, qua dicit deus se illi populo dedisse præcepta non bona. Fortē enim propterea non dixit mala, sed tantum non bona, id est nō talia, vt illis homines boni fiant, aut sine illis boni nō fiant. Vellem me doceret benigna sinceritas tua, vtrū simulate quisquam sanctus orientalis, cū Romam venerit, ieiunet sabbato, excepto illo die paschalis vigiliæ: Quod si malū esse dixerimus, nō solum Romanā Ecclesiam, sed etiam multa ei vicina, & aliquanto remotiora dānabimus, vbi mos idem tenetur & manet. Si autem non ieiunare sabbato malum putauerimus, tot ecclesias orientis, & multo maiorem orbis Christiani partē, qua temeritate criminabimur? Placet ne tibi vt medium quiddam esse dicamus, quod tamē acceptabile sit ei, qui hoc non simulate, sed cōgruenti societate atque obseruantia fecerit? Et tamen nihil inde legimus in canonicis libris præceptum esse Christianis: quantomagis illud malum dicere nō audeo, quod deum præcepisse ipsa Christiana fide negare non possum, qua didici, nō eo me iustificari, sed gratia dei, per Iesum Christum dominum nostrum? Dico ergo circūcisionem præputij, & cætera huiusmodi, priori populo per testamentū quod vetus dicitur, diuinitus data, ad significationem futurorum, quæ per Christum oportebat impleri, quibus aduenientibus, remānisse illa Christianis legenda tantum ad intelligentiam præmissæ prophetiæ, non autem necessariō faciēda quasi adhuc expectandum esset, vt veniret fidei reuelatio, quæ his significabatur esse vëtura. Sed quanuis gentibus imponenda non essent, non tamen sic debuisset auferri à consuetudine Iudæorum, tanquam detestanda atque damnāda. Senfim proinde atque paulatim feruente sanē prædicatione gratiæ Christi, qua sola nosent credentes se iustificari saluosq; fieri, non illis vmbis rerum antea futurarum, tūc iam venientium atque præsentium, vt in illorum Iudæorum vocatione, quos

E

Dis. 12. illa.

F

quos

G quos presentia carnis domini, & Apostolica tempora sic inuenerant, omnis illa actio cōsumeretur vmbra- rum: hoc eis sufficisse ad cōmendationem, vt nō tan- quam detestanda, & similis idololatriæ vitaretur, vl- tra verò non haberet progressum, ne putaretur neces- saria tāquam vel ab illa salus esset, vel sine illa esse nō posset. Quod putauerunt hæretici, qui dum volunt & Iudæi esse & Christiani, nec Iudæi nec Christiani esse potuerunt. Quorum sententiam mihi cauendā, quan- tis in ea nunquā fuerim, tamen beneuolentissimè ad- monere dignatus es. In cuius sententiæ nō consensio- nem sed simulationem Petrus timore inciderat, vt de illo Paulus verissimè scriberet, quod eum vidisset non rectè ingredientem ad veritatem Euangelij, eiq; veris- simè diceret quod gētes iudaizare cogebat: Quod Pau- lus vtique nō cogebat, ob hoc illa vetera veraciter vbi opus esset obseruans, vt damnanda non esse monstra- ret: prædicans tamen instanter non eis, sed reuelata gratia fidei, fideles saluos fieri, ne ad ea quendam vel- lut necessaria & suscipienda & compelleret. Sic autem credo Apostolum Paulum veraciter cuncta illa gessit se, nec tamen nunc quenquā factum ex Iudæo Chri- stianum, vel cogo vel sino talia veraciter celebrare, si- cut nec tu cui videtur Paulus ea simulasse, cogis istum vel finis talia simulare. An vis vt etiam ego dicam hanc esse summam quæstionis, imò sententiæ tuæ, vt post Euangelium Christi, bene faciant credētes Iudæi, si sacrificia offerant quæ obtulit Paulus, si filios circū- cidant, si sabbatū obseruēt, vt Paulus in Timotheo, & omnes obseruare Iudæi, dum hac simulatē ac fallaci- ter agant: Hoc si ita est, non iam in hæresim Hebionis, vel eorum quos vulgo Nazareos nuncupant, vel quā- libet aliam veterem, sed, nescio in quam nouam dela- bimur, quæ sit eo perniciosior, quo non errore sed pro- posito est ac voluntate fallaci. Quod si respondeas, vt te ab hac purges sententia, tunc Apostolos ista lauda- biliter simulasse, ne scandalizarentur infirmi qui ex Iu- dæis multi crediderant, & ea respuenda nondū intelli- gebant. Nunc verò confirmata per tot gentes doctri- na gratiæ Christianæ, & confirmata etiam per omnes Christi ecclesias lectione legis & prophetarum, quo- modo hæc intelligenda non obseruāda recitētur, quis- quis ea simulādo agere voluerit, & videatur & insanire: cur mihi non licet dicere Apostolum Paulum, & alios rectæ fidei Christianos, tunc illa vetera sacramēta pau- lulum obseruando veraciter commendare debuisse, ne putarentur illæ prophetica significationis obseruatio- nes à piissimis patribus custoditæ, tanquam sacrilegia diabolica à posteris detestatæ? Iam enim cum venisset fides quæ prius illis obseruationibus prænunciata, post mortem & resurrectionem domini reuelata est, ami- serant tanquam vitam officij sui. Veruntamē sicut de- functa corpora necessariorū officij deducenda erant quodāmodo ad sepulturam, nec simulatē sed religio- sē, non autē deserenda continuo, vel inimicorū obtre- ctationibus tanquā canum moribus proiciēda. Pro- inde nunc quisquis Christianorū, quantum sit ex Iudæis similiter ea celebrare voluerit, tanquam sopitos cine- res eruens, non erit pius deductor vel baiulus corpo- ris, sed impius sepulturæ violator. Fateor sanè in eo, quod epistola mea continet, quod ideo sacramēta Iu- dæorum Paulus celebranda susceperat, cum iam Chri- sti esset Apostolus, vt doceret non esse perniciofa iis qui ea vellent, sicut à parentibus per legem acceperāt, custodire: minus me possuisse, illo duntaxat tempore,

quo primum fidei gratia reuelata est. Tunc enim hoc non erat perniciosum, progressu verò temporis erat perniciosum, nisi & illa obseruationes ab omnib; Chri- stianis desererentur: ne si tunc fierent, non discernere- tur quod deus populo suo per Moysen præcepit, ab eo quod in templis dæmoniorum spiritus immūsus in- stituit. Proinde potius culpanda est negligentia mea, quia hoc non addidi, quā oburgatio tua. Veruntamē longe antequā literas tuas acceperem, scribēs cō- tra Faustum Manichæum quomodo eundem locum, quantum breuiter explicauerim, & hoc illic nō præter- miserim, & legere poterit si non dedignetur benigni- tas tua, & à charissimis nostris, per quos nunc hæc scri- pta mihi, quomodo volueris tibi fides fiat, illud me ante dictasse: mihiq; de animo meo crede, quod corā deo loquens iure charitatis exposco, nūquam mihi visum fuisse, etiam nunc Christianos ex Iudæis factos, sacra- menta illa vetera quolibet affectu celebrare, & quouis animo debere ab eis nullo modo coli: scum illud de Paulo semper ita senserim, ex quo illi mihi literæ in- notuerūt, sicut nec tibi videtur hoc tempore, cuiquam esse simulanda ista, cum hoc fecisse Apostolos credas. Proinde sicut tu è cōtrario loqueris, & licet reclamā- te (sicut scribis) mundo, libera voce pronūcias ceremo- nias Iudæorū, & perniciosas esse & mortiferas Chri- stianis, & quicunq; eas obseruauerit, siue ex Iudæis siue ex gentibus eum in barathrum diaboli deuolutum, ita ego hanc vocem tuā omnino confirmo, & addo: Qui- cunque eas obseruauerit, siue ex Iudæis siue ex genti- bus, & non solū veraciter, verū etiam simulatē, eum in barathrum diaboli deuolutum. Quid quæris amplius? Sed sicut tu simulationē Apostolorum ab huius tem- poris ratione secernis, ita ego Pauli Apostoli veracem tunc in his omnibus cōuersationem ab huius tempo- ris, quantum minime simulata ceremoniarum Iudæi- carum obseruatione secerno: quoniam tūc fuit appro- banda, nunc detestanda. Ita quantum legerimus: Lex & propheta: vsq; ad Ioannem baptistam, & quia propter- ea quærebāt Iudæi Christū interficere, quia non solum soluebat sabbatū, sed & patrē suum dicebat deū, æqua- lem se faciens deo: & quia gratiam pro gratia accepi- mus, & quoniam lex per Moysen data est, gratia autē & veritas per Iesum Christum facta est, Et per Hiere- miam præmissum est daturū deum testamentū nouum domui Iudæ, non secundū testamentum quod disposuit patribus eorum: nō tamen arbitror ipsum dominū fal- laciēter à parentibus circūcisum. Aut si hoc propter- ætatem minime prohibebat, nec illud arbitror eum di- xisse fallaciēter leproso, quem certè nō illa per Moysen præcepta obseruatio, sed ipse mundauerat: Vade & offer pro te sacrificium quod præcepit Moyses in testi- monium illis. Nec fallaciēter ascēdit ad diem festum, vsque adeo nō causa ostentationis corā hominibus, vt non euidenter ascēderit, sed latenter. At enim dixit idem Apostolus: Ecce ego Paulus dico vobis quia si circūcidamini, Christus vobis nihil proderit. Decē- pit ergo Timotheum, & fecit ei nihil prodesse Chri- stum? An quia hoc fallaciēter factum est, ideo non ob- fuit? At ipse hoc non posuit: nec ait, Si circūcidami- ni veraciter, sicut nec fallaciēter, sed sine vlla exceptio- ne dixit: Si circūcidamini, Christus vobis nihil pro- derit. Sicut ergo tu vis hic locum dare sententiæ tuæ, vt velis subintelligi nisi fallaciēter, ita non impuden- ter flagito, vt etiam nos illic intelligere sinas eis di- ctum: Si circūcidamini, qui propterea volebant cir- cūcidi,

A cūcidi, quod aliter se putabāt in Christo saluos esse non posse. Hoc ergo animo, ac voluntate, ista intēione quisquis tunc circūcidebatur, Christus ei nihil om- nino proderat. Sicut alibi aperte dicit: Nam si per le- gem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est? Hoc ergo declarat, & quod ipse commemorasti: Euacuati estis à Christo, qui lege iustificamini, à gratia excidi- stis. Illos itaque arguit qui se iustificari in lege crede- bant, non qui legitima illa in eius honore, à quo man- data sunt, obseruabant, intelligentes & quæ prænu- ciandæ veritatis ratione mandata sint, & quousq; de- beant perdurare. Vnde est illud quod ait: Si spiritu ducimini, non adhuc estis sub lege: vnde velut colli- gis apparere, qui sub lege est, non dispensatiue, vt no- stros putas voluisse maiores, sed verè vt ego intelligo, eum spiritum sanctū non habere: magna mihi videtur quæstio, quid sit esse sub lege sic, quemadmodum Apo- stolus culpatur. Neque enim hoc eum propter circun- cisionem arbitror dicere, aut illa sacrificia, quæ tunc facta à patribus, nunc à Christianis non sunt, & cæ- tera huiusmodi, sed hoc ipsum etiam quod lex iubet: Non concupisces: quod fatemur certè Christianos de- bere obseruare, atque Euangelica maxime illustratio- ne prædicari. Legem dicit esse sanctam, & manda- tum sanctum & iustum, & bonum. Deinde subiun- git: Quod ergo bonum est mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, vt fiat supra modum pec- cator aut peccatum, per mandatum. Quod autem hic dicit, peccatum per mandatum fieri supra modum, hoc alibi ait: Lex subintravit vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia. Et alibi, cum superius de dispensatione gratiæ loqueretur, quod ipsa iustificet: velut interrogans ait: Quid ergo lex? Atque huic interrogationi continuo respondit: Præuaricationis gratia posita est, donec veniret semen cui promissum est. Hos ergo damnabi- liter dicit esse sub lege, quos reos facit lex, non im- plentes legem, dum non intelligendo gratiæ benefi- cium ad faciendā dei præcepta, quasi de suis viribus superba elatione præsumūt. Plenitudo enim legis cha- ritas. Caritas verò dei diffusa est in cordibus nostris, non per nos ipsos, sed per spiritū sanctum qui datus est nobis. Sed huic rei quantum satis est explicandæ, pro- lixior fortasse & sui proprii voluminis sermo debe- tur. Si ergo illud quod lex ait: Non concupisces, si hu- mana infirmitas gratia dei adiuta non fuerit, sub se reum tenet, & præuaricatorem potius damnat, quā liberat peccatorem, quanto magis illa quæ significa- tionis causa præcepta sunt, circūcisio & cætera, quæ reuelatione gratiæ latius innotescere necesse fuerat aboleri, iustificare neminem poterant? Non tamen ideo fuerāt tanquam diabolica gentium sacrilegia fu- gienda, etiam cum ipsa gratia iam coeperat reuelari, quæ vmbra talibus fuerat prænunciata: sed permit- tenda paululum eis maxime qui ex illo populo cui da- ta sunt venerant. Postea verò tanquam cum honore sepulta sunt, à Christianis omnibus irreparabiliter de- ferenda. Hoc autem quod dicit, non dispensatiue vt nostri voluerit maiores, quod sibi vult oro te: Aut enim hoc est quod ego appello officiosum mendacium, vt hæc dispensatio sit officium velut honeste mentiendi: aut quid aliud sit omnino non video, nisi fortè addi- to nomine dispensationis fiat, vt mendacium non sit mendacium. Quod si absurdum est, cur ergo non a-

pertē dicit officiosum mendacium defendendum, nisi D fortè nomen te mouet, quia non tam vñtatum est in Ecclesiasticis libris vocabulum officij, quod Ambro- sius noster non timuit, qui suos quosdam libros vti- lium præceptionum plenos, de officiis voluit appella- re? An si officiose mentiat qui culpari est, si dispensatiue approbandus? Rogo te mentiat vbi le- gerit qui hoc putat, quia & in hoc magna quæstio est, sit ne aliquando mentiri viri boni, immo viri Chri- stiani, qualibus dictum est, Sit in ore vestro, est est, non non, vt non sub iudicio decidatis. Et qui cum fi- de audiunt: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Sed vt dixi & alia & magna quæstio est: eligat quod voluerit qui hoc existimat vbi mentiat, dum tamen à scribentibus auctoribus sanctarum scripturarum & maxime canonicarum, inconcussè credatur & de- fendatur omnino abesse mendacium: ne dispensato- res Christi de quibus dictum est, Hic iam quaritur in- ter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur, tanquam magnum aliquid sibi fideliter didicisse videantur, pro veritatis dispensatione mentiri, cum ipsa fides, in La- tino sermone ab eo dicatur appellata, quia sit quod di- citur. Vbi autem sit, quod dicitur, mentiendi vtique non est locus. Fidelis igitur dispensator Apostolus Paulus, proculdubio nobis exhibet in scribendo fidem quia veritatis dispensator erat, non falsitatis, Ac per hoc verum scripsit vidisse se Petrum non rectè ingre- dientem ad veritatem Euangelij, eique in faciem re- stitisse, quod gentes cogeret iudaizare. Ipse verò Pe- trus, quod à Paulo fiebat vtiliter libertate charitatis, sancta ac benigna pietate humilitatis accepit: atque ita rarius & sanctius exemplum posteris præbuit, quo non dedignarentur, sicuti fortè recti tramitem reli- quissent, etiam à posterioribus corrigi, quā Pau- lus, quo confidenter auerent etiam minores maio- ribus pro defendenda Euangelica veritate salua frater- na charitate resistere. Nam cum satis multo sit à te- nendo itinere in nullo quā in aliquo declinare, mul- to est tamen mirabilius & laudabilius libenter acci- pere corrigentem, quā audacter corrigere deuian- tem. Est laus itaque iustæ libertatis in Paulo, & san- ctæ humilitatis in Petro: quæ quantum mihi pro mo- dulo meo videtur, magis fuerat aduersus calumnian- tem Porphyrium defendenda, quā vt ei daretur ob- trectandi maior occasio, quā multo mordacius crimi- naretur Christianos fallaciēter vel suas literas scribere, vel dei sui sacramēta tractare. Flagitas à me vt aliquem saltem vnum ostendam, cuius in hac re sen- tentiam sim sequutus, cum tu tam plures nominatim commemoraueris, qui te in eo quod adstruis, præcesse- runt, petens vt in eo, si te reprehendo errantem, pati- ar te errare cum talibus: quorum ego fateor, nemi- nem legi, sed cum sint sermē sex vel septem, horum quatuor auctoritatem tu quoq; infringis, Nam Lao- dicenum, cuius nomen taces, de ecclesia dicit nuper e- gressum, Alexandrum autem veterē hæreticum: Ori- genem verò ac Didymum, reprehensos abs te lego in recentioribus opusculis tuis, & non mediocriter, nec de mediocribus quæstionibus, quantum Miragenem mirabi- liter ante laudaueris. Cum his ergo errare puto quia nec te ipse patieris, quantum hoc perinde dicatur, ac si in hac sententia non errauerint. Nam quis est qui se velit cum quolibet errare? Tres igitur restant, Eusebius Emisenus, Theodorus Heraclæotes, & quem paulo post commemoras, Ioannes, qui dudū in pontificali gradu

Christi.

2. R.etra. 7.

† affectu co- lebrari debe- re, aut eis vl- lo modo li- cere: L

Luc. 16. Ioan. 5.

Ioan. 1 Hiero. 37. M

Galat. 5.

Gal. 2.

* aliis quia.

Rom. 7.

Rom. 5.

Gal. 3.

Rom. 13. Rom. 5.

dispensatio.

Ambrosius.

Math. 5. Psal. 5.

1. Cor. 5.

Fides.

E

F

G Constantinopolitanam rexit ecclesiam. Porro si que-
ras vel recolas quid hinc senserit noster Ambrosius,
quid noster itidem Cyprianus, inuenies fortasse nec
nobis defuisse, quos in eo quod asserimus sequeremur:
e^c quanquam sicut paulo ante dixi, tantummodo scriptu
e^c ris canonicis hanc ingenuam debeam seruitutem, qua
e^c eas solas ita sequar, vt cōscriptores earum nihil in eis
e^c omnino errasse, nihil fallaciter posuisse non dubitem.
e^c Proinde cum quæro tertium, vt tres etiam ego tribus
opponam, possem quidem (vt arbitror) facile reperi-
re si multa legissem, veruntamen ipse mihi pro his om-
nibus, imò supra hos omnes Apostolus Paulus occu-
rrit. Ad ipsum confugio, ad ipsum omnes qui aliud
sentiunt literalibus suis tractatibus [†] prouoco, ipsum
interrogans interpello & requiro, in eo quod scriptū,
est [†] ad Galatas, vidisse se Petrum non rectè ingredi-
entem ad veritatem Euangelij, eique in faciem propterea
restitisse, quod illa simulatione gentes iudaizare
cogebat. Vtrum verum scripserit, an fortè nescio
qua dispensatiua falsitate mentitus sit. Et audio eum
paulo superius in eiusdem narratiōis exordio, religio-
sa voce mihi clamantem, Quæ autem scribo vobis, ec-
ce coram deo quia non mentior. Dent veniam quilibet
aliud opinantes, ego magis credo cāto Apostolo in
suis & pro suis literis iuranti, quàm cuiquā doctissimo
de alienis literis disputati. Nec dici timeo sic Paulum
defendere, quod non simularet errorem Iudæorum, sed
verè fuerit in errore: quoniam neque simulabat errorem,
qui libertate Apostolica, sicut illi tempori congruebat,
vetera illa sacramenta, vbi opus erat agendo, commē-
dabat ea, non Satanæ versutia decipiendis hominibus,
sed dei prouidentia prænunciandis rebus futuris pro-
phetice constituta. Nec verè fuerat in errore Iudæorū,
qui non solum nouerat, sed etiam instantè & acriter
prædicabat eos errare, qui putabant gentibus imponen-
da, vel iustificatiōni quorumcunque fidelium necessa-
ria. Quod autem dixi eum factum Iudæis tanquam Iu-
dæum, & tanquam gentilem gentilibus, non mentien-
tis astu, sed compatiētis affectu, quemadmodum dix-
erim parum mihi visus es attendisse, immò ego for-
tasse non satis hoc explanare potuerim. Neque enim
hoc ideo dixi, quod misericorditer illa simulauerit, sed
quia sic ea non simulauit, quæ faciebat similia Iudæis
quemadmodum nec illa, quæ faciebat similia genti-
bus, quæ tu quoque commemorasti, atque in eo me quod
non ingrātē fateor adiunxisti. Cum enim abs te quæsis-
sem in epistola mea, quomodo putetur, ideo factus Iu-
dæis tanquam Iudæus, quia fallaciter susceperat sacra-
menta Iudæorum, cum & gentibus tanquam gentilis factus
sit, nec tamen susceperat fallaciter sacrificia gentiū: tu re-
spondisti, in eo factum gentibus tanquam gentilem,
quod præputium receperat, quod indifferenter permi-
serit vesci cibis, quos damnant Iudæi: Vbi ego quæro,
vtrum & hoc simulatè fecerit: Quod si absurdissimum
atque falsissimum est. Sic ergo & illa, in quibus Iudæo-
rum consuetudini congruebat libertate prudenti, non
necessitate seruili, aut quod est indignius dispensatio-
ne fallaci potius quàm fideli. Fidelibus enim & iis qui
cognouerunt veritatem, sicut ipse testatur, nisi fortè
& hic fallit omnis creatura dei bona est, & nihil abi-
ciendum, quod cum gratiarum actione accipitur. Er-
go & ipsi Paulo non solum viro, verum etiam dispen-
satori maxime fideli, non solum cognitori, verum etiā
doctori veritatis, omnis vtique in cibis creatura dei nō
simulatè sed verè bona erat. Cur igitur nihil simulatè

† ab oibus.
† literarum
eius tractato-
ribus.
† scripuit.

Galat. 1.

K suscipiendo sacrorum ceremoniarumque gentiliū, sed
de cibis & præputio vera sentiendo atque docendo, ta-
men tanquam gentilis factus est gentibus, & non po-
tuit fieri tanquam Iudæus Iudæis, nisi fallaciter susci-
piendo sacramenta Iudæorum? Cur oleastro inserto
seruauit dispensationis veracem fidem, & naturalibus
ramis, non extra, sed in arbore constitutis, nescio quod
dispensatiōis simulationis velamen obtendit? Cur fa-
ctus tanquam gentilis gētibus, quod sentit docet, quod
ait sentit: Factus autem tanquam Iudæus Iudæis, aliud
in pectore claudit, aliud promittit in verbis, in factis,
in scriptis? Sed absit hoc sapere. Vtriusque enim de-
bebat charitatem de corde puro & conscientia bona,
& fide non ficta. Ac per hoc omnibus omnia factus
est, vt omnes lucrificeret, non mentientis astu, sed
compatiētis affectu, Id est, non omnia mala homi-
num fallaciter agendo, sed aliorum omnium malis om-
nibus, tanquam si sua essent, misericordis medicinæ di-
ligentiam procurando. Cum itaque illa testamenti ve-
teris sacramenta etiam sibi agēda minimè recusabat,
non misericorditer fallebat, sed omnino non fallens,
atque hoc modo à domino deo illa vsque ad certi tem-
poris dispensationem iussa esse commendans, à sacri-
legis sacris gentium distinguebat. Tunc autem non
mentientis astu, sed compatiētis affectu, Iudæis tan-
quàm Iudæus fiebat, quando eos ab illo errore, quo vel
in Christum credere nolebant, vel per vetera sacerdo-
tia sua ceremoniarumque obseruationes, se à pecca-
tis posse mundari fierique saluos existimabant, sic libe-
rere cupiebat, tanquam ipse illo errore teneretur. Di-
ligens vtique proximum tanquam seipsum, & hæc aliis
faciens, quæ sibi ab aliis fieri vellet, si hoc illi opus es-
set. Quod cum dominus monuisset adiunxit: Hæc est
enim lex & propheta. Hunc compatiētis affectum, in
eadem epistola ad Galatas præcipit dicens: Si præoc-
cupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiri-
tales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, at-
tendens teipsum ne & tu tenteris. Vide si non dixit, sic
ri tanquam ille, vt illum lucrificas. Non vtique vt ip-
sum delictum fallaciter ageret, aut se id habere simu-
laret, sed vt in alterius delicto, quid etiam sibi accidere
posset, attenderet, atque ita alteri tanquam sibi ab altero
vellet, misericorditer subueniret, hoc est, non mentien-
tis astu, sed compatiētis affectu: sic Iudæo, sic gentili,
sic cuiuslibet homini Paulus in errore, vel peccato aliquo
constituito, non simulando quod non erat, sed compa-
tiendo quia esse potuisset, tanquam qui se hominē co-
gitaret, omnibus omnia factus est, vt omnes lucrificeret.
Teipsum si placet obsecro te paulisper intueri, teip-
sum inquā erga memetipsum & recole, vel si habes cō-
scripta relege verba tua in illa epistola quam mihi per
fratrem nostrum, iam collegā meum Cyprianū breuior
rem misisti, quàm veraci, quàm germano, quàm pleno
charitatis affectu, cum quædam me in te commississe
expostulasses grauius subiunxisti, In hoc leditur ami-
citia, In hoc necessitudinis iura violantur, ne videamur
certare pueriliter, & fautoribus inuicem, vel de-
tractoribus nostris tribuere materiam contēdendi.
Hæc abs te verba, non solum ex animo dicta sentio, ve-
rum etiam benigno animo ad consulendum mihi. De-
niq; addis quod etiā si non adderes appareret, & dicit:
Hæc scribo quia purè & Christianè diligere te cupio,
nec quicquam in mea mente retinere quod distet à la-
biis. O vir sancte mihiq; (vt deus videt animā meam)
veraci corde dilecte, hoc ipsum quod posuisti in literis
tuis,

1. Cor. 9.

L

Math. 22.
Galat. 6.

M

A tuis, quod te mihi exhibuisse non dubito, hoc ipsum
omnino Apostolum Paulum credo exhibuisse in lite-
ris suis, non vni cuiuslibet homini, sed Iudæis & Græ-
cis, & omnibus gentibus filiis suis quos in Euangelio
generat, & quos literum I pariendo parturiebat, &
deinde posterorū tot millibus fidelium Christianorū,
propter quos illa memoriæ mandabatur epistola, vt
nihil in sua mente retineret, quod distaret à labiis.
Certè factus es etiam tu tanquam ego, non mentien-
tis astu, sed compatiētis affectu, cum cogitares tana-
me non relinquendum in ea culpa in quam me prola-
psum existimasti, quàm nec te velles, si eo modo pro-
lapsus esses. Vnde agens gratias beneuolæ menti erga
me te, simul posco vt etiam mihi nō succenseas, quod
cum in opusculis tuis aliqua me mouerēt, motum me-
um intimaui tibi, Hoc erga me ab omnibus seruari vo-
lens, quod erga te ipse seruauit, vt quicquid improban-
dum putant in scriptis meis, nec laudent subdolo pe-
ctore, nec ita reprehendāt apud alios, vt taceant apud
me, Hinc potius existimans ladi amicitiam & neces-
situdinis iura violari. Nescio enim vtrum Christia-
næ amicitia putanda sunt, in quibus magis valet vul-
gare prouerbum: Obsequium amicos, veritas odium
parit, quàm ecclesiasticum: Fideliora sunt vulnera a-
mici, quàm voluntaria oscula inimici. Proinde cha-
rissimos nostros qui nostris laboribus sincerissimè fa-
uent, hoc potius quanta possumus instantia doceamus,
quo sciant fieri posse, vt inter charissimos aliquid al-
terutro sermone contradicatur, nec tamen charitas
ipsa minuatur, nec veritas odium pariat, quæ debetur
amicitiæ, siue illud verum sit quod contradicatur, siue
corde veraci qualecunque sit dicitur, non retinendo in
mente quod distet à labiis. Credant itaque fratres no-
stri familiares tui, quibus testimonium perhibes quod
sint vasa Christi, me inuito factum, nec mediocrem
de hac re dolorem inesse cordi meo, quod literæ meæ
prius in multorum manus venerunt, quàm ad te ad
quem scriptæ sunt peruenire potuerunt. Quo autem
modo id acciderit, & longū est enarrare, & nisi fallor
superfluum, cum sufficiat si quid mihi in hoc credi-
tur, non eo factum animo quo putatur, nec omnino
meæ fuisse voluntatis aut dispositionis aut cōsensionis
aut saltem cognitionis vt sceret. Hoc si non credunt,
quod teste deo loquor, quid amplius faciam non ha-
beo. Ego tamen, absit vt eos credam hæc tuæ sanctitati
maleuola mente suggerere, ad excitandas inter nos ini-
micitias, quas misericordia domini dei nostri auer-
tat à nobis, sed sine vilo nocendi animo, facile de ho-
mine humana vitia suspicari. Hoc enim me de illis
æquū est credere, si vasa sunt Christi, non in contu-
meliam, sed in honorem facta & disposita in domo
magna à deo in opus bonum. Quod si post hanc atte-
stationem meam, si in noticiam eorum venerit face-
re voluerint, quàm nō rectè faciant, & tu vides. Quod
sanè scripseram nullum me librum aduersus te Ro-
mam misisse, ideo scripseram, quia & libri nomen, ab
illa epistola discernebam. Vnde omnino nescio quid
aliud te audisse existimaueram, nec Romam ipsam e-
pistolam, sed tibi miserā, & aduersus te non esse arbi-
trabar, quod sinceritate amicitia, siue ad admonen-
dum, siue ad te, vel me abs te corrigendum fecisse me
noueram. Exceptis autem familiaribus tuis, teipsum
obsecro per gratiam qua redempti sumus, vt quacun-
que tua bona quæ tibi pietate [†] domini cōcessa sunt, in
literis meis posui, non me existimes insidioso blandi-
Tomus secundus.

B Terentius.
Proverb. 17

† bonitate.

loquio posuisse. Si quid autē in te peccaui, dimittas mi-
hi. Nec illud quod de te, nescio cuius poetæ factū, ine-
ptius fortasse quàm literatius à me commemoratum est,
amplius quàm dixi, ad te trahas, cum continuo subiece-
rim, non hoc ideo me dixisse, vt oculos cordis recipe-
res, quos absit vnq; vt amiseris, sed vt aduerteres quos
sanos acvigiles haberes. Propter solā ergo *παλινοδία*,
si aliquid scripserimus, quod scripto posteriore destrue-
re debeamus, imitādā, non propter Stesichori cæci-
tatem, quàm cordi tuo nec tribui, nec timui, attingen-
dum illud existimauit; atque identidem rogo, vt me fide-
ter corrigas, vbi mihi hoc opus esse perspexeris. Quan-
quā enim secundum honorum vocabula, quæ iam ecclesiæ
vsum obtinuit, Episcopatus presbyterio maior sit, tamen
in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est, li-
cet etiam à minore quolibet, non sit refugienda vel de-
dignanda correctio. De interpretatione tua iam mihi
psuasisti, qua vtilitate, scripturas volueris trāsferre de
Hebræis, vt scilicet ea quæ à Iudæis prætermissa, vel cor-
rupta sunt, proferres in medium. Sed in sinuare digne-
ris peto, à quibus Iudæis, vtrum ab eis ipsi, qui ante ad-
uentū domini interpretati sunt, & si ita est, quibus, vel
quo nam eorum: an ab istis posterius, qui propterea pu-
tari possunt, aliqua de codicibus Græcis, vel subtraxisse
vel in eis corrupisse, ne illis testimoniis de Christiana
fide conuincerentur. Illi autem anteriores, cur hoc fa-
cere voluerint, non inuenio. Deinde nobis mittas ob-
secro, interpretationem tuam de septuaginta, quam
te adidisse nesciebam. Librum quoque tuū, cuius men-
tionem fecisti, de optimo genere interpretandi, cupio
legere, & adhuc nosse, quomodo cōæquanda sit in in-
terprete peritia linguarum, coniecturis eorum, qui scri-
pturas edisserendo pertractant, quos necesse est etiam
si rectæ atque vnius fidei fuerint, varias parere in mul-
torum locorum obscuritate sententias, quauis nequa-
quam ipsa varietas ab eiusdem fidei vnitare discordet.
Sicut etiam vnus tractator secundum eandem fidem,
aliter, atque aliter, eūdem locum potest exponere, quia
hoc eius obscuritas patitur. Ideo autem desydero inter-
pretationem tuam de septuaginta, vt & tanta Latino-
rum interpretum, qui qualescunque hoc ausi sunt, quā-
tū possumus imperitia careamus: & ij qui me inuidere
putant vtilibus laboribus tuis, tandem aliquādo, si fieri
potest, intelligant, propterea me nolle tuam ex He-
bræo interpretationem in ecclesiis legi, ne contra se-
ptuaginta auctoritatem, tanquam nouum aliquid pro-
ferentes, magno scandalo perturbemus plebes Christi,
quarum aures & corda illam interpretationem audi-
re consueuerunt, quæ etiam ab Apostolis approbata
est. Vnde illud apud Ionam virgultum, si in Hebræo
nec hedera est, nec cucurbita, sed nescio quid aliud,
quod trunco suo nixum, nullis sustentādum admini-
culis erigatur, malle iam in omnibus Latinis, cu-
curbitam legi. Non enim frustra hoc puto septuagin-
ta posuisse, nisi quia & huic simile sciebant. Satis me,
imò fortasse plus quàm satis, tribus epistolis tuis respō-
disse, arbitror, quarum duas per Cyprianū accepi, vnā
per Firmum. Rescribe quod visum fuerit ad nos vel
alios instruendos. Dabo autem operam diligentiorē,
quantū me adiuuat dominus, vt literæ quas ad te scri-
bo, prius ad te perueniant, quàm ad quenquam à quo
latius dispergant. Fateor enim, nec mihi hoc fieri vel-
le, de tuis ad me, quod de meis, ad te factum iustissimè
expostulas. Tamen placeat nobis inuicem, nō tantum
charitas, verum etiam libertas amicitia, ne apud me
taceas,

e ij taceas,

Græce, vel ego apud te, quod in nostris literis vicissim nos mouet, eo scilicet animo qui oculis dei in fraterna dilectione non displicet. Quod si inter nos fieri posse sine ipsius dilectionis perniciose offensione non putas, non fiat. Illa enim charitas, quam tecum habere velle, profecto maior est, sed melior hæc minor, quam nulla est.

Augustinus Longiniano Pagano philosopho, prouocans illum ad scribendum quæ sit optima ad felicitatem uia, indicans quæ sit apud Christianos.

Epistola. XX.



LONGINIANO Augustinus. Solere, autem quendam veterum dicere, quibus satis persuasum esset, ut nihil mallet esse quam viros bonos, his reliquam facilem esse doctrinam. Hæc sententia, si rite recolo, Socratica est: longè antiquior prophetica præcesserat, præcipiens hominibus breuiter & simul, non tantum ut se nihil malint esse quam bonos, verum etiam, vnde fiant boni. Diliges, inquit, dominum deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximum tuum, tanquam teipsum. Hoc cui persuasum est, non ei reliquam facilem, sed eam totam esse doctrinam duntaxat vtilem ac salubrem. Multæ enim doctrinæ sunt, si tamen doctrinæ dicendæ sunt, vel superflue vel noxiæ. Veterum libris Christus attestans: In his, inquit, duobus præceptis, tota lex pendet & prophetæ. Proinde quia mihi videor inspexisse tanquam in speculo sermocinatiois in eum, tuæ, nihil te esse male, quam virum bonum, deum quo nihil est melius, & vnde humanus animus haurit ut bonus sit, quo nã modo colendum credas, audeo percontari: nam quod eum colendum credas, iam teneo: Quæ etiam quid de Christo sentias. Quod enim eum non parvipendas, aduertis: sed vtrum ea, & sola via, quæ ab illo demonstrata est, ad vitam beatam perueniri posse existimes, & aliqua ex causa non eam negligas ire, sed differas, an & aliam vel alias, ad tam optimam, & præ omnibus appetendam possessionem vias esse arbitreris, & aliquam earum, iam te ingredi credas, nosse cupio, ut opinor, non impudenter. diligo enim te, propter id quod supra dixi, meque abs te diligi non temere existimo, nec vlla de re alia inter eos qui se beneuole nouerunt, sermo fructuosior, vel impenditur, vel reposcitur, vel accipitur, vel recipitur, I quam vnde boni beatiq; sumus.

Longiniano Augustino ad id respondens iuxta Trimegiston ex Platonicos, per minores deos perueniri ad summum deum, sed non sine sacris purificatorijs.

Epistola. XXI.



DOMINO venerando & verè ac meritò percolendo sancto patri Augustino, Longiniano. Beatus sum & relucens puræ virtutis tuæ lumine admodum illustratus, qui dignum me diuini tui affaminis honore cumulandum esse duxisti. Sed graue mihi onus, & difficillimam respondendi prouidentur tibi domine venerande, satis imponis, & præcipue tuis contationibus, & sub hoc tempore in talibus explicandis, per meæ opinionis sententiam, id est, à Pagano homine: quæstionibus siquidem abundet, quod ex parte vel iam dudum inter nos conuenerit, vel nunc identidem literis magis magisque conueniat præceptis, non dicam tantum Socraticis, nec tuis Romanorum vir verè optime prophetis, aut paucis Hierosolymiticis, sed etiam Orpheicis atque Ageticis, & Trimegisticis: longè ante illis antiquioribus, & penè rudibus adhuc secularibus, diis authoribus enatis, & toti orbi terræ certis limitibus partiti trifariam diuinitus ostensis, priusquam non men aut Europa caperet, aut Asia acciperet, aut Libya possideret, virum bonum, ut tu medijsfidius & eris & fuisti. Siquidem adhuc post hominum memoriam, nisi Xenophontis figmentis cõpositæ fabulæ schema cõcedas, adhuc audierim, legerim, viderim neminem, aut certè post vnum nullum, quod deo teste, bono periculo certoq; dixerim, nisi te, deum conniti semper agnoscere, & posse puritatem animi corporisq; proiecta grauedine sectari facillimè, & spe perfectæ conscientie non dubia credulitate tenere. Verum qua via effici possit magis est ut tu non nescias, & mihi non insinuato extrinsecus aliquo differas, quam ut à me domine percolende scias. Qua tunc fateor huius boni in sedem profecturus sufficiens, ut mea expetunt sacerdotia, minimè necdum, & si tamen potuero, viaticum colligo. Verum quid traditum sancte atq; antiquitus teneam atque custodiam, ut potuero paucis edicam. Via est in deum melior qua vir bonus, pius, iustus, purus, castus, verus, dictis factisque promereatur deos, quorum comitatu vallatus in illum summum deum omnium creatorem ire festinet, nisi etiam sacrorum antiquorū pijs præceptis expiationibusq; purgetur. Quamobrè velim scire quid arbitreris esse per sacra purgandum, in eo qui piè, iuste, purè veraciterq; viuendo promereatur deos, & per eos vnum illum deorum deum. Si enim adhuc sacris purgandus est, utique mundus non est, & si mundus non est, piè, iuste, purè, castèque non viuunt. Si enim iam ita viuunt, iam mundus est. Porro iam mundum atque purum, quid opus est sacris expiando purgari? Itaque hic nodus est disputationis nostræ, quo soluto consequentia videbimus: Viuat ne homo bene ut sacris purgetur? An sacris purgetur ut bene viuat? An ipse quantum sit idoneus bene viuendi in homine modus nondum sit idoneus ad beatam vitam quæ ex deo capitur, nisi accedant adiumenta sacrorum? An bene viuendi quædam velut portio sit etiam sacra percipere, scilicet ut non aliud sit bene viuere, aliud sacratè viuere, sed bene viuendi terminus t etiam sacra vita claudatur. Horum quatuor quæ proposui, quod potissimum probes, quæso te literis aperire non pigeat. Plurimum quippe interest ad id quod suscepimus inter nos colloquendo peragere, ne cum multa non necessaria, tanquam ea sentias quæ fortè non sentis, reserere molior, tempus necessarium in superfluis insumatur. Onerare te itaq; epistola nolui, ut te cito rescriberet cætera contexamus.

A seruire voluntati tuæ. Sed prius opus est eliquare, quomodo recipiam t sententiam tuam de antiquis sacris. Cum enim dixisses eam viam in deum esse meliorem qua vir bonus, pius, iustus, purus, castus, verus dictis factisque sine vlla temporum mutatorum captata iactatione probatus, & deorum comitatu vallatus, dei utique potestibus emeritus, t id est, eius vnus & vniversi & incomprehensibilis & infatigabilis, ineffabilisque creatoris adimpletus virtutibus, quos, ut verum t est, angelos dicitis, vel quid alterum post deum vel à deo vel cum deo, in deum intentione animi mentisque ire festinat. Quæ verba ex epistola tua recognoscis, cum t addidisti & aisti: Via est, inquam, qua purgati antiquorum sacrorum pijs præceptis, expiationibusque purissimis, & obsecrationibus t obseruationibus decocti, anima & corpore constantes deproperant. In his verbis sentio, mi fallor, videri tibi non sufficere ad viam qua itur ad deum, uti vir bonus, pius, iustus, purus, castus, verus, dictis factisque promereatur deos, quorum comitatu vallatus in illum summum deum omnium creatorem ire festinet, nisi etiam sacrorum antiquorū pijs præceptis expiationibusq; purgetur. Quamobrè velim scire quid arbitreris esse per sacra purgandum, in eo qui piè, iuste, purè veraciterq; viuendo promereatur deos, & per eos vnum illum deorum deum. Si enim adhuc sacris purgandus est, utique mundus non est, & si mundus non est, piè, iuste, purè, castèque non viuunt. Si enim iam ita viuunt, iam mundus est. Porro iam mundum atque purum, quid opus est sacris expiando purgari? Itaque hic nodus est disputationis nostræ, quo soluto consequentia videbimus: Viuat ne homo bene ut sacris purgetur? An sacris purgetur ut bene viuat? An ipse quantum sit idoneus bene viuendi in homine modus nondum sit idoneus ad beatam vitam quæ ex deo capitur, nisi accedant adiumenta sacrorum? An bene viuendi quædam velut portio sit etiam sacra percipere, scilicet ut non aliud sit bene viuere, aliud sacratè viuere, sed bene viuendi terminus t etiam sacra vita claudatur. Horum quatuor quæ proposui, quod potissimum probes, quæso te literis aperire non pigeat. Plurimum quippe interest ad id quod suscepimus inter nos colloquendo peragere, ne cum multa non necessaria, tanquam ea sentias quæ fortè non sentis, reserere molior, tempus necessarium in superfluis insumatur. Onerare te itaq; epistola nolui, ut te cito rescriberet cætera contexamus.

† eliquare quodammodo, perspicuum atq; sumere

† emeritis.

† vestrum.

† Postea.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

† abstemijs.

ma enim patris mea est, inquit, & anima filij mea est: Anima quæ peccauerit ipsa morietur: non autem peccat ipsa, cum parentes ei omnino nescienti, vel quilibet alius adhibet sacrilegia dæmoniorum. Sed ideo ex Adam traxit, quod sacramenti illius gratia solueretur, quia nondum erat anima separatim viuens, id est, altera anima de qua diceretur: Et anima patris mea est, & anima filij mea est. Iam itaque cum homo in seipso est, ab eo qui genuit alter effectus, peccato alterius sine sua consensione non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum, quia vnus erat cū illo & in illo à quo traxit, quando quod traxit admittit est. Non autem trahit alter ab altero, quando sua vnoquoq; propria vita viuente iam est vnde dicatur: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Ut autem possit regenerari per officium voluntatis alienæ, cum offertur consecrandus, facit hoc vnus spiritus, ex quo regeneratur oblati. Non enim scriptum est: Nisi quis renatus fuerit, ex parentum voluntate, aut ex offerentium vel ministrantium fide: sed, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Aqua igitur exhibens forissecus sacramentum gratiæ, & spiritus operans intrinsecus beneficium gratiæ, soluens vinculum culpa, reconcilians bonum naturæ, regenerat hominem in vno Christo, ex vno Adam generatum. Regenerans ergo spiritus in maioribus offerentibus, & paruulo oblato renatòque communis est. Ideo per hanc societatem, vnus eiuſdemque spiritus prodest offerentium voluntas paruulo oblato. Quando autem in paruulum maiores peccant, offerentes eum, atque obligare conantes dæmonum sacrilegis vinculis, non est anima vtrorumque communis, ut etiam culpam possint habere communem. Non enim sic communicatur culpa, per alterius voluntatem, quemadmodum communicatur gratia per sancti spiritus vnitatem. Po test enim, & in hoc, & in illo homine, esse vnus spiritus sanctus, etiam si inuicem nesciant, per quem fit vtriusque gratia communis. Non autem potest spiritus hominis esse & huius & illius, per quem peccat altero, & altero non peccante, sit tamen culpa communis. Ac per hoc potest paruulus semel ex parentum carne generatus, dei spiritu regenerari, ut & illius obligatio contracta soluat. Non potest autem semel dei spiritu regeneratus ex parentum carne regenerari, ut obligatio quæ soluta est, iterum cõtrahatur. Et ideo semel perceptam paruulus Christi gratiam, non amittit nisi propria impietate, si ætatis accessu, tam malus euaserit. Tunc enim etiam propria incipiet habere peccata, quæ non regeneratione auferantur, sed alia curatione sanentur. Veruntamen rectè dicuntur parentes, vel quicumque maiores, filios seu quoslibet paruulos baptizatos dæmoniorum sacrilegijs obligare conantes, spiritualiter homicidæ. Nam in illis quidem interfectionem non faciunt, sed quantum in ipsis est interfectores fiunt. Rectèque illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur, Nolite occidere paruulos vestros. Dicit enim & Apostolus: Spiritum nolite extinguere, non quia ille extingui potest: sed quantum in ipsis est, extinctores eius meritò dicuntur, qui sic agunt ut extincti velint. Isto sensu rectè intelligi potest, quod scripsit beatus Cyprianus, in epistola de lapsis, cum eos qui tempore persecutionis, idolis immolauerant, arguens, Ac ne quid deesset, inquit, ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus impositi vel attræctati, a miserum paruuli, quod in primo statim natiuitatis exordio, fuerant consecrati.

lq. itaque

Ioan. 5.

E

† regenerat.

De cõ. dist. 4. ca. queris.

† sc.

† exillis

E

1. Theſ. 5.

Cyprianus excusatur.

Augustinus Bonifacio episcopo, respondens qui scribat ut infantibus in baptismo proſit parentum fides, quum post baptismum non noceat illis parentum impietas. Deinde quomodo siſceptores in baptismo respondeant illos credere, quum paruuli reuera non credant, et incertum sit, an sint credituri.

Epistola. XXIII.

BONIFACIO cõepiscopo, Augustinus in domino salutè. Quæris à me vtrum parentes baptizatos paruulis suis noceant, cum eos dæmoniorum sacrificijs sanare conantur. Et si non nocent, quomodo eis proſit cum baptizantur parentum fides, quorum eis non potest obesse perfidia. Vbi respõdeo tantam illius sacramenti, hoc est baptismi salutari esse virtutem in sancta compage corporis Christi, ut semel generatus per aliorum carnalem voluptatem cum semel regeneratus fuerit, per aliorum spiritalè voluntatem, deinceps non possit vinculo alienæ iniquitatis obstringi, cui nulla sua voluntate consentit. Et animi

Tomus secundus.

c iij Amiserunt,

Math. 22.

† prouinciã.

G Amiserunt, dixit, quantum attinuit ad illorum scelus, a quibus amittere coacti sunt. Amiserunt in eorum mente ac voluntate, qui in illos tantum facinus commiserunt. Nam si in seipsis amississent, remansissent utique diuina sententia, sine vlla defensione damnadi. Quod si sanctus Cyprianus arbitraretur, non eorum defensionem continuo subiiceret, dicens: Nonne illi, cum iudicij dies venerit, dicent: Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo & poculo domini, ad prophana contagia sponte properauimus: perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas. Illi nobis ecclesiam matrem, illi patrem deum negauerunt, ut dum parui & improuidi, & tanti facinoris ignari, per alios ad consortium criminis iungimur, aliena fraude caperemur.

Hanc defensionem non subnecteret, nisi iustissimam crederet, & in dei iudicio paruulis profuturam. Si enim verè dicitur: Nos nihil fecimus, anima quæ non peccauerit, ipsa cur morietur? nec illi peribunt sub dei iusto iudicio, quos parentes suo scelere, ex Adam ad seipsos attinet, perdidit. Illud verò quod in eadem commemoratur epistola, quandam paruulam turbatis in fugam parentibus, nutrici derelictam, atque ab eadem nutrice demonum sacrilegiis impactam, postea in ecclesia illatam sibi Eucharistiam, miris motibus respuisse: Ideo mihi videtur diuinitus factum, ne maiores putarent nihil se in paruulos in illa iniquitate peccare, sed potius intelligerent, per illum significantem quodammodo gestum corporis eorum qui loqui non poterant, se mirabiliter admoneri quid ipsi facere deberent, qui post tantum illud nefas sacramentis salutaribus irruerant, vnde se utique poenitendo abstinere deberent. Nec cum tale aliquid diuina prouidentia per infantulos agit, ipsos id agere scientia vel ratione credendum est. Neque enim quia cuiusdam prophetæ dementiam deus voluit, etiam asina loquente coercere, ideo admiranda est asinorum sapientia.

Porrò si per animal irrationale sonuit aliquid homini simillimum, quod miraculo diuino non cordi asino tribuendum sit, ita potuit omnipotens per infantis animam, non ubi ratio nulla erat, sed ubi adhuc sopita erat, gestu corporis eius ostendere, quid illi qui & in se, & in paruulos suos peccauerant, curare deberent.

Cæterum cum infans non redeat in parentem, ut cum illo, & in illo, vnus homo sit, sed omnino alter sit, habens carnem suam, & animam suam: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Nec illud te moueat, quod quidam non ea fide ad baptismum percipiendum paruulos ferunt, ut gratia spiritali, ad vitam regenerentur æternam, sed quod eos putant hoc remedio, temporalem retinere, vel recipere, sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab istis hac intentione offeruntur. Celebrantur enim per eos necessaria ministeria. Filios autem seu quoslibet paruulos, demoniorum sacrilegiis obligare conantes, spiritaliter sunt homicidæ. Nam in illis quidem interfectionem non faciunt, sed quantum in ipsis est, interfectores fiunt. Et rectè illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur, Nolite occidere paruulos vestros. Non autem rectè his dicitur: Nolite verba sacramentorum, sine quibus consecrari paruulus non potest, recitare. Spiritus autè ille sanctus, qui habitat in sanctis, ex quibus vna illa columba deargentata charitatis igne conflatur, agit quod agit etiam per seruitutem, aliquando non solum simpliciter ignorantium, verum etiam damnabiliter indignorum. Offeruntur quippe paruuli, ad percipiendam

spiritalem gratiam, non tam ab eis, quorum gestantur manibus, quam ab ipsis, si & ipsi boni fideles sunt, quam ab vniuersa societate sanctorum atque fidelium. Ab omnibus nanque offerri rectè intelliguntur, quibus placet quod offeruntur, & quorum sancta atque indiuidua charitate, ad communicationem sancti spiritus adiuuantur. Tota hoc ergo mater ecclesia, quæ in sanctis est, facit, quia tota omnes, tota singulos parit. Nam si Christiani baptismi sacramentum, quod vnū atque idipsum est, etiam apud hereticos valet & sufficit ad consecrationem, quamuis ad vitæ æternæ participationem non sufficiat, quæ consecratio reum quidem facit hæreticum extra domini gregem habentem dominicum characterem, corrigendum tamen admonet sana doctrina, non iterum similiter consecrandum: quanto potius in catholica ecclesia, etiam per stipulam ministerium, frumenta purganda portantur, ut ad massam societatem, mediante area perducantur? Illud autem nolo te fallat, ut existimes reatus vinculum, ex Adam tractum, aliter non posse dirumpi, nisi paruuli ad percipiendam Christi gratiam, a parentibus offerantur. Sic enim scribens dicit, ut sicut parentes fuerunt auctores ad eorum poenam, per fidem parentum identidem iustificentur, cum videas multos non offerri a parentibus, sed etiam a quibuslibet extraneis, sicut a dominis seruuli aliquando offeruntur: Et nonnunquam mortuis parentibus suis, paruuli baptizantur ab eis oblati qui in illis huiusmodi misericordiam præbere potuerunt. Aliquando etiam quos crudeliter parentes exposuerunt, nutritos a quibuslibet, nonnunquam a sacris virginibus colliguntur, & ab eis offeruntur ad baptismum. Quæ certè proprios filios non habuerunt vllos, nec habere disponunt: ac per hoc nihil aliud hic fieri vides, nisi quod in Euangelio scriptum est, cum dominus interrogasset, quis illi à latronibus sauciato, & semiuiuo in via derelicto proximus fuisset. Responsum est enim, Qui in illum fecit misericordiam. Difficillimam sanè quæstionem tibi proposuisse visus es, in extremo inquisitionis tuæ, ea videlicet intentione qua soles vehementer cauere mendacium. Si constituam, inquis, ante te paruulum, & interrogem, vtrum cum creuerit, futurus sit castus, vel fur non sit futurus, sine dubio respondebis, nescio. Et vtrum in eadem paruula ætate constitutus, cogitet aliquid boni vel mali, dices, nescio. Si itaq; de moribus eius futuris nihil audes certi promittere, & de eius presenti cogitatione, quid est illud quod quando ad baptismum offeruntur, pro eis parentes tanquam fidei doctores respondēt, & dicunt illos facere, quod illa ætas cogitare non potest, aut si potest, occultum est? Interrogamus enim eos a quibus offeruntur, & dicimus, credit in deum, de illa ætate, quæ vtrum sit deus ignorat: respondēt, credit, & ad cætera sic respondēt singula quæ geruntur. Vnde miror parentes in istis rebus, tam fidenter pro paruulo respondere, ut dicant eum tanta bona facere quæ ad horam qua baptizatur, baptizator interrogat, tamè eadem hora si subiiciatur: erit castus qui baptizatur, aut non erit fur, nescio vtrum audeat dicere aliquis, aliquid horum erit, aut non erit, sicut mihi sine dubitatione respondet, quod credat in deum, & quod se conuertat ad deum. Deinde scripta tua concludēs adiungis & dicitis. Ad istas ergo quæstiones peto breuiter respondere digneris, ita ut non mihi de consuetudine præscribas, sed ratione reddas. His literis tuis lectis & relectis, & quantum temporis angustia sinebant cõsideratis, recordatus sum Nebridium amicum me-

K Societas sanctorum.

L Character.

M

N

O

P

Q

Nebridius.

um

A um, qui cum esset rerum obscurarum ad doctrinam pietatis maxime pertinentium diligentissimus & acerrimus inquisitor, valde oderat de quæstione magna responsionem breuem. Et quisquis hoc poposcisset, egerime ferebat, eumq; si eius persona pateretur, vultu indignabundus & voce cohibebat, indignum deputans qui talia quereret, cum de re tanta, tam multa dici posset, deberentq; nesciret. Sed ego tibi non similiter, ut solebat ille, succenseo. Es enim Episcopus, multis curis occupatus, ut ego. Vnde nec tibi facile vacat prolixum aliquid legere, nec mihi scribere: Nam ille tunc adolescens qui talia breuiter volebat audire, & multa in nostra sermocinatione querebat, ab ocioso querebat ociosus. Tu verò cogitans nunc, quis, & a quo, ista flagites, breuiter de re tanta respondere me iubes. Ecce facio quantum possum, dominus adiuuet, ut quod postulas possim. Nempe sæpe ita loquimur, ut pascha propinquante, dicamus, crastinam vel perendinam esse dominum passionem, cum ille ante tam multos annos passus sit, nec omnino nisi semel illa passio facta sit. Nèpe ipso die dominico dicimus: Hodie dominus resurrexit, cum ex quo resurrexit tot anni scriberent. Cur nemo tam ineptus est, ut nos ita loquentes arguat esse mentitos, nisi quia istos dies secundum illorum quibus hæc gesta sunt similitudinem nuncupamus, ut dicatur ipse dies, qui non est ipse, sed reuolutione temporis similitudo eius: & dicatur illo die fieri, propter sacramenti celebrationem, quod non illo die, sed iam olim factum est: Nonne semel immolatus est Christus in seipso, & tamen in sacramento non solum per omnes paschæ solennitates, sed omni die populis immolatur: nec vti que mentitur qui interrogatus eum responderit immolari: Si enim sacramenta quandam similitudinem earum rerum, quarum sacramenta sunt, non haberent, omnino sacramenta non essent. Ex hac autem similitudine plerumque etiam ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo secundum quandam modum sacramentum corporis Christi, corpus Christi est: sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi est ita sacramentum fidei, fides est. Nihil est autem aliud credere, quam fidem habere. Ac per hoc cum respondetur paruulus credere, qui fidei nondum habet affectum, respondetur fidem habere, propter fidei sacramentum, & conuertere se ad deum, propter conuersionis sacramentum, quia & ipsa responsio ad celebrationem pertinet sacramenti. Sicut de ipso baptismo Apostolus: Consepulti, inquit, sumus Christo per baptismum in mortem. Non ait, sepulturam significamus, sed prorsus ait, consepulti sumus. Sacramentum ergo tantæ rei non nisi eiusdem rei vocabulo nuncupauit. Itaque paruulum, etsi nondum fides illa quæ in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit. Nam sicut credere respondetur, ita etiam fidelis vocatur, non rem ipsa mente annuendo, sed ipsius rei sacramentum percipiendo. Cum autem homo sapere coeperit, non illud sacramentum repetit, sed intelligit, eiusque veritati consona etiam voluntate coaptabitur. Hoc quamdiu non potest, valebit sacramentum ad eius tutelam aduersus contrarias potestates: & tantum valebit ut, si ante rationis usum ex hac vita emigrauerit, per ipsum sacramentum commendante ecclesiæ charitate, ab illa condemnatione qua per vnum hominem intravit in mundum, Christiano adiutorio liberetur. Hoc qui non credit, & fieri non posse arbitratur, profecto infidelis est, & si habeat fidei sacramentum: longè

De conf. dist. 4. queris.

Eucharistia.

4. dist. dist. si verò. 4. sentent. dist. fin. 4. capit. nec tam.

Roma. 6. De conf. dist. 4. nihil est.

De conf. dist. 4. queris.

Tomus secundus.

geq; melior est ille paruulus, qui etiam si fidem nondum habeat in cogitatione, non ei tamen obicem contrariæ cogitationis opponit, vnde sacramentum eius salubriter percipit. Respondi sicut exoptato quæstionibus tuis, quantum attinet ad minus capaces & ad contentiosos non satis, quantum autè ad pacatos & intelligentes plus fortè quam sat est. Nec tibi ad excusationem meam obieci firmissimam consuetudinem, sed saluberrimam consuetudinis reddidi quam potui rationem.

Hieronymus Augustino & Alipio, Aduersus Hieronymum libros, quos scripsit contra Pelagianos, rescripsit Amianus quidam Diaconus, hortatur itaque Augustinum ut ipse potius illi respondeat.

Epistola. XXIII.

DOMINIS verè sanctis atque omnine ac iure venerandis, Alipio & Augustino episcopis Hieronymus in Christo salutem.

Sanctus Innocentius presbyter qui huius sermonis est portitor anno præterito quasi nequaquam in Aphricam reuersurus, mea ad dignationem vestram scripta non sumpsit. Tamen deo gratias agimus, quod ita euenit, ut nostrum silentium, vestris epistolis vinceretis. Mihi enim omnis occasio gratissima est, per quam scribo vestræ reuerentiæ, testem inuocans deum, quod si posset fieri, assumptis alis columbæ, vestris amplexibus implicarer: semper quidem pro merito virtutum vestrarum, sed nunc maxime quia cooperatores & auctores vobis hæresis Celestina iugulata est: quæ ita infecit corda multorum, ut cum superatos damnatosque esse se sentiant, tamen venena mentium non omitant, & quod solum possunt nos oderint, per quos putant se libertatem docendæ hæreses perdidisse. Quod autem quæritis vtrū rescriperim contra libros Anniani pseudodiaconi Celestis, qui copiosissime passitur vt alienæ blasphemie verba friuola subministraret, sciat me ipsos libros in schedulis missos à sancto fratre Eusebio presbytero suscepisse, non ante mortem temporis, & exinde vel ingruentibus morbis, vel dormitione sanctæ & venerabilis filie vestræ Eustochij ita doluisse, vt propemodum contemnendos putarem. In eodem enim luto hæsit, & exceptis verbis tinnulis atque emendicatis nihil aliud loquitur. Tamen multum egimus, vt dum epistolæ meæ respondere conatur, apertius se proderet, & blasphemias suas omnibus patefaceret. Quicquid enim in illa miserabili synodo Diospolitana dixisse se denegat, in hoc opere profitur, nec grande est ineptissimis nanius respondere. Si autem dominus vitam tribuerit, & notarium habuerimus copiam, paucis lucubratiunculis respondebimus, non vt conuincamus hæresim emortuam, sed vt imperitiam atque blasphemiam eius nostris sermonibus confutemus. Meliusque hoc faceret sanctitas vestra, ne compellamur contra hæreticum nostra laudare. Sancti filij communes Albina Pinianus & Melania plurimum vos salutant. Has literulas de sancta Bethlehem sancto presbytero Innocentio dedi perferendas. Neptis vestra Paula miserabiliter precatur, vt memores eius sitis, & multum vos salutet. Incolumes vos & memores mei domini nostri Iesu Christi tueatur clementia, domini verè sancti atque omnine affectione venerabiles patres.

Ober.

Celestini: dem qui Pelagiani.

Eustochij mors.

F

Hieronymus Augustino gratulans illi quod hæreticorum omnium meruerit odium, quod quidem gaudet sibi cum illo esse commune. De Donatistis potissimum sentit.

Epistola. XXV.

c iiii Domino

DOMINO sancto ac beatissimo papa Augu- stino, Hieronymus. Omni quidem tempore beatitudinem tuam eo quo decet honore venerationem, & habitantem in te dilexi dominum salutorem, sed nunc si fieri potest cumulo aliquid addimus, & plena complemus, ut absq; tui nominis mentione ne vnam quidem horam praeterire patiamur, qui contra flantes ventos ardore fidei perstitisti, maluitque, quantum in te fuit, solus liberari de Sodomis, quam cum pereuntibus comorari. Scit quid dicam prudentia tua. Maeste virtute in orbe celebraris, catholici te conditorum antiquae rursus fidei veneratur, atq; suspiciunt: & quod signum maioris gloriae est, omnes haeretici detestantur: & me pari persequuntur odio, ut quos gladius nequeunt, voto interficiant. Incolumem & mei memorē te Christi domini clemētia tueatur domine venerande & beatissime papa.

Hieronymus Augustino per aenigma significans illi Romanam esse captam a Gothis, nec tamen agnoscere manum dei, sed accessit auxilijs, moliri rebellionem. Epistola. XXVI.

MVLTIMO vitroque claudicat pede, & nec fractis quidem cervicibus inclinatur, habentes affectum erroris pristini, cum praedicandi candē non habeant libertatem. Sancti fratres qui cum nostra sunt paritate, praecipue sanctae ac venerabiles filiae tuae suppliciter te salutant. Fratres tuos dominum meum Alipium, & dominum meū Euodium, ut meo nomine salutes, precor coronam tuam. Capta Hierusalem tenetur a Nabuchodonosor, nec Hieremię vult audivere consilia, quin potius Aegyptum desyderat ut moriatur in Taphnes, & ibi seruitute pereat sempiterna.

Hieronymus Marcellino & Anapsychia, exponens diversas & veterum & recentium sententias de origine animarum, hortans ut reliqua petant ab Augustino, indicans quibus ipse sit occupatus studijs. Epistola. XXVII.

DOMINIS verē sanctis atq; omni officiorū charitate venerandis filiis Marcellino & Anapsychia, Hieronymus in Christo salutem. Tandem ex Africa vestrae literas vnanimitatis, accepi, & me non poenitet impudentiae, qua tacentibus vobis epistolas meas frequenter ingressi, ut rescriptum mereretur & vos esse sospites non alijs nuntiatis, sed vestro potissimum sermone cognoscerem. Super animae statu memini vestrae quaestiunculae, imo maxime ecclesiasticae quaestionis: Vtrum lapsa de caelo sit, ut Pythagoras philosophus, omnesque Platonicus, & Origenes putant, anima. An a propria dei substantia, ut Stoici, Manichaeus & Hispaniae Pircilianii haereses suscipiantur, An in thesauro habeantur dei olim conditae, ut quidam ecclesiastici stulta persuasione confidunt. An quotidie a deo fiant, & mittantur in corpora, secundum illud quod in Evangelio scriptū est: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. An certē ex traduce, ut Tertullianus, Apollinaris, & maxima pars Occidentalium autumant, ut quomodo corpus ex corpore, sic anima nascatur ex anima, & simili cum brutis animantibus conditione subsistant. Super quo quid mihi videatur, in opusculis contra Rufinum olim scripsisse me novi aduersus eum libellum, quē sanctę memorie Anastasio episcopo Romanae ecclesiae edidit, In quo lubrica & subdola, imo stulta confessione, dum auditorū simplicitati illudere nititur, suae fidei, imo per-

Anima e corpore lapsa.

Ioan. s. Tertullian. Apollinaris.

† dedit

fidiae illuste, quos libros reor sanctum parentem vestrum habere Oceanum. Olim enim aediti sunt multis Rufini libris aduersus Inos calūnias respondentes. Certe habes ibi virum sanctum & eruditum Augustinum episcopum, qui vna, ut aiunt, voce docere te poterit, & suam imo per se nostram explicare sententiam. Et Ezechielis volumen olim aggredi volui, & sponsonē creberrimam studiosis lectoribus reddere, sed in ipso distandi exordio, ita animus meus Occidentalium prouinciarum, & maxime vrbis Romanae vastatione confusus est, ut iuxta vulgare prouerbum, propriū quoque ignorarem vocabulum, diuque tacui, sciens tempus esse lachrymarum. Hoc autem anno cum tres explicassem libros, subitus impetus Barbarorū, de quibus tuus dicit Vergilius: Lateq; vagantes Barcaei, & sancta scriptura de Ismahel: contra faciem omnium fratrum suorum habitabit, sic Aegypti limitem, Palestinae, Phoenicis, Syrię percurrat ad instar torrentis cuncta secum trahens, ut vix manus eorum misericordia Christi poterimus euadere. Quod si iuxta inclutum oratorem silent inter arma leges, quanto magis studia scripturarum, quae & librorum multitudine & silentio, ac liberiorum sedulitate, quodq; vel proprium est securitate & ocio distantium indigent. Duos itaque libros mihi sanctae filiae meae Fabiola, quorum exempla si volueris, ab ipsa poteris mutuari. Pro angustia quippe temporis alios describere non potui, quos cum legeris & vestibula videris, facilis coniectura erit, qualis ipsa sit futura domus. Sed credo in dei misericordia qui nos adiuvit in difficillimo principio supradicti operis, quod ipse adiuvet & in penē vltimis prophetarum partibus, in quibus Gog & Magog bella narrantur, & in extremis in quibus sacratissimi & inexplicabilis templi edificatio, varietas mensuraeque describitur. Sanctus frater noster Oceanus, cui vos cupitis commendari, tantus & talis est, & sic eruditus in lege domini, ut absq; nostro rogatu instruere vos possit, & nostram super cunctis quaestionibus scripturarū pro modulo communis ingenij explicare sententiam. Incolumes vos & prolixa etate florentes, Christus deus noster tueatur omnipotens domini verē sancti.

Augustinus Hieronymo, recensens varias de animarum origine sententias, cupit doceri quae potissimum tenenda sit, aduersus Pelagianos. Epistola. XXVIII.

DE VM nostrū qui nos vocavit in suū regnū & lgoriam, & rogavi & rogo, ut hoc quod ad te scribo sancte frater Hieronyme, cōsulēs te de iis quae nescio, fructuosum esse nobis velit. Quāquam enim te multo quā ego sum atate maiorem, tamen etiam ipse iam senex consulo: sed ad discendum quod opus est, nulla mihi aetas vera videri potest, quia & si senes magis decet docere quā discere, magis tamen discere quā quid doceant ignorare. Nihil equidē molestius fero in omnibus angustiis meis quā patior in difficillimis quaestionibus, quā in tam lōginqua tuae charitatis absentia, ut vix possim meas dare, vel recipere literas tuas, per intervalla non diurnum, nō mēsum, sed aliquot annorum: cum si fieri posset, quotidie praesentem te habere vellem, cum quo loquerer quicquid vellē. Nec ideo tamen non debui facere quod potui, si nō potui totum quod volui. Ecce venit ad me religiosus iuuenis, catholica pace frater, etate filius, honore presbyter noster Orosius, vigil ingenio, paratus eloquio, flagrans studio, vtile vas in domo domini

Vergilius.

Cicero.

M

Amini esse desyderans, ad refellēdas falsas perniciosasq; doctrinas, quae animas Hispanorum multo infelicitius quā corpora barbaricus gladius trucidarūt. Nā inde ad nos vsque ab Oceani litore properavit, fama excitus, quod a me posset de iis quae scire vellet, quicquid vellet audire. Neque nullum corpit aduentus sui fructum. Primō ne de me multū famae crederet. Deinde doctū hominem quod potui, quod autem non potui, vnde discere posset admonui, atque ut ad te iret hortatus sum. Qua in re consilium vel praecipuum meum cū libenter & obediēter acciperet, rogavi eum ut abs te veniens, per nos ad propria remearet. Quā eius pollicitationem tenens, occasionem mihi credidi a domino esse concessam, qua tibi scriberem de iis quae per te scire cupio. Quarebam enim quem ad te mittere, nec mihi facile occurrebat idoneus & fide agendi, & alacritate obediendi, & exercitatione peregrinandi. Vbi ergo istum iuuenē expertus sum, eum ipsum esse quāle a domino petebam, dubitare non potui. Accipe igitur quae mihi peto aperiri, ac disserere non graueris. Quaestio de anima multos mouet, in quibus & me esse confiteor. Nam quid de anima firmissimē teneam, nō tacebo. Deinde subiugam, quid mihi adhuc expedit velim. Anima hominis immortalis est, secundum quendam modum suum. Non enim omnimodo sicut deus, de quo dictum est, quia solus habet immortalitatem. Nam de animae mortibus sancta scriptura multa commemorat. Vnde illud est: Sine mortuos sepelire mortuos suos. Sed quod ita moritur alienata a vita dei, ut tamē in natura sua viuere nō omnino desinat: ita mortalis ex aliqua causa inuenitur, ut etiā immortalis non sine ratione dicatur. Non est pars dei anima. Si enim hoc esset, omnino incommutabilis atque incorruptibilis esset. Quod si esset, nec deficeret in deterius, nec proficeret in melius: nec aliquid in semetipsa vel inciperet habere quod non habebat, vel defineret habere quod habebat, quantum ad eius ipsius affectiones pertinet. Quā verō aliter se habeat, non opus est extrinsecus testimonio, quisquis seipsum aduertit, agnoscat. Frustra autem dicitur ab eis qui animam dei partem esse volunt, hanc eius labem ac turpitudinem quam videmus in nequissimis hominibus, hanc denique infirmitatem & aegritudinem quam sentimus in omnibus hominibus, non ex ipsa illi esse, sed ex corpore. Quid interest vnde aegrotet, quae si esset incommutabilis aliquo modo, vnde libet aegrotare non posset. Nam quod verē incommutabile & incorruptibile est, nullius rei accessu commutari vel corrumpi potest. Alioquin non Achillea tantū, sicut fabulae ferūt, sed omnis caro esset inuulnerabilis, si nullus ei casus accederet. Non est itaque natura incommutabilis, quae aliquo modo, aliqua causa, aliqua parte mutabilis est. Deum autem nefas est, nisi verē summēq; incommutabilem credere. Non est igitur anima pars dei. Incorporaeam quoque esse animam, etiā difficile tardioribus persuaderi potest, mihi tamen fateor esse persuasum. Sed ne verbi controuersiam vel superfluo faciam vel merito patiar, quoniam cum de re constat, non est opus certare de nomine, si corpus est, omnis substantia vel essentia, vel si quid aptius nuncupatur id quod aliquo modo est in seipso, corpus est anima. Item si eam solam incorpoream placet appellare naturam, quae summē incommutabilis & ubique tota est, corpus est anima, quoniam tale aliquid ipsa non est. Porro si corpus non est, nisi quod per loci spatium aliqua longitudine, latitudine, altitudine ita sisti-

Diuisio epistolae.

Solus deus vere immortalis.

Anima non est pars dei.

Achilles inuulnerabilis.

Anima incorporea.

tur vel mouetur, ut maiore sui parte maiorem locum occupet, & breuiore breuiore, minusq; sit in parte, quā in toto, non est corpus anima. Per totum quippe corpus quod animat, nō locali diffusionē, sed quadam vitali intentione porrigitur. Nam per omnes eius particulas, tota simul adest, nec minor in minoribus, & in maioribus maior, sed alicubi intensius, alicubi remissius, & in omnib; tota, & in singulis tota est. Neq; enim aliter quod in corpore etiam nō toto sentit, tamen tota sentit. Nam cum exiguo puncto in carne viua aliquid tangitur, quāuis locus ille non solum totius corporis non sit, sed vix in corpore videatur, animam tamen totam non late: neque id quod sentitur per corporis cuncta discurrit, sed ibi tantū sentitur vbi fit. Vnde ergo ad totam mox peruenit, quod non in toto fit, nisi quia & ibi tota est vbi fit, nec ut tota ibi sit, caetera deserit: Viuunt enim & illa ea praesente, vbi nihil tale factum est. Quod si fieret & vtrūque simul fieret, simul vtrūque totam pariter non lateret. Proinde & in omnibus simul, & in singulis particulis corporis sui, tota simul esse non posset, si per illas ita diffunderetur ut videmus corpora diffusa, per spatia locorum, minoribus suis partibus minima occupare, & a prioribus ampliora. Quapropter si anima corpus esse dicēda est, nō est certē corpus quale terrenum est, nec quale humidū, aut aereum, aut aethereum. Omnia quippe talia maiora sunt, in maioribus locis, & minora, in minoribus locis, & nihil eorum in aliqua sui parte totum adest, sed ut sunt partes locorum, ita occupatur partibus corporum. Vnde intelligitur anima, siue corpus, siue incorporea dicenda sit, propriam quādam habere naturam, omnibus his mundanae molis elementis excellentiore substantia creatam, quae veraciter non possit in aliqua phantasia corporalium imaginum quas per carnis sensus percipimus cogitari, sed mente intelligi, vitiq; sentiri. Nec haec perinde loquor, ut te quae tibi nota sunt doceam, sed ut aperiam quid firmissimē de anima teneam, ne me quisquam cum ad ea venero quae requiro, nihil de anima vel scientia vel fide tenere arbitretur. Certus etiam sum animam nulla dei culpa, nulla dei necessitate vel sua, sed propria voluntate in peccatum esse collapsam: nec liberari posse de corpore mortis huius vel suae voluntatis virtute tanquā sibi ad hoc sufficiente, vel ipsius corporis morte, sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum: nec omnino esse animam vllam in genere humano, cui non sit necessarius ad liberationem mediator dei & hominū homo Christus Iesus. Quaecumque autem sine gratia mediatoris & sacramento eius in qualibet corporis aetate de corpore exierit, & in penam futuram & vltimo iudicio recepturam corpus ad penam. Si autem post generationem humanam quae facta est ex Adam, regeneretur in Christo, ad eius pertinēs societatem, & requiem post mortem corporis habituram, & corpus ad gloriam recepturam. Haec sunt quae de anima firmissimē teneo. Nunc accipe quaeso quid requiram, & noli me spernere, ne te spernat qui pro nobis dignatus est sperni. Quaero vbi contraxerit anima reatum, quo trahitur in condemnationem, etiam infantis morte praetenti, si ei per sacramentum quo etiam paruuli baptizantur, Christi gratia non subuenierit. Non enim es ex illis qui modo nona quadam garrire coeperunt, dicentes nullum reatum esse ex Adam tractum, qui per baptismum in infante soluantur. Quod te sapere si scirem, immo nisi te id non sapere scirem, nequaquam hoc

* alijs, proinde. Anima sua culpa lapsa sola dei misericordia liberatur.

* Ad penam damnati.

† sic non. Animae reatus vnde.

Pilagiū nocet.

hoc

G hoc abs te quærerem aut quærendum putarē. Sed quia tenemus de hac re sententiam tuam concinentem catholicæ fundatissimæ fidei, quia † * & Iouiniani vaniloquia redarguens adhibuisti testimoniū ex libro Iob, Nemo mundus in conspectu tuo, nec infans cuius est diei vnus vita super terram. Deinde subiunxisti, Tenemurq; rei in similitudinem præuarcationis Adæ, Et liber tuus in Ionam prophetam satis hoc insigniter dilucidē declarat, vbi ieiunare paruulos propter ipsum originale peccatum, merito coactos esse dixisti: nō inconuenienter abs te quæro, hunc reatū anima vbi contraxerit, vnde oporteat eam etiam in illa ætate per sacramentum Christianæ gratiæ liberari. Ego quidē ante aliquot annos cum libros quosdam scriberem de libero arbitrio, qui in multorum manus exierunt, & nunc habentur à plurimis, quatuor opiniones de animæ incarnatione, Vtrum ex illa vna quæ primo homini data est cæteræ propagentur: An singulis quibuscque nouæ etiam modo fiant: An alicubi iam existentes vel mittantur diuinitus, vel sponte labantur in corpora: ita putari esse tractandas, vt quælibet earū vera esset, non impediret intentionem meā qua tunc aduersus eos quantis poteram viribus agebam, qui naturam mali suo principio præditam, aduersus deum conatur inducere, id est contra Manichæos. Nam de Priscillianistis adhuc nihil audieram qui non multum ab istis dissimiles blasphemias fabulantur. Ideo quintam opinionem non addidi, quam in tua epistola inter cæteras cōmemorasti, ne aliquam præterires, vbi de hac quæstione interroganti, rescripsisti religioſæ memoriæ viro nobisq; in Christi charitate gratissimo Marcellino, quod anima non sit pars dei. Primo, quia non de incarnatione eius sed de natura quæritur cum hoc quæritur. Deinde quia hic hoc sentiunt illi cōtra quos agebam, & id maxime agebam, vt creatoris inculpabilem inuolabilemq; naturam à creaturæ vitis & labe secernerem, cum illi à substantia mali cui proprium principium priusq; tribuunt, ipsam boni dei substantiā ex parte qua capta est corruptam & oppressam & ad peccandi necessitatem perductam esse cōtendunt. Hoc itaque excepto hæreticæ opinionis errore, ex quatuor reliquis opinionibus, quam sit eligenda scire desidero. Quæcunque enim eligenda est, absit vt impugnet hanc fidem de qua certi sumus, omni animæ etiā paruuli infantis necessariam esse liberationem ex obligatione peccati, eamq; nullam esse nisi per Iesum Christū & hinc crucifixum. Proinde ne longum faciamus, hoc certe sentis quod singulas animas singulis nascentibus etiā modo deus faciat. Cui sententiæ ne obiciatur quod omnes creaturas sexto die consummauerit deus, & septimo die requieuerit, adhibes testimonium ex euangelio: Pater meus vsque nunc operatur, & ego operor. Sic enim ad Marcellinū scripsisti: In qua epistola etiā mei commemorationem beneuolentiſsimè facere dignat⁹ es, quod hic me haberet in Aphrica, qui ei ipsam facilius possem explicare sententiam: Quod si potuissem, non ille hoc abs te tam longe posito inquireret, si tamen id tibi ex Aphrica scripsit. Nam quādo scripsērit nescio, tantum scio quod de hoc bene cognouerit eundem meam. Vnde me inconsulto facere voluit, quanquam etiam si consuleret magis hortarer, & gratias agerē quod nobis conferre omnibus posset, nisi tu breuiter rescribere quā respōdere maluisses. Credo ne superfluo laborares vbi ego essem quem putabas id optime scire quod ille quæsiuerat. Ecce volo vt illa

sententia etiam mea sit, sed nondum esse cōfirmo. Misisti ad me discipulos, vt ea doceam qua nondum ipse didici. Doce ergo quod doceā. Nam vt doceam multi à me flagitant, eisq; me sicut alia multa & hoc ignorare confiteor. Et fortasse quantis in os meum verecundentur, tamen apud se dicunt: Tu es magister in Israël & hæc ignoras: Quod quidem dominus ei dixit qui erat vnus illorū quos delectabat vocari Rabbi. Vnde etiam ad verum magistrum nocte venerat, quia fortassis erubescat discere, qui docere consueuerat: me autem potius magistrum audire, quā velut magistrum delectat audiri. Recolo enim quid dixerit eis quos præ cæteris elegit, Vos autem inquit nolite vocari ab hominibus Rabbi, vnus enim est magister vester Christus. Nec alius docuit Moysen per Ietro, nec alius Cornelium etiam per priorem Petrum, nec alius Petrum etiam per posteriorem Paulum. A quocunque enim verum dicitur, illo donante dicitur qui est ipsa veritas. Quid si ideo adhuc ista nescimus, & ea neq; orando, neque legendo, neque cogitando & ratiocinando inuenire potuimus, vt probemur non solum indoctos quanta charitate doceamus, verum à doctis etiā quāta humilitate discamus? Doce ergo quæso quod doceam, doce quod teneam, & dic mihi si animæ singillatim in singulis lhodieq; nascētibus sunt, vbi in paruulis peccent, vt indigeant in sacramento Christi remissione peccati, peccantes in Adam, ex quo caro est propagata peccati, Aut si non peccāt, qua iustitia creatoris ita peccato obligantur alieno, cum exinde propagatis membris mortalibus inseruntur, vt eas nisi per ecclesiā subuentum fuerit, damnatio consequatur, cum in earum potestate nō sit, vt eis possit gratia baptismi subueniri. Tot igitur animarū millia quæ in mortibus paruulorū sine indulgentia Christiani sacramenti de corporibus exeunt, qua æquitate damnantur, si nouæ creatæ nullo suo præcedente peccato, sed voluntate creatoris singulæ singulis nascentibus adhæserunt, quibus eas animādis ille creauit & dedit, qui vtique nouerat quod vnaquæq; earum nulla sua culpa sine baptismo Christi de corpore fuerat exitura? Quoniam igitur neque de deo possumus dicere, quod vel cogat animas fieri peccatrices, vel puniat innocentes, neque negare fas nobis est, eas quæ sine Christi sacramento de corporibus exeunt, etiam paruulorum non nisi in damnationē trahi, Obsecro te quomodo hæc opinio defenditur, qua creduntur animæ non ex illa vna primi hominis fieri omnes, sed sicut illa vna vni, ita singulis singulæ? Ea verò quæ dicuntur alia contra hanc opinionem, facile puto me posse refellere, sicuti est illud, quo eam sibi quidam videntur vrgere, quomodo consummauerit deus omnia opera sua sexto die, & septimo requieuit, si nouas adhuc animas creat: Quibus si dixerimus quod ex euangelio in suprascripta epistola posuisti: Pater meus vsque nunc operatur. Respōdent, operatur, dictum est institutas administrando, non nouas instituendo naturas, ne scripturæ Geneseos contradicatur, vbi apertissimè legitur, consummasse deum omnia opera sua. Nam & quod eum scriptum est requieuisse, vtique à creandis nouis creaturis intelligendum est, non à gubernandis, quia tunc ea quæ non erant, fecit, à quibus faciendis requieuit: quia consummauerat omnia, quæ antequam essent, vidit esse faciendā, vt deinceps nō ea, quæ non erant, sed ex iis quæ iam erant, crearet & faceret quicquid faceret. Ita vtrunque verum esse monstratur, & quod dictum est, requieuit ab operibus suis

K

Ioan. 3.

Math. 23.

Argumentum pelagianorū

M

Gene. 2.

Ioan. 5.

Animarum fons.

Anima quæ datur mox moritur.

Vniuersi cōcentus. Est apud Esa. cap. 40. Iuxta qd. 70.

ὁ κρῆνον κατ' ἐσθμὸν τὸν κόσμον ἔκλυε.

A & quod dictum est, vsq; nunc operatur, quoniam Genesius non potest euangelium esse contrarium. Verum iis qui hæc ideo dicunt, ne credatur modo deus, sicut illam vnam, nouas animas, quæ non erant, facere, sed ex illa vna quæ iam erat eas creare, vel ex fonte aliquo, siue thesauro quodam, quem tunc fecit, eas mittere, facile respondetur, etiam illis sex diebus multa deū creasse ex iis naturis quas iam creauerat, sicut ex aquis alites & pisces, ex terra autem arbores, scenum, animalia: sed quod ea quæ non erant tunc fecerit, manifestū est. Nulla enim erat aqua, nullus piscis, nulla arbor, nullum animal: & bene intelligitur ab iis creatis requieuisse quæ nō erant, & creata sunt, id est cessasse, ne vltra quæ non erant crearentur. Sed nunc quod dicitur animas non in (nescio quo) fonte iam existētes mittere, nec de seipso tāquam suas particulas irrorare, nec de illa vna originaliter trahere, nec pro delictis ante carnem commissis, carnis vinculis compedere, sed nouas creare singulas, singulis suam cuique nascenti: non aliquid facere dicitur, quod ante non fecerat. Iam enim sexto die fecerat hominem ad imaginem suam, quod vtique secundum animam rationalem fecisse intelligitur. Tandem post longam disputationem ecclesiasticam cōfirmasti sententiam. Hoc & nunc facit, non instituendo quod non erat, sed multiplicando quod erat. Vnde & illud verum est quod à rebus quæ non erant instituendis requieuit. Et hoc verum est quod nō solum gubernando quæ fecit, verum etiam aliquid non quod nondum, sed quod iam creauerat numerosius creādo vsq; nūc operatur. Vel sic ergo, vel alio modo quolibet eximus ab eo quod nobis obicitur de requie dei ab operibus suis, ne propterea non credamus nunc vsque fieri animas nouas, non ex illa vna, sed sicut illam vnam. Nam quod dicitur, quare facit animas eis, quos nouit cito morituros: Possumus respondere, parentum hinc peccata vel conuinci vel flagellari. Possumus etiam rectè illius moderationi ista relinquere, quem scimus omnibus temporaliter transeuntibus rebus, vbi sunt etiā animalium ortus & obitus, cursum ornatissimum atq; ordinatissimum dare, sed nos ista sentire nō posse, quæ si sentiremus delectatione ineffabili mulceremur. Nō enim frustra per Prophetam qui hæc diuinitus inspirata didicerat, dictum est de deo. Qui profert numerosè seculum. Vnde Musica id est scientia sensus bene modulandi, ad admodum magnæ rei, etiam mortalibus rationales habentibus animas dei largitate concessa est. Vnde si homo faciēdi carminis artifex, nouit, quas, quibus moras vocibus tribuat, vt illud quod canitur, decedentibus ac succedentibus sonis pulcherrime currat ac transeat: quāto magis deus cuius sapiētia per quam fecit omnia, longe omnibus artibus præferenda est, nulla in naturis nascentibus & occidentibus temporum spatia, quæ tanquam syllabæ ac verba ad particulas huius seculi pertinent, in hoc labentium rerum tanquam mirabili cantico, vel breuius, vel productius, quāmodum modulatio præcognita & præfinita deponit, præterire permittit? Hoc cum etiam de arboris folio dixerim, & de nostrorum numero capillorum, quāto magis de hominis ortu & occasu, cuius temporalis vita breuius productiusue non tēditur quāmodum deus dispositor temporum nouit vniuersitatis moderamini consonare? Id etiam, quod aiunt: Omne quod in tēpore cœpit esse, immortale esse nō posse, quia omnia orta occidunt, & aucta senescunt, vt eo modo credi cogāt animam humanū ideo esse immortalē, quod ante omnia

tempora sit creatus, non mouet fidem nostrā. Vt enim alia taceam, cœpit esse in tempore immortalitas carnis Christi, quæ tamen iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur. Illud verò quod in libro aduersus Ruffinum posuisti, quosdā huic sententiæ calumniari, quod deū dare animas adulterinis conceptibus videatur indignum, vnde conantur adstruere meritis gesta ante carnē vitæ, animas quasi ad ergastula huiusmodi iustè posse perducī, non me mouet multa cogitantem, quibus hæc posset calumnia refutari. Et quod ipse respondisti, non esse vitium semētis in tritico, quod furto dicitur esse sublatum, sed in eo qui frumenta furatus est, nec idcirco terram non debuisse gremio suo semina confondere, quia sator immunda ea proiecerit manu, elegantissima similitudo est. Quam, & antequam legerem, nullas mihi obiectio ista de adulterinis foetibus in hac quæstione faciebat angustias, generaliter inuenti multa bona deum facere etiam de nostris malis, nostrisq; peccatis. Animalis autē cuiuscunq; creatio, si habeat pium prudentemq; consideratōrē, ineffabilem laudem creatori excitat, quanto magis creatio non cuiuscunq; animalis, sed hominis: Si autem causa creandi quæritur, nulla citius & melius respōdetur, nisi quia omnis creatura dei bona est. Et quid dignius, quā vt bona faciat bonus deus, quæ nemo potest facere nisi deus: Hæc & alia quæ possum, sicut possum dico, aduersus eos qui hanc opinionem qua creduntur animæ sicut illa vna singulis fieri labefactare conantur. Sed cum ad penas ventum est paruulorū, magnis mihi crede coarctor angustis, nec quid respondeā profusus inuenio, non solum eas penas dico, quas habet post hanc vitam illa damnatio, quod necesse est trahantur si de corpore exierint sine Christianæ gratiæ sacramento, sed eas ipsas quæ in hac vita dolentibus nobis, versantur ante oculos, quas enumerare si velim, prius tēpus quā exempla deficient. Languescunt egritudinibus, torquentur doloribus, fame & siti cruciātur, debilitantur membris, priuantur sensibus, vexantur ab immundis spiritibus. Demonstrandum est vtique quomodo ista sine vlla sua causa iustè patiantur. Non enim dici fas est, aut ista ignorante deo fieri, aut eum non posse resistere facientibus, aut iniuste ista vel facere vel permittere. Nūquid nā sicut illa animalia irrationabilia rectè dicimus in vsu dari naturis excellentioribus, et si vitiosis, sicut apertissime in euangelio videmus, porcos ad vsu desideratum cōcessos esse demonibus, hoc & de homine rectè possum⁹ dicere? Animal est enim, sed rationale, et si mortale: Anima est rationalis in illis membris, quæ tantis afflictionibus penas luit. Deus bonus est, deus iustus est, deus omnipotens est: hoc dubitare omnino dementis est. Tantorū ergo malorum quæ fiunt in paruulis, causa iusta dicitur, Nempe cum maiores ita patiuntur, solemus dicere, aut sicut in Iob merita examinari, aut sicut in Herode peccata puniri. Et de quibusdā exemplis quæ deus manifesta esse voluit, alia quæ obscura sunt hominum coniecturæ cōceditur, sed hoc in maioribus. De paruulis autem quid respondeamus edisere, si penas tantis nulla in eis sunt puniendā peccata. Nam vtique nulla est in illis ætatis examinanda iustitia. De ingeniorum verò diuersitate quid dicam, quæ quidem in paruulis latet, sed ab ipsis exordiis naturalibus ducta, apparet in grandibus, quorum nonnulli tam tardi & obliuiosi sunt, vt ne prima quidem discere literarum elementa potuerint: Quidam verò tantæ sunt fatuitatis,

D

Rom. 6.

Platonis sententiæ.

E

F

Mat. 8.

Tista.

vt non

† allās qua.

Iob. 15.

Lib. 3. de lib. arbi.

Quælibet p. quæcunq; ita frequenter loquitur.

Singulorum animæ singula.

Ioan. 5.

G vt non multum à pecoribus differant, quos Moriones vulgo vocant. Responderetur fortasse, corpora hoc faciunt. Sed nunquid secundum hanc sententiam quam defendi volumus, anima sibi corpus elegit, & in eligendo cum falleretur erravit? Aut cum in corpus cogere- tur intrare necessitate nascendi, alia corpora præoccu- pantibus animarum turbis, ipsa aliud non inuenit? Et sicut in spectaculo aliquo locum, ita carnem nõ quam voluit, sed quam valuit occupavit? Nũquid hæc & ta- lia vel dicere possumus vel sentire debemus? Doce igitur quid sentire, quid dicere debeamus, vt constet nobis ratio nouarum animarum sigillatimq; factarũ sin- gulis corporibus. Ego quidem non de ingeniis, sed saltem de pœnis paruulorum quas in hac vita patiuntur, dixi aliquid i libris illis de libero arbitrio. Quod quale sit, & cur mihi in ista quam habemus in manibus questione non sufficiat, intinabo, & eum ipsum de ter- tio libro locum secerptum his literis inferam. Nã ita se habet. De cruciatibus autẽ corporis quibus affliguntur paruuli, quorum per ætatem nulla peccata sunt, si animæ quibus animantur, non priusquam ipsi homi- nes esse cœperunt, maior querela & quasi misericors depromi solet, cum dicitur, quid mali fecerunt vt ista paterentur? Quasi possit esse meritum innocentia, ante- quam quisquam * i nocere aliquid possit. Cum autẽ boni aliquid operatur deus in emẽdatione maiorum, cum paruulorum suorum qui eis chari sunt doloribus ac mortibus flagellantur, cur ista non fiant, quando cũ transferint, pro non factis erunt in quibus facta sunt: Propter quos autem facta sunt, aut meliores erunt si temporalibus incommodis emẽdati, rectius elegerint viuere, aut excusationem in futuri iudicij supplicio nõ habebunt, si vitę huius angoribus, ad æternam vitã de- syderium conuertere noluerint: Quis autẽ nouit, quid paruulis de quorum cruciatibus duritia maiorum con- tũditur, aut exercetur fides, aut misericordia probatur. Quis inquam ergo nouit quid ipsis paruulis in secreto iudiciorum suorum bonæ cõpensationis referuet deus? Quoniam quanquam nihil rectẽ fecerint, tamen nec peccantes aliquid ista perpessi sunt. Non enim frustra etiã infantes illos, qui cum dominus noster Iesus Chri- stus necandus ab Herode quæreret, occisi sunt, in ho- nore martyrum receptos cõmendat ecclesia. Hæc tunc dixi, cum hanc ipsam de qua nunc agitur vellem com- munire sententiam. Sicut enim paulo ante cõmemo- raui, quæcunque illarum de animæ incarnatione qua- tuor opinionum vera esset, inculpatam substantiã crea- toris & à nostrorum peccatorum societate remotissi- mam nitebar ostendere. Et ideo quæcunque illarũ ve- ritate posset conuinci & repudiari, ad curam intentio- nis meæ quam tunc habebam non pertinebat: quãdo- quidẽ cunctis diligentiore disputatione discussis, quæ- cunque illarum rectẽ vinceret cæteras, me securissimo fieret, quãdo etiam secundum omnes id quod agebam inuictum persistere demonstrabam. Nunc verò vnam volo si possum ratione recta eligere ex omnibus: & propterea huiusmodi de qua nũc agimus defensionem in iis quæ commemorauit de illo libro verbis meis at- tentius intuens, validam firmamq; non video. Nã ve- lut firmamentum eius illud est quod ibi dixi: Quis au- tem nouit quid paruulis de quorum cruciatibus duri- tia maiorum contunditur, aut exercetur fides, aut mi- sericordia probatur, Quis, inquam, ergo nouit quid ip- sis paruulis in secreto iudiciorum suorum bonæ com- pensationis referuet deus? Quoniam quanquam nihil

Lib. 3. de li- bero arbi- trio.

* talis, q. 1.

rectẽ fecerint, tamen nec peccantes aliquid ista perpe- si sunt. Sed hoc nõ immeritò dici video, de iis qui vel pro Christi nomine ac vera religione tale aliquid etiã nescientes patiuntur, vel sacramento Christi iam im- buti sunt, quia sine societate vnus mediatoris liberari à damnatione non possunt, vt possit eis etiam pro illis malis quæ hic in diuersis afflictionibus pertulerunt, cõ- pensatio ista præstari. Nunc autem cum ista quæstio non possit absolui, nisi etiam de iis paruulis respõdeat- tur, qui post grauissimos cruciatus sine sacramento Chri- stianæ societatis expirant, quæ circa eos compensatio cogitanda est, quibus insuper & damnatio præparata est? Nam & de baptismo paruulorum in eodem libro, non quidem sufficienter, sed quantum illi operi satis esse videbatur vt cunq; respondi, quod etiam nescien- tibus, & fidem suam nondum habentibus prodest: non tamen de damnatione eorum paruulorum, qui sine il- lo ex hac vita emigrant tunc aliquid dicendum puta- ui, quia non quod nunc agitur agebatur. Sed vt omit- tamus & contemnamus ea quæ breui tempore patiuntur, nec transacta reuocantur, nunquid similiter con- temnere possumus, quod per vnum hominem mors, & per vnum hominẽ resurrectio mortuorũ? Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Per hanc enim Apostolicam diuinam clarãq; sententiam, satis euidenter elucet, neminem ire in mortem nisi per Adam, neminem ire in vitam æternam nisi per Christum. Hoc est quippe omnes & omnes, quia sicut omnes homines per primam, hoc est per carnalem generationem pertinent ad Adam: sic omnes homines ad secundam, id est spiritalem rege- nationem veniunt, quicunque ad Christum perue- niunt. Ideo ergo dictum est, & hic omnes, & ibi omnes, quia sicut omnes qui moriuntur, non nisi in Adã moriuntur, ita omnes qui viuificabuntur, non nisi in Chri- sto viuificabuntur. Ac per hoc, quisquis nobis dixerit, quenquam in resurrectione mortuorum viuificari pos- se nisi in Christo, tanquam pestis communis fidei de- testandus est. Item quisquis dixerit quod in Christo vi- uificabuntur etiã paruuli, qui sine sacramento eius par- ticipatione de vita exeunt: hic profecto & cõtra Apo- stolicam prædicationem venit, & totam condemnat ecclesiam, vbi propterea cum baptizandis paruulis fe- stinatur & curritur, quia sine dubio creditur aliter eos in Christo viuificari omnino non posse. Qui autẽ non viuificatur in Christo, restat vt in eadem damnatione maneat, de qua dicit Apostolus: Per vnus delictum in omnes homines ad cõdemnationem. Cui delicto ob- noxios paruulos nasci, & omnis credit ecclesia, & ipse iam contra Iouinianum disputans, & exponens Ionam prophetam, sicut paulo ante commemorauit, fide verã- cissima desinisti, credo & in aliis locis opusculorũ tuo- rum, quæ vel non legi, vel in præsentia non recordor. Huius igitur dãnationis in paruulos causam requiro, quia neque animarum si nouæ sunt singulis singulæ, video esse vllum in illa ætate peccatũ, nec à deo dam- nari aliquam credo, quam videt nullum habere pec- catum. An fortẽ dicendum est in paruulo carnem solã causam esse peccati, nouam verò illi animam fieri, qua secundũ dei præcepta viuete in adiutorio gratiæ Chri- sti, & ipsi carni edomitæ ac subiectæ i possit incorru- ptionis meritum comparare? Sed quia in paruulo ani- ma nondum id agere potest, nisi Christi acceptis sa- cramentum, per hanc gratiã carni eius acquiritur, quod illius moribus nondum potuit. Si autem sine villo sa- cramento

1. Cor. 15.

Rom. 5.

† subingat.

† illu.

Ioan. 5.

1. Cor. 15.

Cyprianus.

Rom. 5.

Psal. 32.

Coniunctio nõ videtur superesse. Sermo pertinet ad argumẽtationẽ Pelagianĩ Si anime sin- gulis nouæ creantur, non traxerunt pec- catũ ex aia Adã iniuste igitur dam- nanur.

A cramento anima paruuli exierit, ipsa quidem in æterna vita erit, vnde eam nullum peccatum potuit separare, caro verò eius non resurget in Christo, non percepto ante mortem illius sacramento: Hanc opinionem nun- quam audiui, nunquã legi. Sed planẽ audiui & credi- di, propter quod & loquor sum, quia veniet hora quã- do omnes qui in monumentis sunt audient vocẽ eius, & procedent qui bene fecerunt in resurrectionẽ vitæ. Ipsa est de qua dicitur: Et per vnum hominem resur- rectio mortuorum. Ipsa est qua in Christo omnes vi- uificabuntur. Qui autem male egerunt in resurrectio- nem iudicij. Quid hic ergo de illis infantibus intelli- gendum est, qui priusquam possent agere vel bene vel male, sine baptismo corpore exuti sunt? Nihil hic de ta- libus dictum est. Sed si caro eorum ideo non resurget quia nec boni aliquid egerunt nec mali, nec illorũ re- surrectura est, qui percepta baptismi gratia, in illa æta- te defuncti sunt, in qua nihil bene vel male agere põ- tuerunt. Si autem illi inter sanctos resurgunt, id est inter eos qui bene egerunt, inter quos & illi resurrecturi sunt, nisi inter eos qui male egerunt, ne aliquas huma- nas animas credamus corpora sua non recepturas, siue in resurrectione vitæ, siue in resurrectione iudicij? Quæ sententia priusquam refellatur, ipsa nouitate iam displicet. Deinde quis ferat si credant se illi qui ad ba- ptisum cum suis paruulis currunt, propter carnes eo- rum, non propter animas currere? Beatus quidem Cy- prianus non aliquod decretum condẽs nouum, sed ecclẽ- siæ fidem firmissimam seruans, ad corrigendum eos qui putabant ante octauum diem natiuitatis non esse paruulum baptizandum, non carnem, sed animã dixit non Iesse perdendã, & mox natum rite baptizari pos- se, cum suis quibusdam cõepiscopis censuit. Sed contra Cypriani aliquam opinionem, vbi quod vidẽdum fuit fortasse non vidit, sentiat quisque quod libet, tantum contra Apostolicam manifestissimam fidẽ nemo sen- tiant, qui ex vnus delicto omnes in condemnationem duci prædicat, ex qua condemnatione non liberat nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, in quo vno omnes viuificatur quicunq; viuificantur. Cõ- tra ecclesiæ fundatissimum morem nemo sentiat, vbi ad baptismum si propter sola paruulorũ corpora cur- reretur, baptizandi offerrentur & mortui. Quæ cum ita sint: quærenda causa est atque reddenda, quare damnẽ- tur animæ quæ nouæ creantur singulis quibusque na- scentibus, si præter Christi sacramentum paruuli mori- antur. Damnari enim eas si sic de corpore exierint, & sancta scriptura, & sancta est testis ecclesia: Vnde illa de animarum nouarum creatione sententiã, si hanc fidem fundatissimam non oppugnat, sit & mea: si op- pugnat, non sit & tua. Nolo mihi dicatur pro hac sen- tentia debere accipi quod scriptum est: Qui finxit spi- ritum hominis in ipso, & qui finxit sigillatim corda eorum. Aliquid fortissimum atque inuictissimum re- quirendum est, quod non cogat deum credere vllarũ animarum sine culpa aliqua damnatorem. Nam vel tantundem valet vel plus est forsità creare quã fin- gere: & tamen scriptum est: Cor mundum crea in me deus. Nec ideo putari potest anima hoc loco optare se fieri priusquam aliquid esset. Sicut ergo iam existens creatur inuouatione iustitię, sic iam existẽs fingitur & conformatione doctrinæ. Nec illud quod in Eccle- siastæ scriptum est: Tunc conuertetur in terram pul- uis sicut fuit, & spiritus reuertetur ad dominũ qui de- dit illum. Istam confirmat sententiam, quam volumus

esse nostram. Plus enim hoc suffragatur eis, qui ex vna D putant omnes esse animas. Nam sicut conuertitur, in- quiunt, puluis in terram sicut fuit, & tamẽ caro de qua hoc dictum est, ad hominẽ non reuertitur ex quo propa- gata est, sed ad terrã vnde primus homo factus est: sic & spiritus ex illius vnus spiritu propagatus nõ ta- men ad eum reuertitur, sed ad dominũ a quo illi da- tus est. Verum quia hoc testimonium ita pro istis so- nat, vt non omnimodo huic opinioni quam defendi volo, videatur esse contrarium, admonendam tantum credidi prudentiam tuam, ne talibus testimoniis ex his angustiis me coneris eruere. Nã licet nemo faciat optã do vt verum sit quod verum non est, tamen si fieri pos- set optarem vt hæc sententia vera esset, sicut opto vt si vera est, abs te liquidissimẽ atq; inuictissimẽ defendatur. Hęc autem difficultas etiam illos sequitur, qui iam existẽtes alibi animas & ab initio diuinorum operum præparatas, à deo mitti opinantur in corpora. Nam & ab his hoc idem quæritur, si animæ inculpatẽ obediẽ- ter veniunt quò mittuntur, cur in paruulis si non ba- ptizati vitam istam finierint, puniuntur? Eadem pro- fus in vtraque sententia difficultas est. Illi sibi viden- tur de hac facilius exire quæstione, qui animas assue- rant pro meritis vitę prioris singulas singulis corpori- bus implicari. Hoc enim putant esse in Adam mori, in carne scilicet quæ propagata est ex Adã supplicia pen- dere. A quo reatu, inquit, gratia Christi liberat pusil- los cum magnis. Hoc quidẽ rectẽ, veraciter, optimeq; quod gratia Christi liberat à reatu peccatorũ pusillos cum magnis. Sed in alia superiore vita peccare ani- mas, & inde præcipitari in carceres carneos, nõ credo, non acquiesco, non consentio. Primo quoniam nescio per quos fieri circũtus id aiunt isti, vt post nescio quã- ta volumina seculorum iterum ad istam sarcinam cor- ruptibilis carnis & supplicia pẽdenda redeundum sit. Qua opinione quid horribilius cogitari possit ignoror: Deinde quis tandem iustus defunctus est, de quo non si isti vera dicunt, solliciti esse debeamus, ne in sinu A- brae peccans in flammis illius diuitis deiciatur? Cur enim nõ & post hoc corpus peccari possit si & ante po- tuit? Postremo, longe aliud est in Adam peccasse, vnde dicit Apostolus: In quo omnes peccauerunt: & aliud est extra Adam nescio vbi peccasse, & ideo in Adam, id est in carnem quæ ex Adã propagata est, tanquam in car- cerem trudi. Illam verò opinionem quod ex vna fiant omnes animæ, non discutere volo nisi necesse sit. Atq; vtinã ista de qua nunc agimus, si verã est, sic abs te de- fendatur, vt hoc necesse iam non sit. Quinuis autem desyderem, rogem, votis ardentibus exoptem & expe- ctem, vt per te mihi dominus huius rei auferat igno- rantiam, tamen si, quod absit, minime meruero, paciẽ- tiam mihi petam à domino deo nostro: in quẽ sic cre- dimus, vt aliqua nobis non aperiri etiam pulsantibus nullo modo aduersus eum murmurare debeamus. Me- mini prius ipsis Apostolis dictum: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modo. In his quan- tum ad me attinet etiam hoc deputem. Neque qui hoc sciam me indignè indignum, nec hoc ipso etiam con- uincar indignior. Multa enim alia similiter nescio, quæ commemorare vel enumerare non possum. Et hoc to- lerabiliter ignorarem, nisi metuerem ne aliqua istarũ opinionũ contra illud quod firmissima retinemus fidẽ, incautis obreperet mentibus. Sed antequam sciam quæ nam earũ potius eligenda sit, hoc me non temere sen- tire profiteor, eam quæ vera est nõ aduersari robustis- simæ

11. de ciui. dei. ca. 23.

Rom. 5.

F

simæ

G sime ac fundatissimę fidei, qua Christi ecclesia nec par- uulos homines recentissimę natos à damnatione cre- dit, nisi per gratiam nominis Christi quam in suis sa- cramentis commendauit, posse liberari.

Augustinus Hieronymo, de loco qui est Iacobi secundor: Qui offenderit in uno, factus est omnium reus. multa ob- iter admiscens de Stoicis, qui docebant omnia peccata esse paria, & quisquis habet unam uirtutum, habere omnes: qui careret una, nullam habere. Epistola. XXIX.

VOD ad te scripsi honorãde mihi in Chri- sto frater Hieronyme, querens de anima hu- mana, si nascētibus singulis nouę singulę nūc vique sunt, ubi peccati vinculum cōtrahant, quod per sacramentum gratiæ Christi etiam in infantibus re- center natis, soluendū esse non dubitamus, cum in non paruorum volumen procederet, nolui vlla alia onerare quæstione, sed quod vrget acrius, multo minus est ne- gligēdum. Proinde quæro, & per deum obsecro, vt ex- ponas mihi quod multis existimo profuturum, aut si iam vel abs te vel ab alio aliquo expositū habes, diri- gas nobis, quomodo accipiendū sit, quod in epistola Ia- cobi Apostoli scriptum est: Quicumque enim totam le- gem seruauerit, offendat autē in vno, factus est omniū reus. quę res talis ac tanta est, vt quod hinc tibi non iā olim scripsi, multum me peniteat. De agenda nanque præsentī vita, quomodo ad vitam perueniamus ater- nam, non de præterita perscrutanda, quam penitus de- merfit obliuio, sicut est illud quod de anima quærendū putauī, hæc vertitur quæstio. Eleganter autem dictum esse narratur, quod huic rei satis apte conuenit. Cum quidam ruisset in puteum, ubi aqua tanta erat, vt eum magis exciperet ne moretur, quàm suffocaret ne lo- queretur, accessit alius, & eo viso admirās *† ait: Quo- modo huc cecidisti? Ait ille. Obsecro inq̄, cogita quo- modo hinc me liberares, non quomodo huc ceciderim quæras. Ita quoniam fatemur & fide catholica tene- mus, de reatu peccati tanquam de puteo, etiam paruuli infantis animam Christi gratia liberandam, satis est ei, quod modum quomodo salua fiat, nouimus, etiam si nunquam quomodo in malum illud deuenerit no- uerimus. Sed ideo putauī esse quærendum, ne forte ex illis opinionibus incarnationis animæ aliquam tenea- mus incautius, quæ liberandā prorsus animam paruuli contradicat, negans eam esse in isto malo. Hoc igitur firmissime retento, quod anima paruuli de reatu peccati liberanda est, nec alio modo liberanda nisi gra- tia dei per Iesum Christum dominum nostrū, si pos- sumus etiam ipsius mali causam & originē nosse, va- niloquis non disputatoribus sed litigatoribus paratius instructiusq̄; resistimus. Si autem non possumus, non quia latet miserix principium, ideo pigrescere miseri- cordiæ debet officiu. Aduersus eos autē qui sibi viden- tur scire quod nesciunt, hoc tutiores sumus, quod hanc ignorantiam nostram non ignoramus. Aliud est enim quod nescire malum est, aliud quod sciri vel non po- test, vel nō opus est, vel ad vitam quam quærimus in- differens est. Hoc verò quod de literis Apostoli Iacobi nunc requiro, in hac ipsa quauimus, & vt semper ui- uamus deo placere studemus, actione versatur. Quo- modo igitur intelligendum est obsecro te: Quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus: ita ne † qui furtū fecerit, immo verò qui dixerit diuiri: sede hic, pauperi autem: tu sta illic, & homicidij & adulterij & sacrilegij reus est: Quod si nō est, quomodo qui in vno offendit, factus est omnium

reus? An illud quod dixit de diuite & paupere ad ista K nō pertinet, quorum si quis in vno offenderit, fiet om- nium reus? Sed recolendum est vnde uenerit illa sen- tentia, & quæ illam superiora pepererint, quibusq̄; cō- nexa dependeat. Fratres mei nolite inquit in persona- rum acceptione habere fidē domini nostri Iesu Chri- sti gloriæ. Etenim si introierit in conuentum uestrum vir annulum aureū habens in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu, & intendatis in eū qui indutus est veste præclara, & dicatis ei: Tu sede hic bene, pauperi autē dicatis, tu sta illic, aut sede sub sca- bello pedum meorum. Nonne iudicatis apud vosmet- ipsos, & facti estis iudices cogitationum iniuarū? Au- dite fratres mei dilectissimi, nonne deus elegit paupe- res in hoc mūdo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromisit deus diligentibus se? Vos autem exhona- stis pauperem, propter illum scilicet cui dictum est: ita illic, cum haberi annulum aureum dictum esset: tu se- de hic bene. Ac deinde sequitur eandem ipsam senten- tiam latius versans & explicans: Nonne, inquit, diui- tes per potentiam opprimunt vos, & trahunt ad iudi- cia: Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod in- uocatum est super vos? Si quidem legē perfcitis rega- lem secundum scripturam? Diliges proximum tuum sicut teipsum, bene facitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quasi transgres- sores legis. Vide quemadmodum transgressores le- gis appellat, qui dicunt diuiri: sede hic, & pauperi: sta illic. Vnde ne putarent contemptibile esse peccatum, in hac vna re legem trāsire, sequutus adiūxit: Quicum- que totam legem seruauerit, offendit autem in vno, fa- ctus est omnium reus. Qui enim dixit: non mœchabe- ris, dixit & non occides. Quod si non occidis, mœcha- ris autem, factus es transgressor legis: propter id quod dixerat, redarguti à lege, quasi trāsgressores. Quæ cum ita sint, consequens videtur, nisi alio modo intelligen- dum ostendatur, vt qui dixerit diuiri: sede hic, & pau- peri: sta illic, huic non honorem, quem illi deferens, & idololatra & blasphemus & adulter & homicida, & ne, quod longum est, cuncta commemorem, reus om- nium criminum iudicandus sit. Offendens quippe in vno, factus est omnium reus. At enim qui vnam vir- tutem habet, omnes habet, & qui vnam nō habet, nul- lam habet. Hoc si verum est, confirmatur ista senten- tia. Sed ego eam exponi volo, non confirmari, quæ per seipsam apud nos omnibus philosophorum authorita- tibus firmior est. Et illud quidem de virtutibus & vi- tiis, si veraciter dicitur, non est consequens, vt propter hoc omnia peccata sint paria. Nam illud de insepara- bilitate virtutū, nisi forsitan fallor, tamē si verum me- mini, quod vix memini, omnibus philosophis placuit, qui eandem virtutes agendæ vitæ necessarias esse dixe- runt. Hoc autem de parilitate peccatorum soli Stoici ausi sunt disputare, contra omnem sensum generis hu- mani: quam eorum vanitatem in Iouiniano illo, qui in hac sententia Stoicus erat, in aucupandis autem & de- fensandis voluptatibus Epicureus, de scripturis sanctis dilucidissimę conuicisti. In qua tua suauissima & præ- clarissima disputatione satis euidenter apparuit, non placuisse authoribus nostris, vel ipsi potius quæ per eos loquuta est veritati, omnia paria esse peccata. Quo- modo autem fieri possit, vt etiā si hoc de virtutibus verū est, non tamen ideo cogamur fateri æqualitatem om- nium peccatorum, quantum possum adiuuante domi- no aperire conabor. Quod si effecero, approbabis: ubi

Stoici pec- cata faciunt paria.

Virtutum cathena.

† notari.

Math. 10

Dolus & astutia in bonum.

Salustius.

A verò causæ defuero, tu supplebis. Certè hinc persuadet, qui vnam virtutem habuerit, habere omnes: & omnes deesse cui vna defuerit, quod prudentia nec ignaua, nec iniusta, nec intèperans potest esse. Nam si aliquid ho- rum fuerit, prudentia non erit. Porro si prudentia tunc erit, si & fortis & iusta & temperans sit, profecto ubi fuerit, secum habet cæteras. Sic & fortitudo imprudēs esse non potest vel intemperans vel iniusta: sic tempe- rantia necesse est vt prudens, fortis, & iusta sit: sic iusti- tia non est nisi sit prudens, fortis, & temperans. Ita ubi est vna vera aliqua earum, & aliæ similiter sunt. Vbi autem aliæ defunt, vera vna illa nō est, etiam si aliquo modo similis esse videatur. Sunt enim vt scis quædam vitia virtutibus aperta discretione cōtraria, vt impru- dentia prudentiæ. Sunt autem quædam tantū quia vi- tia sunt, ideo contraria, quædam tamen specie fallaci similia, vt eidem prudentiæ, non imprudētia, sed astu- tia. Nunc enim eam dico astutiā, quæ vitatius in ma- litiosis intelligi & vocari † solet, non sicut nostra loqui scriptura consuevit, quæ sæpe astutiam in bono ponit. Vnde: Estote astuti vt serpentes. Et illud, Vt & inno- centibus det astutiam: quanquam & apud illos Roma- næ linguæ disertissimus dixerit, neq̄; illi tamen ad ca- uendum dolus, aut astutia deerant: astutiam ponens in bono: sed apud illos rarissimum, apud nostros frequen- tissimum est. Itemq̄; in partibus temperantiæ apertis- sime contraria est effusio parsimonix: ea verò quæ te- nacitas dici vulgo solet, vitium quidem est, tamē par- simoniæ simile, nō natura, sed fallacissima specie. Item dissimilitudine manifesta cōtraria est iniustitia iusti- tiæ. Solet autem quasi imitari iustitiam vindicandi se libido, sed vitium est. Ignauia fortitudini perspicuè con- traria est, duritia verò distat natura, fallit similitudi- ne. Constantia pars quædam virtutis est. Ab hac incō- stantia longè abhorret, & indubiè cōtrahit. Pertina- cia verò constantia dici affectat, & non est, quia illa est virtus, hoc vitium. Vt ergo non iterum hæc eadem cō- memorare necesse sit, expli gratia, ponamus aliquid, vnde possint cætera intelligi. Catilina, vt de illo scri- pserunt qui nosse potuerunt, frigus, sitim, famem ferre poterat, eratq̄; patiens inedię, algoris vigilię, supra quàm cuiquam credibile est, ac per hoc & sibi & suis magna præditus fortitudine, videbatur. Sed hæc fortitudo pru- dens non erat, mala enim pro bonis eligebat. Tempe- rans non erat, corruptelis enim turpissimis foedabatur. Iusta non erat, nam contra patriam coniurauerat. Et ideo nec fortitudo erat, sed duritia sibi, vt stultos falle- ret, nomen fortitudinis imponebat. Nam si fortitudo esset, non vitium, sed virtus esset. Si autem virtus esset, à cæteris virtutibus tanquam inseparabilibus comiti- bus nunquam relinqueretur. Quapropter dum quæri- tur etiam de vitis, vtrum ipsa similiter omnia sint ubi vnum erit: aut nulla sint ubi vnum nō erit: laboriosum est id ostendere, propterea quia vni virtuti duo vitia opponi solent, & quod apertè contrarium est, & quod specie similitudinis adumbratur. Vnde illa Catilinæ quia fortitudo non erat, quæ dicitur esse, cum dicitur secum virtu- tes alias non habebat, facilius videbatur. Quod verò ignauia fuerit, ubi exercitatio quaslibet grauissimas molestias perpetiendi atque tolerandi, supra quàm cui- quā credibile est, fuit: agre persuaderi potest. Sed forte acutius intuentibus, ignauia apparet ipsa duritia, quia laborem bonorum studiorum quibus vera acquiritur fortitudo neglexerat. Veruntamen quia sunt audaces qui timidi non sunt, & rursus timidi quibus abest au-

dadia, cum sit vtrunq̄; vitium, quoniam qm̄ vera vir- tute fortis est, nec temere audeat, nec inconsulte timet: cogimur fateri vitia plura esse virtutibus. Vnde ali- quando vitium vitio tollitur, vt amore laudis, amor pe- cuniæ. Aliquando vnum cedit vt plura succedant, ve- lut qui ebriofus fuerit, si modicum biberit, & tenacita- tem & ambitionem didicerit. Possunt itaque vitia etiā cedere vitis succedentibus non virtutibus, & ideo plu- ra sunt. Virtus verò quod vna ingressa fuerit, quoniam secum cæteras ducit, profecto vitia cedent omnia que- cunq̄; inerant. Non enim omnia inerant, sed aliquādo totidem, aliquādo plura paucioribus, vel pauciora plu- ribus succedebant. Hæc vtrum ita se habeant, diligen- tius inquirendum est. Non enim & ista diuina senten- tia est qua dicitur: Qui vnam virtutem habuerit, om- nes habet, eiq̄; nulla inest, cui vna defuerit: sed homi- nibus hoc visum est, multum quidē ingeniosus, studio- sis, sed tamē hominibus. Ego verò nescio quemadmo- dum dicam, nō dico virum à quo denominata dicitur virtus, sed etiam mulierem, quæ viro suo seruat thori fidem, si hoc faciat propter præceptum & promissum dei, & quæ primitus sit fidelis, non habere pudicitiam, aut pudicitiam nullam vel paruam esse virtutem. Sic & maritum qui hoc idem seruat vxori. Et tamen sunt plurimi tales, quorum sine aliquo peccato esse neminē dixerim, & vtrique illud qualecunq̄; peccatum ex ali- quo vitio venit. Vnde pudicitia coniugalis in viris se- minisq̄; religiosis cum proculdubio virtus sit, nō enim aut nihil aut vitium est, non tamen secū habet omnes virtutes. Nam si omnes ibi essent, nullum esset vitium: si nullum vitium, nullum omnino peccatum. Quis au- tem sine aliquo peccato? Quis ergo sine aliquo vitio, id est fomite quodam vel quasi sine radice peccati, cū cla- met qui supra pectus domini recūbebat: Si dixerimus quia † peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est? Neq̄; hoc apud te diutius agē- dum est, sed propter alios qui forte hoc legerint. Hæc dico. Nam tu quidem in eodem ipso opere splendido contra Iouinianum etiam hoc de scripturis sanctis di- ligenter probasti. Vbi etiam ex hac ipsa epistola, cuius verba sunt, quorum nunc intellectum requirimus, pos- sisti quod scriptū est: In multis enim offendimus om- nes. Non enim ait, Offenditis, sed offendimus omnes, cum Christi loqueretur Apostolus. Et cum hoc loco di- cat: Quicumque autem totam legem seruauerit, offen- dat autem in vno, factus est omnium reus. Ibi non in vno sed in multis, nec quosdam sed omnes dixit offen- dere. Absit autem vt quisquam fidelis existimet tot mi- lia seruorū Christi, qui veraciter dicunt se habere pec- catum, ne se ipsos decipiant, & veritas in eis nō sit, nul- lam habere virtutem, cum virtus magna sit sapientia. Dixit autem ipsa sapientia homini: Ecce pietas est sa- pientia. Absit ergo vt dicamus tot ac tantos fideles & pios homines dei nō habere pietatem, quam Græci vel *πρόθεω*, vel expressius & plenius *θεοσεβειαν* vocant. Quid autem est pietas nisi dei cultus? Et vnde ille co- litur nisi charitate? Caritas igitur de corde puro & cō- scientia bona & fide non ficta, magna & vera virtus est quia ipsa est & finis præcepti. Merito dicta est fortis si- cut mors, siue quia nemo eam vincit sicut mortem, siue quia in hac vita vsque ad mortem est mensura chari- tatis. Sicut dominus ait: Maiorem hac charitatem ne- mo habet, quàm vt animam suā ponat quis pro ami- cis suis: siue potius, quia sicut mors animā auellit à sen- sibus carnis, sic charitas à concupiscentiis carnalibus.

1. Ioan. 1. † quod.

F Iacobi 3. & 2.

1. Tim. 1.

Canti. 5.

Ioan. 15.

Huic

Iaco. 2. 2. Retrac. cap. 45.

Facetum.

*† Eoq̄; viso militans.

I

† Item.

Hiic subseruit scientia cum est vilis, nam sine illa in- fiat. Quod vero illa edificatio impleuerit, nihil ibi ista inane quod inflat inueniet. Utilem porro scientiam definiendo monstrauit, ubi cum dixisset: Ecce pietas est sapientia, continuo subiunxit: Abstinere vero a malis, scientia est. Cur ergo non dicimus, qui hanc virtutem habet habere omnes, cum plenitudo legis sit charitas? An quanto magis est in homine, tanto magis est virtute praeditus? Quanto autem minus, tanto minus est virtus, quia ipsa est virtus: & quanto minus est virtus, tanto maius est vitium: Vbi ergo illa plena & perfecta erit, nihil ex vitio remanebit. Proinde mihi videntur Stoici falli, quia proficiantem hominem in sapientia nolunt omnino habere sapientiam, sed tunc habere cum in ea omnino perfectus fuerit: non quia illum perfectum negant, sed nisi ex profundo quodam emergendo repete emittet in auras sapientiae liberas, nulla ex parte esse sapientem. Sicut enim nihil interest ad hominem profocandum, vtrum aquam stadiis multis super se habeat altam, aut vnum palmum aut digitum, sic illos qui tendunt ad sapientiam proficere quidem dicunt, tanquam ab imo gurgitis surgentes in aërem, sed nisi totam stultitiam velut opprimentem aquam proficendo velut emergendo euaserint, non habere virtutem nec esse sapientes. Vbi autem euaserint, mox habere totam, nec quicquam stultitiae remanere, vnde omnino vllum peccatum possit existeret. Hac similitudo vbi stultitia velut aqua, & sapientia velut aer ponitur, ut animus a praefocatione stultitiae tanquam emergens in sapientia repete respiret, non mihi videtur satis accommodata nostrarum scripturarum authoritati. Sed illa potius, ut vitium vel stultitia tenebris, luci autem virtus & sapientia comparatur, quantum ista similia de corporalibus ad intelligibilia duci possunt: Non itaque sicut de aquis in aërem surgens, vbi earum summum transierit repente quantum sufficit inspiratur, sed sicut de tenebris in lucem procedens, paulatim progrediendo illuminatur. Quod donec plenissime fiat, iam eum tamen dicimus tanquam de abditiissima spelunca egredientem, vicinia lucis afflatum tanto magis, quanto magis propinquet egressus: vbi illud quod in eo lucet, sit utique ex lumine quo progreditur. Illud autem quod adhuc obscurum est, sit ex tenebris vnde egreditur. Itaque & non iustificabitur in conspectu dei omnis viuens, & tamen iustus ex fide viuit. Et induti sunt sancti iustitia, alius maius, alius minus. Et nemo hic viuit sine peccato, & hoc alius maius, alius minus. Optimus autem est qui minimus. Sed quid ego tanquam oblitus cui loquor, doctori similis factus sum, cum proposuerim quid abs te discere velim? Sed quia de peccatorum paritate, vnde in id quod aiebam incidit quaestio: examinandam tibi sententiam meam promere statueram, iam eam tandem aliquando cocludam. Quia & si verum esset tum qui habet vnam, omnes habere virtutes: eum qui vnam non habet, nullam habere, nec sic peccata sunt paria: quia vbi virtus nulla est, nihil quidem rectum est, nec tamen ideo non prauo prauius est, distortoq; distortius. Si autem, quod puto esse verius sacrisc; literis congruetius, ita sunt animae intentiones, vt corporis membra, non quod videantur locis, sed quod sentiantur affectibus, & aliud illuminatur amplius, aliud minus, aliud omnino caret lumine & tenebroso inumbratur obstaculo, profecto ita vt quisque illustratione pie charitatis affectus est, in alio actu magis, in alio minus, in alio nihil: sic potest dici habere aliam, & aliam non habere, aliam ma-

gis, aliam minus habere virtutem. Nam & maior est K in isto charitas quam in illo, recte possumus dicere, & aliqua in isto, nulla in illo, quantum pertinet ad charitatem quae pietas est: & in ipso vno homine quod maiorem habuit pudicitiam quam patientiam, & maiorem hodie quam heri si proficit: & adhuc non habeat continentiam, & habeat non paruam misericordiam. Et vt generaliter breuiterq; complectar, quam de virtute habeam notionem, quod ad recte viuendum attinet: virtus est charitas, qua id quod diligendum est diligitur: haec in aliis maior, in aliis minor, in aliis nulla est. Plenissima vero quae iam non possit augeri, quamdiu hic homo viuit est in nemine, quamdiu autem augeri potest, profecto illud quod minus est quam debet, ex vitio est. Ex quo vitio non est iustus in terra qui faciat bonum & non peccet. Ex quo vitio non iustificabitur in conspectu dei omnis viuens. Propter quod vitium, si dixerimus, quia in peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Propter quod etiam quantumlibet profecerimus, necessariū est nobis dicere: Dimitte nobis debita nostra, cum iam omnia in baptismo dicta, facta, cogitata, dimissa sint. Quis itaque qui recte videt, vnde & quando & vbi speranda sit illa perfectio cui non sit quod adiacere possit? Si autem praepcepta non essent, non vtiq; esset vbi se homo certius inspiceret & videret, vnde auerteretur, quod conaretur, quare gratularetur, quid precaretur. Magna est ergo utilitas praepceptorū, si libero arbitrio tantum detur, vt gratia dei plena amplius honoretur. Quae si ita se habent, vnde fiet omnium reus, si in vno offendat, qui totam legem seruauerit? An forte quia plenitudo legis charitas est, quae deo proximisq; diligitur, in quibus praepceptis charitatis tota lex pedet & prophetae, merito sit reus omnium qui contra illam facit, in qua pedent omnia? Nemo autem peccat nisi aduersus illam faciendo, quia non adalterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur, in eo quod diligis proximum tuum tanquam teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo autem legis est in charitate. Nemo autem diligit proximum, nisi diligens deum, & hoc quantum potest, proximo impedit, quem diligit tanquam semetipsum vt & ille diligit deū, quem si ipse non diligit, nec se nec proximum diligit. Ac per hoc qui totam legem seruauerit, si in vno offenderit, sit omnium reus, quia contra charitatem facit, vnde tota lex pendet. Reus itaque sit omnium, faciendo contra eam in qua pendent omnia. Cur ergo non dicantur paria peccata? An forte quia magis facit contra charitatem, qui grauius peccat, minus qui leuius? Et hoc ipso quod amittit, sit quidem omnium reus, sed grauius peccans, vel in pluribus peccans magis reus: leuius autem vel in paucioribus peccans minus reus, tanto maiore scilicet reatu, quanto amplius: tanto minore quanto minus peccauerit, tamen etiam si in vno offenderit, reus omnium est, quia contra eam facit, in qua pendent omnia. Quae si vera sunt, eo modo & illud absoluitur quod ait homo etiam Apostolicae gratiae. In multis enim offendimus omnes. Omnes enim offendimus, sed vnus grauius, alius leuius. Quanto quisq; grauius leuiusq; peccauerit, tanto in peccato committendo maior, quanto diligendo deo & proximo minor. Et rursus, tanto minor in peccati perpetrato, quanto maior in dei & proximi dilectione. Tanto itaq; plenior iniquitatis, quanto inanimior charitatis. Et tunc perfecti sumus in charitate,

A charitate, quando nihil restat ex infirmitate. Nec sanè quantum arbitror putandum est leue esse peccatum in personarū acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi, si illam distantiam sedendi ac standi ad honores ecclesiasticos referamus. Quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris ecclesiae contempto paupere instructiore atq; sanctiore? Si autem de quotidianis confessibus loquitur, quis non hic peccat, si tamen peccat, nisi cum apud seipsum intus ita iudicat, vt ei tanto melior quanto diuor illo esse videatur? Hoc enim videtur significasse cum dicit: Nonne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices iniquarum cogitationum? Lex itaq; libertatis, lex charitatis est, de qua dicit: Si tamen legem perfecit regalem secundum scripturas: Diliges proximum tuum sicut teipsum, bene facitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege tanquam transgressores. Et post illam sententiam ad intelligendum difficillimam de qua satis dixi, quod dicendum putauim, eandem legem libertatis commemorans: Sic loquamini, inquit, & sic facite, sicut per legem libertatis incipientis iudicari. Et quonia quid paulo ante dixerit, nouit, quonia in multis offendimus omnes, suggerit dominicam tanquam quotidianam quotidianis, & si leuioribus, tamen vulneribus medicinam. Iudicium enim, inquit, sine misericordia illi, qui non facit misericordiam. Hinc enim & dominus: dimittite, inquit, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Superexultat autem misericordia iudicium: Non dictum est, Vincit misericordia iudicium. Non enim est aduersa iudicio, sed superexultat: quia plures per misericordiam colliguntur, sed qui misericordiam praestiterunt. Beati enim misericordes, quia ipsis miserebitur deus. Et hoc utiq; iustum est: vt dimittatur eis, quia dimiserunt: & detur eis, quia dederunt. Inest quippe deo & misericordia iudicanti, & iudicium miseranti. Propter quod ei dicitur: Misericordiam & iudiciū cantabo tibi domine. Nam quisquis velut nimirum iustum sine misericordia quasi securus expectat, iram iustissimam prouocat, quam timens ille dicit: Ne intres in iudiciū cum seruo tuo. Vnde dicitur populo contumaci: Quid vultis mecum iudicio contendere? Cum enim rex iustus sederit in throno, quis gloriabitur castum se habere cor? Aut quis gloriabitur mundū se esse a peccato? Quae igitur spes est, nisi superexultet misericordia iudicium? Sed erga illos qui misericordiam fecerunt veraciter dicendo: Dimitte nobis sicut & nos dimittimus, & sine murmuratione dando: Hilarere enim datorem diligit deus. Denique sanctus Iacobus iam ex isto loco de misericordiae operibus loquitur, vt quos vehementer illa sententia teruerat, cocloletur, cum admonet, quomodo etiam quotidiana peccata sine quibus hic non viuunt, quotidianis remediis expientur, ne homo qui cum in vno offenderit fiat omnium reus in multis offendendo, quia in multis offendimus propter magnum aggerē reatus sui minutatim collectum, ad tribunal tanti iudicis perueniat, & eam quam non fecit misericordiam non inueniat, sed potius dimittendo atq; dando meretur sibi dimitti peccata, & reddiditque promissa. Multa dixi quibus tibi tedium fortassis inferre, qui haec quae tamen approbas, non expectas discere, quod ea docere coclouesti. Si quid autem est in eis, quantum ad rem ipsam pertinet, nam quae loquor explicata sint, non nimis curo: Si quid ergo in eis est quod eruditionem offendat tuam, quaeso vt rescribendo admoneas, & me corrigere non graueris. Infelix est enim qui non totos etiam sanctos tuorum studio

rū labores, & digne honorat, & de his domino deo nostro, cuius munere talis es, gratias agit. Vnde cō libentius debeat a quolibet discere, quod inuoluitur ignorare, quod proprius quoslibet docere quod scio, quanto iustus hoc abs te charitatis debitū flagito, cui doctrina in nomine & adiutorio domini tantū in Latina lingua ecclesiasticae literae adiuta sunt, quantum vnquam antea potuerunt. Maxime tamen istā sententiam: Quicumq; totā legem seruauerit, offendat autē in vno, factus est omnium reus: si quo alio modo exponi melius posse nouit dilectio tua, p̄ dominū obsecro, vt id nobiscū communicare digneris.

Hieronymus Augustino, laudans quidem illius duos libros, sed excusans eum non responderit. Epistola. XXX.

DOMINO verè sancto, & omnino mihi affectione venerabili papae Augustino, Hieronymus in Christo salute. Virum honorabilem fratrem meum, filiū dignationis tuae Orosiū presbyterū, & sui merito & te iubete suscipere, Sed incidit tēpus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit q̄ loqui, ita vt nostra studia cessaret, & iuxta Appiū canina exerceretur facūdia. Itaque duobus libellis tuis quos meo nomini dedicasti, eruditissimis & omni eloquētie splendore fulgentibus, ad tēpus respondere non potui. Non quo quicq; in illis reprehendendū putē, sed quia iuxta Apostolum: Vnusquisq; in suo sensu abundet, alius quidem sic, alius autē sic. Certe quicquid dici potuit & sublimi ingenio de scripturarū sanctarū hauriri fontibus, a te positum atq; disertū est. Sed quaeso reuerentiā tuā, parūper patriaris me tuū laudare ingenium. Nos enim inter nos eruditionis causa differimus. Ceterum ammi & maxime heretici si diuersas inter nos sententias viderint, de animi calūniabuntur rācore descēdere. Mihi autē decretū est te amare, te suscipere, colere, mirari, tuāque dicta quasi mea defendere. Certe & in dialogo quem nuper addidi, tuā beatitudinis vt dignū fuerat recordatus sum: magisq; demus operā vt perniciosissima haeresis de ecclesijs auferatur quae semper simulat penitentiam, vt docēdi in ecclesijs habeat facultatē, Ne si aperta se luce prodiderit, foras expulsa moriatur. Sanctae ac venerabiles filiae tuae Eustochiū & Paula, & genere suo & exhortatione tua digne gradiuntur, specialiterq; salutat beatitudinem tuā: Omnis quoque fraternitas quae nobiscum domino saluatori seruire conatur. Sanctum presbyterū Firmū, anno praeterito ob rem earū Rauennā, & inde Africā Siciliamq; direximus, quem putamus iam in Africā partibus comorari. Sanctos tuo adherentes lateri, vt me obsequio salutes, precor. Literas quoque meas ad sanctū presbyterū Firmū direxi, quae si ad te venerint, ei dirigere nō graueris. Incolumem te & mei memore, Christus dominus custodiat, domine veres sancte & beatissime papa. Grādē Latini sermonis in ista prouincia notariorū patimur penuriam, & idcirco praepceptis tuis parere nō possum. maxime in editione Septuaginta quae asteriscis veribusq; distincta est. Pleraq; enim prioris laboris ob fraudē tum cuiusdam ammissum.

Paulinus episcopus Augustino gratias agit pro libris quinque quos aduersus Manichaeos scripserat, dono missis, praedicans illius eruditionem, ac iussim panem dono mittit, amicitiae eiusdem communionis symbolum. Epistola. XXXI.

DOMINO fratri vnanimō & venerabili Augustino, Paulinus & Therasia peccatores. Charitas Christi quae vrget nos etiam absentes, licet per vnitatem fidei alligat, ipsa fiduciam ad te scribēdi, pudore depulso, praestitit, teq; per literas tuas d visceribus

f inest.

f appropin- quat egres- sit.

pal. 142. Abachuc. 2.

f magis.

f ago.

f est.

f aliqua.

Stare sedere quid tropice

Iaco. 2.

3. Reg. 3. psal. 142.

1. Iohan. 1.

f quod.

Math. 6.

L. quercenda.

f quercenda.

Solutio quaest. 1. i. i. i. i.

Rom. 13.

Psal. 100.

Psal. 142.

Hiere. 2.

M.

Iacobi. 3.

f debita.

f tam.

G visceribus meis intimavit, quas & de scholasticis facultatibus affluentes, & de cœlestibus fanis dulces, vt anima meę medicas & altrices, in quinque libris interim teneo, quos munere benedicti & venerabilis nobis episcopi nostri Alipij, non pro nostra instructione tantũ, sed etiam pro ecclesię multarum vrbium vtilitate suscepimus. Hos igitur nunc libros lectioni habeo, in his me oblecto, de his cibum capio, non illum qui perit sed qui operatur vitę eternę substantiam per fidem nostram qua adcorporamur in Christo Iesu domino nostro, cum fides nostra quę visibilium negligens, inuisibilibus inhiat, per charitatem omnia secundum veritatem omnipotentis dei credentem, literis & exemplis fidelium roboretur. O vere sal terrę, quo pręcordia nostra ne possint seculi vanescere errore coniuntur. O lucerna digne supra candelabrum ecclesię posita, quę late catholicis vrbibus de septiformi ligno partum oleo lętitia lumen effundens, densas licet hęreticorum caligines discutis, & lucę veritatis a confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis enubilas. Vides frater vnanimē, admirabilis in Christo domino & suscipiende, quām familiariter agnouerim te, quanto admirer stupore, quām magno amore complectar, qui quotidie colloquio literarum tuarum fruor, & oris tui spiritu vescor. Os enim tuum sicut aquę viuę & venę fontis eterni merito dixerim, quia fons vitę aquę salientis in vitam eternam Christus effectus est. Cuius desyderio sitiuit in te anima mea, & vbertate tui fluminis inebriari terra mea concupiuit. Ideoq; cum hoc Pentateucho tuo contra Manichęos me satis armaueris, si qua in alios quoque hostes catholicę fidei munimina comparasti, quia hostis noster cui mille nocendi artes, tam variis expugnandus est telis quām oppugnat insidiis, quęso promere mihi de armamentario tuo, & conferre non abnuas arma iustitię. Sum enim laboriosus, & iam nunc sub magno honore ꝑ peccator, veteranus in numero peccatorum, sed eterno regi nouus in corpore tyro militię. Sapiętię mundi miser hucusque miratus sum, & per inutiles literas reprobatamq; prudentiam deo stultus & mutus fui. Postquam inuenteraui inter inimicos meos, & euannii in cogitationibus meis, leuauit oculos meos in mōtes, ad pręcepta legis & gratię dona suscipiens: vnde mihi auxilium venit a domino, qui non secundum iniquitates retribuēs, illuminauit cæcum, soluit cõpeditum, humiliavit erectum male, vt erigeret humiliatum pie. Sequor igitur non æquis adhuc passibus magna iustorum vestigia, si possim orationibus vestris apprehēdere, in quo dei miserationibus apprehensus sum. Rege ergo paruulum in terra reptantem, & tuis gressibus ingredi doce. Nolo enim in me corporalis ortus magis quām spiritalis exortus etatem consyderes, Quippe atas mihi secundum carnem ea l iam I est, quę fuit ille ab Apostolis in porta speciosa verbi potestate sanatus. In natalibus autem animę, illius adhuc mihi tempus infantię est, quę intentatis Christo vulneribus immolata digno sanguine agni victimam præcurrit, & dominicam auspicata est passionem. Atq; ideo vt infantem adhuc verbo dei & spiritali etate lactentem, educa verbis tuis, vberibus fidei sapientię charitatis inhiantem. Si officium commune consyderas frater es, si maturitatem ingenij tui & sensuum, pater mihi es, etsi forte sis æuo iunior, quia te ad maturitatem meriti honor seniore prouexit, & iuuenem cana prudentia. Fove igitur & corrobora me in sacris literis & spiritalibus studiis, tempore (vt dixi)

Lino forte.

Ioan. 4.

onere.

Ado. 3. & 4. Dicitur amplius quam. 4o.

recentem, & ob hoc post longa discrimina, post multa naufragia, vsu rudem, vix dum a fluctibus seculi emergentem, tu qui iam solido litore constitutus, tuto ꝑ excipere sinu, vt in portum salutis, si dignum putas, pariter nauigemus. Interea me de periculis vitę istius & profundo peccatorum euadere nitentem, orationibus tuis tanquam tabula sustine, vt de hoc mundo quasi de naufragio nudus euadam. Idcirco enim me leuare sarcinis, & vestimentis onerātibus exuere curauit, vt vndosum hoc, quod inter nos & deum peccatis interlatrantibus separat, pręsentis vitę salum, omni amictu carnis, & cura diei sequentis, iubente & adiũuante Christo & expeditus enatem: neq; id me perfecisse gloriatur, quod & si gloriari possem, in domino gloriarer, cuius est perficere quod nobis adiacet velle. Sed concupiscit adhuc anima mea desyderare iudicia domini. Vide quando assequatur effectum dei volūtatum, qui adhuc ipsum desyderare desyderat. Quod in me tamen est, dilexi decorem domus sanctę, & quantum in me fuit, elegerā abiectus esse in domo domini. Sed qui placuit segregare me ab vtero matris meę, & ab amicitia carnis & sanguinis ad gratiam suam trahere, eidē placuit inopem me omni boni meriti, suscitare de terra, & de lacu miseriarum, ac de luto fecis educere, vt collocaret me cum principibus populi sui, & partem meā in tua sorte poneret, vt te pręstante meritis, officio sociatus æquarer. Pręsumptione igitur non mea sed placito & ordinatione domini, fraternitatis tuę mihi fœdus vsurpans, tãto indignus honore me dignor, quia te pro tua sanctitate certo scio, nam veritate sapiens, non alta sapere, sed humilibus congruere. Ideoq; prompte & intime recepturum spero charitatem humilitatis nostrę. Quę quidem iam recepiße te per beatissimum sacerdotem Alipium, quia dignatur patrē nostrum, cõfido. Is enim sine dubio de se tibi exēplum prębuit nos ante notitiā & supra meritum diligendi, qui incognitos sibi nos & longinqua l. soli & J. salu intercapedine disparatos, spiritu verę dilectionis, qui vbiq; & penetrat & effunditur, & videre diligēdo potuit, & alloquēdo pertingere. Hic nobis prima affectus sui documenta, & charitatis tuę pignora in supradicto munere librorum dedit. Et quanto studuit impediō, vt sanctitatem tuā non ipsius tantum verbis, sed plenius eloquētia & fide tua cognita non possemus amare mediocriter, tantopere curasse eundem credimus, vt nos vicissim ipsius imitatione plurimum diligas. Gratia dei tecum, vt est, in æternum maneat, optamus frater in Christo domino vnanimē, venerabilis, desyderantissime. Totam domum, & omnem comitem, & æmulatorem in domino sanctitatis tuę plurimo fraternitatis vnanimę salutamus affectu. Panem vnum, quē vnanimittatis indicio misimus charitati tuę, rogamus accipiēdo benedicat.

scōstituti, toto.

L.

Rom. 12. 9. vni.

M.

Augustinus Paulino, amplectens illius beneuolentiam & mutuum declarans amorem: nonnulla de licentio, cuius a tati metuebatur, ne uergeret ad ea que sunt mundi. Epistola. XXXII.

DOMINO verē sancto & venerabili, & eximia in Christo laude prædicādo, fratri Paulino, Augustinus in domino salutē. O bone vir & bone frater, latebas animam meam, & ei dico vt toleret, quid adhuc lateas oculos meos, & vix l. mihi Job tēperat, imō non obtēperat. An verō tolerat? Cur ergo me excruciat desyderiũ tu apud ipsam intus animam? Nam si molestias corporis paterer, & si nõ perturbarēt equitatem animi mei, rectē illas tolerare dicerem. Cum autem

A autem non æquo animo fero quod te non video, intolerabile est istam appellare tolerantiam. Sed quando tu talis es, esse sine te fortasse intolerabili⁹ toleraretur. Bene est ergo quia æquo animo ferre nõ possum, quod si æquo animo ferrem, æquo animo ferendus non essem. Mirum est, sed tamen verum quod mihi accidit: doleoq; quod te non video, & meipsum consolatur dolor. Ita mihi displicet fortitudo, qua patienter fertur absentia bonorum, sicuti es. Nam & Hierusalem futuram desyderamus vtique, & quanto patientius ꝑ desyderamus ipsam, tanto patientius sustinemus omnino propter ipsam. Quis igitur potest non gaudere te viso, vt possit quandiu te non videt, non dolere? Ergo neutrum possum, & quoniã si possem, immaniter possem, non posse delector, atque in eo quod delector nonnullum solatium est. Dolentem itaque me nõ sedatus, sed consyderatus consolatur dolor. Ne reprehendas quãso sanctiore grauitate qua pręuales, & dicas nõ rectē me dolere quod adhuc te nõ nouerim, cum animum mihi tuum, hoc est te ipsum interiorem aspiciendum patefeceris. Quid enim si vsq; l. te in terrena tua ciuitate didicissem fratrem & dilectorem meum, & tantum in domino ac talem virum, nullum ne me dolerem sensurum fuisse arbitraberis, si non sinerer nosse domum tuam? Quomodo ergo non doleam quod nõdum faciem tuam noui, hoc est domum animę tuę, quam sicut meam noui? Legi enim literas tuas fluētes lac & mel, pręferentes simplicitatem cordis tui, in qua quaris dominũ & honorem. Legerunt fratres & gaudēt infatigabiliter & ineffabiliter, tã vberibus & tam excellentibus donis dei, bonis tuis. Quotquot eas legerūt, rapiunt, qui ꝑ rapiuntur cum legunt. Quam suauis odor Christi, & quam fragrat ex eis: dici non potest, illa litera cum te offerunt vt videaris, quantum nos excitēt vt queraris: nam & perspicabilem faciunt & desyderabilem. Quanto enim pręsentiam tuam nobis quodammodo exhibēt, tanto absentiam nos ferre non sinunt. Amant te omnes in eis, & amari abs te cupiunt. Laudatur & benedicitur deus, cuius gratia tu talis es. Ibi excitatur Christus, vt ventos & maria tibi placare tendenti ad stabilitatē suam dignetur. Ibi coniunx extitatur ꝑ non dux ad molliciem viro suo, sed ad fortitudinem redux in ossa viri sui: quam in tuam vnitate redactam & redditam, & spiritalibus tibi tãto firmioribus, quãto castioribus nexibus copulatam, officiis vestrę sanctitati debitis in te vno ore salutamus. Ibi cędri Libani ad terram depositę, & in arcę fabricam cõpagine charitatis erectę, mundi huius fluctus imputribiliter secant. Ibi glõria vt acquiratur, contemnitur: & mundus vt obtineatur, relinquitur. Ibi paruuli, siue etiã grandiusculi filij Babylonis eliduntur ad petram, vitia scilicet confusionsis superbięq; secularis. Hęc atque huiusmodi suauissima spectacula, litera tuę præbent legētib; literę illaliterę fidei, nõ fictę, literę spei bonę, literę purę charitatis. Quomodo nobis anhelat sitim tuam, & desyderiũ defectumq; animę tuę in atria domini? Quid amoris sanctissimi spirant? Quantam opulentiam sinceri cordis exastuant? Quas agunt gratias deo: Quas impetrant a deo: Blandiores sunt, an ardentiores: luminosiores, an fœcundiores? Quid enim est quod ita nos mulcent, ita accendunt: ita compluunt, & ita serenę sunt? Quid est quãso te, aut quid tibi pro eis rependam, nisi quia totus sum tuus in eo, cuius totus es tu. Si parum est, plus certe non habeo. Tu autem feci-

impatientius.

quia.

videatur a legētib; ibi coniunx.

mente vna salutamus

Tomus secundus.

si vt non mihi parum videatur, qui me in illa epistola tãtis laudibus honorare dignatus es, vt cum tibi me refundo, si parum hoc tibi putem, non credidisse conuincar. Pudet me quidem tantum boni de me credere, sed plus piget tibi non credere. Est quod faciam. Non me credam talem qualem putas, quoniã non agnosco: & credam me abs te diligi, quoniã sentio & planē percipio: Ita nec in me temerarius, nec in te ingratus extitero. Et cum me tibi totum offero, parum non est: offero enim quem vehementissime diligis: & offero, si non qualem me esse arbitraris, eum tamen, pro quo vt talis esse merear deprecari. Hoc enim magis iam peto facias, ne minus optes mihi adici ad id quod sum, dũ me existimas iam esse quod nõ sum. Ecce charissimus meus est, & ab ineunte adolescentia mihi familiariter amicissimus, qui hanc eximietati tuę ac pręstatißimę charitati epistolam apportat. Huius nomē est in libro de vera religione, quem tua sanctitas (quantum literis indicas) libetissime legit. Factus est enim tibi etiam tanti viri, qui tibi eum misit, commendatione iucundior. Neque enim ꝑ huic tam familiari amico meo velim credas, quę de me forte laudans dixerit. Scĩ enim etiam ipsum sape non mentiens studio, sed amandi propensione falli iudicantem, & arbitrari iam me accepisse quãdam, quibus accipiendis a domino patente ore cordis inhiare. Et si hoc in os meum, quis non conciat quanta de me absente meliora quã veriora legitus effundat? Librorum autem nostrorum copiã faciet venerabili studio tuo: nã nescio me aliquid, siue ad eorum qui extra Ecclesiam dei sunt, siue ad aures fratrum scripsisse, quod ipse non habeat. Sed tu cũ legis mi sanctę Pauline, non te ita rapiant, quę per nostram infirmitatem veritas loquitur, vt ea quę ipse loquor, minus diligenter aduertas: ne dum audis hauris bona & recta, quę data ministro, non ores pro peccatis & erratis quę ipse cõmitto. In iis enim si aduerteris quę tibi rectē displicebunt, ego ipse conspicio: in iis autem quę per donum spiritus, quod accepisti, rectē tibi placent in libris meis, ille amandus, ille prædicandus est, apud quē est fons vitę, & in cuius lumine videbimus lumen, & sine enigmate & facie ad faciem, nunc autem in enigmate videmus. In iis ergo quę ipse de veteri fermento eructant, cũ ea legēs agnosco, me iudico cũ dolore in iis verō quę de azymis sinceritatis & veritatis (dono dei) dixi, exulto cũ tremore. Quid enim habemus quod nõ accepimus? Apud deum enim ꝑ melior est, qui maioribus & pluribus, quã qui minoribus & paucioribus donis dei diues est, quis negat? Sed rursus melius est vel de paruo dei dono gratias ipsi agere, quã sibi agi velle de magno. Hęc vt ex animo semper cõfitear, meiq; cor a lingua mea non dissonet, ora pro me frater: Ora obsecro, vt non laudari volens, sed laudans inuocē dominum, & ab inimicis meis saluus fiam. Est etiã aliud, quo istum fratrem amplius diligas: nam est cognatus venerabilis, & vere beati episcopi Alipij, quem toto petore amplectens, & merito: nam quisquis de illo viro benigne cogitat, de magna dei misericordia, & de mirabilibus dei muneribus cogitat. Itaque cum legisset petitionem tuam, qua desyderare te indicasti, vt historiam suam tibi scriberet, & volebat facere propter beneuolentiam tuam, & nolebat propter verecundiã suã. Quem cũ viderem inter amorē pudoremq; fluctuantem, onus ab illo in humeros meos transtuli: nam hoc mihi etiam per epistolam iussit. Cito ergo, si dominus adiuuerit, totum Alipium inseram pręcordiis tuis: Nã

tamen.

E.

id est bona potius quã vera. Sic aliquoties loquitur, Luit imitatus.

At enim.

d ij hoc

G hoc sum ego maxime veritus, ne ille vereretur aperire omnia, quæ in eum dominus contulit, ne alicubi minus intelligenti (Non enim abs te solo illa legerentur) non diuina munera concessa hominibus, sed seipsum prædicare videretur, & tu qui nosti quomodo hæc legas, propter aliorum cauendam infirmitatem, fraternæ noticiæ debito fraudareris. Quod iam fecissem, iamq; illud legeres, nisi profectio fratris improuisa repente placuisset. Quem sic comendo cordi & linguæ tuæ, ut ita comitem ei te præbeas, quasi non nunc illum, sed mecum ante didiceris. Si enim cordi tuo non dubitauerit aperire seipsum, aut ex omni aut ex magna parte sanabitur per linguam tuam. Volo enim eum numerosius contundi eorum vocibus, qui amicum non seculariter diligunt. Filium autem eius filium nostrum, cuius etiam nomen in aliquibus nostris libris inuenies: & si ad tuæ charitatis præsentiam ipse non pergeret, statuerat * literis in manu tua tradere, consolandum, exhortandum, instruendum, non tam oris sono, quam exemplo roboris tui. Ardeo quippe, ut dum adhuc ætas eius in viridi feno est, zizania couertat in frugem, & credat expertis, quod experiri periculose desyderat. Nunc ergo ex eius carmine, & ex epistola, quam ad eum misi, intelligit beneuolentissima & mansuetissima prudentia tua, quid de illo doleam, quid timeam, quid cupiam. Nec despero affuturum dominum, ut per te ministrum eius tantis curarum æstibus liberet. Sanè quia multa scripta nostra lecturus es, multo erit mihi gratior dilectio tua, si ex iis quæ tibi displicuerint, emendaueris me iustus in misericordia, & argueris me. Non enim talis es, cuius oleo timeam impinguari caput meum. Fratres non solum qui nobiscum habitant, & qui vbilibet habitantes, deo pariter seruiunt, sed prope omnes qui nos in Christo libenter nouerunt, salutant, venerantur, desyderat germanitatem, beatitudinem, humanitatem tuam. Non audeo petere, sed si tibi ab ecclesiasticis muneribus vacat, venias & videas † quid mecum sentiat Aphrica.

* aliis statueram.

† vacat, videtur.

Paulinus Augustino, non recepto ab eo responso, de quo per alium scribit eadem quæ prius.
Epistola. XXXIII.

DOMINO fratri sancto & vnanimi Augustino, Paulinus & Therasia peccatores. Iam dudum frater in Christo domino mi vnanimè, ut te in sanctis & piis laboribus tuis nescientem agnouit, absentemq; vidi, tota mente complexus, alioquo quoque familiariter atque fraterno per literas audire properaui. Et credo in manu & in gratia domini sermonem meum ad te fuisse perlatum: sed morante adhuc puero, quem ad te aliosq; dilectos æque deo salutandos, ante hyemem miseramus, non potuimus ultra & officium nostrum suspendere, & desyderium sermonis tui cupidissimum temperare. Scripsimus itaque iterato nunc, si priores ad te literæ nostræ peruenire meruerunt: aut primo, si illis in manus tuas perueniendi felicitas non fuit. Sed tu frater spiritualiter omnia iudicans, amorem in te nostrum ne pendas officio solo, aut tempore literarum. Dominus enim testis est, qui vnus atque idem operatur in suis vbique charitatē suā, iam abinde nobis, ex quo te beneficio venerabilium episcoporum Aurelij & Alipij, per tua in Manichæos opera cognouimus, ita inditam dilectionem tuam, ut nobis non nouam aliquam amicitiam sumere, sed quasi veterem charitatem resumere videremur. Denique nunc & si sermone, non tamen tanquā & affectu rudes scribimus, teq; vicissim in spiritu per interiorē hominē

quasi cognoscimus. Nec mirū si & absentes assumus vobis, & ignoti nosmet nouimus, cum vnus corporis membra simus, vnum habeamus caput, vna perfundamur gratia, vno pane viuamus, vna incedamus via, eadem habitemus domo. Denique in omne quod sumus, tota spe ac fide qua stamus in præsentia, nitimur in futurum, tam in spiritu quā in corpore domini vnum sumus, ne simus nihil si ab vno excidamus. Quātulum ergo est quod absentia corporalis nobis inuidet nostrum, nisi sanè fructum istum, quo pascuntur oculi temporalium expectatores: quāuis nec corporalis quidem gratia, temporalis in spiritualibus dici debeat, quibus etiam corporum æternitatem resurrectio largietur, ut audeamus in virtute Christi & bonitate dei patris vel indigni præsumere. Quare vtinam hoc quoque nobis munus annueret gratia dei, per dominum nostrum Iesum Christum, ut etiam in carne faciem tuam videremus: non solum desyderiis nostris magnū conferretur gaudium, sed etiam mentibus lumen accresceret, & ex tua copia locupletaretur inopia nostra. Quod quidem & absentibus largiri potes, hæc præsertim occasione, qua filij nostri vnanimè & charissimè nobis in domino, Romanis & Agilis, quos ut nos alios * tibi comendamus, in nomine domini reuertentur, opere charitatis impleto, in quo tuæ charitatis affectu specialiter vtantur rogamus. Nosti enim quā celsa promittat altissimus fratri, fratrem adiuantem. Per hos, si quo me gratiæ, quæ tibi data est, dono remunerari voles, tutō facies. Sunt enim, velim credas, vnum cor, & vna nobiscum in domino anima. Gratia dei tecum, vt est, in æternum maneat frater in Christo domino vnanimè, venerabilis, dilectissime, & desyderabilis. Omnes in Christo sanctos, quales tibi coherere non dubium est, à nobis saluta. Commenda nos omnibus sanctis, vt tecum pro nobis orare dignentur.

Augustinus Paulino, ad proximam epistolam respōdet: nam superiorem nondum acceperat.

Epistola. XXXIII.

DOMINIS dilectissimis & sincerissimis, verè beatissimis, atque abundantissima dei gratia præstantissimis fratribus Paulino & Therasia, Augustinus in domino salutem. Cum literas meas, quibus respondi prioribus vestris, si tamen vestris literis vilo modo à me responderi potest, celerime optauerim venire in vestra charitatis manus, ut quo pacto absens cito possem esse vobiscum, lucrum mihi vestræ epistolæ contulit tarditas mea. Bonus dominus, qui non tribuit sæpe quod volumus, ut quod malimus attribuat. Aliud est enim quod accepta epistola mea scripturi estis, aliud quod non accipiendo scripsistis. Quod cū lætissime legeremus, desuisset nobis certa ista læticia, si vt optauimus maximeq; volumus, cito ad vestram sanctitatem nostræ literæ permeassent. Nunc verò & hæc habere scripta, & illa sperare rescripta, gaudij cumulatione delectat. Ita nec nostra culpa accusari potest, & domini largior benignitas fecit quod nostro desyderio conducibilis esse iudicauit. Sanctos fratres Romanum & Agilem, aliam epistolam vestrā audientem voces atque reddentem, & suauissimam partem vestræ præsentia, quia † vobis visendis inhieramus † audius, cum magna in domino iucunditate suscepimus. Vnde, aut quando, aut quomodo vel vos præstare, vel nos possemus exigere, vt nos de vobis tanta scribendo doceretis, quanta eorum ore didicimus? Aderat etiam quod nulli chartæ adesse potest, tantum in nar-

† qua. † inhiere.

A in narrantibus gaudium, vt per ipsum etiam vultum oculosq; loquentium, vos in cordibus eorum scriptos cum ineffabili læticia legeremus. Hoc quoque amplius erat, quod pagina qualibet quantacunque bona scripta contineat, nihil ipsa proficit, quāuis ad profectum explicetur aliorum. Hanc autem epistolam vestram, fraternam scilicet animam, sic in eorum colloquio legēbamus, vt tanto beator appareret nobis, quanto vberius conscripta esset ex vobis. Itaque illum ad eiusdem beatitatis imitationem, studiosissime de vobis omnia percontando, in nostra corda trāscripsimus. Nec ideo tamen eos tam cito à nobis, licet ad vos remeantes, sine molestia passi sumus. Videte enim quæso vos quibus quatiēbamur affectibus: tanto vtique dimittendi erant velocius, quanto vobis impensius obedire cupiebāt. Sed quanto id cupiebant magis, tāto vos nobis præsentius exhibebant: eo quippe indicabant quā chara vestra viscera essent. Tanto igitur eos minus dimittere volebamus, quāto iustius vt dimitterentur, instabant. O rē non ferendam, nisi à nobis ista discessio non discederemus, nisi vnus esset corpus corporis membra, vnum haberemus caput, vna perfunderemur gratia, vno pane viueremus, vna incederemus via, eadē inhabitaremus domo. Cur enim non eisdem etiam verbis vteremur? Agnoscis enim credo hæc esse ex epistola vestra. Sed cur potius hæc vestra sint verba quā mea, quæ vtique quā vera sunt, tam à nobis ab eiusdem capitis comunione proueniūt. Et si aliquid proprium vobis donatum habent, tanto magis ea sic dilexi, vt obiderent viam pectoris mei, neque à corde ad linguam meam verba transire sinerent, donec tanto priora, quāto sunt vestra, procederent. Sancti fratres & dilecti deo, nostraq; inuicem membra, quis dubitet nos vno spiritu vegetari, nisi qui non sentit qua nobis dilectione vinciamur? Vellem tamen scire, vt rum hanc absentia corporalem, vos patientius quā nos facilius toleretis? Si ita est, fateor non amo istam fortitudinem vestrā, nisi forte quia nos tales sumus, vt minus à vobis desyderari, quā vos desyderare debeamus. In me certe si esset patientia vestra absentia perferende, displiceret mihi: segniter enim agerem, vt vos viderem. Quid autē absurdum, quā fortitudinem fieri legiorem? Sed qua ecclesiæ cura tener, ex hoc vestra charitas oportet attendat, quod beatissimus pater Valerius, qui vos nobiscū quantum salutat, quantum sicut, audietis ex fratribus, nec presbyterum me esse suum passus est, nisi maiorem mihi coëpiscopatus sarcinam imponeret. Quod quidē quia tanta eius charitate, tantoq; populi studio dominum id velle credidi, nonnullis iam exemplis præcedentibus, quibus mihi omnis excusatio clauderetur, vehementer timui excusare. Sed quāquā iugum Christi per seipsum leue sit, & sarcina leuis, tamen propter nostram asperitatem atque infirmitatem, si quid me mordet hoc vinculum, atque vrget hoc onus, ineffabiliter mihi aliquanto vestra præsentia solatio, tolerabilis & portabilis redderetur. Vos audio curis eiusmodi expeditores liberioresq; viuere, quare non impudenter ego rogo vos, & postulo, & flagito, vt in Aphricam maiore talium hominum siti, quā siccatas nobilitate laborantem, venire dignemini. Scit deus quia non solum propter desyderiū meum, neq; solum propter eos qui vel per nos vestrum propositum, vel vndecunq; fama prædicante didicerunt, sed etiam propter ceteros, qui partim non audiunt, partim audita non credunt, tamen possunt comperta diligere, vos istis terris

Valerij episcopi Augustinus

79

Tomus secundus.

etiam corporaliter adesse cupimus. Quāuis enim sedulo atq; misericorditer id agitis, tamen etiam coram hominibus regionum nostrarum luceant opera vestra, vt videant bona facta vestra, & glorificet patrem vestrum qui in caelis est. Piscatores vocante domino, quod nauiculas & retia dimiserunt, omnia se dimisisse, & dominum sequutos esse, etiā commemorādo lætati sunt. Et reuera omnia contemnit, qui non solum quantum potuit, sed etiam quantum voluit habere, contemnit. Sed in eo quod cupiebatur, oculi dei testes sunt, in eo quod habebatur etiam hominum. Nescio quo autem modo, cū superflua & terrena diliguntur, arctius adepta quā concupita constringunt. Nā vnde tristis ille discessit, qui consilium vitæ æternæ consequendæ quærebat à domino, cum audisset vendenda esse omnia sua, & distribuenda esse pauperibus, & habendum thesaurum in caelo, si vellet esse perfectus: nisi quia magnas, vt Euāgelij loquitur, habebat diuitias? Aliud est enim nolle incorporare quæ desunt, aliud iam incorporata diuellere. Illa velut cibi repudiatur, illa velut membra præciduntur. Quanto igitur & quantum mirabili gaudio nostris temporibus christiana charitas conspicit, per domini Euāgelium cum læticia fieri, quod ex ore domini cum tristitia diues audiuit? Quāquam nullis verbis explicem conceptionem ac parturitionem cordis mei, tamen quia prudenter & pie intelligitis non esse istam vestram, hoc est humanam, sed in vobis domini gloriam. Nam & inimicum cautissime intuemini, deuotissimeq; agitis, vt tanquam discipuli Christi humiles corde & mites sitis, vtilius enim terrena opulentia tenetur humiliter, quā superbe relinquatur. Quia ergo recte intelligitis non hanc esse vestram, sed domini gloriam: videtis quā parua & exigua dixerim. Dixi enim de laudibus Christi, quibus sunt lingue impares angelorum. Hanc ergo Christi gloriam etiam oculis nostrorum hominū cupimus admoneri, in vno coniugio proposita vtique calcandæ superbiam, non desperandæ perfectionis exempla. Nescio si quicquam misericordius agitis, quā si tantum velitis latere, quod tales estis, quātum tales esse voluistis. Vetus tinum impiis quoq; miserabilem puerum vestra benignitati charitatiq; commendo: causas calamitatis & peregrinationis eius audietis ex ipso. Nam & propositum eius, quo seruiturum se esse pollicetur deo, tempus prolixius, & ætas robustior, & transactus timor certius indicabunt. Tres libros, atque vtinam tam grandis quæstionis ita explicatores vt grandes, tanto minus metuens in te laborem legendi, quanto ardorem perspicio diligendi, misi sanctitati & charitati tuæ: nam quæstio eorum de libero arbitrio est. Hos autem non habere, aut omnes non habere fratrem Romanianum scio, per quæ prope omnia, quæ quibilibet auribus accommodata scribere potui, studio in nos tuo non apportanda dedi, sed ad legēda iudicauit. † Habebat enim iam ille omnia, secumq; gestabat: per eum autem prima rescripta tranmissi. Credo iam expertam sanctitatem tuam sagacitate spiritali, quā tibi dominus tribuit, quid ille vir boni animo gerat, & quæ in illo infirmitate pars claudicet. Vnde humanitati & charitati tuæ tam ipsum quā filium eius, legisti, vt spero, quā sollicitudine commendauerim, & quanta mihi necessitudine copulati sint. Aedificet eos per te dominus, quod ab illo magis petēdum est: nam id tu quāuis velis noui: Aduersus Paganos te scribere didici ex fratribus: si quid de tuo pectore meremur, indifferenti mitte vt legad iij mus;

Luc. 18.

E

† nolitis.

† legenda indicauit.

G mus: nam peccatus tuum tale domini oraculum est, vt ex eo nobis placita contra implicita, & aduersus loquacissimas questiones explicatissima dari responsa presumamus. Libros beatissimi papae Ambrosij credo habere sanctitatem tuam, eos autem multum desydero, quos aduersus nonnullos imperitissimos & superbissimos, qui de Platonis libris dominum profecisse contendunt, diligentissime & copiosissime scripsit. Beatissimus frater Seuerus de condisciplinatu nostro Milenitanæ antistes ecclesie, bene apud eandem ciuitatem fratribus cognitus, debito nobiscum officio sanctitatem vestram salutatur. Fratres quoque omnes nobiscum domino seruietes, tam id faciunt, quam vos desyderant: tam vos desyderant, quam vos diligunt: & tam diligunt, quam estis boni. Panis quem misimus, vberior benedictio fiet, dilectione accipientis vestre benignitatis. Custodiat vos dominus ab ista generatione in æternum, domini dilectissimi & syncerissimi vere benigni & abundantissima domini gratia prestantissimi fratres.

Paulinus Alipio Episcopo, de libris Augustini quos recepit, excusans quod seruus miserit ad illum Eusebii Chronica. Cupit edoceri de statu Alipij, ipse uicissim de suo nonnulla aperit, ueluti significans se uel le Alipij uitam in literas mittere. Tres panes dono mittit. Hoc argumentum præcedit epistolam trigesimam secundam. Epistola. XXXV.

H

DOMINO merito honorabili, & beatissimo patri Alipio, Paulinus & Therasia peccatores. Hæc est vera charitas, hæc perfecta dilectio, quam tibi circa humilitatem nostram inesse docuisti, domine vere sancte & merito beatissime ac desyderabilis. Accepimus enim per hominem nostrum Iulianum de Carthagine reuertentem literas, tantam nobis sanctitatis tuæ lucem afferentes, vt nobis charitatem tuam non agnoscere, sed recognoscere uideremur. Quia uidelicet ex illo, qui nos ab origine mundi predestinavit sibi, charitas ista manauit: in quo facti sumus antequam nati, quia ipse fecit nos, & non ipsi nos, qui fecit quæ uentura sunt. Huius igitur præscientia & opere formati in similitudinem uoluntatum, & unitatem fidei, uel unitatis fidem, præueniente notitiam charitatis connexi sumus, vt nos inuicem ante corporales conspectus reuelante spiritu nosceremus. Gratulamur itaque & gloriamur in domino, qui vnus atque idem ubiq; terrarum operatur in suis dilectionem suam spiritus sancto, quem super omnem carnem effudit, fluminis impetu lætificans ciuitatem suam. In cuius te ciuibus principale cum principibus populi sui, sede apostolica merito collocauit: nosq; etiam, quos erexit elisos, & de terra inopes suscitauit, in uestra uoluit forte numerari. Sed magis gratulamur in eo domini munere, quo nos in peccatoris tui habitatione constituit: quoque ita uisceribus tuis insinuare dignatus est, vt peculiarem nobis charitatis tuæ fiduciam uendicemus, his officiis atque muneribus prouocati, vt nos diffidenter aut leuiter te amare non liceat. Accepimus enim insigne & præcipuum dilectionis & sollicitudinis tuæ opus, sancti & perfecti in domino Christo uiri, fratris nostri Augustini libris quinque confectum, quod ita miramur atque suspicimus, * vt dictata diuinitus uerba credamus. Itaque fiducia suscipiendæ nobis vnanimi-tatis tuæ, & ad ipsum scribere ausi sumus, dum nos illi per te, & de imperitia excusandos, & ad charitatem commedandos presumimus, sicut & omnibus sanctis, quorum nos & absentium officiis sospitare dignatus es, pa-

Mal. 99

* aliis suscipimus.

ri proculdubio curaturus affectu, vt per sanctitatem tuam, nostris inuicem salutetur obsequiis, & in clero sanctitatis tuæ comites, & in monasteriis fidei ac uirtutis tuæ amulatores. Nam & si in populis, ac super populum agas oues pascuæ domini, regens sollicitis uigil pastor excubiis, tamen abdicatione seculi, & repulsa carnis ac sanguinis, desertum tibi ipsi fecisti, secretus à multis, uocatus in paucis. Sanè uicario aliquatenus munere, licet per omnia tibi impar, vt iusseras prouidi illum Eusebii uenerabilis episcopi Constantinopolitani, de cunctis temporibus historiam. Sed in hoc fuit obtemperandi mora, quod in fructu tuo, quia ipse non haberem hunc codicem, Romæ reperi apud parentem nostrum uere sanctissimum Domnionem qui proculdubio promptius mihi paruit in hoc beneficio, quod tibi deferendum iudicauit. Veruntamen quia & loca tua mihi significare dignatus es, vt ipse monuisti, ad uenerabilem socium coronæ tuæ, patrem nostrum Aurelium ita scripsimus, vt si nunc Hippona regione degeres, illò tibi literas nostras, & transcribendam in Carthagine membranam mittere dignaretur. Quod & sanctos uiros quos indices charitatis ipsorum tuo sermone cognouimus, Comitem & Euodium rogauimus, vt hæc scribere ipsi curaret, ne uel parenti Domnioni diutius codex suus deforet, & tibi transmissus sine necessitate redhibendi maneret. Specialiter autem hoc à te peto, quonia me immerentem & inopinantem magno tui amore completi, vt pro hac historia teporum, referas mihi omnia tuæ sanctitatis historiam: vt quod genus, unde sis domo, tanto uocatus à domino, quibus exordiis segregatus ab utero matris tuæ, ad matrem filiorum dei prole lætantem, abiurata carnis & sanguinis stirpe transieris, & in genus regale & sacerdotale sis translatus, ediferas. Quod enim indicasti, iam de humilitatis nostræ nomine apud Mediolanum te didicisse, cum illic initiatoreris, fateor curiosus me uelle cōdiscere, vt ex omni parte te nouerim, quo magis gratuler, si à suspiciendo mihi patre nostro Ambrosio, uel ad fidem inuitatus es, uel ad sacerdotium consecratus, vt eundem ambo habere uideamur authorem. Nam ego & si à Delphino Burdegaliæ baptizatus, à Lampio apud Barcionam in Hispania, per vim inflammata subito plebis sacratus sim, tamen Ambrosij semper & dilectione ad fidem nutritus sum, & nunc in sacerdotij ordine cōfoueor. Denique suo me clero uendicare uoluit, vt & si diuersis locis dega, ipsius presbyter censear. Sed de me ne quid ignores, scias antiquissimum peccatorem, non ita olim de tenebris & umbra mortis eductum, spiritum auræ uitalis hausisse, nec ita olim posuisse in aratro manum, & crucem domini sustulisse, quam ut in finem perferre ualeamus, orationibus tuis adiuenimur. Accumulabitur hæc meritis tuis merces, si interuentu tuo onera nostra releuaueris. Sanctus enim laborantem adiuanus, quia fratrem non audemus dicere, exaltabitur sicut ciuitas magna. Et tu quidem super montem ciuitas ædificata es, uel accensa super candelabrum lucerna in septiformi claritate colluces, nos sub modio peccatorum delitescimus: uisita literis tuis, & profer in lucem in qua ipse uersaris, super aurea candelabra conspicuus. Eloquia tua lumen semitis nostris erunt, & oleo lucernæ tuæ impinguabitur caput nostrum. Et accendatur fides, cum de spiritu oris tui cibum mentis & lumen animæ sumpserimus. Pax & gratia dei tecum, & corona iustitiæ tibi maneat in die illo, domine pater merito dilectissime, & uenerabilis & exoptatissime.

Paulinus familiaris Ambrosio, hinc sumpsit occasionem, qui scripsit uita Ambrosij.

M

† instructu.

† indicauit.

Panis dono missus.

A Benedictos sanctitatis tuæ comites & amulatores in domino fratres, si dignantur, nostros, tam in ecclesiis quam in monasteriis Carthagini, Thagasta, Hippone regio, & totis parochiis tuis atque omnibus cognitis tibi per Aphricam locis, domino catholice seruietes, multo affectu & obsequio salutari rogamus. Si ipsam membranam sancti Domnionis acceperis, transcriptam nobis remittere dignaberis. Et hoc rogo scribas mihi quem hymnum meum cognoueris. Panem unum sanctitati tuæ unitatis gratia misimus, in quo etiam trinitatis soliditas continetur. Hunc panem eulogiam esse, tu facies dignatione sumendi.

Paulinus Romaniano, gratulans ecclesie Hipponensi quod Augustinum meruit episcopi collegam Licentium pro quo scripserat Augustinus, hortatur et pro se et carmine, ut contempto uale fastu, se dedit Christo.

Epistola. XXXVI.

DOMINO merito prædicabili & honorando fratri Romaniano, Paulinus & Therasia. Prædica quam has daremus, reuersis ex Aphrica fratribus nostris, quorum expectatione nos pendere uidiisti, optatissime sanctorum & charissimorum uirorum inde epistolas receperamus, id est Aurelij, Alipij, Augustini, Profuturi, Seueri, iam omnium pariter episcoporum. Ergo tot sanctorum talium recentissimis sermonibus gratulantes, properauimus ad te nostram referre læticiam, vt tibi quoque expectatum in peregrinatione sollicita gaudium festiuissimis cōferremus indicis. Si forte eadem de uenerabilibus & amatissimis uiris per aliarum aduentus nauium comperisti, per nos etiam repetita accipe, & quasi renouata hilaritate rursus exulta. Quod si primus hic à nobis tibi nuncius ueniet, gratulare tantam in nobis in tua patria charitate Christo donante partam, vt quicquid illic diuina prouidentia gerat, mirabilis semper, vt scriptum est, in sanctis suis, uel primi, uel cum primis sciamus. Nō autem tantum hoc scribimus gratulandum, quod episcopatum Augustinus acceperit, sed quod hæc dei curam meruerint Aphricanæ ecclesie, vt uerba celestia Augustini ore perciperent, qui ad maiorē dominici muneris gratiam nouo more prouectus, ita consecratus est, vt non succederet in cathedra episcopo, sed accederet. Nā in columi Valerio Hipponensis ecclesie episcopo, cōepiscopus Augustinus est. Et ille beatus senex, cui purissimam mentem nulla vnquam liuentis inuidiæ macula suffudit, dignos sui cordis pace nunc ab altissimo fructus capit, vt quem successorem sacerdotij sui suppliciter optabat, hunc mereretur tenere collegam. Credi ne hoc potuit antequam fieret. Sed in hoc quoque omnipotentis opere dici euangelicum illud potest: Hominibus hæc ardua, apud deum autem omnia possibilis. Exultemus itaque & lætemur in eo qui facit mirabilia solus, & qui facit vnanimis habitare in domo, quonia ipse respexit humilitatem nostram, & uisitauit in bono plebem suam: qui erexit cornu in domo Dauid pueri sui, & nunc exaltauit cornu Ecclesie suæ in electis suis, vt cornua peccatorum (sicut per prophetam spondet) hoc est Donatistarum Manichæorumque confringat. Vtinam hæc nunc domini tuba, qua per Augustinum intonat, filij nostri Licentij impulset auditus, sed ut illa audiat aure, qua Christus ingreditur, de qua non rapit dei semen inimicus. Tunc uere sibi summum Christi pontifex Augustinus uidebitur, quia se tunc & exauditum sentiet ab excelso, si quem tibi dignum genuit in literis, hunc & sibi digne filium pariat in Christo.

Tomus secundus.

Gratulatio. Hoc fieri uoluit in eo quem sibi suum ex populi consensu designauit. Extat acti.

† simpliciter

Nam & nunc, uelim credas, flagrantissima de ipso nobis solitudine scripsit. Credimus in omnipotentem Christum, quod adolescentis, nostri uotis carnalibus spiritalia uota Augustini praualeant: Vincetur uel inuitus (mihi crede) uincetur purissimi parentis fide, ne mala uictoria vincat, si maluerit in perniciem suam uincere, quam pro salute superari. Ne uacuum fraternæ humanitatis officium uideretur, de buccellato christiana expeditionis, in cuius prociectu quotidie ad frugalitatis annonam militamus, panes quinque tibi pariter & filio nostro Licentio misimus. Non enim potuimus à benedictione secernere, quem cupimus eadē nobis gratia penitus annectere. Paucis tamen & ad ipsum loquamur, ne neget sibi scriptum, quod de se tibi scriptum est. Aeschino enim dicitur, quod audit Mitio. Sed quid de alienis loquar, cum de proprio cuncta possimus, & aliena loqui non solet esse sani capitis, quo dei gratia sano & saluo sumus, quibus caput est Christus. Incolumem te ætate quam plurima, & beatum semper cum tota domo tua, ut cupimus, habeamus in Christo, domine frater merito honoratissime & desyderatissime. Audi ergo sili legem patris tui, id est fidem Augustini, & noli repellere consilia matris tuæ, quod æque nomen in te Augustini pietas iure sibi uendicat, qui te tantillum gestauit sinu suo, & à paruulis primo lacte sapientie secularis imbutum, nunc etiam spiritalibus lactare & enutrire domino gestit uerberibus. Quoniam te adultum ætate corporea, in spiritalibus adhuc cunabulis uagientem, uidet adhuc infantem uerbo dei uix dū in Christo primis passibus & uestigio titubante repentem, si tamen Augustini doctrina tanquam manus matris, & uia nutritis instabile regat paruulum. Quem si audias & sequaris, ut rursus te sermone Salomonis alliciam, Fili coronam accipies gratiarum tuo uertici. Et tunc uere eris ille non phantasmate somnuius, sed ab ipsa ueritate formatus consul & pontifex, uacuas imagines falsi operis implente Christo solidis suæ operationis effectibus. Vere enim pontifex & uere consul Licenti eris, si Augustini uestigis Prophetis & Apostolicis disciplinis, ut sacro beatus Helisus Helia, ut illustri Apostolo Timotheus adulescens adhaereas, in diuulso per itinera diuina comitatu, ut & sacerdotium corde perfecto discas mereri, & populis ad salutem magistri ore consulere. Sat hoc monitis & hortatui, Modico enim sermone & labore te arbitror mi Licenti ad Christum posse incitari, iam à pueris semper ad studia ueritatis & sapientie, quod utrunq; uere est Christus, & omnis boni summum bonum, uenerabilis Augustini spiritu & ore flammatum. Qui si parum apud te pro te ualuit, quid ego tato interuallo posterior, & omnium illius opum pauper, efficiam? Sed quia & illius facultatis potentia, & tui ingenij humanitate confusus, pleniora atque maiora in te spero elaborata quam elaboranda, ausus sum hicere duplici gratia, ut & illi uiro deuincta charitate compararer in sollicitudine tui, & inter eos qui salutem tuam diligunt, uel contestato numerarer affectu. Nā effectus in tui perfectione palmam Augustino potissimum destinata scio. Vereor sili ne aures tuas asperitate temerarij sermonis offenderim, & per aures animo etiam tuo tegidij mei uulnus intulerim. Sed in mentē uenit epistola tua qua te musicis familiariter modis intellexi, a quo studio ego æui quondam tui non abhorruui. Itaq; mihi ad tuam mentem, si in aliquo exulcerassem, delinenda, remedium literas tuas recordat' reperi, ut te ad dominum harmonie omniformis artificem, modum

Panes benedicti.

E

F

d iij lamine

G lamine carminis evocarem. Quæso te vt aure audias, neque causam salutis tuæ in verbis meis spernas, sed piam curam & mentem paternam, etiam in despiciendis sermonibus libenter accipias, quibus insitum Christi nomen, quod est supra omne nomen, hæc debere venerationem facit, vt non possit à credente contemni. Quare age rumpe moras, & vincla tenacia secli, Nec metuas placidi mite iugum domini. Pulchra quidem sed mira vagis præsentia rerum, Mentibus at sapiens non stupet ista animus. Nunc te sollicitat variis male suada figuris, Heu validos etiam vertere Roma potens. Sed tibi nate precor, semper pater Augustinus Occurset, cunctas vrbes ad illecebras. Illum tanta inter fragilis discrimina vitæ Aspiciens, & habens pectore, tutus eris. Hoc tamen & repetens iterumq; iterumq; monebo, Vt fugias duræ lubrica militia.

Odit longâ seruitutem. Blandum nomen honos, mala seruitus, exitus æger, Quem nunc velle iuuat, mox voluisse piget. Scandere celsa iuuat, tremor est descendere celsis, Si titubes, summa peius ab arce cadēs.

H Nunc tibi falsa placet bona, nunc rapit omnibus auris Ambitus, & vitreo fert cauta fama sinu. Ast vbi te magno damnosus cinxerit æstu Baltheus, & sterilis fregerit inde labor, Serus & incassum spes accusabis inanes, Et modo quæ necis rumpere vincla voles. Tunc reminisceris frustra patris Augustini Contempsisse dolens veridicos monitus. Quare si sapiens, & si pius es puer audi, Et cape verba patrum, consiliumq; senum. Quid retrahis fera colla iugo: mea sarcina leuis, Suaue iugum Christi est, vox pia, crede deo: Et caput adde iugis, da mollibus ora capistris, Demissosq; leui subde humeros oneri. Nunc potes hoc dum liber agis, dum nulla retentant Vincula, nulla thori cura, nec altus honor. Hæc bona libertas Christo seruire, & in ipso Omnibus esse supra: non dominis hominum, Non vitis seruit, non regibus ille superbis, Tantum qui Christo se dedit domino. Nec tibi nobilitas videatur libera, quam nunc Sublimem attonita conspicias vrbe vehi.

I Quam cernis tanta sibi libertate videri, Vt dedignetur flectere colla deo. Multis ille miser mortalibus & quoq; seruis Seruit, & ancillas vt dominetur emit. Norunt eunuchos & magna palatia passi, Et quisquis Romam, sponte miser, paritur: Quanto sudoris precio, damnoq; decoris Conster, ibi chlamydis, hic honor officij. Nec tamen ipse potens, qui celsior omnibus esse Emerit, vt nulli seruiat, assequitur. Cum bene se tota dominum iactauerit vrbe, Seruit dæmoniis, ac t' simulacra colit. Proh dolor hos propter remoraris in vrbe Licenti, Et regnum Christi spernis, vt his placeas. Hos vocitas dominos, curua & ceruice salutas, Quos ligni seruos conspicias & lapidis. Nomine diuino argentum venerantur & aurum, Religio est quod amat morbus auaricia. Imprecor hos vt amet, qui non amat Augustinum, Non colat & Christum, cui placet hos colere. Inde ait ipse deus, dominis non posse duobus

Seruire, quoniam mens placet vna deo. Vna fides, deus vnus, & vnicus è t' patre Christus, Haud duplex, vni seruitus est domino. Quanta etenim cælo ac terris distantia, tanta est Cæsaris & Christi, rebus & imperiis. Tollere humo, sed nunc dum spiritus hos regit artus, Mente polum penetra, nil mora carnis obest. Corporeis iam nunc morere actibus, & bona vitæ Cælestis liquido præmeditare animo. Spiritus es, quanquam tenearis corpore, si nunc Mente pia victor carnis opus perimas. Hæc tibi chare puer fidei t' compulsus amore Scripsi, si recipis, suscipere deo. Crede Augustinum tibi nunc in me geminatum. Sume duos vnâ cum pietate patres. Spernimur, abstraheris maiore dolore duobus: Audimur, pignus dulce duobus eris. In te læta patrum sudauit cura duorum, Et tibi magnus honos latificasse duos. Sed me Augustino cum copulo, non meritum Iacto parem, solo comparo amore tui. Nam quid ego effundam, rorans tibi paupere riuo? Me præter gemino flumine prolueris, Frater Alipius est, Augustinusq; magister, Sanguinis hic consors, hic fator ingenij. Tanto fratre vales & præceptore Licenti, Et dubitas pennis talibus altra sequi? Quicquid agas (nam te nec speret mundus amicum) Non daberis terræ, debita Christo anima. Tu thalamos licet & celsos mediteris honores Nunc, olim domino restitueris tuo. Credo vnum vincent iusti duo peccatorem, Et tua fraternæ vota preces abigent. Ergo redi, qua voce parens, qua sanguine frater, Ambo sacerdotes te remeare iubent. Ad tua te retrahunt, nam nunc aliena petisses, Hæc mage quæ retinent regna tui tua sunt. Hæc repete, his inhia, externis ne contere tempus, Si tua nolueris, quisquam aliena dabit: Non eris ipse tuus, missusq; per extera longe Sensibus heu proprij pectoris exul ages. Sollicitum satis hæc nato cecinisse parentem, Dum tibi quæ mihimet, vel volô, vel metuo. Hæc tibi, si recipis, feret olim pagina vitam. Si renuis, eadem hæc pagina testis erit. Incolumem mihi te fili charissime, Christus. Annuat, & seruum det sibi perpetuo. Viue precor, sed viue deo, nam viuere mundo Mortis opus, viua est viuere vita deo.

Seuerus Augustino è secessu, pronocans illum ad scribendum. An hic sit Seuerus Sulpitius incertum. Epistola. XXXVII.

VENERABILI ac desyderabili & toto sinu charitatis amplectendo Episcopo Augustino, Seuerus. Deo gratias frater Augustine, cuius donum est quicquid in nobis bonorum gaudiorum est. Fateor bene mihi tecum est, multum te lego: mirū dicam, sed verum plane, quàm mihi absens solet esse præsentia, tam præfens facta est absentia tui. Nullæ se nobis interponunt turbulentæ actiones temporalium rerum. Ago quantum possum, & si non tantum possum quantum volo, quid ego dicam quantum volo? Nosti optime quàm auarus sim tui: nec tamē murmuro, quia non tantū ago quantum volo, quoniā rursus nō minus agō quantū possum. Deo ergo gratias frater dulcissimè bene

A bene mihi tecum est, gaudeo tecum arctius conuinctus & vt ita dicam, vnissimè quantum potest adhaerens tibi, redundantiam vberum tuorum suscipies vires coparo, si postiam idoneus effici ad ea cōcutienda & exprimenda: vt quicquid secretius & interius clausum culto diunt, remotis pellibus quas adhuc lactenti sugendas inferunt, ipsa mihi viscera si possibile est dignentur effundere. Viscera inquam, mihi vt refundantur cupio: θ viscera tua, θ viscera pinguis sagina cælesti, & cōdita omni dulcedine spiritali: viscera tuaviscera pura, viscera simplicia, nisi quod duplici sunt vinculo redimita geminæ charitatis: viscera tua viscera perfusa lumine veritatis, & resurgētia veritatem, Horum me manationi vel resultationi subicio, quo nox mea in lumine tuo deficiat, vt in diei charitate simul ambulare possimus. O vere artificiosa apis dei, construens fauos diuini nectaris plenos, manantes misericordiam & veritatem, per quos discurrens delitatur anima mea, & vitali pastu quicquid in se minus inuenit, aut imbecillū sentit, refarcire & suffulcire molitur. Benedicatur dominus per præconium oris tui, & fidele ministerium: quod sic concinere & respondere facis canenti tibi domino, vt quicquid de eius plenitudine ad nos vsq; redundat, iucundius efficiatur, & gratius per tuū elegantem famulatum, & succinctam mundiciam, & fidele ac castū simplexq; ministerium: quod ita resplendere facis per argutias tuas, & vigilantiam tuam, vt perstringat oculos & in se rapiat, Nisi tu idem innuas dominū, vt quicquid in te delectabile lucet, referentes nos ad illum, ipsius esse agnoscamus, de cuius bonitate tam bonus es, & de cuius puritate & simplicitate & pulchritudine, purus simplex & pulcher es: Et illi agētes gratias de bono tuo domino, qui suo dignatus est t' nos tibi adiungere, vel quoquo modo subiungere, vt plenius subiiciamur illi, cuius te ductu ac moderatione talem gaudemus, vt tibi contingat gaudere de nobis: quod non diffido fore, si tuis me orationibus adiuues, cuius imitatione nō nihil iam profeci, vt talis esse desyderem. Vides quid facias quod sic bonus es, quoniam nos rapias in amorē proximi, qui nobis primus ad dilectionem dei & vltimus gradus est, & quasi limes quo sibi vterque annectitur dei & proximi: in quo nos, vt dixi, quasi limite stantes, amborum calore tangimur, & amborum flagramus amore. Sed quantum nos iste ignis exusserit & purgauerit proximi, tantum nos in illum puriorem dei ire cōpellit. In quo iam nullus nobis amandi modus imponitur, quando ipse ibi modus est sine modo amare. Non ergo verendum est ne plus amemus dominum nostrū, sed ne minus timendum. Hæc epistola superior, quæ tibi me quasi absterfa tristitia facilitate actionum, de liberali ocio quod tecum mihi agere licuit in hoc rure posito, nam ita licere potuit, latiore offert, anteq̄ sanè venerabilis episcopus nos visitare dignaretur, quasi meta illorum gaudiorum scripta est, & quod verè miror eodem die venit quoscipia est. Quid hoc est quæso anima mea, nisi fortè quod nos delectat, tamen & si honestū est, non tamen satis vtile, quia in parte est? Interim licet vniuerso hanc ipsam partem, id est nos ipsos quātum pro peccatis nostris nobis cedit materia, id est, nos ipsi cedimus nobis elimatores, & compaginabiliores, si tamen admittis hoc verbum, aptare moliamur. Habes epistolā non pro tua magnitudine, sed pro mea paruitate longiorem, qua & pronocauerim, vt iam non pro mea paruitate, sed pro tua magnitudine mihi epistola mittatur. Quæ tamen quantacūq; erit, mihi lo-

ga non erit, cui totum tempus breue est ad legendum. D Rescribe mihi quando aut vbi occurrere debeam, propter illam causam qua me iussisti occurrere. Quod si est integra, & non fortè aliud melius placuit, tunc occurrā: sin minus, rogo te, nolo me à cursu reuoces meo. Illa enim sola visa est, quam præponere mihi. Fratres omnes, qui nobis in domino conserui sunt, & desydere multum & saluto.

Augustinus Leto, qui perfectum mundi contemptum aggressus, videbatur sollicitari per Satanam ad repetenda quæ reliquerat. Hunc animat, ut contemptis congnatorum affectibus fortiter pergat. Est quidem ex erudita, nec infans epistola, cæterum plurimum diffusans à phrasi Augustini: Videtur Paulini. Epistola. XXXVIII.

DOMINO dilectissimo & desyderatissimo fratri Leto, Augustinus in domino salutem. Legi epistolam, quam misisti fratribus cōsolari te cupiens, quod multis tentationibus tua tyrocinia quatiantur. In qua etiam insinuasti desyderare te literas nostras. Condolui frater, & cessare à scribendo non potui, ne non solum tuo, sed etiam meo desydere negarem, quod me videbam officio debere charitatis. E Si te igitur tyronem Christi profiteris, castra ne deseras, in quibus tibi etiā ædificanda turris est, illa de qua in Euangelio dominus loquitur: In ea quippe stantem, & sub armis verbi dei militantem, nulla ex parte penetrare vllæ tentationes valent. Inde & iacta in aduersarium tela, graui pondere veniunt, & prospecta firmo munimine deuitantur. Consydera etiam dominum nostrum Iesum Christum cum sit rex noster, tamen à societate qua etiam frater esse dignatus est, reges appellasse milites suos, & vnumquemq; ad bellandum cum rege qui habet viginti milia, instructione decem milium idoneum esse debere promouit. Sed paulo antequam de turre & de rege exhortatorias similitudines poneret, attēde quid dixerit: Si quis venit ad me, & nō odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et si non tulerit crucem suam, & venerit post me, nō potest meus esse discipulus. Deinde subiungit: Quis ex vobis volens turrim ædificare, non primo sedet & computat si sumptus habet ad cōsummationem, ne quando cūm posuerit fundamentū, non possit ædificare. Et omnes qui transeunt & vident incipiant dicere: Hic homo cepit ædificare, & non potuit perficere? Aut quis rex vadens committere bellum cum alio rege, non primum sedet & cogitat, si potens est cum decē milibus ei occurrere, qui cum viginti milibus venit ad illum? Cæterum dum adhuc longè est, mittit legationem, rogans pacem. Quò autem pertinerent istæ similitudines, ipsa conclusione satis aperuit. Ait enim: Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quæ sunt eius, non potest meus esse discipulus. Itaq; & sumptus ad turrim ædificandam, & bellatium t' decem milium aduersus regem qui viginti habet, nihil est aliud quàm vt renunciet vnusquisq; omnibus quæ sunt eius. Præloquutio autem superior cum extrema conclusione cōcordat. In eo enim quod vnusquisq; renunciat omnibus quæ sunt eius, etiam illud cōtinetur, vt oderit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc & animam suam. Omnia enim hæc propria eius sunt, quæ plerunq; implicant, & impediunt ad obtinenda, non ista propria temporaliter trāsitura, sed in æternum mansura communia.

Gmunia. Quo enim tibi modo nunc quādā mulier mater est, hoc ipso vtiq; non est & mihi. Quapropter hoc temporale ac transitorium est: sicut transisse iam vides quod te cōcepit, quod gestavit vtero, quod peperit, quod lacte nutriuit. Quod autem foror in Christo est, & tibi est & mihi, & omnibus quibus vna cōlestis hereditas, & pater deus, & frater Christus, in eadem charitatis societate promittitur. Hęc aterna sunt, hęc nulla temporis labe deteruntur, hęc tanto firmiter tenenda sperantur, quanto minus priuato, sed communi potius iure obtinenda prædicantur. Potes hoc facillimè in ipsa tua matre cognoscere. Nam vnde te nunc irritum inuoluit, & ab instituto cursu retardatum inflectit & curuat, nisi ex quo tua propria mater est? Nam ex quo foror est omnium, quibus est pater deus, & mater ecclesia, tam te non impedit, quàm neque me, neque omnes fratres nostros, qui eam non priuata, sicut tu in domo vestra sed publica in domo dei charitate diligimus. Quod ergo tu illi etiā carnali necessitudine annecteris, ad fortem valere debet familiariter colloquendi, & apertiore ianua consulendi, vt hoc ipsum quo te priuata diligit, interficiatur in ea, ne quod ex vtero suo te genuit pluris pendat, quàm quod ex vtero ecclesie genita est tecum. Quod autem de matre dixi, hoc de tali carera propinquitate intelligendū est. Hoc etiā quisq; de anima sua cogitet, vt etiā in ipsa priuatum affectum oderit, qui proculdubio temporalis est. Diligat autem in ea communionem societatemq; illam l. del qua dictum est: Erat illis in deum anima vna & cor vnū. Sic enim anima tua nō est propria, sed omnium fratrum, quorum etiam anima tuæ sunt, vel potius quorum animæ cum tua nō animæ, sed anima vna est Christi vnica, quæ de manu canis vt eruatur, canitur † in psalmis. Inde ad cōtemptum mortis facillimè peruenitur. Nec succenseant parentes hoc præcipere dominum, vt eos oderimus, quando nobis hoc de anima nostra præcipitur. Nam sicut nunc de anima iubetur, vt eam propter Christum cum parentibus oderimus, ita quod alio loco de anima idem dominus dicit, in parentes quoque potest congruentissime cōuenire. Qui amat, inquit, animam suam, perdet eam. Dicam etiam fidenter: Qui amat parentes suos, perdet eos. De anima quippe hoc tibi dixit, oderit: quod hic, perdat. Sicut autem hoc præceptum quo perdere iubemur animam nostram, non ad id valet vt se quisque interimat, quod inexpiabile nephas est: & tamen valet vt interimat in se carnalem animæ affectum, quo cum impedimento futura vitæ præfens vita delectat. Hoc est enim quod dictum est, oderit animam suam, & perdat eam, Quod tamen diligendo fit, quandoquidem apertissimè fructum eiusdem animæ acquirenda, in eodem præcepto commemorat dicens: Qui perdidit eam in isto seculo, in vita æterna inueniet eam. Ita de parentibus rectissime dicitur, vt qui eos amat perdat eos, nō more parricidarum interficiens, sed spiritali gladio verbo dei carnalem affectum eorum, quo & seipsos, & eos quos genuerunt irritamētis huius seculi obligare conantur, piè fidenterq; percütis & occidit, illud in eis viuere faciat quo fratres sunt, quo cū filiis suis temporalibus, parētes æternos deū ecclesiamq; cognoscunt. Ecce rapit te studium veritatis cognoscendæ atq; percipiendæ voluntatis dei in scripturis sanctis. Rapit Euangelicæ prædicationis officium. Dat signū dominus vt vigilemus in castris, vt ædificemus turrim, de qua hostē sempiternæ vitæ & prospicere & propellere valeamus. Rapit mili

tem Christi, tuba cōlestis ad prælium, & retinet mater. Non planè talis, qualis Maccabæorum fuit, nec saltem similis Lacedæmonis matribus, de quibus memorie proditum est, quod filios suos vt pro terrena patria sanguinem funderent, multo amplius atque ardentius in certamina bellica, quàm signorum sonitus excitabant. Nam mater quæ te ad discendam vitam remoueri à curis secularibus non permittit, satis ostendit quemadmodum te, si opus esset, ad obeundam mortem penitus seculum repudiare permitteret. Sed quid dicit, aut quid allegat? Forte decem illos menses, quibus viscera eius onerasti, & dolores parturitionis ac labores educationis: Hoc hoc interdice verbo salutari, hoc perde matris vt in vitam aternā inuenias eam. Hoc memento vt oderis in ea, si diligis eam, si tyro Christi es, si turris fundamenta posuisti, ne dicat transeūtes: Hic homo cepit ædificare, & non potuit perficere. Carnalis enim affectus est iste, & adhuc veterem hominem sonat. Hęc carnalem affectū, & in nobis & in nostris, militia Christiana vt perimamus hortatur: nec tamen ita vt ingratus sit quisq; parentibus, & eadem ipsa beneficia, quibus in vitam hanc aditus, susceptus, atq; nutritus est, enumerata derideat: seruet potius vbiq; pietatem. Habent hęc locum vbi maiora non vocant. Mater ecclesia, mater est etiā matris tuæ. Hęc nos de Christo concepit, hęc martyrum sanguine parturuit, hęc in sempiternam lucem peperit, hęc fidei lacte nutriuit & nutrit, cibosq; maiores preparans, quod adhuc paruuli & sine dentibus vagire vultis, horrescit. Hęc mater toto orbe diffusa, tam variis & multiplicibus errorum infestationibus agitur, vt abortiuū iam filij eius aduersus eam infestis armis belligerare non dubitent. Ignauia etiam atque torpore quorundā quos gremio continet, membra sua frigescere plurimis locis & fouendis paruulis minus idonea fieri dolet. Vnde nisi per alios filios, vnde nisi per alia membra, quorum è numero es, iustū ac debitum poscit auxilium? Huius ne tu necessitates deserens, ad carnalia verba conuertaris? Nonne hęc grauioribus querelis insonat auribus? Nonne hęc chariora viscera, & cōlestia vbera ostentat? Adde viri eius susceptionem carnis, ne carnalibus inhæreres, & à verbo æterno vniuersa, quæ tibi mater improperat, ne his implicareris assumpta: adde contumelias, flagella, mortem, mortem autem crucis. Talibus concepit te feminibus, taliq; in vitam nouam cōnubio procreat: languescis & contabescis in veterem hominem? Itane matrem terrenam, non habebat imperator tuus? Quæ tamen cum ei nūciaretur agenti cōlestia, respondit: Quæ mihi mater, aut qui fratres? Et extendens manum in discipulos suos dixit, non pertinere ad cognitionem suam nisi qui facerent voluntatem patris eius. In quo numero profecto etiam ipsam sanctam Mariam benignus inclusit: Faciebat enim & illa voluntatem patris eius. Ita optimus magister atq; diuinus, & maternum nomen quod ei quasi priuatum propriumq; nunciauerant, quia terrenum erat, in comparatione cōlestis propinquitatis abiecit: & eandē cōlestem propinquitatem, in discipulis suis commemorans, quo sibi rursus consortio generis, cū cæteris sanctis virgo sancta cohæreret ostendit. Et ne isto saluberrimo magisterio, quo contemni carnalem affectum in parentibus docuit, adminiculum error acciperet, quo matrem habuisse à quibusdam negatur, alio loco discipulos monuit, ne se patrē in terris dicant habere, vt quomodo illos manifestum est habuisse patres, sic se habuisse

A se habuisse matrem manifestaret, cuius tamen terrena cognatione contempta, contemnendarum talium necessitudinum discipulis præberet exemplum. Hęc ergo interrumpuntur vocibus matris tuæ, & inter hęc locum inuenit commemoratio prægnantis atque lactantis, vt de Adam & Eua, alius Adam nascereris & nutrireris. Respice potius, respice Adam secundum de cœlo, & porta iam cōlestis imaginē, sicut terreni portasti, Immo & hic habeant locum materna ipsa beneficia, quæ tibi ad enerationem cordis enumerantur. Habeant prorsus locum, noli esse ingratus, repende gratiam matri tuæ, repende spiritalia pro carnalibus, pro temporalibus sempiterna. Sed qui non vult sequi, non impediatur. Qui non vult conuerti in melius, caueat sine in deterius peruertat & euertat. Quid interest vtrum in vxore, an in matre, dum tamen Eua in qualibet muliere caueatur? Nā ista vmbra pietatis de foliis illius arboris venit, quibus se primū parentes, nostri in ista damnabili nuditate texerunt. Et quicquid in illis verbis atque suggestionē, quasi officium tibi charitatis obtendit, vt à germanissima atque sincerissima Euangelij charitate te detorqueat, ad astutiam serpētis pertinet, & ad duplicitatem regis illius qui habet viginti milia, quam nos docemur decem milium, hoc est cordis, in qua deum quærimus, simplicitate superare. His potius intende charissime, & tolle crucem tuam & sequere dominum. Nam cum te præfens animaduertentem domesticis curis à diuino studio retardari, ferri te potius & duci à cruce tua, non eam te ferre ac ducere sentiebā. Crucem enim nostrā dominus quā portari à nobis iubet, vt eum expeditissimè sequamur, quid aliud quàm mortalitatem, carnis huius significat? Ipsa enim nos cruciat donec absorbeat mors in victoriam. Crux ergo hęc ipsa crucifigenda est, & transfigenda est clavis timoris dei ne solutis & liberis membris reluctantem portare non possis. Sequi enim dominum nisi eam portans, omnino non vales. Nam quomodo eum sequeris, si non es eius? Qui autem Iesu Christi sunt, ait Apostolus, carnem suam crucifixerunt cum passionibus & desyderiis. Si quid sanè pecuniæ res tua familiaris habet, cui? te implicari negotio nec oportet nec decet, reuera tribuendum est matri & domesticis tuis. Horum quippe indigentia si pauperibus vt sis perfectus institui distribe re talia, tui primum apud te locum obtinere debent. Si quis enim suis & maxime domesticis, ait Apostolus, non prouidet, fidem negauit, & est infidelis deterior. Quibus ordinandis rebus, si vt collum exueris induendum sapiētia vinculis, profectus à nobis es, quid tibi nocet, aut quo pacto te peruellūt matris lachrymæ fluentes carnem, aut ferri fuga, aut mors ancillarum, aut fratrum morbosa valetudo? Si est in te charitas ordinata, sciens præponere maiora minoribus, & misericordia moueri, vt pauperes euangelizentur, ne messis domini copiosa operatorum inopia in prædam volucris iaceat, & paratum habere cor ad sequendam domini voluntatem, in eo quod vel flagellando vel parcendo agere statuerit cum seruis suis: hęc meditare, in his esto, vt profectus tuus manifestus sit in omnibus. Obsecro te vt caueas ne maiorem tristitiā des bonis fratribus torpore tuo, quàm lætitiā alacritate iam dederas. Commendare te autem literis quibus voluisti, tam superfluum putauit, quàm si quisquā te mihi eodem modo commendare voluisset.

Augustinus Licentium iuuenem nobilem & doctum, quondam ipsius discipulum, hortatur ad mundi contemptum, abutens ad hoc ipsius licentij carmine, quod olim ad præceptorem scripserat. Parum attentus aliquis ex unica epistola fecit tres. Nam Augustinus carmen Licentianum suæ epistolæ intertextuit, Nos tamen numeros reliquimus, ne dissentiant priorum editionum codices.

Epistola. XXXIX.



X reperi occasionem scribendi tibi. Quis credat? Sed mihi tamen Licentium necesse est credere. Nolo te causas rationesque rimari, quæ etiam si reddi possent, fidei tamen quæ mihi credis non eas debeo. Nam & literas tuas nō per eos accepi, per quos possem scripta redhibere. Quæ autem petisti vt peterem, curam per epistolam quantum promendum videbatur, sed quid effecerim tu videris. Quod si nondum effectum est, vel cum sciero, agam instantius, vel cum rursus ipse admoneris. Hactenus quæ huius vitæ vincula perstreperunt tecū locutus sum, nunc paucis accipe pectoris mei æstus de spe tua non transitoria, quonammodo via tibi pateat in deum. Mi Licenti, etiam atque etiam reculantē & formidantem compedes sapiētia, timēo te rebus mortalibus validissimè & perniciosissimè compediri. Nam sapientia quos primo alligauerit, & exercitatoris quibusdam laboribus edomuerit, soluit postea, liberatq; sese donat ad fruendum: & quos primo temporalibus nexibus erudiuerit, post æternis amplexibus alligat. Quo vinculo nec iucūdus nec solidius cogitari quicquam potest. prima hęc aliquantulum dura esse confiteor, illa verò vltima, nec dura dixerim, quia dulcissima sunt, nec mollia quia firmissima. Quid igitur nisi quod dici nō potest, sed credi, tamē & sperari & amari potest? Vincula verò huius mundi, asperitatē habent verā, iucunditatem falsam: certū dolorem, incertam voluptatem: durum laborem, timidam quietem: rem plenam miseriam, spē beatitudinis inanem. His ne tu inseras & collum & manus & pedes, cum & honoribus huiuscemodi subiugari affectas, & facta tua non aliter fructuosa existimas, & ambis inhærere, quod non modo inuitatus sed nec compulsus quidem ire debuisti. Hic tu fortasse Terentiani serui mihi responsum dederis: Ohe, tu verba fundis hic sapientia. Cape igitur vt fundam potius quàm effundam. Aut si ego canto, tu autem ad aliam vocem saltas, nec sic quidem me pœnitet. Habet enim suam hilaritatem ipsa cantatio, etiā cum ad eam membra non mouet, cui plena charitatis modulatione cantatur. Verba quædam in epistolis tuis me mouerunt, sed de his tractare cum factorum vitæq; totius tuæ cura excoquat, ineptum putauit.

CARMEN HEROICVM LICENTII AD AVGVSTINVM, DECLARANS benevolentiam erga præceptorem, nullis casibus intermouituram.

Arcanum Varronis iter scrutando profundi Mens habet, aduersamq; fugit contraria lucem. Nec mirum, iacet omnis enim mea cura legendi Te non dante manum, & cōsurgere sola veretur. Nam simul vt perplexa viri compendia tanti Voluere suasit amor, sacrosq; attingere sensus, Quis numerum dedit ille tonis, mundumq; tonanti Disseruit canere, & pariles agitare choreas, Implicuit varia nostrum caligine pectus,

Induxitq;

Alto. 4.

† cantat.

Ioan. 12.

† τὰς ἡμέρας

Luce. 14.

L.

M

Matth. 12.

† caue.

Galat. 5. τὸν κόσμον ἠγάπησαί με

1. Tim. 5.

D

E

Terentius. E

† tuismemo- rauerim.

† ubi cœlestis

† quis pro quibus.

† Geometria.

Astrologia. Periphrafi significavit dei ac Beelzebub.

Georgi. 4. Alludit ad Aristeum.

G Induxitq; animo rerum violentia nubem. Inde figurarum positas in puluere formas...

H Ferto magister opem, ac tu ne desere vires Inualidas, mecumq; sacras subuertere glebas...

fulmina.

I O mihi transactos reuocet si pristina soles Laticis aurora rotis, quos libera tecum...

gentis. Hipanci annis.

Crede meis, o docte, malis, veroq; dolori, Quod sine te nullus promittunt carbasa portus...

K

chara tuq; &c.

Saurus.

plaudent.

M

aliis Sed nos pretereo quod

Nos iter

Libri de Musica.

A Nos iter immensum determinat, & plaga ponti Interfusa coeoret, amor contemnit vtrunq;...

RELIQVVM SVPERIORIS EPISTOLAE AVGVSTINI.

Si versus tuus momentis inordinatis peruersus esset, si suis legibus non staret, si mensuris imparibus aures auditoris offenderet...

quid.

Math. 11.

dominum suum, imò non iubere, sed inuitare & rogare quodammodo, vt qui laborant reficiatur ab eo...

habet.

E

F

Augustinus Madavrenses idololatras hortatur, ut ab impietate se conuertant ad veram religionem, ostendens illis mysterium sanctae trinitatis...



DOMINIS praedicabilibus & dilectissimis fratribus Madavrensibus, quorum per fratrem Florentium epistolam accepi, Augustinus.

Idololatras fratres vocat & dicit praedicabiles & fratres charissimos.

Si forte illi qui inter vos catholici Christiani sunt talia mihi scripta miserunt, hoc tantum miror, quod non suo potius quam ordinis nomine...

G alterum dominum secundum quem possit Episcopus pater a vobis vocari prater dominum Christum. Et si esset hinc aliqua de interpretatione vestra sententia dubitatio, subscriptione epistola tolleretur, vbi aperte posuistis: Optamus te domine in deo & Christo eius, per multos annos semper in clero tuo gaudere. Quibus omnibus perlectis atq; discussis, quid mihi aliud occurrere potuit, aut cui libet homini potest, nisi aut veridico aut fallaci scribentium animo, hac esse conscripta. Sed si veridico animo ista scribitis, quis vobis ad hanc veritatem interclusit viam? Quis aspera dumeta substravit? Quis rupit praerupta inimicus opposuit? Postremo quis basilica ianuam ingredi cupientibus clausit, vt in eodem domino per quem nos salutatis, eandem salutem nobiscum habere nolitis? Si autem fallaciter atq; irridenter hec scribitis, ita ne tandem mihi negocia vestra curanda imponitis, vt nomen eius per quem aliquid possum, audeatis non veneratione debita attollere, sed in insultatione adulatoria veterare? Sciatis me charissimum cu ineffabili pro vobis tremore cordis hoc dicere. Noui enim quanto grauiorem & perniciosiore causam sitis habituri apud deum, si frustra vobis hoc dixerero. Omnia quae prateritis temporibus erga humanum genus maiores nostri gesta esse meminere, nobisq; tradiderunt: omnia etiam quae nos videmus, & posteris tradimus, quae tamen pertinent ad veram religionem quaerendam & tenendam, diuina scriptura non tacuit, sed ita omnino cuncta transeunt, vt transitura esse praedicta sunt. Videtis certe populum Iudaeorum auulsum a sedibus suis, per omnes ferè terras disseminatam atque diffusam, Et origo eiusdem populi & incrementa & regni amissio & per cuncta dispersio sicut praedicta ita facta sunt. Videtis certe ex ipso populo verbu dei, legemq; prodeuntem per Christum, qui ex illis mirabiliter natus est, omnium gentium fidem occupasse atque tenuisse, ita hac omnia praenunciata legimus vt videmus. Videtis certe multos praecipuos a radice Christianae societatis, quae per sedes Apostolorum, & successiones Episcoporum, certa per orbem propagatione diffunditur, de sola figura originis, sub Christiano nomine, quasi aescetia farneta gloriari, quas haereses & schismata nominamus: Praenunciata, praedicta, scripta sunt omnia. Videtis certe simulachrorum templa, partim sine reparatione collapsa, partim diruta, partim clausa, partim in vsu alios commutata. Ipsaq; simulachra, vel confringi, vel incendi, vel includi, vel destrui: ita ipsas huius seculi potestates, quae aliquando pro simulachris populum Christianum persequabantur, victas & domitas, non a repugnantibus, sed a morientibus Christianis, & contra eadem simulachra pro quibus Christianos occidebant, impetus suos legesq; vertisse, & imperij nobilissimi eminentissimum culmen ad sepulchrum piscatoris Petri, submisso diademate, supplicare. Hac omnia scripturae diuinae, quae in manus omnium iam venerunt, ante longissima tempora futura esse testatae sunt. Hac omnia tanto robustiore fide letamur fieri, quanto maiore autoritate praedicta esse in sanctis literis inuenimus. Nunquid nam obsecro vos, nunquid nam solum iudicium dei, quod inter fideles atque infideles futurum esse in eisdem literis legimus, cum illa omnia sicut praedicta sunt venerint, nunquid nam solum iudicium dei venturum non esse putabimus? Immo vere veniet, sicut illa omnia venerunt. Nec quisquam erit homo nostrorum temporum qui se in illo iudicio, de sua possit infidelitate defendere, cum Christum cantet & iustus ad aequitatem, & K periurus ad fraudem: & rex ad imperium, & miles ad pugnam: & maritus propter regimen, & vxor propter obsequium: & pater propter praceptu, & filius propter obedientiam: & dominus per dominationem, & seruus per famulatu: & humilis ad pietatem, & superbus ad emulationem: & diues vt porrigat, & pauper vt sumat: & ebriosus ad phialam, & mendicus ad ianuam: & bonus vt praestet, & malus vt fallat: & Christianus venerator, & Paganus adulator: Omnes Christum cantant, & qua voluntate atque ore cantet, eidem ipsi quem cantant rationem sine dubio redditori sunt. Est quidam inuisibile, ex quo creatore principio sunt omnia quae videmus, summum, aeternum, incommutabile & nulli effabile nisi tantum sibi. Est quiddam quo se ipsa summitas maiestatis narrat & praedicat, non impar gignenti atque narranti verbum, quod illi qui verbu gignit ostenditur. Est quaedam sanctitas omnium quae sancta sunt sanctificatrix, ipsius incommutabilis verbi per quod narratur illud principium, & ipsius principij quod pari se verbo narrat, inseparabilis & indiuisa communio. Quis autem hoc totum quod non dicendo dicere conatus sum, & dicendo non dicere, quis hoc possit serenissima & syncerissima mente contueri, eoq; intuitu beatitudinem ducere, atque in id quod intuetur deficiens quodammodo se obliuisci, & pergere in illud cuius visione inuisibilis est, quod immortalitate est indui, & obtinere aeternam salutem, per quam me salutare dignamini: Quis hoc possit nisi qui omnes superbiae suae toros inanes, peccata sua confitens complanauerit, seq; subtraherit mitem atque humilem ad accipiendum deum doctorem? Quoniam ergo a vanitate superbiae, prius ad humilitatem deponendi sumus, vt inde surgentes solidam celsitudinem teneamus, no potuit hic nobis tanto magnificentius, quanto blandius inspirari, vt nostra ferocitas no vi sed persuasione sedaretur, nisi verbum illud per quod se angelis indicat deus pater, quod virtus & sapientia eius est, quod corde humano visibilium rerum cupiditate caecato, videri non poterat, personam suam in homine agere atque ostendere dignaretur, vt magis homo timeret extolli fastu hominis, quam humiliari exemplo dei. Itaq; non Christus regno terreno decoratus, nec Christ' terrenis opibus diues, nec Christus vlla terrena foelicitate praefulgens, sed Christus crucifixus, per totum terraru orbem praedicatur. Quod riserunt prius populi superbiorum, & adhuc rident reliquia. Crediderunt aut prius pauci tunc populi, quia tunc ad fide paucorum & contra irrisionem populorum cu Christus crucifixus praedicaretur, claudi ambulabant, muti loquebantur, surdi audiebant, caeci videbant, mortui resurgebant. Sic tandem animaduertit terrena superbia, nihil in ipsis terrenis esse potentius humilitate diuina, vt etia saluberrima humilitas humana, contra insultantem sibi superbiam, diuine imitationis patrocinio tueretur. Expergiscimini aliquando fratres mei & pareres mei Madaurenses, hac occasionem scribendi vobis deus mihi obtulit: Quantum potui quidem in negotio fratris Florentij, per quem literas misistis, sicut deus voluit, affui & adiuui: Sed tale negotium erat quod etiam sine opera mea facile peragi posset. Prope omnes enim domus ipsius homines qui apud Hipponē sunt, nouerunt Florentium & multu eius orbitatem dolent. Sed epistola mihi a vobis missa est vt non impudens esset epistola mea, cum occasione a vobis accepta, idolorum cultoribus de

Indei sparsi.

* p'dicta est.

Nam tale quiddā deest se videtur.

Sepulchrum Petri.

dere, cum Christum cantet & iustus ad aequitatem, & K periurus ad fraudem: & rex ad imperium, & miles ad pugnam: & maritus propter regimen, & vxor propter obsequium: & pater propter praceptu, & filius propter obedientiam: & dominus per dominationem, & seruus per famulatu: & humilis ad pietatem, & superbus ad emulationem: & diues vt porrigat, & pauper vt sumat: & ebriosus ad phialam, & mendicus ad ianuam: & bonus vt praestet, & malus vt fallat: & Christianus venerator, & Paganus adulator: Omnes Christum cantant, & qua voluntate atque ore cantet, eidem ipsi quem cantant rationem sine dubio redditori sunt. Est quidam inuisibile, ex quo creatore principio sunt omnia quae videmus, summum, aeternum, incommutabile & nulli effabile nisi tantum sibi. Est quiddam quo se ipsa summitas maiestatis narrat & praedicat, non impar gignenti atque narranti verbum, quod illi qui verbu gignit ostenditur. Est quaedam sanctitas omnium quae sancta sunt sanctificatrix, ipsius incommutabilis verbi per quod narratur illud principium, & ipsius principij quod pari se verbo narrat, inseparabilis & indiuisa communio. Quis autem hoc totum quod non dicendo dicere conatus sum, & dicendo non dicere, quis hoc possit serenissima & syncerissima mente contueri, eoq; intuitu beatitudinem ducere, atque in id quod intuetur deficiens quodammodo se obliuisci, & pergere in illud cuius visione inuisibilis est, quod immortalitate est indui, & obtinere aeternam salutem, per quam me salutare dignamini: Quis hoc possit nisi qui omnes superbiae suae toros inanes, peccata sua confitens complanauerit, seq; subtraherit mitem atque humilem ad accipiendum deum doctorem? Quoniam ergo a vanitate superbiae, prius ad humilitatem deponendi sumus, vt inde surgentes solidam celsitudinem teneamus, no potuit hic nobis tanto magnificentius, quanto blandius inspirari, vt nostra ferocitas no vi sed persuasione sedaretur, nisi verbum illud per quod se angelis indicat deus pater, quod virtus & sapientia eius est, quod corde humano visibilium rerum cupiditate caecato, videri non poterat, personam suam in homine agere atque ostendere dignaretur, vt magis homo timeret extolli fastu hominis, quam humiliari exemplo dei. Itaq; non Christus regno terreno decoratus, nec Christ' terrenis opibus diues, nec Christus vlla terrena foelicitate praefulgens, sed Christus crucifixus, per totum terraru orbem praedicatur. Quod riserunt prius populi superbiorum, & adhuc rident reliquia. Crediderunt aut prius pauci tunc populi, quia tunc ad fide paucorum & contra irrisionem populorum cu Christus crucifixus praedicaretur, claudi ambulabant, muti loquebantur, surdi audiebant, caeci videbant, mortui resurgebant. Sic tandem animaduertit terrena superbia, nihil in ipsis terrenis esse potentius humilitate diuina, vt etia saluberrima humilitas humana, contra insultantem sibi superbiam, diuine imitationis patrocinio tueretur. Expergiscimini aliquando fratres mei & pareres mei Madaurenses, hac occasionem scribendi vobis deus mihi obtulit: Quantum potui quidem in negotio fratris Florentij, per quem literas misistis, sicut deus voluit, affui & adiuui: Sed tale negotium erat quod etiam sine opera mea facile peragi posset. Prope omnes enim domus ipsius homines qui apud Hipponē sunt, nouerunt Florentium & multu eius orbitatem dolent. Sed epistola mihi a vobis missa est vt non impudens esset epistola mea, cum occasione a vobis accepta, idolorum cultoribus de

† propter.

† quod.

† quo ille.

L

M

A bus de Christo aliquid loqueretur. Sed obsecro vos, si eum non inaniter in mea epistola nominastis, vt no inaniter vobis ista scripserim. Si autē me irridere voluistis, timete illum quē prius iudicatum irrisit superbus orbis terraru, & nunc iudicem subiectus expectat. Erit enim testis affectus in vos cordis mei, per hanc, quantum potui, pagina expressus. Erit testis vobis in iudicio eius, qui credentes sibi confirmaturus est, & incredulos confuturus. Deus viuus & verus, vos ab omni huius seculi vanitate liberatos couertat ad se, domini praedicabiles & dilectissimi fratres.

† vnus.

† auens.

* alias nūina

† relictiis.

Lucanus.

Vir. in buc.

pergo: Trahit sua quēque voluptas. Post hac non dubito vir eximie, qui a mea secta deuastati, hanc epistolā aliquorum furto tractam, flammis vel quolibet pacto perituram. Quod si acciderit, erit damnum chartulae, non nostri sermonis, cuius exemplar penes omnes religiosos perpetuo retinebo. Dij te seruet, per quos & eorum atq; cunctoru mortalium communem patrem, vniuersi mortales quos terra sustinet, mille modis concordia discordia veneramus & colimus.

Augustinus Maximo Grammatico respondet ad superiora, sed sicut ostendat indigna quibus respondeatur, digna quae videantur. Epistola. XLIII.

ERIVM ne aliquid inter nos agimus, aut iocari libet? Nam sicut tua epistola loquitur, vtrum causae ipsius infirmitate, an morum tuorum comitate sit factu, vt malles esse factior, quā paratior, incertu habeo. Primo enim Olympi montis & fori vestri comparatio facta est qua nescio quō pertinuerit, nisi vt me comonefaceret in illo mote Iouem castra posuisse, cum aduersus patrem bella gereret, vt ea docet historia, quaerit vestri etiam facram vocant: & in isto foro recordarer esse in duobus simulachris, vnum Martem nudum, alterum armatu, quorum daemōniū infestissimū ciuibus, porrectis tribus digitis contra collocata statua humana cōprime-ret. Ergo ne vnquam ego crediderim, mentione illius fori facta, numinum taliū memoriam mihi te renouare voluisse, nisi iocari potius quā serio agere maluisses. Sed illud planē quod tales deos quaedam dei vnus magni membra esse dixisti, ad moneo, quia dignaris, vt ab huiusmodi sacrilegis facetiis te magnopere abstineas. Siquidem illum deum dicis vnū, de quo, vt dictu est a veteribus, docti indoctiq; consentiunt, huius ne tu membra dicis esse, quorum immanitate, vel, si hoc maius potentiam, mortui hominis imago compefcit: Plura hinc possem dicere. Vides enim pro tua prudentia, quā locus late iste pateat reprehensionī. Sed me ipse cohibeo, ne a te rhetorice potius, quā veridice agere existimer. Nam quod nomina quaedā Punicā mortuorum collegisti, quibus in nostram religionē, festiuas, vt tibivisum est, cōtumelias iaciendas putares, nescio vtrum refellere debeam, an silentio praeterire. Si enim res iste videtur tam leues tuae grauitati quā sunt, iocari mihi non multum vacat, si autem graues tibi videntur, minor quod nominū absurditate comoto, in mentem no venerit habere tuos, & in sacerdotibus Eucaddires, & in numinibus Abeddires. Nam puto ego ista tibi cum scriberes in animo no fuisse, sed more humanitatis & leporis tui, comonefacere nos voluisti ad relaxandū animū quāta in vestra superstitione ridenda sint. Neq; enim vsque adeo te ipsum obliuisci potuisses, vt homo Apher scribens Aphris, cum sumus vtrique in Aphrica cōstitutū: Punicā nomina exagitantia existimares. Nam si ea vocabula interpretemur, Namphanio quid aliud significat quā boni pedis hominem, id est, cuius aduentus afferat aliquid foelicitatis: sicut solemus dicere, secundo pede introisse, cuius introitu prosperitas aliqua cōsequuta sit. Quae lingua si improbat abs te, nega Punicis libris, vt a viris doctissimis proditur, multa sapienter esse mandata memoriae. Pœniteat te certē ibi natum, vbi huiusmodi linguarū cunabula recalent. Si verō & sonus nobis non rationabiliter displicet, & me bene interpretatum illud vocabulum recognoscis, habes quod succentreas Vergilio tuo, qui Herculem vestrum ad sacra quae illi ab Euandro celebrantur, inuitat

Sacra historia.

* alias nūina.

† numina.

Verg. 8. Aeneid.

Tab ca

Gnentes ad dexteram regnumq; celorum in suis gradibus meritisq; distinguere, atque ostendere quo differat vita coniugalium filios procreantium, patrum matrumq; familias, verumtamen religiosorum ac piorum, a beata vita, quam vos deo vouistis, si nunc ad eam vouendam exhortatus es: sed quia iam vouisti, iam te obstrinxisti, aliud tibi facere non licet. Priusquam es voti reus, liberum fuit, quo es inferior, quamuis non sit gratulanda libertas, qua fit vt non debeat quod cum lucro redditur. Nunc vero quia tenetur apud deum spolio tua, non te ad magnam iustitiam inuito, sed a magna iniquitate deterreo. Non enim talis eris, si non feceris quod vouisti, qualis mansisses, si nihil tale vouisses. Minor enim tunc es, non peior. Modo autem tantum, quod absit, miserius si fidem deo fregeris, quanto beator si persolueris. Nec ideo te vouisse poeniteat, immo gaude iam tibi sic non licere, quod cum tuo detrimento licuisset. Aggredere itaque intrepidus, & dicta imple factis: ipse adiuvabit, qui vota tua expetit. Felix est necessitas, qua in meliora compellit. Vna sola esse causa possit, qua te id quod vouisti, non solum hortaremur, verumetiam prohiberemus implere, si forte tua coniunx hoc tecum suscipere animi seu carnis infirmitate recuset. Nam & vouenda talia non sunt a coniugatis, nisi ex consensu & voluntate communi. Et si praeproperè factum fuerit, magis est corrigenda temeritas, quam persoluenda promissio. Neque enim deus exigit, si quis ex alieno aliquid vouerit, sed potius vsurpare vetat alienum. Diuina quippe de hac re per Apostolum est prolata sententia. Vxor non habet potestatem corporis sui, sed vir. Similiter & vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier: sexum nomine corporis nuncupauit. Sed cum illam tam paratam esse audiam, deo dicere continentiam, vt eo solo impediatur, si tibi debitum reddere coniugali iure compellitur, ambo deo reddite, quod ambo vouistis, vt illi persoluator quod ab alterutro non exigitis. Si continentia virtus est, sicuti est, cur ad eam sit promptior sexus infirmior, cum virtus a viro potius cognominata videatur, sicut similitudo vocabuli resonat? Noli ergo vir aberrare a virtute, quam mulier est parata suscipere. Sit vester consensus oblatio ad supernum altare creatoris, & victa concupiscentia, tanto fortius quanto sanctius vinculum charitatis. Gaudeamus de vobis in abundanti gratia Christi, domini eximij meritoq; honorabiles & desyderabiles filij.

33. q. 5. vna. 4. sen. dif. 32. cap. 1. 1. Cor. 7.

H Matrimonium consummatum & ratum.

1. Cor. 7.

abhorre

Augustinus Valentino, in cuius contubernio quidam erat, qui videbatur non recte sentire de libero arbitrio, Docens nec liberum arbitrium sic asserendum, ut nihil tribuamus gratiae, nec gratiam ita predicadam, ut negemus liberum hominis arbitrium.

Epistola. XLVI.

DOMINO dilectissimo, & in Christi membris honorando fratri Valentino, & fratribus qui tecum sunt, Augustinus in domino salutem. Venerunt ad nos duo iuvenes, Cresconius & Felix, de vestra congregatione se esse dicentes, qui nobis retulerunt monasterium vestrum nonnulla dissensionibus turbatum, eo quod quidam in vobis sic gratiam predicant, vt negent hominis esse liberum arbitrium: & quod est grauius, dicant quod in die iudicij non sit vel redditurus deus vnicuique secundum opera eius. Etiam hoc tamen indicauerunt, quod plures vestrum non ita sentiant, sed liberum arbitrium adiuuari fateantur per dei gratiam, vt recta sapiamus atq; facia-

1. Retra. Cati. 66.

mus, vt cum venerit dominus reddere vnicuique secundum opera eius, inueniat opera nostra bona, quae preparauit deus, vt in illis ambulemus. Hoc qui sentiunt, bene sentiunt. Obsecro itaque vos fratres, sicut Corinthios obsecrauit Apostolus, per nomen domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Primum enim dominus noster Iesus Christus, sicut scriptum est in Euangelio Iohannis Apostoli, non venit vt iudicaret mundum, sed vt saluaretur mundus per ipsum. Postea vero sicut scribit Apostolus Paulus, iudicabit deus mundum quando veterus est, sicut tota ecclesia in simbolo confitetur: iudicare viuos & mortuos. Si igitur non est dei gratia, quomodo saluatur mundus? Et si non est liberum arbitrium, quomodo iudicatur mundus? Proinde librum vel epistolam meam, quam secum ad vos supradicti attulerunt, secundum hanc fidem intelligite, vt neque negetis dei gratiam, neque liberum arbitrium sic defendatis, vt a dei gratia separatis, tanquam sine illa vel cogitare aliquid vel agere secundum deum vlla ratione possimus, quod omnino non possumus. Propter hoc enim dominus cum de fructu iustitiae loqueretur, ait discipulis suis: Sine me nihil potestis facere. Vnde supradicta epistolam ad Sixtum Romanae ecclesiae presbyterum, contra novos haereticos Pelagianos noueritis esse conscriptam, qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari, vt qui gloriatur, non in domino, sed in seipso gloriatur, hoc est in homine, non in domino. Quod prohibet Apostolus dicens: Nemo gloriatur in homine. Et alio loco: Qui gloriatur, in domino gloriatur. Illi vero haeretici seipsos, a seipsis, iustos fieri putantes, quasi hoc eis non dederit deus, sed ipsi sibi, non vtique in domino, sed in semetipsis gloriantur. Talibus enim dicit Apostolus: Quis enim te discernit? Quod ideo dicit, quia de massa illius perditionis quae facta est ex Adam, non discernit hominem, vt eum faciat vas in honorem non in contumeliam, nisi deus. Sed quoniam homo carnalis & inaniter inflatus cum audisset: Quis enim te discernit? Discernit me fides mea, discernit me oratio mea, discernit me iustitia mea. Mox Apostolus occurrit cogitationibus eius, & dixit: Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Sic autem gloriantur, quasi non acceperint, qui se a seipsis iustificari putant, ac per hoc in semetipsis, non in domino gloriantur. Propter quod ego in hac epistola, quae ad vos peruenit, probaui per testimonia sanctorum scripturarum, quae ibi potestis inspicere, & bona opera nostra, & pias orationes, & rectam fidem nullo modo in nobis esse potuisse, nisi haec acceperimus ab illo, de quo dicit Apostolus Iacobus: Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est, descendens a patre luminum. Nec quisquam dicat meritis operum suorum, vel meritis orationum suarum, vel meritis fidei suae, sibi traditam dei gratiam, & putetur verum esse quod illi haeretici dicunt, gratiam dei secundum merita nostra dari: quod omnino falsissimum est. Non quia nullum est meritum, vel bonum piorum, vel malum impiorum: alioquin quomodo iudicabit deus mundum? Sed misericordia & gratia dei conuertit hominem, de qua psalmus dicit: Deus meus misericordia eius praeueniet me, vt iustificetur impius, hoc est, ex impio fiat iustus, & incipiat habere meritum bonum, quod deus coronabit quando iudicabitur mundus. Multa erant quae vobis mittere cupiebam, quibus

Ioan. 3.

L Ioan. 17. De gratia & lib. arb. ca. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 4. Noua inter. precatio.

M

Iacob. 1.

Psal. 8.

dominus

A quibus lectis, totam ipsam causam quae concilij Episcopalis acta est aduersus eosdem Pelagianos haereticos, diligentius & plenius nosse poteris: sed festinauerunt fratres qui ex numero vestro ad nos venerunt, per quos vobis non rescripsimus ista, sed scripsimus. Nullas enim ad nos vestrae charitatis literas attulerunt, tamen suscepimus eos, quoniam simplicitas eorum fatis indicabat nihil illos nobis potuisse confingere. Ideo autem festinauerunt, vt apud vos agerent pascha, quo possit adiuuare domino tam sanctus dies vestram pacem quam dissensionem potius inuenire. Melius autem facitis quod multum rogo, si ipsum a quo dicunt se fuisse turbatos, ad me mittere non grauemini. Aut enim non intelligit librum meum, aut forte ipse non intelligitur, quando difficillimam quaestionem & paucis intelligibilem soluere atque enodare conatur. Ipsa est enim quaestio de gratia dei, quae fecit vt homines non intelligentes, putarent Apostolum Paulum dicere: Faciamus mala, vt veniant bona. Vnde Apostolus Petrus in secunda epistola sua: Quapropter, inquit, charissimi, haec expectantes satagite, inuolati & immaculati apud eum reperiri in pace, & domini nostri cum patientia salutem existimantes. Sicut & dilectissimus frater noster Paulus, secundum eam quae data est sapientiam scripsit vobis, vt & in omnibus epistolis loquens in eis de iis in quibus sunt quaedam difficultia intellectus, quae indocti & instabiles homines peruertunt, sicut & ceteras scripturas ad proprium suum interpretum. Cauete ergo quod tantus Apostolus tam terribiliter dicit, & vbi sentitis vos non intelligere, interim credite diuinis eloquiis, quia & liberum est hominis arbitrium, & gratia dei, sine cuius adiutorio, liberum arbitrium nec conuertere potest ad deum, nec proficere in deo. Et quod pie creditis, vt etiam sapienter intelligatis orate. Et ad hoc ipsum enim, id est vt sapienter intelligamus, est vtique liberum arbitrium. Nisi enim libero arbitrio intelligeremus atque saperemus, non nobis praeciperetur dicente scriptura: Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite. Eo ipso quippe, quo praecceptum & imperatum est vt intelligamus atque sapiamus, obedientiam nostram requirit, quae nulla potest esse sine libero arbitrio. Sed si posset hoc ipsum sine adiutorio dei gratiae fieri per liberum arbitrium, vt intelligeremus atque saperemus, non diceretur deo: Da mihi intellectum, vt discam mandata tua. Neque in Euangelio scriptum esset: Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Nec Iacobus Apostolus diceret: Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a deo, qui dat omnibus affluenter, & non impropere, & dabitur ei. Potens est autem dominus, qui & vobis donet & nobis, vt de nostra pace & pia consensione, nunciis celerrimis gaudeamus. Saluto vos, non solum meo nomine, sed etiam fratrum qui mecum sunt, & rogo vt pro nobis concorditer atque instanter oretis. Sit vobiscum dominus.

nostri patientiam.

Psal. 93.

Psal. 118. Ier. Lucae. 2. 4. Iacobi. 1.

vestra

Augustinus Valentino de eodem argumento. Haec duo epistole, praeferuntur duobus libris, quorum alter habet titulum, De gratia & libero arbitrio, alter De correptione & gratia. Epistola. XLVII.

DOMINO dilectissimo, & in Christi membris honorando fratri Valentino, & fratribus qui tecum sunt, Augustinus in domino salutem. Cresconium Felicem & alium Felicem dei seruos, qui ex vestra congregatione ad nos venerunt, nobiscum egisse pascha nouerit charitas vestra. Quos ideo tenui-

mus aliquanto diutius, vt instructiores ad vos rediret, aduersus novos haereticos Pelagianos, in quorum errore cadit, qui putat aliquo merito humano gratiam dei dari, quae sola hominem liberat per dominum nostrum Iesum Christum. Sed rursus, qui putat, quando ad iudicium dominus venerit, non iudicari hominem secundum opera sua, qui iam per aetatem vt potuit libero voluntatis arbitrio: nihilominus in errore est. Solum enim paruuli, qui nodum habent opera propria, vel bona vel mala, secundum solum originale peccatum damnabuntur, quibus per lauacrum regenerationis non subuenit gratia saluatoris. Ceteri autem omnes, qui iam vtetes libero arbitrio, sua propria peccata, originali peccato insuper addiderunt, si de potestate tenebrarum per gratiam dei non eruantur, nec transferuntur ad Regnum Christi, non solum secundum originis verumetiam secundum propriae voluntatis merita, iudicium reportabunt. Boni vero etiam ipsi quidem, non solum secundum suae bonae voluntatis merita praemium consequentur, sed etiam ipsam bonam voluntatem, per dei gratiam consequuntur: ac sic impletur quod scriptum est: Ira & indignatio, tribulatio & angustia, in omnem animam hominis operantis malum, iudaei primum & Graeci: gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, iudaeo primum & Graeco. De qua difficillima quaestione, hoc est de voluntate & gratia, non opus habui etiam in hac epistola diutius disputare, quoniam & aliam iam eis dederam, tanquam citius redituris. Et scripsi ad vos etiam librum, quem si, adiuuante domino, diligenter legeritis, & viuaciter intellexeritis, nullas existimo inter vos de hac re dissensiones ulterius iam futuras. Por tant autem secum & alia, quae vobis dirigenda esse credidimus, quibus cognoscatis, quemadmodum catholica ecclesia, in dei misericordia Pelagianae haeresis venena repulerit. Quod enim scriptum est ad papam Innocentium Romanae urbis Episcopum, de concilio prouinciae Carthaginensis, & de concilio Numidia, & aliquanto diligentius a quinquo Episcopis, & quae ipse ad tria ista rescripsit, ite quod papa Zosimo de Aphricano concilio scriptum est, eisdem rescriptum ad vniuersos totius orbis Episcopos missum, & quod posteriori concilio plenario totius Africae contra ipsum errorem breuiter constituimus, & supra memoratum librum meum, quem modo ad vos scripsi: haec omnia & in praesenti legimus cum ipsis, & per eos missimus vobis. Legimus eis etiam librum beatissimi martyris Cypriani, de oratione dominica: & ostendimus quemadmodum docuerit omnia quae ad mores nostrorum pertinent, quibus recte viuimus, a patre nostro qui in caelis est, esse poscenda, ne de libero praesumentes arbitrio, a diuina gratia decidamus. Vbi etiam demonstrauimus, quomodo admonerit idem gloriosissimus martyr, etiam pro inimicis nostris, qui nondum in Christum crediderunt, nos vt credant orare debere. Quod vtique inaniter fieret, nisi ecclesia crederet etiam malas atque infideles hominum voluntates, per dei gratiam in bonum posse conuertere. Sed hunc librum sancti Cypriani, quia dixerunt etiam illic apud vos esse, non missimus. Meam quoque epistolam ad Sixtum Romanae ecclesiae presbyterum datam, quam secum ad nos attulerunt, legimus cum eis, & ostendimus aduersus eos esse conscriptam, qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari, hoc est aduersus eosdem Pelagianos. Quantu ergo potuimus, c ij egimus

Roma. 7.

Roma. 7.

Innocentius Zosimus papa.

Li. de gratia & libero arbitrio. cap. 29.

G egimus cum istis & vestris & nostris fratribus, vt in fide sana catholica perseuerent, Quae neque liberum arbitrium negat, siue in vitam malam, siue in bonam, neque tantum ei tribuit, vt sine gratia dei valeat aliquid, siue vt ex malo conuertatur in bonum, siue vt in bono perseuerat proficiat, siue vt ad bonum sempiternum perueniat, vbi iam non timeat ne deficiat. Vos quoque charissimi etiam in hac epistola exhortor, quod nos omnes exhortatur Apostolus: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad temperantiam, sicut vniciue deus partitus est mensuram fidei. Attendite quid per Salomonem moneat spiritus sanctus: Rectos cursus, inquit, fac pedibus tuis, & vias tuas dirigere, ne declines in dexteram, neque in sinistram, auerte autem pedem tuum a via mala. Vias enim quae a dextris sunt nouit dominus, peruersae vero sunt, quae a sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet. In his verbis sanctae scripturae considerate fratres, quia si non esset liberum arbitrium, non diceretur: Rectos cursus fac pedibus tuis, & vias tuas dirige: ne declines in dexteram, neque in sinistram. Et tamen sine dei gratia si posset hoc fieri, non postea diceretur: Ipse autem rectos faciet cursus tuos, & itinera tua in pace producet. Nolite ergo declinare neque in dexteram neque in sinistram, quantum laudentur viae quae a dextris sunt, & vituperentur quae sunt a sinistris. Hoc est enim propter quod addidit: Averte autem pedem tuum a via mala, hoc est a sinistra. Quod manifestat in consequentibus dicens: Vias enim quae a dextris sunt nouit dominus, & peruersae vero sunt quae a sinistris sunt. Eas utique vias ambulare debemus quas nouit dominus, & de quibus in psalmo legitur: Nouit dominus viam iustorum, & via impiorum peribit. Hanc enim non nouit dominus, quia sinistra est. Sicut dicitur etiam illis ad sinistram constitutis: Non noui vos. Quid autem quod ille non nouit, qui vtiue nouit omnia, siue bona hominum siue mala? Sed quid est: Non vos noui nisi, tales vos ego non feci? Quemadmodum illud quod dictum est de ipso domino Iesu Christo, quia non nouerat peccatum; quid est nisi non nouerat nisi quia non fecerat? Ac per hoc quod dictum est: Vias quae a dextris sunt nouit dominus: quomodo intelligendum est, nisi quia ipse fecit vias dexterae, id est vias iustorum, quae sunt utique opera bona, quae praeparauit deus (sicut dicit Apostolus) vt in illis ambulemus. Vias autem sinistras peruersas, id est vias impiorum, non utique nouit, quia non eas ipse fecit in homine, sed homo sibi. Propter quod dicit: Odiui autem ego peruersas vias malorum, ipsae sunt a sinistris. Sed respondetur nobis. Cur ergo dixit: Ne declines in dexteram neque in sinistram: cum potius dicere debuisset videretur: Tene dexteram, & ne declines in sinistram? Si bonae sunt viae quae a dextris sunt, cur putamus, nisi quia ita viae sunt bonae quae a dextris sunt, vt in dexteram tamen declinare non sit bonum? Declinare quippe ille est intelligendus in dexteram, qui bona ipsa opera quae ad vias dexterarum pertinent, sibi vult assignare non deo. Et ideo cum dixisset: Vias enim quae a dextris sunt nouit dominus, & peruersae autem sunt quae a sinistris sunt, tanquam diceretur ei: Quomodo ergo non vis vt declinemus ad dexteram, sequutus adiunxit: Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet. Sic ergo intellige, quod tibi praecipitur, Rectos cursus fac pedibus tuis, & vias tuas dirige: vt noueris cum hoc

facis, a domino deo tibi praestari vt hoc facias, & non declinabis ad dexteram, quantum ambules in viis dextris, non confidens in virtute tua: & ipse erit virtus tua qui rectos faciet cursus tuos, & itinera tua in pace producet. Quapropter dilectissimi, quicumque dicit, voluntas mea mihi sufficit ad faciendam opera bona, declinat in dexteram. Sed rursus illi qui putant bonam vitam esse deserendam, quando audiunt sic dei gratiam praedicari, vt credatur & intelligatur voluntates hominum ipsas ex malis bonas facere, ipsas etiam quas fecerit custodire, & propterea dicunt: Faciamus mala vt veniant bona, in sinistram declinant. Ideo vobis dixit: Non declinetis in dexteram neque in sinistram. Hoc est, Non sic defendatis liberum arbitrium, vt ei bona opera sine dei gratia tribuatis: nec sic defendatis gratiam, vt quasi de illa securi, mala opera diligatis, quod ipsa gratia dei auertat a vobis. Tali-um quippe verba sibi praeponeus Apostolus ait: Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato vt gratia abundet? Atque his verbis hominum errantium, & dei gratiam non intelligentium, respondit vt debuit dicens: Absit. Si enim mortui sumus peccato, quomodo viuemus in eo? Nihil potuit dici breuius & melius. Quid enim nobis gratia dei vtilius confert in hoc praesenti saeculo maligno, nisi vt moriamur peccato? Ac per hoc ipsi gratiae inueniuntur ingrati, qui propter illam vult viuere in peccato per quam morimur peccato. Deus autem qui diues est in misericordia, det vobis & sanum sapere, & vsque in finem proficenter in bono proposito permanere. Hoc pro vobis, hoc pro nobis, hoc pro omnibus qui vos diligunt, & pro eis qui vos oderunt, instanter in pace fraterna & vigilanter orate, vt deo viuatis. [Si quid de vobis mereor, veniat ad me frater Florus.]

Augustinus Vincentio ex haeresi Rogatiana, docens se fuisse aliquando eius sententiae, ut arbitraretur cum haereticis nulla vi, sed solo dei verbo agendum, verum aliorum sententia ex exemplis super eum mutasse sententiam, & arbitrari leges principum recte implorari aduersus hostes fidei, modo id fiat animo corrigendi non studio vindicandi, aliisque multa contra anabaptisimum Donatistarum, & pertinaciam illorum. Epistola. XLVIII.

DILECTISSIMO fratri Vincentio, Augustinus. Accepi epistolam quam tuam esse non mihi incredibile visum est. Attulit enim eam, quem catholicum Christianum esse costaret, qui vt opinor mihi mentiri non audeat. Sed & si forte non sunt literae tuae, ego ei qui scripsit rescribendum putavi: Nunc me potius quietis esse audium & penitentem, quam tunc cum me adolescentem viuo adhuc Rogato cui successisti & apud Carthaginem noueras. Sed Donatistae nimium inquieti sunt, quos per ordinatas a deo potestates cohiberi atque corrigi mihi non videtur inutile. Nam de multorum iam correctione gaudemus, qui tam veraciter vnitatem catholicam tenent atque defendunt, & a pristino errore se liberatos esse laetantur, vt eos cum magna gratulatione miremur. Qui tamen nescio qua vi consuetudinis nullo modo mutari in melius cogitent, nisi hoc terrore percussis, sollicitam mentem ad considerationem veritatis intenderent, ne forte non pro iustitia, sed pro peruersitate & praesumptione hominum ipsas temporales molestias, infructuosa & vana tolerantia paterent, & apud deum postea non inuenirent nisi debitas poenas impiorum, qui eius tam lenem admonitionem, & paternam flagella

A flagella contempserint: Ac sic ista cogitatione dociles facti, non in calumniis & fabulis humanis, sed in diuinis libris promissam per omnes gentes inuenirent ecclesiam, quam suis oculis reddi conspicerent, in quibus & Christum praenunciatur, etiam non visum, super caelos esse minime dubitarent. Nunquid nam ego istorum saluti inuidere debebam, vt collegas meos ab huiusmodi paterna diligentia reuocarem, per quam factum est vt multos videamus accusare suam pristinam caecitatem: qui cum super caelos exaltatum Christum etiam non videntes credebant, gloriam tamen eius super omnem terram, etiam videntes negabant, cum propheta vtrunq; vna sententia tanta manifestatione complexus sit, dicens: Exaltare super caelos deus, & super omnem terram gloria tua: Istos ergo atroces quondam inimicos nostros, pacem & quietem nostram variis violentiarum & insidiarum generibus grauiter infestantes, si sic contemneremus & toleraremus, vt nihil omnino quod ad eos terrendos ac corrigendos valere posset, excogitaretur & ageretur a nobis, verum malum pro malo redderemus. Si enim quicumque inimicum suum periculosis febribus phreneticum factum, currere videret in praecipitium, nonne tunc potius malum pro malo redderet, si eum sic currere permitteret, quam si corripiendum ligandumque curaret, & tamen tunc ei molestissimus & aduersissimus videretur, quando vtilissimus & misericordissimus extitisset? Sed plane salute reparata, tanto vberius ei gratias ageret, quanto sibi eum minus pepercisse sensisset. O si possem tibi ostendere ex ipsis Circuncellionibus, quam multos iam catholicos manifestos habeamus damnantes suam pristinam vitam & miserabilem errorem, quo se arbitrabantur pro ecclesia dei facere quicquid inquieta temeritate faciebant, qui tamen ad hanc sanitatem non perducerentur nisi legum istarum quae tibi displicent vinculis tanquam phrenetici ligarentur. Quid illud alterum genus morbi grauissimi eorum, qui turbulenta quidem audaciam non habebant, sed quadam vetusta fercordia premebantur, dicentes nobis, Verum quidem dicitis, non est quod respondeatur, sed durum est nobis traditionem patrum relinquere. nonne salubriter regula temporalium molestiarum excutiendi erant, vt tanquam de somno lethargico emergent, & in salutem vnitatis euigilarent? Quam multi ex ipsis nunc nobiscum gaudentes, pristinum pondus perniciosi sui operis accusant, & fatentur nos sibi molestos esse debuisse, ne tanquam mortifero somno, ita morbo veterosae consuetudinis interirent. At enim quibusdam ista non profunt, nunquid ideo negligenda est medicina, quia nonnullorum est insanabilis pestilentia? Tu non attendis nisi eos qui ita duri sunt, vt nec istam recipiant disciplinam. De talibus enim scriptum est, Frustra flagellauit filios vestros, disciplinam non receperunt. Puto tamen quia dilectione non odio flagellati sunt. Sed debet etiam tam multos attendere, de quorum salute gaudemus. Si enim terrentur & non docerentur, improba quasi dominatio videretur. Sed rursus si docerentur & non terrentur, vetustate consuetudinis obdurati, ad capefendam viam salutis pigrius mouerentur: quantumquid multi (quos bene nouimus) reddita sibi ratione & manifestata ex diuinis testimoniis veritate, respondebant nobis, cupere se in ecclesia catholicae communionem transire, sed & violentas perditorum hominum inimicitias formidare, quas quidem pro iustitia

Tomus secundus. E iij Quic-

& pro aeterna vita utique contemnere debuerunt. Sed etiam infirmitas donec firmi efficiantur sustinenda est non desperanda. Nec obliuiscendum quod ipse dominus adhuc infirmo Petro ait: Non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Cum vobis solum tenebras erroris lux veritatis expellat, verum etiam malae consuetudinis vincula vis timoris abrumpat, de multorum (sicut dixi) salute laetamur, benedictum nobiscum, & gratias agendum deo, quod sua pollicitatione completa, qua reges terrae Christo seruierunt esse promissae, sic curauit morbos, sic sanauit infirmos. Non omnis qui parit amicus est, nec omnis qui verberat inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quam volitaria oscula inimici. Melius est cum seueritate diligere, quam lenitate decipere. Vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligebat, quam esurienti panis frangitur, vt iniustitia seductus acquiescat. Et qui phreneticum ligat, & qui lethargicum excitat, ambobus molestus, ambos amat. Quis nos potest amplius amare quam deus? Et tamen nos non solum docere suauiter, verum etiam salubriter terrene non cessat. Fomentis lenibus quibus consolatur, saepe etiam mordacissimum medicamentum tribulationis adiungens, exercet fame patriarchas etiam pios & religiosos, populum contumacem poenis grauioribus agitatur. Non aufert ab Apostolo stimulum carnis tertio rogatus, vt virtutem in infirmitate perficiat. Diligamus etiam inimicos nostros, quia hoc iustum est, & hoc praecipit deus, vt si-mus filij patris nostri qui in caelis est, qui facit solem suum oriri super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. Sed sicut ista dona eius laudamus, ita etiam flagella eius in eos quos diligit cogitemus. Putas neminem debere cogi ad iustitiam, cum legas patremfamilias dixisse seruis: Quoscuque inueneritis cogite intrare: Cum legas etiam ipsum primo Saulum, postea Paulum, ad cognoscendam & tenendam veritatem, magnaviolentia Christi cogentis esse compulsum, nisi forte chariorem putas hominibus esse pecuniam, vel quamlibet possessionem, quam lucem istam quae oculis carpitur. Hanc ille caelesti prostratus lumine subdito amissam non recuperauit, nisi cum sancte incorporaretur ecclesiae. Et putas nullam vim adhibendam esse homini, vt ab erroris pernicie liberetur: cum ipsum deum quo nemo vtilius diligit certissimis exemplis hoc facere videas, & Christum audias dicentem: Nemo venit ad me nisi quem pater attraxerit, quod sit in cordibus omnium qui se ad eum diuinae iracundiae timore conuertunt: & noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum spargere, & aliquando pastorem flagello ad gregem pecora errantia reuocare. Nonne contumacem ancillam data sibi potestate, Sara potius affligebat? Et utique non eam quam superius beneficio suo matrem fecerat crudeliter oderat, sed in ea superbiam salubriter edomabat. Non autem ignoras quod istae duae mulieres Sara & Agar, & duo filij earum Isaac & Ismael, pro spiritualibus & carnalibus figurarentur, Et cum legamus ancillam & filium eius a Sara passos graues molestias, Paulus tamen Apostolus dicit, quod ab Ismaele persequutione sit passus Isaac. Sed sicut tunc, inquit, ille qui erat secundum carnem, persequebatur eum qui erat secundum spiritum, ita & nunc: vt qui possunt intelligant, magis ecclesiam catholicam persequutionem pati superbia & impietate carnalium, quos temporalibus molestiis atque terroribus emendare conatur.

Roma. 12.

Proverb. 4.

H

† deus.

Psalm.

I

† fecit homini.

† deus.

† ipsa.

Roma. 3.

Psalm. 107.

Roma. 6.

33. q. 4. n. mium.

Pro bello.

Circuncelliones.

M

† audere non possit.

23. q. 4. n. mium.

2. Retrac. 5.

De verbis dñi. ser. 6. Cogi ad fidem quatenus expedit.

Tomus secundus. E iij Quic-

G Quicquid ergo facit vera & legitima mater, etiam si asperum amarumque sentiat, non malum pro malo reddit, sed bonum disciplinae expellendo malum iniquitatis apponit, non odio nocendi, sed dilectione sanandi. Cum boni & mali eadem faciunt, eademque patiuntur, non factis & poenis, sed causis utique discernendi sunt. Pharaon populum dei duris laboribus atterebat, Moyses eundem populum impie agentem duris coërtitionibus affligebat: similia fecerunt, sed non similiter prodesse voluerunt. Ille dominatione inflatus, iste zelus inflammatus est. Iezabel occidit prophetas, Helias occidit pseudoprophetas. Puto quod diuersa sint merita facientium, & diuersa passorum. Aspice etiam tempora noui testamenti, quando iam ipsa mansuetudo charitatis, non solum in corde erat seruanda, verum etiam in luce monstranda, quando Petri gladius in vagina reuocatur à Christo, & ostenditur non debuisse de vagina eximi nec pro Christo. Legimus tamen non solum quod ceciderunt Iudaei Paulum Apostolum, verum etiam quod ceciderunt & Graeci pro Paulo Apostolo Sophoclenem Iudaeum, Nonne similitudo facti quasi utrosque coniungit, & tamen eos causa dissimilitudo discernit? Nempe deus proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Nempe de filio ipso dicitur: Qui me dilexit & tradidit semetipsum pro me. Nempe & de Iuda dicitur, quod introierit in eum Sathanas, ut traderet Christum. Cum ergo & pater traderit filium suum, & ipse Christus corpus suum, & Iudas dominum suum, cur in hac traditione deus est pius, & homo reus, nisi quia in re vna quam fecerunt, causa non vna est ob quam fecerunt. Tres cruce in loco vno erant, in vna latro liberandus, in alia latro damnandus: in media Christus, alterum liberaturus, alterum damnaturus. Quid similis istis crucibus? quid dissimilium istis pendentibus? Traditus est Paulus includendus & colligandus, sed quolibet custode carceris peior est utique Sathanas, cui tamen ipse Paulus tradidit hominem in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Iesu. Et hic quid dicimus? Ecce mitiori tradidit crudelis traditor, crudeliori tradidit misericoi traditor. Discamus frater in similitudine operum discernere animos operantium, ne clausis oculis calumniemur, & beneuolos pro nocentibus accusemus. Item cum ait Apostolus, tradidisse se quosdam Sathanas ut discerneret non blasphemare: malum pro malo reddidit, an potius malos etiam pro malum emendare, bonum opus esse indicauit? Si semper esset laudabile persecutionem pati, sufficeret domino dicere: Beati qui persecutione patiuntur, nec adderet, propter iustitiam. Item si semper esset culpabile persecutionem facere, non scriptum esset in sanctis libris: Detrahentem proximo suo occulte, hunc persequebar. Aliquando ergo & qui eam patitur, iniustus est, & qui eam facit, iustus est. Sed plane semp, & mali persequuti sunt bonos, & boni persequuti sunt malos. Illi nocendo per iniustitiam, illi consulendo per disciplinam. Illi immaniter, illi temperanter. Illi seruientes cupiditati, illi charitati. Nam qui trucidat, non considerat quemadmodum laniet: qui autem curat, considerat quemadmodum fecerit. Ille enim persequitur sanitatem, ille putredinem. Occiderunt impij Prophetas, occiderunt impios & prophetas. Flagellauerunt Iudaei Christum, Iudaeos flagellauit & Christus. Traditi sunt Apostoli ab hominibus potestati humanae, tradiderunt & Apostoli homines potestati Sathanae. In his omnibus quid

attenditur, nisi quis eorum pro veritate, quis pro iniquitate, quis nocendi causa, quis emendandi? Non inuenitur exemplum in Euangelicis & Apostolicis literis, aliquid petendum à regibus terrae pro ecclesia & contra inimicos ecclesiae, quis negat non inueniri? Sed nondum implebatur illa prophetia. Et nunc reges intelligite, & erudimini qui iudicatis terram: Seruite domino in timore. Adhuc enim illud implebatur, quod in eodem psalmo paulo superius dicitur: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrae, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Veruntamen si facta praeterita in prophetis libris, figurae fuerunt futurorum, in rege illo qui appellabatur Nabuchodonosor, vtrique tempus figuratum est, & quod sub Apostolis habuit, & quod nunc habet ecclesia. Temporibus itaque Apostolorum & martyrum illud implebatur quod figuratum est quando rex memoratus pius & iustus cogebat adorare simulacra, & recusantes in flammis mittebat. Nunc autem illud impletur quod paulo post in eodem rege figuratum est, cum conuersus ad honorandum deum verum, decreuit in regno suo, ut quicumque blasphemaret deum Sidrac Misac & Abdenago, poenis debitis subiaceret. Prius ergo tempus illius regis, significabat priora tempora regum infidelium, quos passi sunt Christiani pro impijs. Posterius vero tempus illius regis, significauit tempora posteriorum regum iam fidelium, quos patiuntur impij pro Christianis. Sed plane in eis qui sub nomine Christi erant seducti à peruersis, ne forte oves Christi sint errantes, & ad gregem aliter reuocanda sint, temperata seueritas & magis mansuetudo seruatur, ut coërtione exiliorum atque damnorum tribulatione admoneantur considerare quid & quare patiantur, & discant proponere rumoribus & calumnijs hominum scripturas quas legunt. Quis enim nostrum, quis vestrum non laudat leges ab imperatoribus datas aduersus sacrificia Paganorum? Et certe longe ibi poena seuerior constituta est, illius quippe impietatis capitale supplicium est. De vobis autem corripiendis atque coërcendis, habita ratio est, quae potius admoneremini ab errore discedere, quam pro scelere puniremini. Potest enim fortasse etiam de vobis dici, quod ait Apostolus de Iudaeis: Testimonium illis perhibeo, quia zelum dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti. Quid enim aliud & vos quam vestram iustitiam vultis constituere, quando non dicitis iustificari nisi eos qui à vobis potuerunt baptizari? In hac ergo Apostolica sententia quam de Iudaeis protulit, hoc distatis à Iudaeis, quod vos habetis sacramenta Christiana, quibus illi adhuc carent. Caeterum ad hoc quod ait: Ignorantes dei iustitiam, & suam volentes constituere, & quod zelum dei habent, sed non secundum scientiam, patres estis omnino, exceptis duntaxat illis, quicumque in vobis sunt, scientes quid verum sit, & pro animositate suae peruersitatis, contra veritatem etiam sibi notissimam dimicantes. Horum quippe impietas, etiam idololatriam forsitan superat. Sed quia non facile conuinci possunt (in animo nanque latet hoc malum) omnes tanquam non à nobis minimis*† alieni leuiores seueritate coërcemini. Et hoc quidem vel de omnibus haereticis qui Christianis sacramentis imbuuntur, & à Christi veritate sine vnitate dissentiunt, vel Do-

K
23. q. 4. non inuenitur.
Psal. 2.
L
Daniel. 2.
† errant.
Lex aduersus Paganos.
M
Rom. 10.
† veritate etiam impietate defenditque idololatriam &c. * nimis legēdi arbitror. † inimum.

† dilectio.

Petriglad.

Roma. 8. Galat. 2. Ioan. 13.

Acto. 16.

1. Cor. 5.

1. Timo. 1.

Mat. 5. 23. q. 4. inimum. Psal. 100.

Circuncelliones.

Marth. 5.

Julianus apostata.

Cæcilianus.

A vel Donatistis omnibus dixerimus. Quod autem ad vos attinet, qui non solum cum illis communiter Donatistis à Donato, verum etiam proprie Rogatistae à Rogato appellamini, mitiores quidem esse videmini, quia cum Circuncellionum immanissimis gregibus non sauitis, sed nulla bestia si neminem vulneret propterea mansueti dicitur, quia dentes & ungues non habet. Sequere vos nolle dicitis, ego non posse arbitror. Ita enim estis numero exigui, ut mouere vos contra aduersarios vobis multitudines non audeatis, etsi cupiatis. Sed ponamus vos etiam nolle, quod non valetis, ponamus vos Euangelicam sententiam qua scriptum est: Si quis tibi voluerit tunicam tollere, & iudicio tecum contendere, dimitte illi & pallium, sic intelligere, sic tenere, ut persequentibus vos non solum nulla iniuria, verum etiam nullo iure resistendum putetis, hunc certe intellectum Rogatus auctor vester, aut non habuit, aut non impleuit. Qui de nescio quibus rebus ut dicitis vestris acerrima perseverantia etiam forensi disceptatione confligit. Cui si diceretur, quis vnquam Apostolorum in causa fidei, res suas iudicio publico defendit, sicut tu in epistola tua posuisti, quis vnquam Apostolorum in causa fidei res alienas inuasit? nullum quidem in diuinis literis huius facti reperire exemplum, sed tamen forte inueniret aliquam veram defensionem, si veram ecclesiam retineret, & non sub ecclesiae vero nomine impudenter aliquid possideret. Quod autem pertinet ad terrenarum potestatum iussa, contra schismaticos aut haereticos, vel impetranda vel exerenda, illi quidem à quibus vos separastis acerrimi fuerunt, & contra vos, quantum audire potuimus, & contra Maximianistas, quod gestorum etiam certis documentis probamus: sed tamen nondum ab eis separati eratis, quando Iuliano imperatori in sua petitione dixerunt, quod apud eum sola iustitia locum haberet, quem certe apostatam nouerant, & idololatriam deditum sic videbant, ut aut iustitiam esse idololatriam faterentur, aut se scelerate mentitos, negare non possent, ut apud eum dicerent solam locum habere iustitiam, apud quem magnum locum cernerent habere idololatriam. Sed fuerit error in verbo, de facto ipso quid dicitis: Si nihil iustum ab imperatore petendum est, cur à Iuliano petendum est, quod iustum putatum est? An hoc petendum est, ut sua quisque recuperet, non ut aliique quo ab imperatore coërcetur, accuset? Interim & in suarum rerum recipiendarum repetitione ab Apostolicis exemplis receditur, quia hoc fecisse nemo inuenitur illorum. Sed tamen cum maiores vestri ipsum Cæcilianum tunc ecclesiae Carthaginensis episcopum, cui tanquam criminoso communicare noluerunt, apud principem Constantinum per Anulinum proconsulem accusauerunt, non res suas amissas repetiuerunt, sed innocentem, sicut existimamus, & sicut ipse iudiciorum exitus docuit, calumniose appetiuerunt: Quo quid sceleratius ab eis fieri potuit? Si autem, sicut falso arbitramini, verè criminose iudicandum terrenis potestatibus tradiderunt, quid nobis obiicitis quod vestrorum praesumptio primitus fecit: quod eos non argueremus quia fecerunt, si non animo inuido & noxio, sed emendandi & corrigendi voluntate fecissent. Vos autem indubitanter arguimus, quibus crimen videtur de inimicis communionis nostrae Christiano imperatori aliquid conueniri, cum libellus à maiorebus vestris Anulino proconsuli datus, & Constantino

imperatorii mittendus, ita superscriptus sit: Libellus ecclesiae catholicae, criminum Cæciliani, traditus à parte maiori. Illos autem magis hinc arguimus, quia cum apud imperatorem vltro Cæcilianum accusassent, quem primo utique apud collegas transmarinos conuincere debuerant, ipso autem imperatore longè ordinatius agente ut episcoporum causam ad se delatam, ad episcopos mitteret, nec victi pacem cum fratribus habere voluerunt: sed rursus ad eundem imperatorem venerunt, rursus non Cæcilianum tantum, verum etiam datos sibi episcopos iudices, apud terrenum regem accusauerunt, rursus ab alio episcopali iudicio ad eundem imperatorem appellauerunt: Nec eo ipso inter partes cognoscente atque iudicante, vel veritati vel paci cedendum esse duxerunt. Quid autem aliud statueret Constantinus aduersus Cæcilianum & socios eius, si essent vestris maioribus accusantibus victi, quam quod statuit in eos ipsos, qui cum vltro accusassent, nec ea quae intendebant probare potuissent? Noluerunt enim veritati consentire, nec victi. Ille quippe imperator primus constituit in hac causa, ut res coërtorum, & vnitati perniciter resistentium, fisco vendicarentur. Sed videlicet si vestris maioribus accusantibus atque superantibus, contra communionem Cæciliani imperator tale aliquid decreuisset, promissores ecclesiae, defensores pacis & vnitatis nominari velletis. Cum verò in eos qui vltro accusantes nihil probare potuerunt, nec oblato sibi gremio pacis, quo correcti exciperentur, consentire voluerunt, ab imperatoribus talia decernuntur, indignum facinus clamatur, neminem ad vnitatem esse cogendum, malum pro malo reddendum nemini esse contenditur. Quid est aliud quam id quod de vobis quidam scripsit: Quod volumus sanctum est? Et nunc non erat magnum neque difficile considerare atque cogitare Constantini iudicium atque sententiam contra vos vigere, quae vestris maioribus Cæcilianum apud imperatorem totiens accusantibus & non conuincentibus, aduersus vos promulgata est: eam necessario sequi ceteros imperatores, maxime catholicos Christianos, quoties de vobis aliquid agere vestrae obstinationis necessitas cogit. Facile erat ista cogitare, ut vobis ipsis aliquando diceretis: Si Cæcilianus vel innocens fuit, vel nocens & conuinci non potuit, quid in hoc negotio tam longe lateque diffusa societas Christiana peccauit? Cur orbis Christiano non licuit ignorare, quod non potuerunt qui accusauerant demonstrare? Cur illi quos Christus in agro suo, id est in hoc mundo seminauit, & inter zizania crescere vsque ad messem praecipit, cur tot milia fidelium in omnibus gentibus, quorum multitudinem stellis caeli & harenæ maris dominus comparauit, quos in semine Abrahae benedicendos promissit & reddidit, propterea negantur esse Christiani, quia in hac causa in qua discutienda non interfuerunt, iudicibus potius suo periculo iudicantibus, quam victis litigatoribus credere maluerunt? Certè nullus crimen maculatus nescientem. Quomodo fideles toto orbe diffusi, crimen traditorum cognoscere poterant, quod accusatores etiam si nouerant, tamen eis ostendere non valebant? Hos ergo ab hoc crimine innocentes esse, nempe ipsa ignorantia facillime ostendit. Cur ergo innocentes falsis criminibus accusantur, quia crimina aliena, seu falsa seu vera nescierunt? Quis locus innocentiae referuatur, si crimen est proprium, nescire crimen alienum? Porro si tot gentium popu-

E
Libellus criminum.
23. q. 4. nullum.
D
† veritate etiam impietate defenditque idololatriam &c. * nimis legēdi arbitror. † inimum.
F
23. q. 4. nullum. 1. q. 4. nullum.
e iij 105.

G los, ipsa ignorantia, sicut dictum est, innocentes ostendit, quam magnum crimen est ab istorum innocen-

H fortasse etiam cogitatis. Sed melius erat ut amaretis possessiones terrenas, quas timendo perdere cognita-

I ad praesentes imperatores, qui iudicium illius quem vestri elegerunt, que iudicibus episcopis praetulerunt, iustissime contra vos custodiendum esse decernunt.

pleretur divina illa sententia: Verbis non emedabitur servus durus: si enim & intellexerit, non obediet. Quam multi propterea putabant veram ecclesiam esse parte-

K Prouer. 29. Phryx plangis.

L

Mire argumentatur a minore ad maius.

M

Regi leges Christo feruunt.

Roma. 13.

Gene. 26. Malach. 1.

Ieo Psal. 71.

Luc. 24.

Act. 17.

Typhus p. falsus freques apud Augustinum.

A infirmis periculosa tentatio: quando autem veritatem praedicat errantibus & discordantibus, cordatis vtilis admonitio est, & insensatis inutilis afflictio. Non est tamen potestas nisi a deo. Qui autem resistit potestati, dei ordinationi resistit.

quid inuenisti, quod contra dei testimonia proferendum putares. Dicit enim quantum ad totius mundi pertinet partes, modica pars est in compensatione totius mundi, in qua fides Christiana nominatur: nec vis attendere, aut te nosse dissimulas, in quam multas iam barbaras nationes tam paruo tempore venerit Euangelium, ut nec inimici Christi dubitare iam possint breui tempore futurum, quod discipulis respondit de seculi sine quaerentibus: Et praedicabitur hoc Euangelium in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis.

D Christiano-ris angusta ditio.

E

Esauia

F

Luc. 24.

23. q. 4. nisi, & cap. qua magni.

23. q. 6. vides.

Prior Augustini sententia consentiebat cum Lutherana.

Prouer. 9.



G Occidentali quam Meridianæ parti vicinior, quando nec Aphricam se vult dici, quomodo de Meridie gloriabitur? non dico aduersus orbem terrarum, sed aduersus ipsam partem Donati, vnde pars Rogati, breuissimum fructu de fructu maiore præcisum est. Quis autem non impudentissime nitatur aliquid in allegoria positum pro se interpretari, nisi habeat & manifesta testimonia, quorum lumine illustrentur obscuræ. Quod autem omnibus Donatistis dicere solemus, quæto vobis fortius dicimus, si possunt, quod fieri non potest, aliqui habere causam iustam, qua communionem suam separant à communionem orbis terrarum, eamque appellat ecclesiam Christi, quod se iuste ab omnium gentium communionem separauerint, vnde scitis in Christiana societate, tam longe lateque diffusa, ne forte antequam vos separaretis, iam se aliqui iusta causa separauerint in longinquissimis terris, vnde ad vos eorum iustitiæ fama non potuerit peruenire: Quomodo in vobis potest esse ecclesia potius quam in illis, qui se priores forte separauerunt: ita sit vt cum hoc nescitis, incerti vobismetipsis sitis, quod necesse est contingat oibus, qui pro sua societate vtuntur testimonio non diuino sed suo. Neque enim potestis dicere, si hoc cõtingisset, nos latere non posset, cum in Aphrica ipsa, quot iam partes factæ sint ex parte Donati, si interrogemini non dicatis, præsertim quia tanto sibi videntur qui hoc faciunt iustiores, quanto fuerint pauciores, & vtique tanto sunt latentiores. Ac per hoc incerti estis, ne forte aliqui pauci iusti & ideo minime noti, alicubi longe contra Aphricam Meridiem, antequam pars Donati iustitiam suam à cæterorum hominũ iniquitate secerneret, se primitus causa æquissima separauerint in latere Aquilonis, & ipsa sit potius ecclesia Dei tanquam Syon spiritalis, quæ vos omnes iusta separatione præuenit, multoque præsumptius pro se interpretetur quod scriptum est: Mons Syon latera Aquilonis, ciuitas regis magni, quæ pro se interpretatur pars Donati: Vbi pascis, vbi cubas in Meridie: Et tamen vereris, ne cum imperialibus legibus ad vnitatem cogimini, nomẽ dei à Iudæis & Paganis diutius blasphemetur, quasi nesciant Iudæi quæadmodum primus populus Israël etiam bello delere voluerit duas illas tribus & dimidiam, quæ vltra Iordanem terras acceperant, quando eas putauerunt se ab vnitatem sui populi separasse. Paganis verò magis nos blasphemare possunt de legibus, quas contra idolorum cultores Christi imperatores tulerunt, & tamen ex eis multi correcti, & ad deum viuum verumque conuersi sunt, & quotidie conuertuntur. Sed planè & Iudæi & Paganis, si tam paucos putarent esse Christianos, quam pauci vos estis, qui solos vos Christianos esse perhibetis, nec blasphemare vos dignarentur, sed & nunquam ridere cessarent. Non timetis ne vobis dicant Iudæi: Vbi est quod Paulus vester ecclesiam vestram intelligit vbi dictum est: Latere sterilis quæ non parit, etumpe & exclama quæ non parturis, quoniam multi filij desertæ magis quam eius quæ habet virum: præponens multitudinem Christianorũ multitudinẽ Iudæorum, si Christi ecclesia est paucitas vestra? Hocine illis dicturi estis: Ideo magis iusti sumus, quia pauci sumus, nec attenditis eos responduros, quodlibet vos esse dicatis, non tamen estis illi de quibus dictum est: Multi filij desertæ: si tam exigui numero remansistis? Hic tu oppositurus es exemplum iusti illius in diluuiio, qui cũ domo sua solus liberari dignus inuentus est. Vides ergo adhuc quam longe sis à iustitia profusus, donec ad se-

ptem remaneas, quibus tu sis octauus, iustum te esse nõ dicimus: si tamen non istam iustitiam sicut dicebam præripuit aliquis ante partem Donati, & cum suis septem iusta aliqua causa commotus, se longe a libi separauit, & à mundi huius diluuiio liberauit. Quod cum ignoretis an factum sit, atque ita vobis inauditi, sicut multis populis Christianorum in lóginquis terris cõstitutorum nomen Donati inauditum est, incerti estis vbi sit ecclesia. Ibi enim erit, vbi primum forsitan factum est quod postea vos fecistis, si potuit esse vlla iusta causa, qua vos à communionem omnium gentium separare possētis. Nos autem ideo certi sumus neminem se à communionem omnium gentium iuste separare potuisse, quia non quisque nostrum in iustitia sua, sed in scripturis diuinis quærit ecclesiam, & vt promissa est, reddi conspicit. Ipsa est enim de qua dicitur: Sicut liliũ in medio spinarum, ita proxima mea in medio filiarũ. quæ nec spinæ dici possent, nisi malignitate morum: nec filia, nisi communionem sacramentorum. Ipsa est quæ dicit: A sinibus terræ ad te clamauit, cũ anxietur cor meũ. Quæ & in alio psalmo dicit: Tædium detinuit me à peccatoribus derelinquentibus legem tuam, & vidi insensatos, & tabescebam. Ipsa est quæ dicit spõ suo: Vbi pascis, vbi cubas in Meridie: ne forte siam sicut operta super greges sodalium tuorum. Id est quod alibi dicitur: Dexteram tuam notam fac mihi, & eruditos corde in sapientia. In quibus luce fulgentibus & charitate feruentibus, quasi in Meridie requiescis, ne forte velut operta, id est occulta & ignorata, irruã non in gregem tuum, sed in greges sodalium tuorum, id est hæreticorum. Quos ita sodales dicit, sicut spinas illas filias propter communionem sacramentorum. De quibus alibi dicitur: Tu verò vnanimis me, & dux me, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo domini ambulauimus cum cõsensu. Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes, sicut Dathan & Abiron, impiæ separationis authores. Ipsa est cui continuo respondetur: Nisi cognoueris temetipsam õ pulchra inter mulieres, exi tu in vestigiis gregum, & pascæ hædos tuos in tabernaculis pastorum. O responsio dulcissimi sponsi: Nisi cognoueris temetipsam, inquit. Quia vtique non potest ciuitas abscondi supra montem constituta: & ideo non es operta, vt incurras in greges sodaliũ tuorum. Ego enim sum mons paratus in cacumine montium, ad quem venient vniuersæ gentes. Nisi ergo cognoueris temetipsam, nõ in verbis caluniosorum, sed in testimoniis librorũ meorum, Nisi cognoueris temetipsam, quia de te dictum est: Porriges longius funiculos, & palos validos confirma, etiam atque etiam in dexteram atque sinistram exten de. Semen enim tuum hæreditabit gentes, & ciuitates quæ desertæ erant, inhabitabis. Non est quod metuas, præualebis enim, nec erubescas quod detestabilis fueris. Confusionem enim in æternum obliuisceris, ignominia viduitatis tuæ non eris memor. Ego enim sum dominus qui facio te, dominus nomen ei: Et qui eruit te, ipse deus Israël vniuersæ terræ vocabitur. Nisi cognoueris temetipsam õ pulchra inter mulieres, quia de te dictum est: Concupiuit rex speciem tuam, quia de te dictum est: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Nisi ergo cognoueris temetipsam, exi tu, non ego te eiicio, sed exi vt dicatur de te: Ex nobis gregum, sed non erant ex nobis. Exi tu in vestigiis gregum, non in vestigiis meis, sed in vestigiis gregũ: nec vnus gregis, sed gregum diuer-

K
Canti. 2.
Psal. 60.
Psal. 118.
Canti. 1.
Psal. 89.
Psal. 54.
Canti. 1.
M
Math. 5.
Esa. 54.
Psal. 44.

Math. 7. Gen. 22.

Galat. 4.

Math. 8.

Psal. 10.

Galat. 3.

Calumniator tibi.

ignotum.

Quæ sit hæc versio nescio.

A gtim diuersorum & errantium. Et pascæ hædos tuos, non sicut Petrus, cui dicitur: Pascæ oues meas, sed pascæ hædos tuos in tabernaculis pastorum, non in tabernaculo pastoris, vbi est vnus grex, & vnus pastor. Cognoscit enim semetipsam, ne hoc ei cõtingat, quia eis contingit hoc, qui se in illa non cognouerunt. Ipsa est, de cuius paucitate dicitur in comparatione plurimorum malorum, quia angusta & arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui ambulant in ea. Et rursum ipsa est, de cuius multitudine dicitur. Sic erit semetipsum, sicut stellæ cœli, & sicut arena maris. Iidem quippe fideles sancti & boni, & in comparatione plurimorum malorum pauci sunt, & per seipsi multi sunt: quia multi filij desertæ magis quam eius quæ habet virum. Et multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob, in regno cœlorum: & quia exhibet sibi deus populum abundantem æmulatorum bonorum operum. Et multa milia quæ numerare nemo potest, videntur in Apocalypsi, ex omni tribu & lingua in stolis albis palmisq; victricibus. Ipsa est quæ aliquando obscuratur, & tanquam obnubilatur multitudine scandalorũ, quando peccatores intendunt arcum, vt sagittent in obscura luna rectos corde. Sed etiam tunc in suis firmissimis eminet. Et si aliqua in his verbis diuinis distributio facienda est, fortasse nõ frustra dictum sit de femine Abraham, sicut stellæ cœli, & sicut arena quæ est ad oram maris: vt in stellis cœli pauciores, firmiores, clariioresq; intelligatur, in arena autem maritimi litoris magna multitudo infirmorũ atque carnalium. Quæ aliquando tranquillitate temporis quieta & libera apparet, aliquando autem tribulationum & tentationum fluctibus operitur atque turbatur. Tale tunc erat tempus, de quo scripsit Hilarius, vnde putasti insidiandum contra testimonia tot diuina, tanquam perierit ecclesia de orbe terrarum. Potes hoc modo dicere, nec tot ecclesias Galatiæ tunc fuisse, quando dicebat Apostolus: O stulti Galatiæ, quis vos fascinauit, vt cum spiritu cõperitis, nunc carne cõsum memini: Sic enim calumniaris docto viro, qui tardicordes & timidus grauitur increpabat, quos iterũ parturiebat, donec Christus formaretur in eis. Quis enim nescit illo tẽpore obscuris verbis multos parui sensus fuisse delusos, vt putarent hoc credi ab Arrianis, quod etiam ipsi credebant: alios autem timore cessisse & simulate consensisse, non recte ingredientiẽs ad veritatẽ Euangelij, quibus tu postea correctis sic quemadmodum notum est, nolles ignosci? Prorsus non nosti literas dei. Lege enim quid de Petro scripserit Paulus, & quid inde etiam senserit Cyprianus, & non tibi displiceat Ecclesiæ mansuetudo, quæ membra Christi dispersa colligit, non collecta dispergit: quanquam & illi qui tunc firmissimi fuerunt, & verba hæreticorum insidiosa intelligere potuerunt, pauci quidem in comparatione cæterorum, sed tamen etiam ipsi quidam pro fide fortiter exulabant, quidam toto orbe latitabant. Ac sic Ecclesia, quæ per omnes gentes crescit, in frumentis dominicis conseruata est, & vsque in finem, donec omnino gentes omnes, etiam barbaras teneat, cõseruabitur. Ipsa est igitur Ecclesia in bono semine, quod seminavit filius hominis, & vsque ad messem crescere inter zizania, prænuñciauit. Ager autem mundus est, messis finis est seculi. Hilarius ergo decem prouinciãrũ Asianarum, aut zizania non triticum arguebat, aut ipsum etiam triticum, quod defectu quodam periclitabatur, quanto vehementius, tanto vtilius arguendum puta-

bat. Habent enim etiam scripturæ Canonice hunc arguendi morem, vt tanquam omnibus dicatur, & ad quosdam verbum perueniat. Quod etiam Apostolus dicit ad Corinthios: Quomodo dicunt quidam in vobis, quia resurrectio mortuorum non est? Manifestat vtique non omnes esse tales, veruntamen & tales non extra, sed in eis fuisse testatur, à quibus ne illi seducerentur, qui non ita sentiebant, paulo post monuit dicens: Nolite seduci, Corruptum mores bonos colloquia mala. Sobrii estote iuste, & nolite peccare. Ignorantiam enim dei quidam habent. Ad reuerentiã vobis loquor. Quod autem dicit: Cum enim sint inter vos æmulatio & contentio, nõne estis carnales, & secundum hominem ambulatis? tanquam omnibus dicit. Et vides quam sit graue quod dicit. Proinde nisi in ipsa epistola legeremus: Gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei, quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus ditati estis in illo in omni verbo & scientia, sicut testimonium Christi confirmatũ est in vobis, ita vt nihil desit vobis in vlla gratia: putaremus omnes Corinthios carnales & animales, non percipientes quæ sunt spiritus dei, contentiosos, æmulos, secundum hominem ambulantes. Itaque & totus mundus in maligno positus est, propter zizania quæ sunt per totum mundum, & Christus propitiator est peccatorum nostrorum, nõ tantũ nostrorum, sed totius mundi, propter triticum quod est per totum mundum. Refrigescet autem charitas multorum propter scandalorum abundantiam, quanto magis magisq; glorificato Christi nomine congregabuntur in cõmunionem sacramentorũ eius etiam maligni, & perseverabunt omnino peruersi, sed tamẽ tanquam palea de area dominica non nisi vltima ventilatione separandi: non extinguent isti frumenta dominica, in eorum quidẽ cõparatione pauca, sed multa per seipsa, non extinguunt electos dei congregandos in fine seculi, sicut Euangelium loquitur à quatuor ventis, à summis cœlorũ, vsq; ad terminos eorum. Ipsorum enim vox est: Saluũ me fac domine, quomodo defecit sanctus? Quoniam diminuta sunt veritates à filiis hominũ. De quibus & dominus dicit inter abundantiam iniquitatis: Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Denique non vnũ hominem, sed plures in eodẽ psalmo loqui consequetia docent, vbi dicitur: Tu domine seruabis nos, & custodies nos à generatione hac in æternum. Propter hanc enim abundantiam iniquitatis, quam dominus futuram esse prædixit, etiam illud positum est: Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Dubitatio enim cuncta scientis nostram in illo dubitationem præfigurauit, quando ecclesia ex multis, de quibus multũ sperauit, sæpe decepta, quod aliter quam credebantur inuenti sunt, sic perturbatur in suis, vt de nullo facile boni aliquid velit credere. Ipsos tamen, quorum inuenturus est fidem in terra, per totum agrũ cum zizaniis crescere dubitare fas nõ est. Ipsa est ergo ecclesia, quæ intra sægenã dominicã cum malis piscibus natat, à quibus corde semper & moribus separatur atque discedit, vt exhibeatur viro suo gloriosa, non habens maculam neq; rugam. Corporalem autem separationem in litore maris, hoc est in fine seculi expectat, corrigens quos potest, tolerans quos corrigere nõ valet: non tamen propter eorum quos non corrigit, iniquitatem, ipsa bonorum deserit vnitatem. Noli ergo frater contra diuina tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia colligere velle calunias ex episcoporum

1. Cor. 15.

1. Cor. 5.

1. Cor. 11.

1. Ioan. 5.

Math. 2. 4.

quoniam Psal. 11. Math. 2. 4.

Luc. 18. Super terrã

Eph. 5.

Dis. 9. no. li. frater.

Psal. 47.

Galat. 4.

quodlibet pro quocunq;

Gporum scriptis, siue nostrorum, sicut Hilarij, siue antequam pars Donati separaretur, ipsius vnitatis, sicut Cypriani & Agrippini: Primo, quia hoc genus literarum ab autoritate canonis distinguendum est. Non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium profertur, ut contra sentire non liceat, sicuti forte aliter fauerint quam veritas postulat. In eo quippe numero sumus, ut non dedignemur etiam nobis dictum ab Apostolo accipere. Et si quid aliter sapitis, id quoque deus vobis reuelauit. Veruntamen in id quod peruenimus in eo ambulemus, in illa via scilicet, quae est Christus. De qua via ita psalmus loquitur: Deus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, ut cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutem tuam. Deinde si sancti Cypriani Episcopi & gloriosi martyris, te delectat autoritas, quam quidem sicut dixi, a canonica autoritate distinguimus, cur in eo te non delectat, quod vnitatem orbis terrae atque omnium gentium, & diligendo tenuit, & disputando defendit: quod eos qui se tanquam iustos ab ea separare voluissent, arrogantissimos & superbissimos iudicauit, irridens eos hoc sibi assumere, quod nec Apostolis concessit dominus, ut ante tempus zizania colligerent, aut tanquam ipsis paleam ferre, & aream purgare concessum sit, paleas conarentur a tritico separare: quod vnumquemque peccatis alienis maculari non posse monstrauit, quam sibi omnes impiæ seditionis auctores solam causam separationis assument: quod in eo ipso in quo aliter sapuit, collegas diuersa sentientes, nec iudicandos, nec a iure communionis amouendos esse decreuit: Quod in ea ipsa epistola ad Iubaianum quae in concilio, cuius autoritatem ad rebaptizandum sequi vos dicitis, primitus recitata est, cum fateatur in praeteritum sic esse admissos in ecclesiam qui fuerant alibi baptizati, ut denuo non baptizarent, vnde illos sine baptismo fuisse arbitrat. Tantum tamen ponit vtilitatis & salubritatis in pace ecclesiae, ut propter illam non eos credat ab ecclesiae muneribus separari. Quae in re sicut ingenium tuum noui, facillime perspicias totam causam vestram penitus euerfam & extinctam. Si enim sacramenta cum peccatoribus communicando, sicut putatis, periit ecclesia quae fuerat in orbe terrarum, nam vos ideo separastis: iam prius tota perierat, cum sicut dicit Cyprianus, in eam sine baptismo admittebantur, ac sic nec ipse Cyprianus habebat in qua ecclesia nasceretur, quanto magis multo posterior vester auctor patetque Donatus? Si autem illo tempore, cum in eam sine baptismo admittebantur, erat tamen ecclesia quae pareret Cyprianum, pareret & Donatum, manifestum est non contaminari iustos alienis peccatis, quando cum eis sacramenta communicant. Ac per hanc separationem qua existis ab vnitatem, qua excusatione possitis abluere non habetis, impleturque in vobis sanctae scripturae illud oraculum: Filius malus ipse se iustum dicit, exitum autem suum non abluit. Meritis autem Cypriani sic non aequatur, qui propter paria sacramenta nec ipsos haereticos audeat rebaptizare, sicut non aequatur meritis Petri, quisquis non cogit gentes iudaizare. Sed illa Petri non tantum claudicatio, verum etiam correctio in scripturis canonicis continetur. Cyprianus autem sensisse aliter de baptismo, quam forma & consuetudo habebat ecclesiae, non in canonicis, sed in suis & in concilij literis inuenitur. Correxisset autem istam sententiam non inuenitur: non incongruenter tamen

de tali viro existimandum est quod correxerit, & fortasse suppressum sit ab eis qui hoc errore nimium delectati sunt, & tanto velut patrocino carere noluerunt: quanquam non desint, qui hoc Cyprianum prorsus non sensisse contendunt, sed sub eius nomine a praesumptoribus atque mendacibus fuisse confictum. Neque enim sic potuit integritas atque noticia literarum, vnius quamlibet illustris Episcopi custodiri, quemadmodum scriptura canonica, tot linguarum literis & ordine & successione celebrationis ecclesiasticae custoditur, contra quam tamen non defuerunt qui sub nominibus Apostolorum multa confingerent: Frustra quidem, quia illa sic commendata, sic celebrata, sic nota est. Verum quid possit aduersus literas, non canonica autoritate fundatas, etiam hinc demonstrat impiæ conatus audacis, quod & aduersus eas quae tanta noticiæ mole firmatae sunt, sese erigere non praetermisit. Nos tamen duas ob res, non negamus illud sensisse Cyprianum: quod & stylus eius habet quandam propriam faciem qua possit agnosci: & quod ibi magis contra vos nostra causa monstratur inuictior, vestræque separationis praesumptio, videlicet ne macularentur peccatis alienis, tota facilitate subuertitur, cum apparet in literis Cypriani, communicata esse cum peccatoribus sacramenta, cum admissi sunt in ecclesiam, qui secundum vestram, & sicut vultis, illius sententiam, baptismum non habebant, & tamē ecclesiam non peris se, sed in sui generis dignitate per totum orbem sparsa dominica frumenta mansisse. Ac per hoc si perturbati tanquam ad aliquem portum, sic ad autoritatem Cypriani confugitis, videtis quem illic scopulum vester error offendat. Si autem iam nec illuc confugere audeatis, sine vilo luctamine naufragatis. Porro autem Cyprianus, aut non sensit omnino quod eum sensisse recitatis: aut hoc postea correxit in regula veritatis: aut hunc quasi nequam sui candidissimi peccatoris cooperuit vberem charitatis, dum vnitatem ecclesiae toto orbe crederetis, & copiosissime defendit, & perseverantissime retinuit vinculum pacis. Scriptum est enim: Charitas cooperit multitudinem peccatorum. Accessit huc etiam, quod tanquam samentum fructuosissimum, si quid in eo fuerat emendandum, purgavit pater falce passionis. Samentum autem, ait dominus, quod in me facit fructum, purgat illud pater meus, ut maiore fructum afferat. Vnde: nisi quia haerēs in diffusionem vitis, radicem non deseruit vnitatis: Nā etsi traderet corpus suū ita ut arderet, charitatem autem non haberet, nihil ei prodesset. Attende adhuc paululum in literas Cypriani, ut aduertas quam inexcusabilem ostenderit, qui se voluerit ab vnitatem ecclesiae, quam deus in omnibus gentibus promissit & reddidit, quasi iustitiae suae causa separare: magisque intelligas quam sit vera sententia paulo ante a me commemorata: Filius malus ipse se iustum dicit, exitum autem suum non abluit. Ponit in quadam epistola sua, quam scripsit ad Antonianum, rem quandam satis rei de qua nunc agimus necessariam, sed melius eius verba inserimus. Antecessores, inquit, nostri quidam de episcopis isthinc, in prouincia nostra dandam pacem mœchis non putauerunt, & in totum penitentiae locum contra adulteria clausurunt: non tamen a coepiscoporum suorum collegio recesserunt, aut catholicae ecclesiae vnitatem vel duricia, vel censurae suae obstinatione ruperunt, ut quia apud alios adulteris pax dabatur, qui non dabat, de ecclesia separaretur, manente concordiae vinculo, & perseverante catholicae ecclesiae

Ex stylo iudicium.

Petri 4.

4. sententia dicitur. sine tamen.

M.

*Locus est in libri 4. cpi. 2. vnde haec de prauatissima restitimus o scribas impios.

Philip. 3. & περὶ ἀλλοτρίων. Πάλ. 66.

Paleas a tritico separare dei est.

ἐναθάρατι σμύρος.

A ecclesiae indiuiduo sacramento: Actum suum disponit & dirigit vnusquisque episcopus, rationem propositi sui domino redditurus. Quid ad haec dicit frater Vincenti? nempe intueris hunc tantum virum pacificum episcopum, & fortissimum martyrem nihil vehementius fategisse, quam ne vnitatis vinculum rumpetur, Vides eum parturientem, non solum ut paruuli in Christo concepti nascantur, verum etiam ne iam nati, de sinu matris excussi, moriantur. Porro autem ipsam rem, quam contra impios separatores commemorauit, attende. Si adulteris communicabant, qui penitentibus adulteris pacem dabant, nunquid illi qui hoc non faciebant, collegio maculabantur istorum? Si autem quod veritas habet, & quod ecclesia merito tenet, recte penitentibus adulteris pax dabatur, illi qui in totum locum penitentiae contra adulteros clauderent, impie utique agebant, qui membris Christi sanitatem negabant, & clausis ecclesiae pulsantibus subtrahebant, & misericordissimae patientiae dei, quae illos propterea sinebat viuere, ut penitendo sanarentur sacrificio contriti spiritus & contribulati cordis oblato, dura crudelitate contradicebant. Nec tamen istos misericordes & pacificos, cum eis christiana sacramenta communicantes, & eos intra vnitatis retia tolerantes, donec ad litus perducti, separarentur, tam immanis eorum error & impietas inquinabat, ut si inquinaret, iam tunc ecclesia malorum communionem delata esset, nec erat quae pareret ipsum Cyprianum. Si autem, quod certum est, permansisset ecclesia, certum est etiam peccatis alienis in vnitatem Christi neminem posse maculari, non malorum factis consentientem, ne ipsi peccatis communicando pollueretur, sed propter societatem bonorum, malos tanquam paleas vsque ad vltimam ventilationem in area dominica tolerantem. Quae cum ita sint, ubi est praesumptio separationis vestrae? Nonne filij mali estis, qui ipsi vos iustos dicitis, exitum autem vestrum non abluitis? Iam si velim & illa commemorare quae Tychonius homo communionis vestrae scriptis suis inserit, qui magis contra vos pro ecclesia catholica scripsit, frustra se ab Aphrorum, quasi traditorum communionem fecerit, quo vno eum Parmenianus suffocat, quid respondere poteritis, nisi quod de vobis idem Tychonius dixit, & ego paulo ante recolui, quod volumus sanctum esse? Scribit enim ille: Tychonius homo, ut dixi, vestrae communionis a ducentis & septuaginta episcopis vestris, concilium Carthagini celebratum. In quo concilio per septuaginta & quinque dies postpositis omnibus praeteritis, limatam esse sententiam atque decretam, ut traditoribus immensis criminis reis, si baptizari nollent, pro integris communicaretur. Deuterium autem Macrinensem Episcopum communionis vestrae, dicit traditorum plebem congregatam, ecclesiae miscuisse, & secundum statuta illius concilij a ducentis & septuaginta episcopis vestris facti, fecisse cum traditoribus vnitatem, eique Deuterio post hoc factum iugiter communicasse Donatum: nec solum huic Deuterio, sed etiam vniuersis Maurorum Episcopis per quadraginta annos, quos dicit vsque ad perfectionem per Macharium factam, traditoribus sine baptismo communicasse. Sed dicitis: Quis mihi est ille Tychonius? ille est Tychonius, quem Parmenianus rescribendo compefecit, & eum deterret ne talia scribas, non tamen refellit ea ipsa quae scribit: sed vno, sicut supra dixi, eum premit, quod cum talia diceret de ecclesia toto orbe diffusa, & quod neminem in eius vnitatem macularent alie-

Tychonius Donatista.

na peccata, ab Aphrorum se tamen quasi traditorum contagione remouebat, & erat in parte Donati. Posset autem dicere Parmenianus, ista eum omnia esse mentitum, sed sicut idem Tychonius commemorat, adhuc viuebant multi, per quos haec certissima & apertissima esse ostenderentur. Sed de his taceo, contende Tychonius esse mentitum, ad Cyprianum te rouoco, cuius mentionem ipse fecisti. Prorsus secundum scripta Cypriani, si peccatis alienis in vnitatem quisque maculatur, iam ante Cyprianum periit ecclesia, nec erat vnde existeret ipse Cyprianus. Si autem hoc sentire sacrilegum est, & certum est ecclesiam permanere, nemo alienis peccatis in eius vnitatem maculatur: frustra filij mali iustos vos esse dicitis, exitum vestrum non abluitis, non purgatis. Cur ergo inquis, nos quaeritis, cur sic suscipitis quos haereticos dicitis? Vide quam facile breuiterque respondeam. Quaerimus vos quia peristis, ut de inuentis gaudeamus, de quibus perditis dolebamus. Haereticos autem vos esse dicimus, sed antequam ad pacem catholicam conuertamini, antequam errore quo irretiti estis exuamini, Cum autem transitis ad nos, prius utique relinquitis quod eratis, ne ad nos haeretici transitis. Baptiza ergo me inquis. Facerem si baptizatus non esses, aut si Donati vel Rogati, non Christi baptismo baptizatus esses. Non sacramenta Christiana faciunt te haereticum, sed praua dissensio. Non propter malum quod processit ex te, negandum est bonum quod remansit in te, quod malo tuo habes, si non ibi habes vnde est bonum quod habes. Ex catholica enim ecclesia sunt omnia dominica sacramenta, quae sic habetis & datis, quemadmodum habebantur & dabantur, etiam priusquam inde exiretis. Non tamen ideo non habetis quia ibi non estis vnde sunt quae habetis. Non in vobis mutamus in quibus nobiscum estis: In multis enim estis nobiscum. Nam & de talibus dictum est, Quoniam in multis erant mecum. Sed ea corrigimus in quibus nobiscum non estis, & ea vos hic accipere volumus, quae non habetis illic ubi estis. Nobiscum autem estis in baptismo, in simbolo, in ceteris dominicis sacramentis. In spiritu autem vnitatis, & vinculo pacis, in ipsa denique catholica ecclesia, nobiscum non estis. Haec si accipatis, non tunc aderunt, sed tunc proderunt ea quae habetis. Non ergo sicut putatis suscipimus vestros, sed suscipiendo efficiamus vestros qui recedunt a vobis, ut suscipiantur a nobis. Et ut incipiant esse nostri, prius desinunt esse vestri. Nec nobis coniungi compellimus (operarios quidem erroris detestamur) sed ideo nobis illos homines coniungi volumus, ne hoc sint quod detestamur. Sed baptizauit, inquis, post Ioannem Paulus Apostolus, Nunquid post haereticum? Aut si forte audes illum amicum sponsi haereticum dicere, & in vnitatem ecclesiae non fuisse: volo & hoc scribas. Si autem hoc demeritissimum est, vel sentire, vel dicere, iam tuae prudentiae est considerare, quare post Ioannem Paulus Apostolus baptizauerit. Si enim post aequalem, omnes post vos baptizare debetis. Si post maiorem, debes & tu post Rogatum. Si post minorem, debuit post te Rogatus cum presbyter baptizasset. Si autem baptismus, qui nunc datur, ideo pariter valet in eis quibus datur, quauis sint imparis meriti per quos datur, quia Christi & non eorum est a quibus ministratur, puto quod iam intelligas, ideo Paulum dedisse quibusdam baptismum Christi, quia Ioannis baptismum fuerant baptizati, non Christi. Ioannis quippe baptismum ille dicitur esse, sicut

1. q. 1. ex catholica.

Pal. 54.

G est, sicut multis locis diuina scriptura testatur, quod & ipse dominus dicit: Baptismus Ioannis unde erat, de celo an ex hominibus? Baptismus autem quem dedit Petrus, non erat Petri, sed Christi: & quem dedit Paulus, non erat Pauli, sed Christi: & quem dederunt qui tempore Apostolorum non caste, sed per inuidiam Christum annunciabant, non erat eorum sed Christi: Et quem dederunt qui tempore Cypriani fundos insidiosis fraudibus rapiebant, vsuris multiplicantibus foenus augebant, non erat eorum sed Christi. Et quia Christi erat, ideo quauis non per aequales daretur, eis tamen quibus dabatur aequaliter proderat. Nam si tanto melius quisque baptizatur, quanto a meliore fuerit baptizatus, non recte gratias agit Apostolus, quod neminem Corinthiorum baptizauerit, nisi Crispum & Caium, & Stephanam domum. Tanto enim melius baptizarentur, quanto erat Paulus melior, si ab ipso baptizarentur. Denique cum dicit: Ego plantaui, Apollo rigauit: videtur significare se euangelizasse, illum baptizasse. Nunquid melior Apollo quam Ioannes? Cur ergo post istum non baptizauit, qui post Ioannem baptizauerat, nisi quia iste baptismus per quemlibet datus, Christi erat: ille autem per quemlibet datus, quauis Christo via praepareret, tamen Ioannis erat? Inuidiose dici videtur post Ioannem baptizatum est, & post haereticos non baptizatur. Sed potest & hoc inuidiose dici, post Ioannem baptizatum est, & post ebriosos non baptizatur. Melius enim hoc vitium comemoro, quod nec occultare possunt in quibus regnat, & quam multi vbique sint, quos vel caecus ignorat: Et tamen inter opera carnis, quae qui agunt, regnum dei non possidebunt etiam hoc ponit Apostolus, vbi etiam haereses enumerat. Manifesta autem, inquit, sunt opera carnis, quae sunt fornicationes, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comessationes, & his similia: quae praedico vobis sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Hac ergo ratione, quauis baptizatum sit post Ioannem, non baptizatur post haereticum, qua ratione quauis baptizatum sit post Ioannem: non baptizatur post ebriosum: quonia & haereses & ebrietates in eis operibus sunt, quae opera qui agunt, regnum dei non possidebunt. Nonne tibi videtur quasi intolerabiliter indignum, vt cum baptizatum fuerit post eum, qui non sobrie vinum habens, sed vinum omnino non bibens, regno dei viam parauit, non baptizetur post ebriosum, qui regnum dei non possidebit? Quid hic respondetur, nisi quia ille baptismus erat Ioannis, post quem Christi baptismo baptizauit: Apostolus: iste autem baptismus Christi est, quo baptizauit ebriosus: Inter Ioannem & ebriosum a contrario multum interest: inter baptismum Christi & baptismum Ioannis non a contrario, sed tamen multum interest. Inter Apostolum & ebriosum multum interest: inter baptismum Christi, quem dedit Apostolus, & baptismum Christi quem dedit ebriosus, nihil interest. Sic inter Ioannem & haereticum, a contrario multum interest, & inter baptismum Ioannis & inter baptismum Christi, quem dat haereticus, non a contrario, sed multum interest. Inter baptismum autem Christi, quem dedit Apostolus, & baptismum Christi quem dat haereticus, nihil interest. Agnoscitur enim sacramentorum species aequalis, etiam cum magna differentia est in hominum meritis. Sed da veniam, erravi quando te

volui de ebrioso baptizante conuincere, exciderat mihi cum Rogatista me rem habere, non cum qualicumque Donatista. Potes enim tu in tam paucis collegis tuis, & in omnibus clericis vestris nullum inuenire forsitan ebriosum. Vos enim estis, qui non ex totius orbis communionem, sed ex obseruatione praceptorum omnium diuinorum atque omnium sacramentorum tenetis catholicam fidem: in quibus eam solis inuenturus est, cum venerit filius hominis, quando non inueniet fidem in terra: quia nec terra estis, nec in terra, sed caelestes in caelo habitatis: nec timetis nec attenditis, quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Nec vos Euangelij locus ipse compungit, vbi dominus ait: Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Continuo quippe tanquam praesciens nonnullos sibi superbe arrogaturos hanc fidem, dixit ad quosdam, qui sibi iusti videbantur, & spernebant ceteros, similitudinem hanc: Duo quidam ascenderunt in templum orare, vnus pharisaeus, & alter publicanus, & cetera. Tam tibi quae sequuntur, ipse responde. Inspice tamen diligentius ipsos paucos vestros, vtrum nullus illic baptizet ebriosus. Tam enim late vastat haec pestilentia animas, & tanta libertate dominatur, vt multum mirer, si non etiam vestrum gregiculum penetrarit: quauis ante ipsum aduentum filij hominis vnus boni pastoris, iam vos oves ab haedis separasse iactetis. Audi sane per me vocem dominicorum frumentorum, in area dominica vsque ad vltimam ventilationem inter paleam laborantium per totum scilicet mundum, qua deus vocauit terram a Solis ortu vsque ad occasum, vbi etiam pueri laudant dominum: quicumque vos ex occasione legis huius imperialis, non dilectione corrigendi, sed inimicandi odio persequitur, displicet nobis. Et quauis res quaeque terrena recte a quoquam possideri non possit, nisi vel iure diuino, quo cuncta iustorum sunt: vel iure humano, quod in potestate regum est terrarum: ideoque res vestras falso appellatis, quas nec iusti possidetis, & secundum leges regum terrenorum amittere iussi estis: frustra dicatis, nos eis congregandis laborauimus: cum scriptum legatis, Labores impiorum iusti edent. Sed tamen quisquis ex occasione huius legis, quam reges terrae Christo seruientes, ad emendandam vestram impietatem promulgauerunt, res proprias vestras cupide appetit, displicet nobis. Quisquis denique ipsas res pauperum, vel basilicas congregationum, quas sub nomine ecclesiae tenebatis, quae omnino non debent nisi ei ecclesiae, quae vera Christi ecclesia est, non per iustitiam sed per auariciam tenet, displicet nobis. Quisquis pro aliquo flagitio vel facinore proiectum a vobis ita suscipit, sicut suscipiuntur qui, excepto errore quo a nobis separamini, sine crimine apud vos vixerunt, displicet nobis. Sed nec facile ista monstratis, & si monstratis, nonnullos toleramus, quos corrigere vel punire non possumus: neque propter paleam relinquimus aream domini, neque propter pisces malos rumpimus retia domini, neque propter haedos in sine segregandos, deserimus gregem domini, neque propter vasa facta in contumeliam, migramus de domo domini. Tu autem frater quantum mihi videtur, si vanam gloriam hominum non attendas, & insensatorum contempnas opprobrium, qui dicturi sunt, quare modo, sine dubio transies ad ecclesiam, quam veram sentire te intelligo, nec huius sententiae tuae testimonia longe peto, Tu quippe in eiusdem tuae epistolae principio, cui

A pio, cui nunc respondeo, haec verba posuisti: Cum optime, inquis, nouerim te, longe adhuc a fide Christiana sepositum, & studiis olim deditum literarum, quietis & honestatis fuisse cultorem, Cumque postea conuerfus ad Christianam fidem, vt ex multorum relatione cognouisti, disputationibus legalibus operam dares. Certum si tu ad me illam epistolam misisti, haec verba tua sunt. Cum ergo fatearis me conuersum ad Christianam fidem, cum nec ego ad Donatistas, nec ad Rogatistas conuersus sim, sine vlla dubitatione confirmas, & praeter Rogatistas, & praeter Donatistas esse Christianam fidem. Haec ergo fides, sicut diximus, in omnibus gentibus dilatatur, quae secundum dei testimonium in semine Abraham benedicuntur. Quid igitur adhuc dubitas tenere quod sentis, nisi quia id quod non sentis, vel aliquando sensisse vel aliud defendisse confunderis, & dum erubescis corrigere errorem, non erubescis permanere in errore, quod vtique potius erubescendum fuit: Hoc est illud quod scriptura non tacuit. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam. Confusio adducit peccatum, cum erubescit quisque prauam mutare sententiam, ne aut inconstans putetur, aut diu errasse seipso iudice teneatur. Ita descendunt in infernum viuentes, id est suam perditionem sentientes, quos Dathan & Abiron & Chore hiatu terrae absorpti, tanto ante futuros figurauerunt. Confusio autem adducit gratiam & gloriam, cum erubescit quisque de propria iniquitate, & penitendo in melius commutatur: quod te facere piget illa perniciosa confusione superatum, ne tibi ab hominibus nescientibus quid loquatur, obicitur illa Apostolica sententia: Si enim quae destruxi, haec eadem iterum aedifico, praeparatorum me ipsum constituo. Quae si dici posset etiam in eos qui veritatem correcti praedicant, quam peruersi oppugnabant, in ipsum Paulum primitus diceretur, in quo ecclesiae Christi magnificabant deum, audientes quod euangelizaret fidem, quam aliquando vastabat. Nec quenquam putes ab errore ad veritatem, vel a quocumque seu magno seu paruo peccato ad correctionem sine penitentia posse transire. Sed nimis impudens error est, hinc velle calumniari ecclesiam, quam tot diuinis testimoniis constat esse ecclesiam Christi, quod aliter tractat illos qui eam deserunt, si hoc ipsum penitendo corrigant, aliter illos qui in ea nondum fuerunt, & tunc primum eius pacem accipiunt, illos amplius humiliando, istos lenius suscipiendo, vtrosque diligendo, vtrosque sanandis materna charitate seruendo. Habes epistolam prolixioris fortasse quam velles, Eset autem multo breuior, si te tantum in respondendo cogitarem. Nunc vero letiam si tibi nihil profuit, non puto nihil eis profuturam, qui eam legere cum dei timore, & sine personarum acceptione curauerint. Amen.

Augustinus Deo gratias presbytero, respondens ad quaestiones a quodam Pagano ipsi propositas, adnotans ut ipse potius illi respondeat, quandoquidem ei quaestiones erant propositae, propriumque librum suo nomine mittat ad Paganum. Ceterum Augustini librum communicet tantum Christianis. Epistola. XLIX.

Sincerissimo fratri & copresbytero Deo gratias, Augustinus in domino salutem. Quaestiones tibi propositas mihi delegare maluisti, non vt opinor pigritia, sed quod ea quae ipsa quae nosti, libentius per nos audis, dum nos nimis diligis. At ego propterea malebam a te illas aperiri,

quod ille ipse amicus, qui eas proposuit, quantum ex hoc conici datur, quod mihi ad quasdam epistolas non scripsit, quasi nos veretur sequi, viderit quam ob causam. Hoc tamen suspicor, nec suspicio mea vel maleuola est vel absurda, cum & optime noueris quantum eum diligam, quantoque mihi dolori sit quod nondum Christianus est, & vtique non inconuenienter arbitrer eum, quem video mihi rescribere noluisse, nihil sibi a me scribi voluisse. Proinde obsecro te, vt quemadmodum ego tibi parui, atque inter meas arctissimas occupationes tuae sanctam mihi charissimam voluntate offendere timui, si non facere quod petisti, ita tu quoque facias quod peto. Hoc est autem, vt breuiter quemadmodum a te, sicut mihi indicasti, postulauit, ad omnia illi respondere non graueris, quod & ante facere potuisti. Scies enim cum legeris, nihil penes a me dictum, quod ipse non noueris, aut quod me tacete nosse non poteris. Sed hoc opus meum rogo habeas cum ceteris, quorum studio scis conuenire: Tuum vero illud, quod flagito, habeat ipse cui hoc potissimum congruit, & ceteri quos non parum ista delectant, quemadmodum dici possunt abs te, inter quos & ipse sum. Viuas semper in Christo nostri memor.

Quaestione primam soluens, docet resurrectionem mortuorum talem fore, qualis fuit non Lazari, sed Christi: & quod Christus post resurrectionem comedit, & cicatrices vulnerum habuit, non fuisse fictitium, nec necessitatis sed voluntatis.

Mouet quosdam, & requirunt de duabus resurrectionibus, quae conueniat promissa resurrectioni, vtrunam Christi, an Lazari: Si Christi, inquit, quomodo potest haec conuenire resurrectioni natorum ex semine, eius qui nulla seminis conditione natus est? Si autem Lazari resurrectio conuenire asseritur, nec haec quidem congruere videtur. Siquidem Lazari resurrectio facta sit de corpore nondum tabescente, de eo corpore quo Lazarus dicebatur: nostra autem multis seculis post ex confuso eruetur. Deinde si post resurrectionem status beatus futurus est, nulla corporis iniuria, nulla necessitate famis, quid sibi vult cibatum Christum fuisse, & vulnera monstrauisse? Sed si propter incredulum fecit, finxit: si autem verum ostendit, ergo in resurrectione accepta futura sunt vulnera. Quibus respondetur, ideo non Lazari resurrectionem, sed potius Christi congruere promissa resurrectioni, quia Lazarus ita resurrexit, vt iterum moreretur: Christus autem, sicut de illo scriptum est, surgens a mortuis, iam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur. Quod etiam promissum est resurrecturis in fine seculi, & cum illo regnaturis in aeternum. Sic autem non pertinet ad resurrectionem, differentia natiuitatis Christi & nostrae, quod ille sine virili semine, nos autem non sine viro & sine femina creati sumus, sicut etiam non pertinet ad ipsius mortis differentiam. Non enim propterea illius non vera mors fuit, quia sine virili semine natus est: sicut nec ipsius primi hominis aliter exorta caro quam nostra, quandoquidem ille sine parentibus de terra creatus est, nos vero ex parentibus, aliquid attulit ad differentiam mortis, vt aliter ille moreretur, aliter nos. Sicut autem ad mortis, sic nec ad resurrectionis differentiam valet diuersa natiuitas. Sed si nec hoc quod scriptum est de primo homine, similiter infideles homines volunt credere, quare vel animaduertant, si vel hoc possunt, quam multorum animalium genera sine parentibus ex terra procreantur, quae tamen coeundo pariant etiam ipsa sui simile, nec propter

Quaestio.

Solutio.

Roma. 6.

Taliter, nos autem ex viro &, &c.

Math. 21.

Galat. 5.

1. bibens.

Iacobi. 4. Lucae. 18.

L. Ebrietas regnabat in Africa.

23. q. 7. cap. quicumque.

M

24. q. 1. quisquis.

Eccle. 4.

Psal. 54. Nume. 16.

Galat. 2.

De peni. dist. 1. Neminem.

2. Retra 31.

G propter diuersitatem natiuitatis interit aliquid ad naturam eorum, quæ procreata sunt ex terra, & eorū quæ illis cōuentibus orta sunt. Similiter enim viuunt, similitérq; moriuntur, quāuis dissimiliter nata sint. Ita non est absurdū, vt similiter resurgant corpora, quæ dissimiliter orta sunt. Huiusmodi autem homines nō valētes intueri, ad quam rem interit aliquid diuersum, & ad quā non interit, vbi non aduerterint aliquam distantiam primordiorum, etiam omnia consequentia distare oportere contendunt: possunt tales putare oleū ex adipibus non debere natæ super aquam, sicut illud quod ex oliua est, quoniā longe est vtriusq; origo dissimilis: quando illud ex ligno, hoc ex carne profuxerit. Quantum autem attinet ad illam differentiam, quod Christi corpus, non dissolutum tæbe atq; putredine, die tertio resurrexit, nostra verò post longum tempus, ex [quadam] quo soluta discesserant cōfusione, reparabuntur: humanæ facultati vtrunque impossibile est, diuinæ autem potestati vtrūque facillimum. Vt enim radii oculi nostri, non citius peruenit ad propinquiora, quā ad longinquiora, sed vtrāq; interualla, parili celeritate contingit: ita cum in ictu oculi, sicut Apostolus dicit, sit resurrectio mortuorum, omnipotentia dei & ineffabili nutui tam facile est quæque recentia, quā diuturno tēpore dilapsa cadauera suscitare. Incredibilia sunt hæc quibusdā, quia inexperta, cum omnis natura rerum, tam sit plena miraculis, vt non quasi facili peruestigatione rationis, sed videndi consuetudine mira non sint, atq; ob hoc, nec consideratione, nec inquisitione digna videātur. Nam ego & mecum quicūq; inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intelligere molitūtur, aut nō minus aut amplius admiramur, in vno seminis tam paruulo grano, omnia quæ laudamus in arbore tanquam licia latuisse, quā mundi huius tam ingentē sinum, quæ de corporibus humanis dum dilabuntur assumit, resurrectioni futuræ tota & integra redditurum, Quomodo autem contrarium est, & Christum post resurrectionem cibatum, & in resurrectione quæ promittitur ciborū indigentiam nō futuram, cum & angelos legamus eiusdem modi escas eodemq; modo sumpsisse, nō ficto & inani phantasmate, sed manifestissima veritate, nec tamen necessitate, sed potestate? Aliter enim absorbet terra aquā sitiens, aliter solis radius candens. Illa indigentia, iste potentia. Futuræ ergo resurrectionis corpus, imperfectæ felicitatis erit, si cibos sumere non potuerit, Imperfectæ felicitatis, si cibis eguerit. Possē hic de cōmutationibus corporalium qualitatum, & de præpotenti valentia in inferiora corpora corporū superiorum latius disputare: Sed breuiter mihi respondere propositum est, & talibus ingeniis hoc scribitur, quæ admonere suffecerit. Sciat sanē qui has proposuit quæstiones, Christū post resurrectionem cicatrices non vulnera demonstrasse dubitātibus, propter quos etiam cibum ac potū sumere voluit, non semel sed sepius, ne illud non corpus, sed spiritum esse arbitrentur, & sibi non solide, sed imaginaliter apparere. Tunc autem illæ falsæ cicatrices fuissent, si nulla vulnera præcessissent, & tamen nec ipsæ essent, si eas esse noluisse. Voluit autem certę dispensationis gratia, vt eis quos edificabat in fide non ficta, non aliud pro alio, sed hoc quod crucifixum viderant, resurrexisse monstraret. Quid est ergo quod dicitur: Si propter incredulum fecit, finxit: quasi verò si quicumque vir fortis pro patria dimicans, multa aduersa vulnera exciperet, & peritissimo medico, qui hæc ita

*aliās, nictu
1. Cor. 15.

curare valeret, vt cicatrices nullæ apparerent, ipse potius diceret, sic se velle sanari, vt magis essent in corpore suo vestigia vulnerum tāquam tituli gloriarum, ideo ille medicus cicatrices finxisse diceretur: quia cū per artem efficere potuerit, vt non essent, certa existente causa, per artem effecit potius vt essent, quæ vno solo modo, sicut superius dixi, falsæ conuincerentur, si nulla vulnera sanarentur.

Questionem secundam soluens docet, et ante aduentum Christi pios seruatos fuisse per Christum, cuius gratia nulli genti, nullo seculo unquam defuit, nec ideo diuersam esse religionem, si cultura modus consilio diuino, prout expedit hominum saluti, variatur.

Item alia proposuerunt, quæ dicerent de Porphyrio contra Christianos, tanquam validiora decretata. Si Christus se, inquit, salutis viam dicit, gratiam & veritatem, in seq; solo ponit animis sibi creditibus reditum, quid egerunt tot seculorū homines ante Christum? Vt dimittam, inquit, tempora ante Latium regnatum, ab ipso Latio quasi principium humani nominis sumamus: In ipso Latio ante Albam diu culti sunt: in Alba æquæ religiones ritusq; valere tēplorum. Nō paucioribus seculis ipsa Roma, longo seculorū tractu, sine Christiana lege fuit. Quid, inquit, actum de tam innumeris animis, qui omnino in culpa nulla sunt, siquidem is cui credi posset, nondū aduentum suum hominibus commodarat? Orbis quoque cum ipsa Roma in ritibus templorum caluit. Quare, inquit, saluator, qui dictus est, sese tot seculis subduxit? Sed ne, inquit, dicant, lege Iudaica vetere hominum curatum genus, longo post tempore lex Iudaicorum apertū ac vixit angusta Syria regione, postea verò præcepit etiam in fines Italos, sed post Cæsarem Caium, aut certè ipso imperante. Quid igitur actum de Romanis animabus vel Latinis, quæ gratia nondum aduentis Christi viduatae sunt, vsque in Cæsarem tempus? Huic propositioni responderetur, vt primo ipsi dicat, vtrum profuerint hominibus deorum suorū sacra, quæ cōstat certis temporibus instituta. Quæ si negant aliquid profuisse ad animarū salutem, nobiscum ea destruunt, & esse inania consentunt. Nos quidem etiam perniciose monstramus, sed paruum non est vt ipsi interim prius inania fateantur. Si verò ea defendunt, & sapienter atq; vtiliter asserunt instituta, quæro quid actum sit de iis qui antequā hæc instituta essent, morte obierūt, hæc enim vtiq; salute atq; vtilitate fraudati sunt. Si autem potuerunt alio modo purgari, cur non idem modus perseverauit in posteros? Quid opus erat instituire nouitias consecrationes, quæ antiquitas non fuerūt? Hic si dicunt deos quidē ipsos semper fuisse & ad liberandos cultores suos pariter vbiq; valuisse, sed pro varietate rerū temporalium ac terrenarū, quæ scirent certis tēporibus locisq; congruere, in his aliās atque aliās, alibi atq; alibi, aliter atq; aliter sibi voluisse seruire, cur hanc quæstionē Christianæ religioni ingerunt, in qua nobis ipsi pro diis suis aut respondere non possunt, aut si possunt in eo ipso sibi etiam pro nostra religione respondeant: Ita nihil interesse pro diuersa temporum locorumq; cōgruentia, quā diuersis sacramentis colatur, si quod colitur sanctum est: sicut nihil interest pro diuersa linguarum auditorumq; cōgruentia, quā diuersis sonis dicatur, si quod dicitur verū est: dum hoc sanē interit, quod lingue sonos quibus inter se sua sensa cōmunicent, etiā homines pacto quodā societatis sibi instituire possunt, Quibus autem

Questio.

Idemcepta.

L

Responsio.

M

Inguis illos suo gladio.

A sacris diuinitati congruerent, voluntatem dei sequenti sunt, qui rectè sapuerunt. Quæ omnino nunquam defuit ad salutem iustitiæ pietatiq; mortaliū, & si qua in aliis atq; aliis populis, vna eademq; religione sociatis varie celebrantur, quatenus fiat plurimum refert, quo & humana exhortetur vel toleretur infirmitas, & diuina non oppugnetur autoritas. Quāobrem cum Christum dicam⁹ verbum dei, per quod facta sunt omnia, & ideo filium, quia verbum nec verbum dictum atque tranfactum, sed apud incommutabilem patrem incommutabile ipsum atque incommutabiliter manens, sub cuius regimine vniuersa creatura spiritalis & corporalis, pro cōgruentia temporum locorumq; administratur, cuius moderanda & gubernanda, quid, quādo & vbi, circa eam fieri oporteat, sapientia & scientia, penes ipsum est, Profecto & antequam propagaret Hebræorū gentem, per quam sui aduentus manifestatiorem congruis sacramentis præfiguraret, & ipsis temporibus Israëlitiis regni, & deinde cū se in carne de virgine accepta mortalibus mortaliter monstrauit, & deinceps vsque nunc, cum implet omnia quæ per prophetas antè prædixit, & abhinc vsque in finē seculi, quo sanctos ab impiis dirempturus est, & sua cuique retributurus, idem ipse est filius dei, patri cōæternus, & incommutabilis sapientia, per quam creata est vniuersa natura, & cuius participatiōe omnis rationalis anima fit beata. Itaque ab exordio generis humani, quicumq; in eum crediderunt, eumq; vtiq; intellexerūt, & secundum eius præcepta pie & iuste vixerunt, quādo libet & vbi libet fuerint, per eum proculdubio salui facti sunt. Sicut enim nos in eum credimus & apud patrem manentem, & qui in carne iam venerit: sic credebant in eum antiqui, & apud patrem manentem, & in carne venturum. Nec quia pro temporum varietate nunc factum annunciat, quod tunc futurum prænunciabatur, ideo fides ipsa variata, vel salus ipsa diuersa est. Nec quia vna eademq; res, aliis atque aliis sacris & sacramentis vel prædicatur aut prophetatur, ideo alias atque alias res, vel alias atque alias salutes oportet intelligi. Quid autem quando fiat quod ad vnam eandemq; fidelium & piorum liberationem pertineat, consilium deo tribuamus, nobis obedientiam teneamus. Proinde aliis tunc nominibus & signis, aliis autem nunc, & prius occultius, postea manifestis, & prius a pauciorib⁹ postea a pluribus, vna tamen eademq; religio vera significatur & obseruatur. Nec nos eis obiciamus, quod aliter Numa Pompilius, deos colendos Romanis instituit, atque aliter ab eis vel Italis antea colebātur, nec quod Pythagoreis temporib⁹ illa philosophia celebrata est, quæ antea vel omnino non erat, vel in paucissimis eadem sentientibus, non tamen eodem ritu viuentibus fortasse latitabat: sed vtrum illi dii veri aut colendi sint, & vtrum illa philosophia animarū saluti aliquid proficit, hoc cum eis agimus, hoc in quæstionem vocamus, hoc disputando cōuellimus. Definant igitur obicere nobis, quod omni sectæ, & omni nomini religionis obici potest. Cum enim non fortuito labi, sed diuina providentia tempora ordinari fateātur, quid cuique temporis aptum & opportunum sit, humanum consilium prætergreditur, & illinc dispergitur, vnde ipsa prouidentia rebus consulit. Si enim dixerint propterea non semper nec vbiq; fuisse Pythagoricam disciplinam, quia Pythagoras homo fuit, neque hoc in potestate habere potuit: nunquid hoc etiam dicere possunt, eo ipso tempore quando fuit, & in his terrarū locis

consiliū dei.

C

Tomus secundus.

cis vbi illa philosophia viguit, omnes qui eum audire potuerunt, etiam credere sectariq; eum voluisse: Ac per hoc magis si tantę potestatis fuisset Pythagoras, & vbi vellet, & quando vellet, sua dogmata prædicaret: & si haberet etiam cum ea potestate summam rerum præscientiam, nusquam & nunquam appareret, nisi vbi & quando sibi homines credituros esse prænosceret. Proinde cum Christo non obiciant, quod eius doctrinam non omnes sequuntur: sentiunt enim & ipsi, nequam hoc rectè obici posse, vel philosophorum sapientia vel etiam numini deorum suorum: quid respondebunt si excepta illa altitudine sapientia & scientia dei, vbi fortassis aliud diuinum consilium longe secretius latet, sine præiudicio etiam aliarum fortè causarū, quæ a prudentibus inuestigari queunt, hoc solum eis breuitatis gratia, in huius quæstionis disputatione dicamus, tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam, quādo sciebat & vbi sciebat esse qui in eum fuerant credituri: His enim temporibus & his locis, quibus Euangelium eius non est prædicatum, tales omnes in eius prædicatione futuros esse præsciebat, quales non quidem omnes, sed tamen multi in eius corporali præsentia fuerunt, qui in eum nec suscitatis ab eo mortuis credere voluerūt: quales etiam nunc multos videmus, cum tanta manifestatione de illo compleātur præconia prophetarum, nolite adhuc credere, & malle humana astutia resistere, quā tam clara atque perspicua tamq; sublimi & sublimiter diffamata diuine credere auctoritati. Quādiu paruus & infirmus est intellectus hominis, diuinæ debet credere veritati. Quid ergo mirum si tam infidelibus plenum orbem terrarum Christus prioribus seculis nouerat, vt eis apparere, vel prædicari merito nollet, quos nec verbis nec miraculis suis credituros esse præsciebat? Neque enim incredibile est tales fuisse tunc omnes, quales ab eius aduentu vsque ad hoc tempus, tam multos fuisse & esse miramur: & tamen ab initio generis humani, aliās occultius, aliās euidentius, sicut congruere temporibus diuinitus visum est, nec prophetari destitit, nec qui in eum crederēt defuerūt, ab Adam vsque ad Moysen, & in ipso populo Israël, qui speciali quodam mysterio gens prophetica fuit, & in aliis gentibus antequam venisset in carne. Cum enim nonnulli commemorantur in sanctis Hebræicis libris, iam ex tempore Abraham, nec de stirpe carnis eius, nec ex populo Israël, nec ex aduentitia societate in populo Israël, qui tamen huius sacramenti participes fuerunt, cur non credamus etiam in cæteris hac atque illac gentibus, aliās alios fuisse, quāuis eos commemoratos in eisdem autoritatibus non legamus? Ita salus religionis huius, per quam solam veram salutem vera veraciterque promittitur, nulli vnquam defuit qui dignus fuit, & cui defuit dignus non fuit: Et ab exordio propagationis humanæ, vsque in finem, quibusdā ad præmium, quibusdā ad iudicium prædicatur. Ac per hoc & quibus omnino annunciata nō est, non credituri præsciebantur, & quibus non credituri tamen annunciata est, in illorum exemplo demonstrantur. Quibus autem credituris annunciatur, hi regno cælorum & sanctorum angelorum societati præparantur.

Questionem tertiam soluens docet, immolatio nem pecudum, et incendium thuris non reprobum in Iudeis, quoniam hæc uero deo immolabantur: Latrari nec hominibus piis, nec ange-

f. lis bonis

G *lis bonis exhibendam, multo minus saxis ac de-*
monibus. Denique non ideo religionem apud Chri-
stianos aliam esse quam fuit apud Iudeos aut p-
ios ante legem, quod ritus sacrificiorum sunt no-
uati.

Quæstio.

I Am videamus eam quæ sequitur quæstionem. Accu-
sant, inquit, ritus sacrorum, hostias, thura, & cate-
ra quæ templorum cultus exercuit, cum idem cul-
tus ab ipsis, inquit, vel à deo quem colunt exorsus est
temporibus priscis, cum inducitur deus primitus eguisse.
Huic respondetur: quoniam ex illo scripturarum no-
strarum loco hæc quæstio proposita agnoscitur, ubi scri-
ptum est, Cain ex fructibus terræ, Abel autem ex pri-
mitivis ovium obtulisse munus deo. Hinc potius esse
intelligendum quàm sit res antiqua sacrificium, quod
non nisi vni deo vero offerri oportere, veraces & sacræ
literæ monent, non quod illo egeat deus, cum in eis-
dem ipsis literis apertissime sit scriptum: Dixi domi-
no, deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non
eges: sed quod etiam in his, vel acceptandis vel repro-
bandis vel percipiendis, non nisi hominibus consulat:
Nobis enim prodest colere deum, non ipsi deo. Cum
ergo inspirat & docet quomodo colendus sit, non solum
sua nulla indigentia facit, sed nostra maxima utilita-
te. Significatiua sunt autem omnia talia sacrificia, &
quarundam rerum similitudines, quibus admoneri nos
oporteat ad ea ipsa quorum similitudines sunt, siue scruta-
nda, siue noscenda, siue recolenda. De qua re quantum
fatis est differenda, non brevis sermo flagitandus est,
quo nunc respondere nobis propositum non est, præser-
tim quia in aliis opusculis nostris, de hac re multa iam
diximus. Et qui ante nos dei eloquia tractauerunt, de si-
militudinibus sacrificiorum veteris testamenti, tan-
quam umbris figurisq; futurorum copiose loquuti sunt.
Hoc sane nec in ista breuitate prætereundum est, quod
templum, sacerdotem, sacrificium, & alia quæcumq; ad
hæc pertinentia, nisi vni vero deo deberi noscent dii fal-
si, hoc est demones, qui sunt præuaricatores angeli, nū-
quam hæc sibi à cultoribus suis quos decipiunt expetit
sent. Verum hæc cum exhibentur deo, secundum eius
inspirationem atq; doctrinam, vera religio est: cum au-
tem demonibus secundum eorum impiam superbiam
noxia superstitio. Quapropter qui Christianas literas
vtriusque testamenti sciunt, non hoc culpant in sacri-
legis ritibus Paganorum, quod construunt templa, &
instituant sacerdotia, & faciant sacrificia, sed quod hæc
idolis & demoniis exhibeant. Et idola quidem omni-
sensu carere, quis dubitet: Veruntamen cum his locan-
tur sedibus, honorabili sublimitate, vt à precantibus at-
que immolantibus attendantur, ipsa similitudine ani-
matorum membrorum atq; sensuum, quanuis insensa
& exanima afficiunt infirmos animos, vt viuere ac
spirare videantur, accedente præsertim veneratione
multitudinis, qua tatus eis cultus dei impeditur. Qui-
bus morbidis & pestilentiosis affectibus medetur scri-
ptura diuina, quæ rem quidem notam, sed tamen salubri
remedio admonitionis inculcat, dicens: Oculos habet
& non vident, aures habent & non audiunt, & cætera
taliter. Hæc enim verba quo magis aperta & populari-
ter vera sunt, eo magis incutiunt salubrem pudorem
illis, qui cum talibus simulachris diuinum cum timore
cultum exhibent, eaq; viventibus similia venerantes,
adorantelq; contuentur, eisq; velut præsentibus preces
allegant, victimas immolant, vota persoluunt, sic affi-
ciuntur omnino vt ea sensu carentia putare nõ aude-

10. de ciuita-
te dei, ca. 19.
& 20.

Psal. 115.

ant. Ne arbitrentur autem isti hoc solum nostros li-
bros velle sonare, quod huiusmodi affectus humano
cordi ex idolis innascitur, apertissime scriptum est: quo-
niam omnes dii gentium demonia. Vnde & Aposto-
lica disciplina nõ solum dicit, quod apud Ioannem le-
gitur, Fratres caute à simulachris, verum etiam quod
apud Paulum, Quid ergo? Dico quod idolis immola-
tum sit aliquid, aut idolum est aliquid? Sed quæ immo-
lant gentes, demoniis & non deo immolant: nolo autem
vos socios fieri demoniorum. Vnde satis intelligi po-
test, nõ tam ipsam immolationem (nam vero deo pri-
sci sancti immolauerunt) sed quod diis falsis & impiis
demoniis immolatur, reprehendi à vera religione, in
superstitionibus gentium. Sicut enim veritas hortatur
homines fieri socios sanctorum angelorum, ita seducit impietas
ad societatem demoniorum, cui præparatur ignis
æternus, sicut regnum æternum societati sanctorum.
Neq; illinc excusant impij sua sacrilega sacra & simu-
lacha, quod eleganter interpretatur quid quæq; signifi-
cant. Omnis quippe illa interpretatio ad creaturam re-
fertur, non ad creatorem, cui vni debetur seruitus reli-
gionis, illa quæ vno nomine Latria Græce appellatur,
Nec nos dicimus terram, maria, cælum, solem, lunam,
stellas, & quædam non in promptu sitas cælestes pote-
states esse demonia: sed cum omnis creatura partim cor-
poralis sit, partim verò incorporalis, quam etiam spiri-
talem vocamus, manifestum est, id quod à nobis pie ac
religiose fit, à voluntate animi proficisci, quæ creatura
spiritalis est, & omni corporali præponenda. Vnde col-
ligitur corporali creaturæ non esse sacrificandum. Res-
tat spiritalis, quæ vel pia, vel impia est. Pia scilicet in
hominibus & angelis iustis & deo rite feruentibus, im-
pia verò in hominibus & angelis iniquis, quos etiam
demones dicimus. Ac per hoc nec spiritali, quanuis iu-
stæ creaturæ sacrificandum est. Quoniam quantum ma-
gis pia est & subdita deo, tanto minus se tali honore di-
gnatur, quem scit nõ deberi nisi deo. Quanto ergo per-
niciosius est sacrificare demoniis, hoc est iniquæ spiri-
tali creaturæ, quæ in hoc proximo & caliginoso cælo
inhabitans, tæquam in aëreo carcere suo prædestinata
est supplicio sempiterno? Quam obrem etiam, cum se
homines superioribus cælestibus potestatibus, quæ non
sunt demonia, sacrificare dicunt, & solius nominis in-
teresse arbitrantur, quod illi deos, nos eos angelos ap-
pellamus, non se opponunt eis iudificandis multiplici
fallacia, nisi demones qui errore delectantur & quo-
dammodo pascuntur humano, quoniam sancti angeli
non approbant sacrificiū, nisi quod ex doctrina veræ
sapientiæ veræ que religionis offertur vni vero deo, cui
sancta societate deseruiunt. Proinde sicut impia super-
bia, siue hominum, siue demonum, sibi hos diuinos
honores exhiberi vel iubet vel cupit, ita pia humili-
tas vel hominum vel angelorum sanctorum, hæc sibi
oblata recusant, & cui deberetur ostendit. Cuius rei ma-
nifestissima in sacris literis nostris exempla monstrat-
ur, Dispersa autem diuinis eloquiis sacrificia pro tẽ-
porum congruentia, vt alia fierent ante manifestatio-
nem noui testamenti, quod ex ipsa vera & in vnus fa-
cerdotis victima, hoc est effuso Christi sanguine mini-
stratur, & aliud nunc quod huic manifestationi est cõ-
gruum, qui iam declarato nomine Christiani appella-
mur offeramus, non solum Euangelicis, verum etiam pro-
pheticis literis demonstratur. Mutatio quippe nõ dei nõ
ipsius religionis, sed sacrificiorum & sacramentorum
impudenter nunc videretur prædicata, nisi fuisset ante
prædicta.

Psal. 95.

1 Cor. 15.

M

A prædicta. Quemadmodum enim vnus idemq; homo,
si deo mane aliud offerat, aliud vespere, pro congruen-
tia diurni temporis, nõ deum mutat, non religionem,
sicut nec salutem, qui alio modo mane, alio vespere salu-
tat, Ita si in vniuerso tractu seculorum, cum aliud obla-
tum est ab antiquis sanctis, aliud ab eis qui nunc sunt
offertur, non humana præsumptione, sed autoritate
diuina temporibus congrua sacra mysteria celebratur,
non deus aut religio commutatur.

*Quæstionē quartā solūēs ostendit quomodo perpēdenda
peccatorū & æterna pœna proportio, quòdque iuste
deus pro temporarijs delictis reddat æterna supplicia.*

Quæstio.

Matth. 7.

Solutio.

Rabo.

I Am nunc deinde videamus, quale sit quod de men-
sura peccati atque supplicij proposuit, sic euangelio
calumniatus. Minatur, inquit, Christus sibi non cre-
dentibus, æterna supplicia. Et alibi ait: In qua mensura
mensi fueritis, in ea remetiatur vobis. Satis, inquit, ri-
dicule atq; contrarie. Nam si ad mensuram redditurus
est pœnā, & omnis mensura circumscripta est sine tem-
poris, quid sibi volunt minæ infiniti supplicij? Istā quæ-
stionem à qualicunq; philosopho esse obiectā atq; pro-
positā difficile est credere. Quippe qui ait, omnis men-
sura circumscribitur tempore, quasi nõ soleat nisi tem-
porum esse mensura, sicut horarū, & dierum, & annorū,
Vel sicut dicimus breuē syllabam simplū habere tem-
poris, ad syllabam longā. Puto enim modios, & rabo-
nes, vrnas & amphoras, non temporum esse mensuras.
Quomodo ergo omnis mensura circumscribitur tem-
pore? Nonne ipsi dicunt, solem istum sempiternum esse,
qui tamen quantum sit ad terram, mensuris geomet-
ricis perscrutari audent & renunciare: Quod siue pos-
sint siue non possint, constat eum tamen propriam sui
orbis habere mensuram. Quia & si cõprehendat quā-
tus sit, mensuram eius comprehendunt, & si hoc non
assequuntur, mensurā eius utiq; non cõprehendūt, nec
ideo nulla est, quia homines eam nosse nõ possunt. Po-
test igitur aliquid & sempiternum esse, & certam sui
modi habere mensuram. Secundum ipsos enim de so-
lis æternitate loquutus sum, vt sua sententia conuin-
cantur atq; concedant esse posse aliquid cum mensura
sempiternum. Ac sic non ideo putent non esse creden-
dum de supplicio sempiterno, quod minatus est Chri-
stus, quia idem dixit, In qua mensura mensi fueritis, re-
metietur vobis. Si enim dixisset, quod mensi fueritis, hoc
metietur vobis, etiā sic non omnino ad eandem rem
ex omni parte necesse esset referre sententiā. Possumus
enim rectè dicere, quod plātaueris, hoc decerpes, quā-
uis nemo plantet pomum sed lignum, decerpit autem
pomum magis quàm lignum, sed illud dicimus secun-
dum arboris genus, quia non ficum plantat, vnde nu-
cem decerpit. Ita dici posset, quod feceris patieris, non
vt si stuprum fecerit, stuprum patiat, sed quod pecca-
to isto fecit legi, hoc ei lex faciat, id est, quia legem ta-
liā prohibetẽ de sua vita abstulit, auferat eum etiam
ipsa lex de hominum vita, quam regit. Item si dixisset
quantum mensi fueritis, tantum remetiatur vobis, nec
sic esset cõsequens, vt omnimodo æquales peccatis pœ-
nas intelligere deberemus. Neque enim æqualia sunt,
verbi gratia, triticum & hordeū. Et profecto dici pos-
set, quantum mensi fueritis, tantum remetiatur vobis,
hoc est, quantum tritici tantum hordei. Quod si de do-
loribus ageretur atque diceretur, quantum dolorem
ingereritis, tantus ingeretur vobis, fieri posset vt tan-
tus dolor esset, quanuis tempore diuturnior, hoc est,
mora maior, vi par. Neque enim si de duabus lucernis

Tomus secundus.

dicamus, tantum ignis iste caluit quantum ille. Ideo
falsum erit quia vna earum fortè citius extincta est.
Non itaque si aliquid secundum aliud tantum est, secū-
dum aliud non est tantum, quia non omnino tantum
est, ideo falsus est modus in quo tantum est. Cum ve-
rò dixerit, In qua mensura mensi fueritis, remetiatur
vobis, quomq; manifestum sit, aliud esse mensuram in
qua metitur aliquid, aliud ipsam rem quæ metitur, iam
fieri potest, vt in qua mensura homines mensi essent, ver-
bi gratia, modium tritici, in ea illis metiantur milia
modiorum, vt & tam multum interesset in quantitate
frumenti & nihil in mensura: vt taceam de ipsarum
rerum diuersitate, quia nõ solum fieri potest, vt in qua
mensura quis mensus fuerit hordeum, in ea illi metia-
tur triticum, sed qua mensus fuerit frumentum, in ea
illi metiatur aurum & frumenti sit vnus modius, aurum
quamplurimi. Ita cum sine comparatione rerum ipsa-
rum, & genus & quantitas differat, dici tamen rectis-
sime potest, In qua mensura mensus est, in ea illi meti-
tum est. Vnde autem hoc dixerit Christus, paulo su-
perius satis elucet. Nolite, inquit, iudicare vt nõ iudice
mini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini.
Nunquid si iniquo iudicio iudicabunt, iniquo iudica-
buntur? Absit. Nulla quippe iniquitas apud deum. Sed
ita dictum est, In quo iudicio iudicaueritis, in eo iu-
dicabimini, tanquā diceretur, In qua voluntate bene-
feceritis, in ipsa liberabimini, vel in qua voluntate ma-
leseceritis, in ipsa puniimini. Velut si quispiam ad
turpem concupiscentiam oculis vtens excacari iube-
retur, rectè utique audiret, In quibus oculis peccasti, in
eis supplicium meruisti. Iudicio enim quisque animi
sui, seu bono seu malo vtitur, vel ad benefaciendum,
vel ad peccandum. Vnde non iniquum est, vt in quo
iudicat, in eo iudicetur. Hoc est vt in ipso animi sui iu-
dicio pœnas luat, cum ea mala patitur, quæ male iudi-
cantem animum consequuntur. Alia nanque sunt ma-
nifesta tormenta, quæ post futura præparantur, etiam
ipsa ex eodem malæ voluntatis radice extracta. In
ipso autem animo, vbi appetitus voluntatis hominum
est, humanorum mensura factorum continuo pœna
sequitur culpam, plerūque maior non sentientis cæci-
tate gratiore. Ideo cum dixisset, In quo iudicio iudica-
ueritis iudicabimini, sequutus adiunxit: Et qua mēsu-
ra mensi fueritis metietur vobis. In voluntate quippe
propria metitur bonus homo bona facta, & in ea me-
tietur ei beatitudo. Itemq; in mala voluntate propria,
metitur malus homo mala opera, & in ea metietur ei
miseria: quoniam ibi quisq; bonus est, cum bene vult,
ibi etiam malus cum male vult. Ac per hoc ibi etiam
fit vel beatus vel miser, hoc est in ipso suæ voluntatis
affectu, quæ omnium factorum meritorumq; mensura
est. Ex qualitatibus quippe voluntatū, non ex tempo-
rū spatijs, siue rectè facta siue peccata metimur. Alio-
quin maius peccatū haberetur, arborē deicere quàm
hominem occidere. Illud enim fit longa mora, ictibus
multis, hoc vno ictu breuissimo tempore: pro quo ta-
men exigui temporis tam grandi peccato, si perpetua
deportatione homo puniretur, etiam mitius cum illo
actū, quàm dignus fuerat diceret, quāuis in spatio tẽpo-
rali longitudo pœnæ, cū breuitate facinoris nullo mo-
do sit cõparanda. Quid ergo cõtrariū est, si erunt pari-
ter lōga, vel etiā pariter æterna supplicia, sed alijs alia
mitiora, vel aciora: vt quibus tẽpus æquale est, non sit
æqualis asperitas, ppter mensurā etiam peccatorū, non
in productione temporū, sed in voluntate peccantium?

omni mē-

Matth. 7.

* alijs mēsu-
ram.

F

f ij Volūtas

G Voluntas quippe ipsa punitur, siue animi supplicio siue corporis, vt quæ deletatur in peccatis, ipsa plestatur in pœnis, vt & qui iudicat sine misericordia, sine misericordia iudicetur. Et in hac quippe sententia, ad hoc solum eadem mensura est, vt quod non præstitit, non ei præstetur. Atque ita quod ipsa iudicatur æternū erit, quantum quod iudicauit, æternum esse nequiuert. In eadem igitur mensura, quantum non æternorum malefactorum, æterna supplicia remetiuntur, vt quia æternam voluit haberi peccati perfruitionem, æternam vindictæ inueniat seueritatem. Non autē finit propofita breuitas responfionis meæ, vt colligā omnia, vel certē quæ plurima quæ de peccatis, & de peccatorum pœnis, sancti libri habent, atque ex his vnam erua sine vlla ambiguitate sententiam, si tamen id valeam viribus mentis etiam si congruum nanciscar ocium. Nunc tamen arbitror satis esse monstratum, non esse contrarium æternitati suppliciorum, quod in eadem mensura redduntur, in qua peccata commissa sunt.

Questionem quintam soluens doceat à Salomone fieri mentionem filij dei.

Quæstio. H Ost hanc quæstionem, qui eas ex Porphyrio proposuit, hoc adiunxit. Sanè etiam de illo, inquit, me dignaberis instruere, si verè dixit Salomō: Filium deus non habet. Cito respondetur. Non solum hoc nō dixit, verum etiam dixit, quod deus habeat filium. Apud eum enim sapientia loquens, ait: Ante omnes colles genuit me. Et quid est Christus, nisi dei sapientia? Item quodam loco prouerbiorum, Deus, inquit, docuit me sapientiam, & scientiam sanctorum cognoui. Quis ascendit in cælum & descendit? Quis collegit ventos in sinum? Quis conuertit aquam in vestimento? Quis tenuit fines terræ? Quod nomen est ei, aut quod nomen est filij eius? Horum duorum quæ in extremo cōmemorauit, vnum retulit ad patrem, id est, quod nomē est ei, propter quod dixerat, deus docuit me sapientiam. Et alterum euidenter ad filium, cum ait, aut quod nomē est filij eius, propter cætera quæ de filio magis intelliguntur, hoc est, quis ascendit in cælum & descendit. Quod Paulus ita commemorat. Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos. Quis collegit ventos in sinum, id est animas credentium in occultum atque secretum. Quibus dicitur: Mortui enim estis, & vitæ vestra abscondita est cum Christo in deo. Quis cōuertit aquam in vestimēto, vt dici posset, Quotquot in Christum baptizati estis, Christum induistis, Quis tenuit fines terræ, qui dixit discipulis suis: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudæa, & Samaria, & vsque in fines terræ.

Questionem sextam dissoluens, ostendit miracula sacris prodita scripturis, aut credenda omnia, aut negligenda omnia, aperiens allegoriam de Iona a ceto absorpto, de hereda, & verme matutino, Deum factis loqui, postremò in iis quæ Christus interpretatus est, non esse liberam hominum diuinationem.

Quæstio. P Ostrema quæstio pposita est de Iona, nec ipsa quæstio ex Porphyrio, sed tanquam ex irrisione paganorum. Sic enim posita est, Deinde quid sentire, inquit, debemus de Iona, qui dicitur in ventre ceti triduo fuisse, quod ætæ dædōn est & incredibile, transuoratum cum veste hominis, fuisse in corde piscis, Aut si figura est, hanc dignaberis pandere. Deinde quid sibi etiam illud vult, supra euomitum Ionam cucurbitā natam, quid causæ fuit vt hæc nasceretur. Hoc enim genus quæstionis, multo cachinno à Paganis grauiter ir-

risum animaduerti. Ad hoc respondetur, quod aut omnia diuina miracula credenda non sint, aut hoc cur nō credatur causa nulla sit. In ipsum autem Christū, quod tertio die resurrexerit nō crederemus, si fides Christianorum cachinnum metueret Paganorum. Cum autē hinc quæstionem nō proposuerit amicus noster, vt rum credendum sit, vel Lazarum resuscitatū esse quarto die vel ipsum Christum tertio die resurrexisse, multū miror hoc quod factum est de Iona, eum pro incredibili posuisse, nisi fortē facilius putat mortuum de sepulchro resuscitari, quā viuum in tam vasto ventre belluæ potuisse seruari. Vt enim omittam commemorare, quantum magnitudo belluarum marinarū, ab eis qui experti sunt indicetur, venter quem costæ illæ muniēbāt, quæ Carthagine in publico fixæ populo notæ sunt, quot homines in spacio suo capere posset, quis nō cōiciat, quanto hiatus patebat os illud, quod velut ianua speluncæ illius fuit: nisi fortē vt posuit, vestis esset impedimento, ne Iona deuorari posset illæsus: quasi per angusta sese coarctauerit, qui per abruptū aëris præcipit, sic exceptus est, vt prius reciperetur ventre bestię, quæ dente lace-raretur. Quamquā scriptura neque nudū, neque vestitum in illud antrū deiectum esse dixerit, vt possit intelligi illuc etiā nudus irruisse, si fortē opus erat tanquā ouorium, ita illi veste detrahi, quo facilius sorberetur. Sic enim sunt hoies de prophetæ huius veste solliciti, quasi aut per fenestram parua repsisse, aut in balneas intrasse dicatur, quo etiam si necesse esset intrare vestitū, vix molestum esset, non tamen mirū. Sed habent reuera quod non credant in diuino miraculo, vaporem ventris quo cibi madescunt potuisse ita temperari, vt vitæ hominis conseruaret, Quanto incredibilius ergo proponerent tres illos viros, ab impio rege in caminū missos, deambulasse in medio ignis illesos: Quapropter si nulla isti diuina miracula volunt credere, alia disputatione refellendi sunt. Neque enim debent vnum aliquid tanquam incredibile proponere, & in quæstionem vocare, sed omnia quæ vel talia, vel etiam mirabiliora narrantur, Et tamen si hoc quod de Iona scriptum est, Apuleius Madaurensis, vel Apollonijs Tyaneus fecisse diceretur, quorum multa mira, nullo fideli authore iactant, quantum & demones nonnulla faciant [sanctis] angelis similia, non veritate, sed specie, non sapientia, sed planè fallacia, Tamen si de istis vt dixi, quos magos vel philosophos laudabiliter nominant, tale aliquid narraretur, non iam in buccis creparet risus, sed typhus. Ita rideant scripturas nostras quantum possunt rideant, dum per singulos dies rariores paucioresque se videant, vel moriendo, vel credendo, dum implentur omnia quæ prædixerunt, qui hos contra veritatem inaniter pugnaturos, vane latraturus, paulatim defecturos, tanto ante riserunt, nobisque posteris suis, non solum ea legenda dimiserunt, verum experienda promiserunt. Non sanè absurde, neque importune requiritur, quid ista significent, vt cum hoc expositum fuerit, non tantum gesta, sed etiam propter aliquam significationem conscripta esse credantur. Prius ergo non dubitet, Ionam prophetam in alio ingenti marinæ belluæ triduo fuisse, qui vult scrutari, cur nam hoc factū sit, Non enim frustra factum est, sed tamen factū est. Si enim mouent ad fidē quæ figurate tantum dicta nō facta sunt, quanto magis mouere debent, quæ figurate nō tantū dicta, sed facta sunt? Nam sicut humana cōsuetudo verbis, ita diuina potentia etiam factis loquitur. Et sicut sermoni humano, verba noua, vel minus

Solutio. K

Coste ceti

L

Apuleius Apolonius

M

τύφος

Deus factis loquitur.

minus

Matth. 22. De quæstionibus Euangelij lib. 11. cap. 8.

Triduum Christi.

† iustum

Lucæ 5.

Coloss. 2.

† vmbra-tili nunc

Christus vermis bifaria intelligitur

Psal. 22.

A minus vifata, moderate ac decenter aspersa, splendorem addunt, ita in factis mirabilibus congruenter aliquid significantibus, quodammodo luculentior est diuina eloquentia. Proinde quid figurauerit, quod propheta belua illa deuoratum, tertio die viuū reddidit cur à nobis quæritur cum hoc Christus exponat: Generatio inquit, praua & adultera signum quærit, & signū non dabitur ei nisi signum Ionæ prophete. Sicut enim Ionas fuit in ventre ceti, tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus. De ipso autem triduo mortis domini nostri Iesu Christi, quomodo ratio reddatur, cum à parte totum intelligitur, in die primo & nouissimo, vt toti tres dies idem cū suis noctibus computentur, longum est differere, & in aliis sermonibus iam sæpissime dictum est. Sicut ergo Ionas ex nauī in aluum ceti, ita Christus ex ligno in sepulchrū, vel in mortis profundum. Et sicut ille pro iis qui tempestate periclitabantur, ita Christus pro iis qui in hoc seculo fluctuāt. Et sicut primo visum testatur prædicaretur Niniuitis à Iona, sed non ad eos peruenit propheta Ionæ, nisi postea quā eum cetus euomit: ita propheta præmissa est ad gentes, sed nisi post resurrectionem Christi non peruenit ad gentes. Iam verò quod tabernaculum sibi cōstituit, & cōsedit ex aduerso ciuitatis Ninive, quid ei futurum esset expectans, alterius significationis personam propheta gestabat. Præfigurabat enim carnalem populum Israël. Nam huic erat & tristitia de salute Ninuitarum, hoc est de redemptione & liberatione gentium. Vnde venit Christus vocare, non iustos sed peccatores in penitentiam. Vmbra autem cucurbitæ super caput eius, promissiones erant veteris testamenti, vel ipsa iam munera, in quibus erat vtique, sicut dicit Apostolus, vmbra futurorum, tanquā ab æstu temporalium malorum in terra promissionis defensusculum præbens. Vermis autem matutinus quo rodente cucurbita exaruit, idem ipse rursus Christus occurrit, ex cuius ore Euangelio diffamato, cuncta illa quæ temporaliter apud Israëlitas velut vmbra culi prius significatione vigerunt, euacuata marcescunt. Et cunctus ille populus amisso Hierosolymitano regno, & sacerdotio & sacrificio (quod totum vmbra erat futuri) in captiua dispersione magno æstu tribulationis adurit quærit Ionas, quod scriptum est, à solis ardore, & dolet grauit, & tamen dolori eius atque vmbra quam diligebat, salus gentium penitentiumque præponitur. Adhuc cachinnent Pagani, etiam vermem Christum, & hanc interpretationem prophetici sacramenti superiore garrulitate derideant, dum tamen & ipsos sensim paulatimque consumat. Nam de omnibus talibus Esaias propheta, per quē nobis dicit deus: Audite me qui scitis iudicium populus meus, in quorum corde lex mea est, opprobria hominum nolite metueri, & detractione eorū ne superemini, nec quod vos spernant magnum duxeritis: sicut enim vestimentum, ita per tempus absumentur, & sicut lana à tinea comedentur, iustitia autem mea in æternum manet. Nos ergo agnoscamus vermem matutinum, quia & in illo psalmo cuius titulus inscribitur: Pro susceptioe matutina, hoc seipse nomine appellare dignatus est. Ego, inquit, sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Hoc opprobrium de illis opprobriis est, quæ iubemur non metueri per Esaiam dicentem: Opprobria hominum nolite metueri. Ab isto verme tanquam à tinea comeduntur, qui sub eius dente Euangelico, per singu-

Tomus secundus.

D los dies paucitate sua deficiendo minorantur. Nos hūc agnoscamus, & pro salute diuina, humana opprobria sufferamus. Vermis est propter humilitatē carnis, fortassis etiam propter virginis partum. Nam hoc animal plerumque de carne, vel de quacunque re terrena, sine villo concubitu nascitur. Matutinus est, quia diluculo resurrexit. Poterat vtique illa cucurbita & sine villo vermiculo arefcere. Postremo si habebat deus adhuc vt mem necessarium, quid opus erat addere matutinum, nisi vt ille vermis agnosceretur, qui cantat pro susceptione matutina: Ego autem sum vermis & nō homo. Quid ista propheta, iam ipso rerum effectu & adimpletione lucidius? Si irrisus est vermis iste cum penderet in cruce, sicut in eodem psalmo scriptū est: Loquuti sunt labijs & mouerunt caput: Sperauit in deū, eruat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eum. Cum cōpleta sunt quæ Libi prædixit: Foderunt manus meas & pedes meos, duntaxat omnia ossa mea: Ipsi vero non cōsiderauerunt, & cōspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt fortem: quod tanta manifestatione futurum in libro antiquo prophetatur, quāta manifestatione factum id nouo Euangelio recitatur: Sed si in hac humilitate, vt dicere cōperam, iste vermis irrisus est, nunquid adhuc irridendus est, cum ea compleri cernimus, quæ consequentia psalmus ipse habet: Commemorabuntur & cōuertentur ad dominū vniuersi fines terræ: Et adorabūt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium: Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Sic commemorati sunt Niniuitæ, & conuersi sunt ad dominū: hanc salutem penitentia gentiū tanto ante præfigurata in Iona, dolebat Israël, sicut nūc dolet vmbra nudata & æstu sauciata liceat sanè cullibet quilibet aliter, dum tamen secundum regulam fidei, cætera omnia quæ de Iona propheta mysterijs operta sunt, aperire. Illud planè quod in ventre ceti triduo fuit, fas non est aliter intelligere, quā ab ipso cœlesti magistro in Euangelio commemorauimus reuelatū. Proposita exposuimus vt potuimus, Sed ille qui proposuit, iam sit Christianus, ne fortē cum expectat ante librorum sanctorum finire quæstiones, prius finiat vitam istam, quā transeat à morte ad vitā. Fieri enim potest, quod antequā Christianus sacramentis imbuatur, quærit de resurrectione mortuorū. Concedendū etiam fortassis quod de Christo quæsiuit, cur tātō post venerit, vel si quæ sunt aliæ pauce & magnæ quæstiones, quibus cætera inferuiunt. Si autem qualis est illa, qua mensura mensi fueritis, metietur vobis: vel qualis ista de Iona, etiam omnes tales antequā sit Christianus finire cogitat, perparum cogitat vel conditionem humanam, vel etatem iam suā. Sunt enim innumerabiles, quæ non sunt finiendæ ante fidem, ne finiatur vita sine fide. Sed planè retenta iam fide, ad exercendā piā delectationem mentium fidelium studiosissime requirendæ, & quod in eis eluxerit, sine typho arrogantia communicandum, quod autem latuerit, sine salutis dispendio tolerandum.

† ad hoc

E

† ferri

F

Augustinus Bonifacio viro militari de Cesaris comitatu, commensans illi Donatistarum heresim nihil habere commune cū Arriana, & qua moderatone per meū legum imperialium heretici possum ad ecclesie societatem reduci, tū de Donatistarum & Circumcellonum inuinitate, postremò de peccato in spiritum sanctum non remittendo. Idem argumentum tractauit epistola. 48.

GRAVD O & gratulor & admiror fili dilectissime Bonifaci, quod inter curas bellorū & armorum, vehementer desyderas ea nosse que dei sunt. Vere hinc te apparet etiam dei ipsa virtute militari, fidei seruire quā habes in Christo. Ut ergo breuiter insinuem dilectioni tue, inter Arrianorū & Donatistarum, quid intersit errorē, Arriani patris & filij & spiritus sancti, diuersas substantias esse dicūt. Donatistę autē non hoc dicunt, sed vnā trinitatis substantiam consistentur. Etsi aliqui ipsorū minorem filium esse dixerunt quā pater est, eiusdem tamen substantię non negarunt. Plurimi verō in eis hoc se dicūt omnino credere de patre & filio & spiritu sancto, quod catholica credit ecclesia. Nec ipsa cū illis vertitur quęstio, sed de sola cōmunionē infeliciter litigant, & contra vnitatē Christi rebelles inimicitias peruersitate sui erroris exercent. Aliquando autē sicut audimus, nonnulli ex ipsis volentes sibi Gotthos conciliare, quādo eos vident aliquid posse, dicūt hoc se credere, quod & illi credūt. Sed maiorum suorū autoritate vincuntur, quia nec Donatus ipse sic credidisse asseritur, de cuius parte se esse gloriantur. Non te autē ista conturbent fili dilectissime. Hęreses enim & scandala futura prædicta sunt, vt inter inimicos erudiamur, ac sic & fides & dilectio nostra possit esse probator. Fides vtique, ne ab eis decipiamur, dilectio autem, vt etiā ipsis corrigendis quantum possumus consulamus, non solum instātes ne infirmis noceant, atque vt ab errore nefario liberentur, sed etiā orantes pro eis, vt aperiat dominus illis sensum, & intelligant scripturas, quia in sanctis libris, vbi manifestatur dominus Christus, ibi & eius ecclesia declaratur. Isti autem mirabili cęcitate, cum ipsum Christū præter scripturās nesciant, eius tamen ecclesiam non diuinarum literarum autoritate cognoscunt, sed humanarum calumniarum vanitate confingunt. Agnoscunt nobiscum Christum, in eo quod legitur: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi verō cōsiderauerunt & conspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meā miserunt sortem, & nolunt agnoscere ecclesiam, in eo quod post paululum sequitur: Commemorabuntur & cōuertentur ad dominum, vniuersi fines terrę. Et adorabunt in conspectu eius vniuersę patrię gentium, Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Agnoscunt nobiscum Christū, in eo quod legitur: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: & nolunt agnoscere ecclesiam in eo quod sequitur: Postula a me & dabo tibi gentes hęreditatem tuā, & possessionem tuam terminos terrę. Agnoscunt nobiscum Christum, in eo quod ipse dominus in euāgelio loquitur: Oportebat Christum pati & resurgere a mortuis tertia die: & nolunt agnoscere ecclesiam, in eo quod sequitur: & prædicari in nomine eius pœnitentiā & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Et innumerabilia sunt testimonia librorum sanctorum, quę in hunc librum coarctare non debui. In quibus sicut apparet, dominus Christus siue secundum diuinitatē qua equalis est patri, qui in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, siue secundum susceptę carnis humilitatem, qua verbum caro factum est, & habitauit in nobis: sic apparet etiam eius ecclesia, non in sola Aphrica, sicut isti impudentissima vanitate delirant, sed toto orbe terrarum diffusa. Testimoniis enim diuinis, lites suas præferunt, quia in causa Cęciliani quondam ecclesię

Carthaginensis episcopi, cui crimina obiecerunt quę nec potuerunt probare nec possunt, se ab ecclesia catholica, hoc est ab vnitatē omnium gentium diuiserunt. Quamuis & si vera essent quę ab eis obiecta sunt Cęciliano, & nobis possent aliquando monstrari, ipsum iam mortuum anathematizarem: sed tamen ecclesiam Christi quę non litigiosis opinionibus fingitur, sed diuinis attestacionibus comprobatur, propter quemlibet hominem relinquere non debemus, quia bonum est confidere in domino, quā confidere in homine. Neque enim, quod sine iniuria innocentię illius dixerim, si peccauit Cęcilianus, ideo hęreditatem suā perdidit Christus, Facile est homini, seu vera seu falsa de altero homine credere, sed sceleratę impudentię est, propter crimina hominis, quę orbi terrarum non possit ostendere, communionem orbis terrarum velle damnare. Vtrum Cęcilianus a traditoribus diuinorum codicum fuerit ordinatus, nescio, non vidi, ab inimicis eius audiui. Non mihi de lege dei, non de præconio prophetarum, non de sanctitate psalmodum, nõ de Apostolo Christi, non de Christi eloquio recitatur. Ecclesiam verō toto terrarum orbe diffusam, cui non communicat pars Donati, vniuersarum scripturarum testimonia consona voce proclamant: In femine tuo benedicentur omnes gentes, Lex dei dicit. Ab ortu solis vsque ad occasum sacrificium mundum offertur non mihi meo: quoniam glorificatum est nomē meum in gentibus, Per prophetam deus dixit. Dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum, Per psalmum dominus dixit. Fructificans & crescens in vniuerso mundo, Per Apostolum dominus dixit. Eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudęa & in Samaria, & vsque ad fines terrę, Filius dei ore suo dixit. Cęcilianus ecclesię Carthaginensis Episcopus humanis litibus accusatur. Ecclesia Christi in omnibus gentibus constituta diuinis vocibus cōmendatur. Ipsa pietas, veritas, charitas, nos non permittit contra Cęcilianum eorum hominum accipere testimoniū, quos in ecclesia non videmus, cui deus perhibet testimoniū. Qui enim diuina testimonia non sequuntur, pondus humani testimonij perdidit. Adde quod Cęciliani causam, ipsi ad imperatoris Cōstantini iudicium accusando miserunt, immo verō ipsum Cęcilianum post episcopalia iudicia, vbi eum opprimere nõ potuerunt, ad supradicti imperatoris examen, pertinacissimis persecutoribus perduxerunt. Et quod in nobis modo reprehendunt vt decipiant imperitos dicentes, non debere Christianos contra inimicos Christi aliquid a Christianis imperatoribus postulare: ipsi priores fecerunt. Quod etiam in collatione, quam simul apud Carthaginem habuimus, negare non ausi sunt, immo & gloriari ausi sunt, quod apud imperatorem maiores eorum criminaliter Cęcilianum fuerint insequuti, in super addentes mendacium, quod eum illic vicerint fecerintque damnari. Quomodo ergo nunc ipsi nõ sunt persecutores, qui cum accusando insequuti sint Cęcilianum, & ab eo fuerint superati, falsam sibi gloriam impudentissimo mendacio arrogare vulerunt, non solum culpam non putantes, verum etiam pro sua laude iactantes, si probarent Cęcilianum maioribus suis accusantibus fuisse damnatum. Quemadmodum autem in ipsa collatione modis omnibus victi sint, quoniam valde proluxa sunt gesta, & tibi aliis rebus Romanę pacis necessariis occupato, multum est vt legantur, breuiarium eorum tibi legi forsitan.

K
24. q. 2. si forte.
L
Gen. 2. 6. Mala. 1.
Psal. 71.
Col. 1. 1. deus. Luc. 2. 4.
Act. 1.
Cōstantin.
Cęcilianus.
M
2. Retra. 49.
2. Retra. 39.

A forsitan poterit, quod credo habere fratrem & coepiscopum meum Optatum. Aut si non habet, potest facile accipere de ecclesia Sitionensi, quandoquidem liber iste iam sua prolixitate curis tuis forsitan onerosus est. Hoc enim contigit Donatistis, quod accusatoribus sancti Danielis. Sicut enim in illos leones, sic in istos conuersę sunt leges, quibus innocentem opprimere voluerunt, nisi quod propter misericordiam Christi, magis pro eis sunt istę leges, quę illis videntur aduersę: quoniam multi per illas correcti sunt, & quotidie corriguntur, & se esse correctos, atque ab illa furiosa pernicię liberatos gratias agunt. Et qui oderant diligunt, molestasque sibi fuisse saluberrimas leges quantum in insania detestabantur, tantum recepta sanitate gratulantur, & in residuos cum quibus fuerant perituri, iam simili dilectione nobiscum vt pariter infestus sic illi pereant, excitantur. Molestus est enim & medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio, ille ligando, iste cędendo, sed ambo diligendo. Si autem illos negligant & perire permittant, ista potius mansuetudo falsa, crudelitas est. Si enim equus & mulus, quibus non est intellectus, morsibus & calcibus resistunt hominibus, a quibus eorum curanda vulnera contrectantur, & cum inter dentes eorum & calces sæpe homines periclitentur, & aliquando vexentur, non tamē eos deserūt, donec per dolores & molestias medicinales, reuocent ad salutem: quanto magis homo ab homine, & frater a fratre, ne in eternum pereat non est deserendus, qui correctus intelligere potest, quantum sibi præstatur beneficium, quādo se persecutionem perpeti querebatur. Sicut ergo Apostolus dicit, infatigabiles cum tempus haberemus operemur bonum ad omnes, qui possunt catholicorum præceptorum sermonibus, qui possunt catholicorum principū legibus, partim per eos qui diuinis admonitionibus, partim per eos qui iussis imperialibus parent, omnes ad salutem vocentur, omnes a pernicię reuocentur. Quia & imperatores, quando pro falsitate contra veritatē constituunt malas leges, probantur bene credentes, & coronantur perseuerantes. Quando autem pro veritate contra falsitatem constituunt bonas leges, terrentur senientes & corriguntur intelligentes. Quicumque ergo legibus imperatorum, quę contra veritatem dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium. Quicumque autem legibus imperatorum, quę pro dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium. Nam & temporibus prophetarū, omnes reges qui in populo dei nõ prohibuerunt, nec euerterūt quę contra dei præcepta fuerant instituta, culpantur: & qui prohibuerunt & euerterunt, super aliorū merita laudantur. Et rex Nabuchodonosor, cum seruus esset idolorum, constituit sacrilegam legem, vt simulacrum adoraretur: sed eius impię constitutioni qui obedire nõ luerunt, pie fideliterque fecerunt. Idem tamen rex, diuino correctus miraculo, piam & laudabilem legem pro veritate constituit, vt quicumque diceret blasphemiam in deum verum Sidrac, Misac, & Abdenago, cum domo sua penitus interiret. Hanc legē si qui cōtempserūt, & id quod fuerat cōstitutum merito perpeffi sunt, debuerunt dicere, quod isti dicunt, se iustos esse, quia ex lege regis persecutionem patiebantur: quod vtique dicerent si ita insanirent sicut isti insaniunt, qui diuidunt membra Christi, exulant sacramenta Christi, & de persecutione gloriantur, quia prohibentur ista facere legibus imperatorum, quas constituerunt pro vnitatē

Christi, & iactant fallaciter innocentiam suam, & quā non possunt a domino accipere, ab hominibus quærūt martyrum gloriam. Veri autem martyres illi sunt, de quibus dominus ait: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Non ergo qui propter iniquitatem, & propter Christianę vnitatis impię diuisionem, sed qui propter iustitiam persecutionē patiuntur, hi martyres veri sunt. Nam & Agar passus est persecutionem a Sara, & illa erat sancta quę faciebat, illa iniqua quę patiebatur. Nunquid & huic persecutioni, quā passus est Agar, comparandus est sanctus David, quem persecutus est iniquus Saul: Valde vtique distat, non quia patiebatur, sed quia propter iustitiam patiebatur. Et ipse dominus cū latronibus crucifixus est. Sed quos passio iungebat, causa separabat. Ideo in psalmo vox illa intelligenda est verorum martyrum, volentium se discerni a martyribus falsis: Iudica me deus & discerne causam meam de gente non sancta: Non dixit, discerne pœnam meam, sed discerne causam meam. Potest enim esse impiorum similis pœna, sed dissimilis est martyrum causa, quorum & illa vox est. In iuste persecuti sum me, adiuua me. Ideo se dignum existimauit, qui adiuuaretur iuste, quia illi persequebantur iniuste. Nam si iuste illi persequebantur, non fuerat adiuuandus, sed corrigendus. Si autem putant quod nemo possit iuste aliquem persequi, sicut in collatione dixerunt, illam esse veram ecclesiam quę persecutionem patitur, non quę facit. Omitto dicere quod superius commemoravi, quia si ita est, vt dicunt, Cęcilianus ad veram ecclesiam pertinebat, quando eum maiores illorum vsque ad imperatoris iudicium accusando persequebantur. Nos enim dicimus, ideo illum ad veram ecclesiam pertinuisse, non quia persecutionem patiebatur, sed quia propter iustitiam patiebatur. Illos autem ideo fuisse alienatos ab ecclesia, non quia persequebantur, sed quia iniuste persequebantur. Nos itaque hoc dicimus. Illi verō si non quærunt causas quare quisque faciat persecutionem vel quare patiat, sed hoc putat esse signum veri Christiani, si persecutionem non faciat, sed patiat, sine dubio Cęcilianum in ea definitione constituunt, qui non faciebat, sed patiebatur. Maiores autem suos ab ea definitione foras mittunt, qui faciebant non patiebantur. Sed hoc, vt dixi, omitto: illud dico, si ecclesia vera ipsa est quę persecutionem patitur, nõ quę facit, quærant ab Apostolo quā ecclesiam significabat Sara, quando persecutionem faciebat ancilla. Liberam quippe matrem nostrā cęlestem Hierusalem, id est, veram dei ecclesiam, in illa muliere dicit fuisse figuratam, quę affligebat ancillam. Si autem melius discutiamus, magis illa persequebatur Saram superbiendo, quā illam Sara coercendo. Illa enim dominę faciebat iniuriam, ista imponēbat superbię disciplinam. Deinde quæro, si boni & sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur, cuius putant esse in psalmo vocem, vbi legitur: Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant. Si ergo verum dicere vel agnoscere volumus, est persecutio iniusta quam faciunt impij ecclesię Christi: & est iusta persecutio, quam faciunt impij ecclesię Christi. Ista itaque beata est, quę persecutionem patitur propter iustitiam: illi verō miseri qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam. Proinde ista persequitur diligendo, illa sauiendo. Ista vt corrigat, illi vt euertant. Ista vt reuocet ab errore, illi vt præcipitent

D
Matth. 5.
Li. 1. de ser. domini in mot. ca. 4.
Psal. 42.
Psal. 118.
E
Cęcilianus.
F
23. q. 4. si ecclesia. Ecclesiam re perit ex veteri cęlestamēto.
Psal. 142.
f iij in errorem

Præter scripturas, pro nisi ex scripturis.

Psal. 2.

Luc. 2. 4.

Ioan. 1.

2. Retra. 28.

G in errore. Deniq; ista persequitur inimicos, & comprehendit donec deficiant in vanitate, vt in veritate proficiant. Illi autem retribuunt mala pro bonis, quia eis consulimus ad aeternam salutem, etiam temporalem nobis conantur auferre, sic amantes homicidia, vt in seipsis ea perficiant, quando in aliis perpetrare non possunt. Sicut enim charitas laborat ecclesiae sic eos ab illa perditione liberare, vt eorum nemo moriatur: sic eorum laborat furor, aut nos occidere vt suae crudelitatis pascant libidinem, aut etiam seipso, ne perdidisse videantur occidendorum hominum potestatem. Qui autem nesciunt consuetudinem illorum, putant eos modo seipso occidere, quando ab eorum insanissima dominatione per occasionem legum istarum quae pro vnitatem sunt constituta, tanti populi liberantur. Qui autem sciunt, & ante ipsas leges quid facere soleant, non eorum mirantur mortes, sed recordantur mores: maxime quando adhuc cultus fuerat idolorum, ad Paganorum celeberrimas solennitates ingentia turbarum agmina veniebant, non vt idola frangeret, sed vt interficerentur à cultoribus idolorum. Nam illud si accepta legitima potestate facere vellent, si quid eis accidisset, possent habere qualemcumq; vmbra nominis martyrum, sed ad hoc solum veniebant, vt integris idolis ipsi perimerentur. Nam singuli quique valentissimi iuvenes cultores idolorum, quis quot occideret, ipsis idolis vouere consueuerant. Quidam etiam se trucidandos armatis viatoribus ingerebant, percussuros eos se, nisi ab eis perimerentur terribiliter comminantes. Nonnunquam & à iudicibus transeuntibus extorquebant violentem, vt à carnificibus vel ab officio ferirentur. Vnde quidam illos sic illuisse perhibetur, vt eos tanquam percutiendos, ligari & dimitti iuberet, atq; ita eorum impetum incruentus & illesus euaderet. Iam vero per abrupta praecipitia, per aquas & flammam occidere seipso, quotidianus illis ludus fuit. Haec enim eos tria mortis genera diabolus docuit, vt mori volentes, quando non inueniebant quem terrenter, vt eius gladio ferirentur, per saxa se mitterent, aut ignibus gurgitibusq; donarent. Quis autem illos haec docuisse credendus est possidens cor eorum, nisi ille qui & saluatori nostro, vt se de pinna templi praecipitaret, tanquam de lege suggestit: Cuius suggestionem à se vtique prohiberet, si magistrum Christum in corde portarent. Sed quia in se diabolo potius dederunt locum, aut sic pereunt quem admodum grex ille porcorum, quem de monte in mare turba demonum deiecit: aut illis mortibus erepti, & pio matris catholicae gremio collecti, ita liberantur, quem admodum est à domino liberatus, quem pater eius à daemone sanandum obtulit dicens, quod aliquando cadere in aquam, aliquando in ignem soleret. Vnde magna in eos fit misericordia, cum etiam per istas imperatorum leges, ab illa secta, vbi per doctrinas demoniorum mendaciloquorum mala ista didicerunt, prius eripiuntur inuitti, vt in catholica postea bonis praecipis & moribus sanentur affueti. Nam multi eorum quorum iam in vnitatem Christi, pium fidei seruiorem charitatemque miramur, cum magna letitia deo gratias agunt, quod illo errore caruerunt vbi mala ista bona putauerunt. Quas gratias modo volentes non agerent, nisi prius etiam nolentes ab illa nefaria societate discederent. Quid de illis dicamus, qui nobis quotidie contententur, quod iam olim volebant esse catholici, sed inter eos habitabant, inter quos & id quod volebant esse non poterant per infirmitatem timoris, vbi

si vnum verbum pro catholica dicerent, & ipsi & domus eorum funditus euerterentur? Quis est tam demens, qui neget istis debuisse per iussa imperialia subueniri, vt de tanto eruerentur malo, dum illi quos timebant timere coguntur, & eodem timore aut etiam ipsi corriguntur, aut certe cum se correctos esse confingunt, correctis parcunt, à quibus antea timebantur? Si autem seipso occidere voluerint, ne illi qui liberandi sunt liberentur, & eo modo liberantium terrore pietatem, vt dum timetur ne quidam perditii pereant, non eruantur perditioni, qui vel iam nolebant perire, vel coerciti poterant non perire, quid hic agit charitas Christiana, praesertim cum illi qui suas mortes voluntarias & furiosas minantur, in populorum liberandorum comparatione perpauci sint? Quid agit ergo fraterna dilectio: vtrum dum paucis transitorios ignes metuit caminorum, dimittit omnes aeternis ignibus gehennarum: & tam multos vel iam volentes, vel postea non valentes per catholicam pacem ad vitam venire perpetuam, relinquit in interitum sempiternum, cauendo ne quidam voluntario moriantur interitu, qui viuunt ad impedimentum salutis aliorum, quos non permittunt secundum Christi doctrinam viuere, vt eos doceant quocumque tempore secundum consuetudinem doctrinae diabolicae ad eas quae in illis modo timentur mortes voluntarias festinare: an potius conseruat quos potest, & si sponte pereant quos conseruare non potest? Vt enim omnes viuant ardentem exoptat, sed omnes ne pereant plus laborat. Gratias autem domino, quod & apud nos, non quidem in omnibus, sed valde in pluribus locis, & per alias Africæ partes, sine vllis istorum insanorum mortibus, pax catholica cucurrit & currit. Ibi autem illa funesta contingunt, vbi est tam furiosum & inutile hominum genus, qui & aliis temporibus eadem facere consueverunt. Et prius quidem quam istae leges à catholicis imperatoribus mitterentur, pacis atque vnitatis Christi paulatim doctrina crescebat: & in eam quisque sicut discerebat & volebat & poterat ex ipsa parte transibat, cum tamen apud illos perditiorum hominum demensissimi greges, in diuersis causis quietem innocentium perturbabant. Quis non dominum seruum suum timeat compulsus est, si ad illorum patrocinium confugisset? Quis euerfori minari saltem audebat auctoritate? Quis consumptorem apothecarum: quis quemlibet poterat exigere debitorum, auxilium eorum defensionemq; poscentem, timore fustium & incendiolorum mortisq; praesentis? Pessimorum seruatorum vt liberi abscederent tabulae frangebantur, extorta debitoribus chirographa reddebantur. Quicumque dura illorum verba contempserant, durioribus verberibus quod iubebant facere cogebantur, innocentium qui eos offenderant domus, aut deponebantur ad solum, aut ignibus cremabantur. Quidam patresfamilias honesto loco nati, & generoso cultu educati, vix viui post eorum caedes ablati sunt, vel vinciti ad molam, & eam in gyrum ducere, tanquam iumenta contempnibilia verberare adacti sunt. Quod enim de legibus auxiliu, à ciuilibus potestatibus aduersus eos aliquid valuit? quis in praesentia eorum officialis anhelauit, quisq; quod illi nolissent exactor exegit? Quis eos qui eorum cadibus extincti sunt vindicare tentauit, nisi quod propria de illis poenas poscebat infania, cum alij prouocandis in se gladiis hominum, quos vt ab eis ferirentur morte terrebant, alij per varia praecipitia, alij per aquas, alij per ignes se in mortes voluntarias

A rias vsquequaque mittebant, & animas ferales, à se sibi illatis suppliciiis proieciabant: Horrebant ista plurimi in ipsa superstitione haeretica constituti, & cum innocentiae suae sufficere arbitrantur, quod sibi talia displicerent, dicebatur eis à catholicis: si innocentiam vestram mala ista non polluant, quomodo dicitis orbem Christianum, vel falsis, vel certe ignotis Caeciliani peccatis esse pollutu? Quomodo vos nefario scelere, ab vnitatem catholica, tanquam ab area dominica separatis, quae vsque ad tempus ventilationis, necesse est vt habeat & frumentum in horreo recondendum, & paleam ignibus consumendam? Atque ita quibusdam ratio reddebatur, vt aliqui ad vnitatem catholicam etiam inimicitias perditiorum parati sustinere transirent, sed plures quantum id vellent, eos tamen homines quibus tanta fuerat licentia fauendi, inimicos facere non audebant. Nonnulli quippe illos cum ad nos transissent crudelissimos passis sunt. Accidit etiam vt apud Carthaginem quendam diaconum suum nomine Maximianum, contra Episcopum suum superbientem, quidam episcoporum eiusdem partis facto schismate, & in plebe Carthaginis diuisa parte Donati, ordinarent Episcopum contra Episcopum. Quod cum eorum pluribus displiceret, eundem Maximianum cum aliis duodecim, qui eius ordinationi praesentes affuerat, damnauerunt, ceteris autem ad eandem societatem schismaticis pertinentibus, die constituto facultatem redeundi dederunt. Sed postea ex ipsis duodecim quosdam, & ex illis quibus dilatio data fuerat, post diem positum redeuntes propter pacem suam in suis honoribus susceperunt, & quocumque extra ipsorum communionem damnati baptizauerant, rebaptizare non ausi sunt. Coepit hoc eorum factum contra illos pro catholica multu valere, vt ora eorum penitus clauderentur. Quae res cum, sicut oportebat, ad sanandos ab schismate animos hominum spargeretur instantius, & quaquaersum poterat, catholicorum sermonibus ac disputationibus monstraretur, eos pro pace Donati & damnatos suos in honore suu integrum suscepisse, & baptismum quem damnati vel etiam dilati foris ab ecclesia eorum dederant, non ausos fuisse rescindere, & orbi terrarum contra pacem Christi cotaminationem, nescio quorum, obicere peccatorum, & euacuare baptismum in illis quoq; ecclesiis datum, vnde in Africam venit ipsum Euangelium, plurimi confundebantur, & manifeste veritati erubescerent, corrigebantur, solito crebrius, & multo magis vbiunque ab eorum sequitia respirabat aliquanta libertas. Tum vero illi sic exarserunt, & tantis sunt odiorum stimulis incitati, vt contra eorum insidias atq; violentias, & apertissima atrocina, vix vlla nostrae communionis ecclesiae possent esse secure, vix vlla via tuta, qua iter agerent quicumque aduersus eorum rabiem, pacem catholicam praedicarent, eorumq; dementia perpicua veritate conuincerent. Vsque adeo prorsus non solum laici, vel quibuslibet clericis, sed ipsis quoque episcopis catholicis, quodammodo proponebatur dura conditio. Aut enim tacenda erat veritas, aut eorum immanitas perferenda. Sed si veritas taceretur, non solum nemo fuerat eius silentio liberandus, sed multi etiam illorum seductione perendi. Si autem veritas praedicatione furor eorum ad sanandum prouocaretur, aliqua liberatis nostrisq; firmatis, rursus à sequenda veritate, formido impediret infirmos. Cum igitur his angustiis affligeretur ecclesia, quisquis existimat omnia potius sustinenda, quam dei auxilium, vt per Christianos im-

peratores ferretur, fuisse poscendum, parum attēdit non bonā de hac negligentia reddi potuisse rationē. Quod enim dicunt qui contra suas impietates leges iustas constitui nolunt, non petisse à regibus terrae Apostolos talia, non cōsiderant aliud fuisse tunc tempus, & omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat imperator, qui ei pro pietate contra impietate leges ferendo seruiret, quādo adhuc illud propheticum complebatur: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: Astiterunt reges terrae, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum & aduersus Christum eius. Nondum autem agebatur, quod paulo post in eodem psalmo dicitur: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: Seruite domino in timore, & exultate ei cū tremore. Quomodo ergo reges domino seruiunt in timore, nisi ea quae contra iustitiam domini sunt, religiosa seueritate prohibendo atque plectēdo? Aliter enim seruit quia homo est, aliter quia etiā & rex est. Quia homo est, ei seruiuit viuendo fideliter: quia verò etiā rex est, seruit leges iusta praecipientes & contraria prohibentes, conuenienti vigore sanctificando: Sicut seruiuit Ezechias, lucos & templa idolorum, & illa excelsa quae contra praeccepta dei fuerant constructa destruendo. Sicut seruiuit Iosias, talia & ipse faciendo. Sicut seruiuit rex Niniuitarū, vniuersam ciuitatem ad placandum dominum cōpellendo. Sicut seruiuit Darius, idolum frangendum in potestatem Danieli dando, & inimicos eius leonibus ingerēdo. Sicut seruiuit Nabuchodonosor, de quo iam diximus, omnes in regno suo positos à blasphemando deo lege terribili prohibendo. In hoc ergo seruiunt domino reges, in quantum sunt reges, cum ea faciunt ad seruendum illi, quae non possunt facere nisi reges. Cum itaq; nodum reges domino seruirent temporibus Apostolorum, sed adhuc meditentur inania, aduersus eum & aduersus Christum eius, vt prophetarū predicta omnia complerentur, non vtique tunc possent impietates legibus prohiberi, sed potius exerceri. Sic enim ordo temporu voluebat vt & Iudei occiderent praedicatorum Christi, putātes se officiu deo facere, sicut praedixerat Christus: & gentes fremuerent aduersus Christianos, & omnis potentia martyrum vinceret. Postea verò quādo coepit impleri quod scriptum est: Et adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes seruiunt illi: Quis mente sobrius regibus dicat: Nolite curare in regno vestro à quo tueatur vel oppugnetur ecclesia domini vestri: non ad vos pertineat in regno vestro, quis velit esse siue religiosus siue sacrilegus, quibus dici non potest, non ad vos pertineat in regno vestro, quis velit pudicus esse quis impudicus? Cur enim cum datum sit diuinitus homini liberum arbitrium, adulteria legibus puniantur, & sacrilegia permittantur? An fidem non seruare leuius est animam deo, quā foeminam viro? Aut si ea quae non contemptu, sed ignorantia religionis committuntur, mitius vindicanda, nunquid ideo negligenda sunt? Melius est quidem, quis dubitauerit, ad deum colendū doctrina homines duci, quā pōne timore vel dolore compelli: Sed non quia isti meliores sunt, ideo illi qui tales non sunt, negligendi sunt. Multis enim profuit, quod experimētis probauimus, prius timore vel dolore cogi, vt postea possint doceri, aut quod iam verbis didicerant opere sectari. Proponunt nobis quidam sententiam cuiusdam secularis auctoris, qui dixit: Pudore & libertate liberos retinere, satius esse credo quā metu. Hoc quidē verū est, sed sicut meliores sunt quos dirigit

Prodigiōsa mortis cupiditas.

Luc. 4.

Marc. 5.

Math. 17.

23. q. 4. ff. ecclesia.

Psalm.

4. Reg. 18. 4. Reg. 22. Ion. 3. Dan. 14.

Dan. 3.

patientia.

tenetur.

Toren. in Adel. liberalitate.

G dirigit amorita plures sunt quos corrigit timor. Nam vt de ipso auctore istis respódeatur, apud illum etiam legunt, Tu nisi malo coactus, rectè facere nescis. Porro autè scriptura diuina & propter illos meliores dixit: Timor nõ est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorè. Et propter hos inferiores qui plures sũt, ait, Verbis nõ emédabitur seruus durus, si enim & intellexerit nõ obediẽt. Cũ dixit, verbis eũ non emédari: non eũ iussit deserere, sed tacite admonuit vnde debeat emédari. Alioquin nõ diceret, verbis non emédabitur, sed tantũmodo diceret: non emédabitur. Alio quoq; loco dicit: Nõ solum seruum, sed etiam filium indisciplinatum plagis esse coẽrcendũ. Et magno fructu. Nã tu quidem inquit percussus eum virga, animã verò eius liberabis à morte. Et alibi dicit: Qui parit baculo, odit filium suum. Dauid enim qui recta fide veròq; intellectu, totis animæ suæ viribus dicit: Sitiuit ¶ anima mea ad deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem dei: Et huic tali non solum temporalium poenarum, vel imperialium legum, sed nec gehénarum timor est necessarius: cui tam desiderabile bonum est adherere deo, vt non solum ab illa felicitàte alienari, tanquam magnum supplicium perhorrescat, verum etiã differrí moleste ferat. Sed tamen antequam dicat boni filij: Cõcupiscentiam habemus dissolui & esse cũ Christo: multi prius tanquam mali serui & quodammodo improbi fugitiui, ad dominum suum temporalium flagellorum verberere reuocantur. Quis enim nos potest amplius amare quã Christus, qui animam suam posuit pro ouibus suis: Et tamen cum Petrũ & alios Apostolos solo verbo vocasset, Paulum prius Saulum, ecclesie suæ postea magnum adificatorem, sed horrendũ antea vastatorem, non sola voce cõpescuit, verum etiã potestate prostrauit, atque infidelitatis tenebris sc̄uitatem, ad desiderandum lumen cordis vt surgeret, prius corporis cecitate percussit. Si poena illa non esset, non ab ea postmodum sanaretur: Et quando apertis oculis nihil videbat, si eos saluos haberet, non ad impositionẽ manus Ananiæ, vt eorum aperiretur obtutus, tanquam squamas quibus clausus fuerat inde cecidisse, scriptura narraret. Vbi est quod isti clamare consueuerunt, liberum est credere vel non credere. Cui vim Christus intulit: quæ coẽgit: Ecce habent Paulum Apostolũ: agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem: prius ferientem, & postea cõsolantem. Mirum est autem quomodo ille qui poena corporis ad Euangeliũ coactus intravit, plus illis omnibus qui solo verbo vocati sunt in euangelio laborauit: Et quem maior timor compulsi ad charitatem, eius perfecta charitas foras misit timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios vt redirent, si perditos filij coegerunt alios vt perirent? Quauis etiam illos quos non coegerunt, sed tantummodo seduxerunt, si per terribiles, sed salubres leges in eius gremio reuocetur, blandius pia mater amplectitur, & de illis multo amplius quam de iis quos nunquam perdidit gratulatur. An non pertinet ad diligentiam pastorem, etiam illas oues quæ non violẽter erepta, sed blande leniterq; seducte, à grege aberrauerint, & ab alienis cõperint possideri, inuentas ad ouile dominicum, si resistere voluerint flagellorũ terroribus vel etiam doloribus reuocare? præsertim quoniam si apud fugitiuos & prædones seruos fecunditate multiplicentur, plus habet iuris quod in eis dominicus character agnoscitur, qui in eis quos suscepimus, nec tamẽ rebaptizamus minime violatur. Sic enim cr-

ror corrigendus est ouis, vt non in ea corrumpatur signaculum redemptoris. Neq; enim si quisquam regio caractere assignato ¶ desertore signetur, & accipiat ¶ signato. indulgẽtiam, atque ille redeat ad militiam, ille autem esse in militia in qua nondum erat incipiat, in aliquo eorum character ille rescinditur, an nõ potius in ambobus agnoscitur & honore debito quoniam regius est approbatur? Quia ergo non possunt malum esse ostendere quò coguntur, nec ad bonum se cogi oportere cõtendunt, sed à Christo coactum ostendimus Paulum. Imitatur itaque ecclesia in istis cogendis dominũ suũ, quæ prius vt neminẽ cogeret expectauit, vt de fide regum atque gentium prædicatio prophetica compleretur. Etia hinc enim non absurde intelligitur illa Apostolica sententia, vbi Paulus beatus dicit: Parati vlcisci omnem inobediẽtiam ¶ vestram ¶ cum completa fuerit prior obedientia vestra. Vnde & ipse dominus ad magnam coenam suã prius adduci iubet cõuiuas, postea cogi. Nam cum ei serui sui respondiissent. Domine factũ est quod iussisti, & adhuc est locus: Exite, inquit, in vias & sepes, & quoscũque inueneritis cogite intrare. In illis ergo qui leniter primo adducti sunt, cõpleta est prior obedientia: In istis autem qui coguntur, inobediẽtia coẽrcetur. Nam quid est, cogite intrare, cum primo dictum esset, adducite, & responsum esset, factũ est quod iussisti & adhuc est locus? Si miraculorũ terroribus cogendos voluisset intelligi, magis ad eos qui prius vocati sunt diuina miracula multa facta sunt, maxime ad eos ¶ de quibus dictum est, Iudæi signa petunt. In ipsis quoque gentilibus talia temporibus Apostolorum miracula Euangelium commendauerunt, vt si talibus cogi iuberentur, priores, vt dixi, potius conuictæ coacti esse merito crederentur. Quapropter si potestate quam per religionem ac fidẽ regum, tempore quo debuit, diuino munere accepit ecclesia, ¶ qui inueniuntur in viis & in sepibus, id est, in hæresibus & schismatibus coguntur intrare, non quia coguntur reprehendant, sed quò cogantur attendant. Conuiuuium domini vnitas est corporis Christi, non solum in sacramento altaris, sed etiam in vinculo pacis. De ipsis sanè possumus verissime dicere quod neminem cogant ad bonũ. Quoscunq; enim cogunt, non cogunt nisi ad malum. Veruntamen antequam istæ leges, quibus ad conuiuuiũ sanctum coguntur intrare, in Africam mitterentur, nonnullis fratribus videbatur, in quibus & ego eram, quauis Donatistarum rabies vsquequaque sc̄uiret, nõ esse petendum ab imperatoribus, vt ipsam hæresim iuberent omnino non esse, poenam constituendo eis qui in illa esse voluissent: sed hoc potius constituerent, vt eorum furiosas violentias non paterentur qui veritatẽ catholicã vel prædicarent loquendo, vel legerent constituendo. Quod eo modo fieri aliquatenus posse arbitrabamur, si legem piissimæ memorię Theodosij quam generaliter in omnes hæreticos promulgauit, vt quisquis eorum episcopus vel clericus vbilibet esset inuentus, decem libris auri mulctaretur, expressus in Donatistas, qui se negabant hæreticos, ita confirmarent, vt non omnes ea multa ferirẽtur, sed in quorum regionibus aliquas violentias à clericis vel à Circuncellionibus vel populis eorũ ecclesia catholica pateretur: vt scilicet post protestationem catholicorum, qui fuissent ista perpeffi, iam cura ordinum ad persoluedam multam episcopi siue ministri ceteri tenerentur. Ita enim existimabamus eis territis, & nihil tale facere audentibus posse libere doceri & teneri catholicam veritatẽ, vt ad

A vt ad eã cogeret nemo, sed eam qui vellet sine formidine sequeretur, ne falsos & simulatores catholicos haberemus. Et quauis aliis fratribus aliud videretur, iam atate grauioribus, vel multarum ciuitatum & locorum exempla currentibus, vbi firmam & veram catholicam videbamus, quæ tamen ibi talibus beneficiis dei constituta esset atq; firmata, dum per priorum imperatorum leges ad communionem homines catholicam venire cogentur, obtinuimus tamen vt illud potius quod dixi ab imperatoribus peteretur, decretũ est in concilio nostro, legati ad comitatum missi sunt. Sed dei maior misericordia, qui sciret, harum legum terror & quadam medicinalis molestia quàm multorum esset prauis vel frigidis animis necessaria, & illi duritiæ quæ verbis emendari non potest, sed tamen aliquantula seueritate disciplina potest, id egit vt legati nostri quod susceperant obtinere non possent. Iam enim nos præueniant ex aliis locis quadam episcoporum querelæ grauiissimæ, qui mala fuerant ab ipsis multa perpeffi, & à suis sedibus exturbati: præcipue horrenda & incredibilis cædes Maximiani episcopi catholici ecclesie Vagienfis effecit, vt nostra legatio iam quid ageret non haberet. Iam enim lex fuerat promulgata, vt tanta immanitatis hæresis Donatistarum, cui crudelius parci videbatur quàm ipsa sc̄uebat, non tantum violenta esse, sed omnino esse non sineretur impune. Non tamen supplicio capitali, propter seruandam etiã circa indignos mansuetudinem Christianam, sed pecuniariis damnis propositis, & in episcopos vel ministros eorum exilio constituto. Supradictum quippe episcopum Vagiensem, quoniam apud ordinariũ iudicem dicta inter partes sententia, obtinuerat basilicam quam illi cùm catholica esset inuasert, stantẽ ad altare irruentibus horrendo impetu & furore crudeli, sustibus & huiuscemodi telis, lignis denique eiusdem altaris effraetis immaniter ceciderunt, pugione etiam percussẽrunt in inguine, quo vulnere sanguis effluens cum exanimẽ redderet, nisi ei ad vitam maior sc̄uitia eorum profuisset. Nam cum grauius sauciatur per terram insuper traherent, exundãti venæ puluis obstruit sanguinem obtinuit, cuius effusione ibat in mortem. Deinde cum ab eis tandẽ relictum, nostri cum psalmis auferre tentarent, illi ira ardentiore succens, eum de portantium manibus abstulerunt, male multatis fugatisq; catholicis, quos ingenti multitudine superabant & faciliẽ sequendo terrebant. Inde in quandam turrem leuatum, iam defecisse arbitrantẽ, cum ille adhuc viueret abiecerunt. Sed quodam molli agere exceptus, & à quibusdam nocte transeuntibus per lucernã conspectus, agnitus atque collectus, & ad religiosam domum apportatus, adhibita magna cura post multos dies cum ab illa desperatione recreatus esset, occisum eum tamen fama scelere Donatistarum etiam trans mare nunciauerat: Quò postea quã venit, & vita eius inopinatissima apparuit, cicatricibus suis tam multis tam ingẽtibus tantis reuocantibus, non frustra fama mortuũ se nunciãsse monstrauit. Auxiliũ ergo petiuit ab imperatore Christiano, non tam sui vlciscendi causa, quàm tuẽdæ ecclesie sibi credita. Quod si prætermisisset, non eius fuisset laudanda patientia, sed negligentia merito culpanda. Neque enim & Apostolus Paulus vitæ suæ transitoria consuebat, sed ecclesie dei, quando contra illos qui eum occidere cõspirauerant, consilium illorũ tribuno vt proderetur effecit. Vnde factum est vt eum ad locum quo fuerat perducendus, deduceret miles armatus, ne illo-

rum pateretur insidias. Romanas etiam leges implorare minime dubitauit, cuiem Romanum se esse proclamans, quos tunc affligi verberibus non licebat. Itẽq; ne Iudæis eum interimere cupientibus traderetur, Cæsaris poposcit auxilium, Romani quidem principis sed non Christiani. Vbi satis ostendit quid facere deberet postea Christi dispesatoris, quãdo imperatores Christianos periclitante ecclesia reperirent. Hinc ergo factũ est, vt imperator religiosus & pius perlatis in notitiam suam talibus causis, mallet piissimis legibus illius impietatis errorem omnino corrigere, & eos qui contra Christum Christi signa portarent, ad vnitatem catholicã terrendo & coẽrcendo redigere, quàm sc̄uendi tantummodo auferre licentiam & errandi ac perreũdi relinquere. Iam verò cum ipsæ leges venissent in Africam, præcipue illi qui quærebant occasionẽ, aut sc̄uitiam furentium metuebant, aut suos verecundabantur offendere, ad ecclesiam continuo transferunt. Multi etiam qui sola illic à parentibus tradita consuetudine tenebantur, qualẽ verò causam ipsa hæresis haberet nunquam antea cogitauerant, nunquam quære & cõsiderare voluerat, mox vbi cõperunt aduertere, & nihil in ea dignum inuenire propter quod tanta damna paterentur, sine vlla difficultate catholici facti sunt. Docuit enim eos sollicitudo, quos negligentes securitas fecerat. Istorum autem omnium præcedentium autoritatem & persuasionẽ sequuti sunt multi, qui minus idonei erant per seipfos intelligere, quid distaret inter Donatistarum errorem, & catholicam veritatem: Ita cùm magna agmina populorum vera mater in sinum gaudens reciperet, remanserunt turbe duræ, & in illa peste infelici animositate resistentes: Ex his quoque plurimi simulando communicauerunt, alij paucitate latuerunt. Sed illi qui simulabant paulatim assuescendo, & prædicationem veritatis audiendo, maxime post collationem & disputationem quæ inter nos & Episcopos eorum apud Carthaginem fuit, ex magna parte correcti sunt. In quibusdam verò locis, vbi pertinacior & impacator præualuit multitudo, cui resistere non poterant pauciores quorum erat melior de communione sententia, aut turbæ autoritati paucorum potetiorum subditæ in malam partem, obtemperauerunt, aliquanto diutius laboratum est. Ex iis sunt in quibus adhuc laboratur, in quo labore multa catholici, & maxime Episcopi & clerici horrenda & dura perpeffi sunt, quæ commemorare longum est, quando quorundam & oculi extincti sunt, & cuiusdã Episcopi manus & lingua præcisa est, nonnulli etiam trucidati sunt. Taceo crudelissimas cædes, & domorum deprædationes, per nocturnas aggressiones, & incendia, non solum priuatorum habitaculorum, verum etiam ecclesiarum, in quas flammæ non desuerunt qui & eodices dominicos mitteret. Sed nos huiuscemodi afflictos malis, consequens consolatus est fructus. Nam vbiunque à perditis ista commissa sunt, ibi feruentius atque perfectius vnitas Christiana profecit, & vberius laudatur dominus qui donare dignatus est vt serui eius passionibus suis lucrarentur fratres suos, & oues eius mortifero errore dispersas in pacem salutis æternæ suo sanguine congregarent. Potens est dominus & misericors, quem quotidie rogamus vt etiam cæteris det poenitentiam, & respiciant de diaboli laqueis, à quo captiui tenentur secundum ipsius voluntatem, qui non quærunt nisi vnde nobis calumniantur, & retribuunt mala pro bonis: quia nec intelligere nouerunt, quæ circa eos

Miror vbi hoc sit in Terentio. Proner. 23.

Proner. 13. ¶ aliis, Da em qui & c. dicat: Sitiuit.

23. q. 4. Quis nos.

23. q. 6. sc̄hib. matci.

K ¶ signato.

2. Cor. 10.

Luce. 14.

L

¶ ad Iudgos. sc̄i. Iud. 10. ¶.

Mirauit sententiam. M

Lex in hæreticos moderata.

Lex pecuniaria in Donatistas latroner.

23. q. 3. Maximian?

Ag. 21.

D

Ag. 21.

E

F

Donatistarũ immanitas.

Gca eos animum delectationemq; seruemus, & quomodo eos velimus secundum domini preceptum, quod per Ezechielem prophetam pastoribus dedit, reuocare errantes, & perditos inuenire. Illi autem, quod & alibi aliquando diximus, & quod nobis faciunt, sibi non imputant, & quod sibi faciunt, nobis imputant. Quis enim nostrum velit non solum aliquem illorum perire, verum etiam aliquid perdere? Sed si aliter non meruit pacem habere domus Dauid, nisi Absalon filius eius in bello quod contra patrem gerebat fuisset extinctus, quanuis magna cura mandauerat suis ut eum quantum possent viuum saluumq; seruarent, ut esset cui penitenti paternus affectus ignosceret, quid ei restitit, nisi perditum flere, & sui regni pace acquisita suam maestitiam consolari? Sic ergo catholica mater bellantibus aduersus ea, quid aliud quam filiis suis, quia utique ex ipsa magna arbore, quae ramorum suorum porrectione toto orbe diffunditur, iste in Aphrica ramusculus fractus est, cum eos charitate parturiat ut redeant ad radicem, sine qua veram vitam habere non possunt, si aliquorum perditione ceteros tam multos collegit, praesertim quia isti non sicut Absalon casu bellico, sed spontaneo magis interitu pereunt, dolorem materni cordis lenit & sanat tantorum liberatione populorum. Quorum si videas in Christi pace iactitias, frequentias, alacritates, & ad hymnos audiendos & canedos, & ad verbum dei percipiendum celebres hilaresq; conuentus, multorumq; in eis cum dolore magno recordationem praeteriti erroris, & cum gaudio considerationem cognitae veritatis, & cum indignatione & detestatione mendacium magistrorum, quod modo cognoscant de nostris sacramentis quam falsa iactauerint, multorum etiam in eis confessiones, quod olim vellent esse catholici, nec inter homines tanti furoris auderent: horum ergo populorum congregationes per plurimas Aphricae regiones, ab illa perditione liberatorum, si sub vno conspectu videres, tunc diceres nimiam fuisse crudelitatis, si dum timeretur ne homines desperati & istorum innumerabili multitudini nulla estimatione comparandi suis & voluntariis ignibus cremarentur, isti in aeternum perdendi & sempiternis ignibus cruciandi relinqueretur. Si enim duo aliqui in vna domo habitarent quam certissime sciremus esse ruituram, nobisq; id pronunciantibus nollent credere, atque in ea manere persisterent, si eos inde possemus eruere vel inuitos, quibus imminentem illam ruinam postea demonstrarem, ut redire ulterius sub eius periculum non auderet: puto nisi faceremus non immerito crudeles iudicaremur. Porro si vnus illorum nobis diceret, quando intraueritis eruere nos, memetipsum continuo trucidabo: alter autem nec exire quidem inde, nec erui velle, sed neque necare se auderet, quid eligeremus: vtrum ambos ruinam opprimendos relinquere, an vno saltem per misericordiam nostram operam liberato, alterum no nostra culpa, sed sua potius interire? Nemo est tam infelix, qui non quid fieri in talibus rebus oporteat facillime iudicet. Et de duobus hominibus, vno scilicet perdito, & vno liberato, similitudinem istam proposui. Quid ergo sentiendum est de quibusdam paucis perditis, & innumerabili multitudine populorum liberatorum? Non enim vel tot sunt illi homines qui sua voluntate pereunt, quot liberantur per istas leges ab illa pestifera aeternaq; pernicie fundi, pagi, vici, castella, municipia, ciuitates. Si autem diligentius rem de qua loquimur cogitemus, puto quod si plurimi essent in domo ruitura, & inde

23. q. 5. quis enim.

23. q. 4. ipsa pietas.

23. q. 4. ipsa pietas.

saltem vnus liberari posset, atque id cum facere conaremur, alij seipsum praecipitio necarent, dolorem de ceteris nostrum, de vnus saltem salute consolarem, non tamen ne seipsum alij perderent, perire vnuerfos nullo liberato permetteremus. Quid igitur de opere misericordiae, quod pro vita aeterna ad ipsam aeterna vitanda hominibus debemus impendere, iudicandum est, si pro salute ista non solum temporali, sed etiam breui, ad ipsum tempus exiguum liberanda, sic nos hominibus subuenire, ratio vera & benigna compellit? Quod autem nobis obiciunt, quod res eorum concupiscamus & auferamus: Vtinam catholici fiant, & non solum quae dicunt sua, sed etiam nostra in pace nobiscum & charitate possideant. Vtque adeo autem calumniandi cupiditate caecantur, ut non attendant, quam sint inter se contraria quae loquuntur. Ipsi certe dicunt & inuidiosissime sibi conqueri videntur, quod eos in nostram communionem violento legum imperio coartamus. Hoc utique nullo modo faceremus, si res eorum possidere vellemus. Quis auarus quaerit compositor? Quis dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu dominationis elatus desiderat habere confortem? Ipsos certe attendant quondam suos iam nostros socios, & fraterna nobis dilectione coniunctos, quemadmodum sua teneant, non solum quae habebant, sed etiam nostra quae non habebant, quae tamen si pauperum compauperes sumus & nostra sunt & illorum. Si autem priuatum quae nobis sufficiant possidemus, non sunt illa nostra sed pauperum, quorum procuracionem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpacione damnabili vendicamus. Quicquid ergo nomine ecclesiarum partis Donati possidebatur, Christiani imperatores legibus religiosis cum ipsis ecclesiis ad catholica transire iusserunt. Cum ergo nobiscum sint plebes earunde ecclesiarum, nobiscum pauperes qui ab eisdem possessiunculis aiebantur, ipsi potius foris positi, desinant concupiscere aliena, sed intrent in vnitatis societatem, ut pariter gubernemus, non illa tantum quae dicunt sua, verum etiam quae dicuntur & nostra. Scriptum est enim: Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem dei. Sub illo capite in vno eius corpore vnum sumus, & de istis talibus rebus faciamus quod scriptum est in actibus Apostolorum: Erat illis anima vna & cor vnum, & nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia. Amemus quod cantamus: Ecce quam bonum & quam iocundum habitare fratres in vnum, ut sic experiantur, & sciant quam veraciter ad eos clamet mater catholica, quod scribit beatus Apostolus ad Corinthios: Non quero quae sunt vestra, sed vos. Si autem consideremus quod scriptum est in libro sapientiae: Ideo iusti tulerunt spolia impiorum. Item quod legitur in Prouerbiis: Thesaurizantur autem iustis diuitiae impiorum: tunc videbimus non esse quaerendum qui habeant res haereticorum, sed qui sint in societate iustorum. Scimus quidem illos tantam sibi arrogare iustitiam, ut eam se iactent non solum habere, sed etiam aliis hominibus dare. A se quippe dicunt iustificari eum, quem baptizauerint, vbi nihil eis restat, nisi dicere illi qui baptizatur ab eis ut in baptizatorem suum credat. Cur enim non faciat, quando Apostolus dicit: Credeti in eum qui iustificat impiu, deputatur fides eius ad iustitiam? In ipsum ergo credat si eum ipse iustificat, ut deputetur fides eius ad iustitiam. Sed puto quod etiam ipsi seipsum horreant, si tamen ista vel cogitare dignantur. Iustus enim & iustificans non est nisi deus. Potest autem & de

K

23. q. 7. quod autem.

1. Cor. 3.

Aa. 4.

Psal. 133.

M

2. Cor. 12.

Sap. 10.

23. q. 7.

quodammodo

Rom. 4.

A & de istis dici quod dicit Apostolus de Iudeis, quia ignorantibus dei iustitiam & suam volentes constitutere, iustitiae dei non sunt subiecti. Absit autem ut quisquam nostrum ita se iustum dicat, ut aut sua iustitiam velit constitutere, id est, quasi a seipso sibi datam, cum dicatur ei: Quid enim habes quod non accepisti? aut sine peccato se esse iactare audeat in hac vita, sicut ipsi in nostra colatione dixerunt in ea se esse ecclesia quae iam non habet maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi: nescientes hoc modo in eis compleri, qui vel post baptismum continuo vel dimissis debitis quae dimittenda in oratione poscuntur de hoc exeunt corpore, in tota vero ecclesia tunc futurum ut sit omnino non habens maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi, quando dicendum erit: Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus enim mortis est peccatum. In hac autem vita vbi corpus quod corrumpitur aggrauat animam, si ecclesia eorum iam talis est, non ergo dicant, quod dominus nos orare docuit, Dimitte nobis debita nostra. Cum enim in baptismo cuncta dimissa sunt, ut quid hoc poscit ecclesia, si iam etiam in hac vita non habet maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi? Contendant & Apostolus Ioannem clamantem in epistola sua: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsum decipimus, & veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Propter hanc spem dicit vnuerfa ecclesia, Dimitte nobis debita nostra: ut non superbiebimus sed confidentes mundet nos ab omni iniquitate, atque ita sibi dominus Christus exhibeat in illa die gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi, quam modo mundat lauacro aquae in verbo: quia neque aliquid remanet in baptismo, quod non dimittatur omnium praeteritorum peccatorum, si tamen ipse baptismus non frustra foris habeatur, si autem intus detur, aut si iam foris datus est, non foris cum illo remaneat: & quicquid ab eis qui post acceptum baptismum hic viuunt infirmitate humana contra hitur quaruntq; culpam, propter ipsum lauacrum dimittitur. Neque enim aliquid prodest non baptizato dicere, Dimitte nobis debita nostra. Ita modo mundat ecclesiam suam lauacro aquae in verbo, ut tunc eam sibi exhibeat non habentem maculam neque rugam, aut aliquid eiusmodi, totam scilicet pulchram atq; perfectam, quando absorbebitur mors in victoria. Nunc ergo in quantum viget in nobis quod ex deo nati sumus, ex fide viuentes, iusti sumus. In quantum autem reliquias mortalitatis ex Adam trahimus, sine peccato non sumus. Et illud enim verum est: Qui natus est ex deo non peccat. Et illud verum est: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsum decipimus, & veritas in nobis non est. Dominus itaque Christus & iustus est & iustificans, nos autem iustificati gratis per gratiam ipsius. Non autem iustificat nisi corpus suum, quod est ecclesia. Et ideo si corpus Christi tollit spolia impiorum, & corpori Christi thesaurizantur diuitiae impiorum, non debent impij foris remanere, ut calumniarentur, sed intrare potius ut iustificentur. Vnde & illud quod de die iudicij scriptum est: Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & abstulerunt labores eorum, non utique sic intelligendum est, quia stabit Chananeus aduersus Israel, cum Chananeus abstulerit labores Israel, sed stabit Nabuthaeus aduersus Achab, quoniam labores Nabuthaei abstulit Achab Chananeus quippe impius, Nabuthaeus iustus. Eodem modo non stabit Paganus aduersus Christianum qui abstulit labores eius, quando idolorum expoliata vel donata sunt templa: sed stabit Christianus aduersus Paganum, qui abstulit labores eius, quando martyrum prostrata sunt corpora. Sic ergo non stabit haereticus aduersus catholicum qui abstulit labores eius quando praualuerunt leges catholicorum imperatorum: sed stabit catholicus aduersus haereticum, qui abstulit labores eius, quando furores praualebant impiorum Circumcellionum. Ipsa quippe scriptura soluit quaestionem, quae non ait: Tunc stabit homines, sed tunc stabit iusti. Et ideo in magna constantia, quia in bona conscientia. Iustus autem hic nemo est iustitia sua, i. tanquam sibi a seipso facta, sed ut dicit Apostolus: Sicut vniciq; deus partitus est mensuram fidei. Sequitur autem & adiungit: Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eodem actu habent, Ita multi vnum corpus sumus in Christo. Ac per hoc nemo poterit esse iustus quandiu fuerit ab vnitatem huius corporis separatus. Quemadmodum enim membrum, si praecidatur ab hominis viui corpore, non potest tenere spiritum vitae: Sic homo qui praeciditur de Christi iusti corpore, nullo modo potest spiritum tenere iustitiae, etiam si figuram membri teneat quam sumpsit in corpore. In huius ergo compagem corporis veniant, & labores suos non dominandi cupiditate, sed bene vtrius pietate possideant. Nos autem voluntatem nostram, ut iam dictum est, ab huius cupiditatis sordibus, quolibet inimico iudicante purgamus, quando eos ipsos quorum labores dicuntur, ut nobiscum & illis & nostris in societate catholica vtantur, quantum valemus inquirimus. Sed hoc est, inquit, quod nos mouet. Si iniusti sumus, quare nos quaeritis? Quibus respondemus. Quaerimus vos iniustos, ne permaneat iniustus. Quare perditos, ut de iniustis gaudere possimus dicentes: Mortuus erat frater & reuixit, perierat & inuentus est. Quare ergo me, inquit, non baptizas, ut abluas me a peccatis? Respondeo: Quia non facio iniuriam characteri imperatoris, cum errorem corrigo defertoris. Quare, inquit, apud te vel penitentiam non ago? Immo nisi egeris saluus esse non poteris. Quomodo enim gaudebis te esse correctum, nisi doleas fuisse peruersum? Quid ergo, inquit, apud vos cum ad vos transimus accipimus? Respondeo: Non quidem accipitis baptismum, qui vobis extra compagem corporis Christi inesse potuit, prodesse non potuit: sed accipitis vnitatem spiritus in vinculo pacis, sine qua nemo poterit videre deum, & charitate, quae sicut scriptum est, cooperit multitudinem peccatorum. Quod tam magnam bonum, sine quo nec linguas hominum & angelorum, nec scientiam omnium sacramentorum, nec prophetiam, nec tantam fidem qua montes transferantur, nec omnia quae possidet homo distributa pauperibus, nec corporis in ignibus passionem prodesse aliquid, Apostolus testis est. Hoc ergo tam magnam bonum, si paruum vel nullum putatis, merito infeliciter erratis, merito si in vnitatem catholicam non transitis, peritis. Si ergo, inquit, oportet ut nos extra ecclesiam & aduersus ecclesiam fuisse poeniteat, ut salui esse possimus, quomodo post istam poenitentiam apud vos clerici vel etiam episcopi permanemus? Hoc non fieret quoniam reuera, quod factum est, fieri non deberet, nisi pacis ipsius compensatione sanarentur. Sed sibi hoc dicant & multo maxime humiliter doleant, qui in tanta morte praecisionis iacet, ut isto quodam vulnere

Rom. 10.

1. Cor. 4.

Eph. 5. 2. Cor. 6.

Ecclesia quomodo sine macula & ruga.

1. Ioan. 7.

Matth. 6.

Eph. 5.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 1.

Rom. 3.

23. q. 7.

quodammodo

Sapient. 5.

D

Rom. 12.

E

Luc. 15.

1. Petri. 4.

1. Cor. 13.

matris

G matris catholica reuiuiscant. Cum enim præcisus ramus inferitur, sit aliud vulnus in arbore, quo possit recipi ut uiuat, qui sine vita radicis peribat. Sed cum receptus recipienti coalescit, & vigor consequetur, & fructus. Si autem non coalescit, ille quidem arcescit, sed vita arboris permanebit. Est enim & tale inferedi genus, ut nullo præciso ramo qui intus est, ille qui foris est inferatur, non tamen nullo sed vel leuissimo arboris vulnere. Ita ergo & isti cum ad radicem catholicam veniunt, nec eis quantum post erroris sui poenitentiam honor clericatus aut episcopatus aufertur, sit quidem aliquid tanquam in cortice arboris matris contra integritatem seueritatis. Veruntamen quia neque qui placent est aliquid, neque qui rigat, ad dei misericordiam precibus suis coalescente infortiorum pace ramorum, charitas cooperit multitudinem peccatorum. Ut enim constitueretur in ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis poenitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non desperatione indulgentiae, sed rigore factum est disciplinae. Alioquin contra clauas datas ecclesiae disputabitur, de quibus dictum est: Quae solueritis in terra, soluta erunt & in caelo: sed ne forsitan etiam de cæteris criminibus, spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe ageret poenitentiam, seuerissime placuit ut post actam de crimine damnabili poenitentiam, nemo sit clericus: ut desperatione temporalis altitudinis medicina maior & verior esset humilitatis. Nam & sanctus Dauid de criminibus mortiferis poenitentiam egit, & tamen in honore suo perstitit. Et beatum Petrum quando amarissimas lachrymas fudit, utique dominum negasse poenituit, & tamen Apostolus mansit. Sed non ideo superuacua putanda est posteriorum diligentia, qui ubi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius muniretur, experti credo aliquorum factas poenitentias per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas inuenire medicinas, multorum experimenta morborum. Verum in huiusmodi causis ubi per graues dissolutionum scissuras non huius aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, detrahendum est aliquid seueritati, ut maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat. Habeant ergo isti de præterito detestabili errore, sicut Petrus habuit de mædaci timore amarum dolorem, & veniant ad ecclesiam Christi veram, hoc est matrem catholicam, sint in illa clerici, sint Episcopi utiliter, qui contra illam fuerunt hostilitates. Non inuidemus, imò amplectimur, optamus, hortamur, & quos in viis & sepibus inuenimus, intrare cogimus, & sic nondum quibusdam persuademus, quia non res eorum, sed ipsos quaerimus. Apostolus Petrus quando saluatorem negauit & fleuit & Apostolus mansit, nondum acceperat promissum spiritum sanctum. Sed multo magis isti eum non acceperunt, ubi à corporis compage diuisi, quod solū corpus viuificat spiritus sanctus, extra ecclesiam, & contra ecclesiam, ecclesiae sacramenta tenuerunt, & tanquam ciuili bello nostris contra nos erectis signis armisque pugnaverunt. Veniant, fiat pax in virtute Hierusalem, quae virtus charitas est. Cui sanctae ciuitati dictum est: Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Non se extollant aduersus matrem sollicitudinem, quam pro ipsis & pro tantis populis quos decipiunt vel decipiebant colligendis & habuit & habet: non superbiant, quia sic eos suscipit: non referant ad elationis suae malum quod facit ipsa propter pacis bonum. Sic multitudinibus per schismata &

haereses pereuntibus subuenire consuevit. Hoc displicuit K. Lucifero, quia factum est in eis suscipiendis atque sanandis, qui veneno perierant Arriano: & cui displicuit in tenebras cecidit schismatis, amisso lumine charitatis. Hoc ergo istos ab initio seruauit Africana catholica & Episcoporum sententia, qui in ecclesia Romana inter Cæcilianum & partem Donati iudicauerunt, damnatoque vno quodam Donato, qui auctor schismatis fuisse manifestatus est, cæteros correctos etiam si extra ecclesiam ordinati essent in suis honoribus suscipiendos esse censuerunt: non quo etiam foris ab unitate corporis Christi possent habere spiritum sanctum, sed maxime propter eos quos foris positi possent decipere, & à susceptione illius muneris impedire. Deinde ut etiam ipsorum infirmitas lenius excepta intus sanabilis fieret, iam nulla pertinacia claudere oculos cordis aduersus euidentiam veritatis. Quid autem aliud etiam ipsi cogitauerunt, quando Maximianistas quos in sacrilego sicut eorum concilio indicat schismate damnauerunt, & in quorum iam locum alios ordinauerunt, postea quam viderunt ab eis populus non recedere, ne omnes perderent in suis honoribus receperunt, & baptismo quem foris ab eis damnati dederant, nullam contradictionem quaestionemque mouerunt: Quare ergo mirantur, aut queruntur, aut calumniatur quod eos sic suscepimus pro vera pace Christi, & non recordatur quid ipsi fecerint pro vana quae contra Christum est pace Donati: Quod eorum factum si contra eos teneatur & intelligenter asseratur, quid omnino respondeant non habebunt. Quod autem dicunt: si peccauimus in spiritum sanctum, quia exufflauimus baptismum vestrum, ut quid nos quaeritis, cum remitti nobis hoc peccatum omnino non possit, dicente domino: Qui peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo neque in futuro: non attendunt, quia secundum istum sensum nemo liberandus est. Quis enim non loquitur aduersus spiritum sanctum & peccat in eum, siue qui non dum est Christianus, siue qui est haereticus Arrianus, aut Eunomianus, aut Macedonianus qui eum dicit esse creaturam, aut Photinianus qui eius omnino negat aliquam esse substantiam, sed vnum tantum modo esse deum patrem: siue alij haeretici quos commemorare longum est: Nulli ergo istorum liberandi sunt: Aut ipsi Iudaei quibus dominus hoc obiecit, si in eum crederent non erant baptizandi: Non enim ait Saluator: In baptismo remittetur: sed non remittetur, inquit, neque in hoc seculo neque in futuro. Intelligant ergo non omne, sed aliquod significatum esse peccatum in spiritum sanctum, quod omnino non remittetur. Sicut enim cum dixisset: Si non venirem peccatum non haberent: utique non omne peccatum intelligi voluit, quando quidem pleni erant multis magnisque peccatis, sed aliquod proprium peccatum, quod si non haberet possent illis omnia dimitti quae habebant: id est, quod in eum venientem non crediderunt: Hoc enim non haberent peccatum, si non veniret. Sic etiam cum dixit, Qui peccauerit in spiritum sanctum, vel qui verbum dixerit aduersus spiritum sanctum, non utique omne quod in spiritum sanctum peccatur factum siue dictum, sed aliquod certum & proprium intelligi voluit. Hoc est autem duritia cordis vsque ad finem huius vitae, qua homo recusat in unitate corporis Christi, quod viuificat spiritus sanctus, remissionem accipere peccatorum. Cum enim dixisset discipulis: Accipite spiritum sanctum, continuo subiicit: Si qui dimiseritis peccata, dimittentur eis: si qui tenueritis, tenebuntur.

† ex.

L.

Peccati in spiritum sanctum irremissibile.

Substantiam dixit pro persona.

M. 4. sententia. dist. 43. De fide & operibus. ca. 28.

de ueritate uo.

A tur. Huic ergo dono gratiae dei quicumque restiterit & repugnauerit, vel quoquo modo fuerit ab eo alienus, usque in finem huius temporalis vitae non remittetur ei, neque in hoc seculo neque in futuro: hoc scilicet tam grande peccatum ut eo teneantur cuncta peccata, quod non probatur ab aliquo esse commissum, nisi cum de corpore exierit: Quandiu uero hic uiuit, eum sicut dicit Apostolus patientia dei ad poenitentiam adducit. Sed si ipse perseverantissima iniquitate, sicut consequenter adiungit Apostolus, secundum duritiam cordis sui, & cor impenitens thesaurizat sibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicii dei, non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Isti autem cum quibus agimus vel de quibus agimus non sunt desperandi, Adhuc enim sunt in corpore: sed non querant spiritum sanctum nisi in Christi corpore, cuius habent foris sacramentum, sed rem ipsam non tenent intus cuius est illud sacramentum, & ideo sibi iudicium manducant & bibunt. Vnus enim panis sacramentum est unitatis: quoniam sicut Apostolus dicit: Vnus panis unum corpus multi sumus. Proinde ecclesia catholica sola corpus est Christi, cuius ille caput est saluator corporis sui. Extra hoc corpus neminem viuificat spiritus sanctus, quia sicut ipse dicit Apostolus: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Non est autem particeps diuinae charitatis, qui hostis est unitatis. Non habent itaque spiritum sanctum, qui sunt extra ecclesiam. De illis quippe scriptum est: Qui seipos segregant animales, spiritum non habentes. Sed nec ille eum percipit, qui factus est in ecclesia, & quomodo deinde scriptum est: Sanctus enim spiritus disciplinae effugiet fictum. Qui ergo uult habere spiritum sanctum, caueat foris ab ecclesia remanere, caueat in eam simulate intrare. Aut si iam talis intrauit, caueat in eadem simulatione persistere, ut veraciter coalescat arbori vitae. Prolixum tibi librum direxi, & tuis fortasse occupationibus onerosum. Si ergo potuerit tibi vel partibus legi, dabit tibi dominus intellectum, ut habeas quid respondeas eis corrigendis atque sanandis, quos etiam tibi ipsi tanquam fideli filio, mater ecclesia ubi potueris, & quomodo potueris, siue ipse loquendo & respondendo, siue ad doctores ecclesiae perducendo, in adiutorio domini corrigendos sanandosque commendat.

† quoniam & inde.

Macedonius Index Caesaris Augustino, testans se statim fecisse quod ille petierat, eo quod uerecundiae peteret, seque legisse libros quos ad miserat, & eorum ingenium ac sententiam predicat. Epistola LI.

DOMINO merito venerabili, & vere suscipiendo patri Augustino Episcopo, Macedonius. Miro modo afficior sapientia tua, & in illis quae adidisti, & in iis quae interueniens pro sollicitis mittere non grauaris. Nam & illa tantum habent acuminis, scientiae, sanctitatis, ut nihil supra sit. Et haec tantum uerecundiae, ut nisi faciam quod mandas, culpam penes me remanere, non in negotio esse diiudicem, domine merito venerabilis, & vere suscipiende pater. Non enim instas, quod plerique homines istius loci faciunt, ut quodcumque sollicitus uolueris, extorqueas: sed quod tibi à iudice tot curis obstricto petibile visum fuerit, admones subseruiente uerecundia, quae maxima difficultas inter bonos efficacia est. Proinde statim commendatis effectum desiderij tribui: nam sperandi uiam ante patefeceram. Explicui tuos libros, neque enim tam languidi aut inertes erant, ut me aliud

quam se curare pateretur) iniecerunt manum, ereptumque aliis sollicitudinum causis, suis uinculis illigauerunt. Ita enim mihi deus propicius sit, ut ego anceps sum quid in illis magis mirer, sacerdotij perfectionem, philosophiae dogmata, historiae plenam noticiam, an facundiae plenam iucunditatem, quae ita imperitos etiam illicere potest, ut donec explicent, non desistant, & cum explicauerint, adhuc requirant. Conuicti namque sunt impudenter pertinaces, iam inde à bonis quae memorant seculis, pro naturae rerum obscuritate cognisse peiora, falsosque omnes illitis quadam dulcedine felicitatibus suis, per quas non ad beatitudinem, sed ad praerupta sunt ducti: Haec uero nostra praecipua, & simplicis ueritatis dei mysteria, praeter vitam perpetuam quam purissimis uirtutibus pollicentur, etiam haec secularia & necessario qui nati sumus euentura mitigare: & usus es validissimo exemplo recentis calamitatis, quocirca licet firmissime causam munieris, tamen si uerum uis licuisse, id tibi noluissem suffragari. Sed quando orta inde fuerat conuincendorum stultitiae querela, necesse erat inde argumenta ueritatis accersere. Haec interim occupatus aliiis curis, quae & si uanae sunt, cum rerum exitum cogitamus, tamen quasi necessariae pro nascendi conditione, rescripsi. Si ocium fuerit & superstes uita, etiam de Italia rescribam, ut tantae doctrinae opus debitis, & si non satisfaciendis remuneretur officiis. Incolumem latamque sanctitatem tuam deus omnipotens quo largissimo tueatur, domine merito desiderabilis & uere suscipiende pater.

Augustinus Macedonio, docens nec Epicureos nec Stoicos recte docuisse uiam ad ueram felicitatem. Non enim esse uirtutes nisi reatas ad charitatem dei & proximi, quae à deo donatur, complectens omnes uirtutes, nec in hac uita contingere perfectam felicitatem, sed in futura. Epist. LII.

AUGUSTINVS Episcopus famulus Christi familiaeque eius, dilecto filio Macedonio in domino salutem. Quamuis sapientiam, quam mihi tribuis, in me non agnosca, tantae tamen erga me beneuolentiae tuae, tamque sincerae gratias ago deoque plurimas, & meorum studiorum labores, tali ac tanto viro placuisse delector. Multo uero amplius, quod animum tuum charitate aternitatis & ueritatis atque ipsius charitatis affectu diuinae illi coelestisque reipsum regnator est Christus, & in qua sola semper beateque uiuendum est, si recte hic pieque uiuatur, agnosco inhiantem, video propinquantem, eiusque potiunda amplector ardentem. Inde quippe manat etiam uera amicitia, non pensanda temporalibus commodis, sed gratuito amore potiunda. Nemo enim potest ueraciter amicus esse hominis, nisi fuerit ipsius primitiue ueritatis: quod si gratis non fiat, nullo fieri pacto potest. De qua re etiam philosophi multa dixerunt, sed apud eos uera pietas, id est uerax ueri dei cultus, unde omnia recte uiuendi duci oportet officia, non inuenitur: non ob aliud, quantum intelligo, nisi quia beatam vitam, ipsi sibi quodam modo fabricare uoluerunt, potiusque patranda quam impetranda putauerunt, cum eius dator non sit nisi deus. Neque enim facit beatum hominem, nisi qui fecit hominem: nam qui tanta creaturae suae bona, bonis malisque largitur, ut sint, ut homines sint, ut vigentes sensibus, ualentes uirtutibus, affluentes opibus sint, seipsum bonis dabit ut beati sint, quia eius etiam hoc munus est ut boni sint. Illi uero, qui in hac grummosa uita, in his moribusque mebris, sub hac sarcina corruptibilis carnis, author

1. Cor. 3.

Dis. 50. ut co. stitueretur.

Math. 16. Iudicis.

23. 9. 4. ipsa pietas. Dis. 50. ut co. stitueretur.

† allas, maiorum.

Psal. 121.

res sua

G res suæ beatæ vitæ & quasi conditores esse voluerunt, velut propriis eam virtutibus appetentes, iamq; retinentes, non ab illo fonte virtutum petentes atque sperantes, deum superbiæ suæ resistentem sentire minime potuerunt. Vnde in errorem absurdissimum lapsi sunt, vt cum asseuerant, etiam in Phalaridis tauro beatū esse sapientem, cogantur fateri vitam beatam aliquādo esse fugiendam. Exaggeratis enim malis corporis cedunt, atque in eorum molestiis grauissimis abscedendū ex hac vita esse decernunt. Vbi nolo dicere quantū sit scelus † seipsum hominem occidere infontem, cum omnino non debeat vel nocentem. Vnde in primo libro trium illorum, quos benignissime & studiosissime perlegisti, multa iam diximus. Sed certe consideretur, nec superbe sed sobrie iudicetur, quomodo vita beata sit, qua non sapiens retenta fruatur, sed illatis sibi manibus carere compellitur. Est apud Ciceronem in extrema, vt scis, parte quinti Tusculanarum libri locus, propter hoc quod dico animaduertendus. Cū enim de cæcitate corporis ageret, atq; affirmaret etiam cæcum beatum esse posse sapientem, multa dixit quæ per aures oblectaretur ad oculos transtulit. Si autem utroq; sensu orbaretur, & cæcus surdusq; fieret, non est ausus hinc ferre sententiam, eumq; beatum dicere. Sed addidit etiam dolores grauissimos corporis, qui eū si non interemerint, ipse se interimat, & ad portum non sentiendi hac liberatus virtute perueniat. Cedit igitur sapiens immaniſſimis cladibus, atque succumbit, intantum vt eis cogatur & in seipsum homicidium perpetrare. Cui iam parcat vt illis careat malis, qui sibi ipse non parcat: Certe semper beatus est, certe beatam vitā in sua potestate constitutā, nulla vi potest vilius calamitatis amittere. Ecce in cæcitate & surditate & atrōcissimis cruciatibus corporis, aut amisit beatā vitā: aut si & in istis afflictionibus adhuc beata est, sit per huiusmodi doctissimorū hominum disputationes, vt sit aliquādo beata vita, quā sapiēs ferre nō possit: vel quod est absurdius, quā sapiēs ferre nō debeat, eāq; fugiat, abruptat, abiiciat, feseq; ab ea ferro etiā seu veneno, vel alia voluntaria morte subducatur: vt in portu non sentiendi vel nullus omnino sit, quod Epicurei & si q; alij simili stultitia putauerūt, vel ideo beat⁹ quoniam fuerit ab illa beata vita, tāquā ab aliqua peste liberatus. O nimium iactās superbia, † si beata vita est in cruciatibus corporis, cur in ea nō manet sapiēs vt fruatur: si autē misera est, quid obsecro te, nisi typhus impedit ne fateatur, ne oret deū, ne iusto & misericordii supplicet, q; potēs est & vitæ huius mala vel auertere vel mitigare, vel ad ea toleranda fortitudine armare, vel ab eis omnimodo liberare, & post hæc verè beatam vitam dare, quod nullum malum admittatur, & vbi summū bonum nunquā amittatur: Hoc piorum præmiū est, cuius adipiscendæ spe vitam istam tēporalē atq; mortalē, non tam delectabiliter quā tolerabiliter ducimus, & mala eius tunc bono consilio & diuino munere fortiter ferimus, cum bonorum æternorum fideli dei promissione, & fideli nostra expectatiōe gaudemus. Ad hoc nos Apostolus exhortatus, ait: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Ostendit enim quare in tribulatione patientes, præmittendo, spe gaudentes. Ad hanc spem exhortor per Iesum Christū dominum nostrū. Hoc enim deus ipse magister, latēte maiestate diuinitatis, & carnis infirmitate apparente, non solū sermonis oraculo docuit verumetiam suæ passiōis & resurrectionis exemplo ro-

Phalaris.

† nephas. De vita beata libro. 11.

* † aliās superba iactantia.

Rom. 12.

borauit. In altera enim qualia tolerare, in altera qualia debeamus sperare monstrauit. Cuius & illi gratiā mererentur, nisi elati inflatiq; superbia, inaniter conarentur istam vitam beatā ipsi sibi facere, quod solus deus veraciter cultoribus suis post hanc vitā se largiturum esse promissit. Sanior quippe est eiusdem Ciceronis illa sententia, vbi ait: Nam hæc vita quidem mors est, quam lamentari possem si liberet. Quomodo ergo si rectè lamentatur, beata comprobatur, ac non potius quoniam rectè lamentatur, misera esse conuincitur? Quare assuesce, obsecro te vir bone, beat⁹ esse interim spe, vt sis etiam re, cum pietati perscueratissimæ retribuetur merces felicitatis æternæ. Si proluxa epistola, onerosus sum, tute hoc impetrasti tibi, qui me sapientem appellasti. Hinc enim ausus sum hæc ad te loqui, vt tibi sapientiam, non qualis mihi sit, ostentarem, sed qualis esse debeat ostenderem. Hæc est autem in præfenti seculo verus veri dei cultus, vt sit eius in futuro seculo certus atque integer fructus. Hic constantissima pietas, ibi sempiterna felicitas. Ex ista sapientia, quæ vna & vera est, si quid habeo, à deo sumpsi, non à me præsumpsi: atque ab illo in me perfici fideliter spero, à quo inchoatū esse humiliter gaudeo, nec in eo quod adhuc non donauit incredulus, nec in eo quod iā donauit ingratus. Non enim meo vel ingenio vel merito, sed ei⁹ dono sum si quid laudabiliter sum. Nā quædam acutissima & excellentissima ingenia tāto in maiores errores ierunt, quanto præfidentius tāquam suis viribus cucurrerunt, nec suppliciter ac veraciter deū, vt viam sibi ostenderet, petierunt. Merita verò quorumlibet hominum quæ sint, quandoquidem ille qui non cum mercede debita, sed cum gratuita gratia venit, omnes peccatores solus à peccatis liber atque liberator inuenit. Si ergo nos virtus vera delectat, ei dicamus, quod in eius sacris literis legimus: Diligam te domine virtus mea. Et si verè beati esse volumus (quod nolle non possumus) id quod in eisdem literis didicimus, fido corde teneamus. Beatus vir, cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias mendaces. Quanta est autem vanitas, quanta insaniam, quantumq; mendacium, hominem mortalem, arumnosam vitam mutabili & spiritu & carne ductentem, tot peccatis oneratum, tot tentationibus subditum, tot corruptionibus obnoxium, poenisq; iustissimis destinatum, in seipso fidere vt beatus sit, quando ne illud quidem, quod habet in naturæ suæ dignitate præcipuum, id est mentem atque rationem, potest vendicare ab erroribus, nisi deus assit lux mentium? Abiiciamus itaq; obsecro te, falſorum philosophorum vanitates & insanias mēdaces: quia nec virtus nobis erit, nisi assit ipse quo iuuemur, nec beatitudo, nisi assit ipse quo fruamur, & totū mutabile atque corruptibile nostrum, quod per seipsum imbecille & quædā materies miseriarum est, dono immortalitatis atque incorruptionis absorbeat. Quoniam verò te reipub. scimus amatorem, non aliunde esse beatum hominem, aliunde ciuitatem, vide quā sit in illis sacris literis clarum. Nam quidā in eis sancto spiritu plenus hæc loquitur orans: Exime me de manu filiorum alienorum, quorum os loquutū est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis: Quorum filij velut nouellæ constabiles in iuuentute sua. Filia eorum compositæ & ornatae sicut similitudo templi. Cellaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fœcundæ, multiplicantes in exitibus suis, boues eorum crassæ. Non est

Psal. 17.

Psal. 39.

M

Psal. 143.

A ruina maceræ neq; transitus, neque clamor in plateis eorum: Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt, beatus populus cuius dominus deus ipsi⁹. Vides exaggeratione terrenæ felicitatis, beatum populum non dici, nisi à filiis alienis: id est non pertinentibus ad regenerationem, qua efficiuntur filij dei, à quorum manu iste se eximi precatur, ne ab eis in hanc opinionem atque in peccata impia pertrahatur. Loquendo quippe vanitatem, beatum dixerunt populum, cui hæc sunt, quæ supra commemorauit, quibus ea felicitas constat, quam solam dilectores huius mūdi inquirunt. Et ideo dextera eorum dextera iniquitatis, quia hæc præposuerunt quæ fuerant postponenda, sicut sinistra præponitur dextera. Si enim habentur, non in eis beata vita ponenda est, sed subdita debent esse, non prædita: sequentia, nō ductentia. Huic autem qui sic orabat, & à filiis alienis, qui beatum dixerunt populum cui hæc sunt, eximi discernique cupiebat, tanquam diceremus: Ipse quid sentis? quem beatum populum dicis? Non ait: Beatus populus, cuius est virtus animi eius. Quod si dixisset, discerneret quidem etiam istum populum ab illo qui beatam vitā in ista visibili & corporali felicitate constituit, sed nondum transcendisset omnes vanitates & insanias mendaces. Maledictus enim omnis, sicut alibi eadem literæ docent, qui spem suam ponit in homine. Ergo nec in seipso quisquā debet, quia & ipse homo est. Proinde vt transfret omnium vanitatum & insaniarum mendacium limites, atque ibi beatam vitam poneret, vbi verè est: Beatus, inquit, populus, cuius dominus de⁹ ipsius. Cernis igitur vnde petendum sit, quod omnes docti indoctiq; desyderant, & multi errando ac superbiendo vnde petatur, & vbi accipiat ignorant. Vtriq; autem in quodam diuino psalmo simul reprehenduntur, & qui confidunt in virtute sua, & qui in abundantia diuitiarum suarum gloriatur: id est & philosophi huius seculi, & abhorrentes vel à tali philosophia beatumq; dicentes populum, cui suppetit terrena opulencia. Ac per hoc à domino deo nostro, à quo facti sumus, & virtutem petamus, qua huius vitæ mala superemus, & beatam vitam, qua post istam vitam in eius æternitate perfruamur, vt & in virtute & in præmio virtutis, sicut Apostolus dicit: qui gloriatur, in domino gloriatur. Hoc nobis velimus, hoc ciuitati cuius ciues sumus. Non enim aliunde beata ciuitas, aliunde homo, cum aliud ciuitas non sit, quā concors hominum multitudo. Itaq; si omnis prudentia tua, qua consulere conaris rebus humanis: si omnis fortitudo, qua nullius iniquitate aduersante tereris: si omnis temperantia, qua in tanta labe nequissimæ consuetudinis hominum te à corruptionibus abstines: si omnis iustitia, qua rectè iudicando sua cuiq; distribuis, id laborat, id nititur, vt ij quibus vis vt bene sit, salui sint corpore, & ab omni cuiusq; improbitate tuti atq; pacati habeat filios sicut nouellas constabiles, filias ornatas sicut similitudinem templi, cellaria plena eructantia ex hoc in hoc, fœcundas oues, crassos boues, nec maceræ ruina deformet prædium, nec litigantium clamor personet in plateis eorum: ita non erit verè virtutes tuæ, sicut nec istorum beatitudo. Hic enim ad verū dicendū, illa mea verecūdia quam in tua epistola benigno sermone laudasti, me impedire non debet, si quælibet, inquam, administratio tua, illis quas commemorauit instructa virtutibus, hoc intentionis sine determinatur, vt homines secundum carnē nullas iniquas molestias patientur: nec ad te existimas pertinere, quod istā quietē Tomus secundus.

Hiere. 17.

Psal. 48.

1. Cor. 10.

C

quam præstare niteris, referat, id est vt verbis non ambiam, quomodo deum verum, vbi est quietæ vitæ omnis fructus, colant, nihil tibi prodest ad vitā verè beatā tantus labor. Inuerecundius hoc dicere videor, & oblitus quodammodo consuetudinem intercessionū mearum. Sed si nihil est verecundia, nisi quidam displicendi metus, ego in hac causa metuendo non vereor. Meo enim ne primū deo, deinde ipsi amicitia, quam mecum mire dignatus es, iure displiceam, si minus liber in admonēdo fuero, quā me admonere saluberrimè existimo. Sum certe verecūdius, cū tibi pro aliis intercedo: Cū verò pro teipso, tanto liberior quanto amicior, quia tanto amicior quanto fidelior: quanquā hæc ipsa non dicerem, nisi verecundius agerem. Quæ si maxima est, vt ipse scripsisti, difficultium inter bonos efficacia, adiuet me pro te apud te, vt in illo te fruatur, qui mihi hanc ad te ianuā fiduciamq; præstitit: præsertim quia id quod suggero, iā facile arbitror esse animo tuo tot diuinis muneribus adminiculato & instructo. Si enim virtutes quas accepisti, à quo acceperis sentiens, ei⁹ gratias agens, eas ad ipsius cultum etiam in tuis istis secularibus honoribus cōferas, tuarq; potestati subditos homines ad eum colendū exemplo religiosæ tuæ vitæ, & ipso studio consulendi, seu fouendo seu terredō erigas & adducas, nihilq; aliud in eo, quod per te securius viuunt, velis, nisi vt hinc illum promerentur, apud quem beate viuunt: & veræ illæ virtutes erunt, & illius opitulatione, cuius largitate donatæ sunt, ita crescent & perficientur, vt te ad vitam verè beatam, quæ non nisi æterna est, sine vlla dubitatione perducant: vbi iam nec prudenter discernantur à bonis mala, quæ non erunt: nec fortiter tolerantur aduersa, quia non ibi erit, nisi quod amemus, non etiam quod toleremus: nec temperanter libido frenetur, vbi nulla eius iucitamenta sentiemus: nec iuste subueniatur ope indigentibus, vbi indopem atque indigum non habebimus. Vna ibi virtus erit, & id ipsum erit virtus, præmiūque virtutis, quod dicit in sanctis eloquiis homo qui hoc amat: Mihi autem adhærere deo bonum est. Hæc ibi erit plena & sempiterna sapientia, eademque veraciter vita iam beata. Peruenitio quippe est ad æternum ac summum bonum, cui adhærere in æternū est finis nostri boni. Dicatur hæc & prudentia, quia prospectissime adhærebit bono quod non amittatur: & fortitudo, quia firmissimè adhærebit bono vnde non auellatur: & temperantia, quia castissime adhærebit bono, vbi iam non corrumpatur: & iustitia, quia rectissime adhærebit bono, cui merito subiiciatur. Quanquam & in hac vita virtus non est, nisi diligere quod diligendum est. Id eligere, prudentia est: nullis inde auerti molestiis, fortitudo est: nullis illecebris, temperantia est: nulla superbia, iustitia est. Quid autem eligamus quod præcipue diligamus, nisi quo nihil melius inuenimus? Hoc deus est, cui si diligendo aliquid vel præponimus, vel æquamus, nos ipsos diligere nescimus. Tanto enim nobis melius est, quantomagis in illum imus, quo nihil melius est. Imus autem non ambulando, sed amando. Quem tanto habebimus præfentorem, quanto eundem amorem, quo in eum tendimus, potuerimus habere puriorem. Nec enim locis corporalibus vel extenditur vel includitur. Ad eum ergo, qui vbique præfens est, & vbique totus, non pedibus ire licet, sed moribus. Mores autem nostri non ex eo quod quisque nouit, sed ex eo quod quisque diligit.

Verecundia quid.

E

Psal. 72.

F

Ggit, diiudicari solent. Nec faciunt bonos vel malos mores, nisi boni vel mali amores. Pravitatem ergo nostra à rectitudine dei longè sumus. Vnde rectum amando corrigimur, vt recto recti adherere possimus. Ad illum ergo quanta opera possumus, etiam illi vt perueniant agamus, quos tanquam nosmetipsos diligimus, si nosmetipsos diligere illum diligendo iam nouimus. Christus nanque, id est veritas, dicit: In his duobus præceptis totam legem prophetarumque pendere, vt diligamus deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & diligamus proximos tanquam nosmetipsos. Proximus sanè hoc loco non sanguinis propinquitate, sed rationis societate pensandus est, in qua socij sunt omnes homines. Nam si pecuniarum ratio socios facit, quanto magis ratio naturarum, non negociandi, sed nascendi lege communis? Hinc & ille Comicus (sicut luculentis ingenijs non desit resplendentia veritatis) cum ab vno sene alteri seni dictum cõpõneret. Tantumne ab re tua est ocij tibi, aliena vt cures, ea quæ nihil ad te attinent? Responsum ab altero reddidit: Homo sum, humani nihil à me alienum puto. Cui sententiæ ferunt etiam theatra tota plena stultis, indoctisque applausisse. Ita quippe omnium affectum naturaliter attrigit societas humanorum animorum, vt nullus ibi hominũ nisi cuiuslibet hominis proximum se esse sentiret. Cum ergo illa dilectione, quam diuina lex imperat, debeat homo diligere deũ, & seipsum & proximum, non tamen ex hoc tria præcepta data sunt: nec dictũ est, in his tribus, sed in his duobus præceptis tota lex pendet & propheta: id est, in dilectione dei ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente, & proximi tanquam sui ipsius: videlicet vt intelligeretur nullam esse aliam dilectionem, qua quisque diligit seipsum, nisi quod diligit deum. Qui enim aliter se diligit, potius se odisse dicendus est. Fit quippe iniquus, priuatũque luce iustitiæ, qui à potiore ac præstantiore bono auersus, atque inde vel ad seipsum conuersus, ad inferiora & egena utique conuertitur: fitque in ipso quod veracissime scriptum est: Qui autem amat iniquitatem, odit animam suam. Quia igitur nemo nisi deũ diligendo, diligit seipsum, non opus erat vt dato de dei dilectione præcepto, etiam seipsum homo diligere iuberetur: cum in eo diligit seipsum quod diligit deum. Debet ergo & proximum diligere tanquam seipsum, vt quem potuerit hominem vel beneficentiæ consolatione, vel informatione doctrinæ, vel disciplinæ coercitione adducat ad colendum deum, sciens in his duobus præceptis totam legem prophetarumque pendere. Hoc qui sobria discretione eligit, prudens est: qui nulla hinc afflictione auertitur, fortis est: qui nulla alia delectatione, temperans est: qui nulla elatione, iustus est. His virtutibus diuinitus inspiratis, per gratiam mediatoris dei cum patre, & nobiscum hominis Iesu Christi, per quem post inimicitias iniquitatis reconciliamur deo in spiritu charitatis: His, inquam, virtutibus diuinitus impartitis, & bona vita nunc agitur, & postea præmium eius, quæ nisi æterna esse non potest, beata vita perfoluitur. Hic enim sunt eadem virtutes in actu, ibi in effectu: hic in opere, ibi in mercede: hic in officio, ibi in fine. Itaque omnes boni & sancti, etiam in tormentis quibuslibet diuino fulti adiutorio, spe illius finis beati vocantur, quo sine beati erunt. Nam si in eisdem tormentis & atrocissimis doloribus semper essent cum quibuslibet virtutibus, eos esse miseros nulla sana ratio dubitaret. Pietas igitur, id est, verus veri dei cultus ad omnia prodest, & quæ molestias huius vitæ auertat aut leniat, & quæ ad illam vitam salutemque perducatur, vbi nec aliquid iam mali patiamur, & bono summo sempiternoque perfruamur. Ad hanc te perfectius assequendam & perseverantissime retinendam exhortor, vt meipsum: cuius nisi iam particeps esses, tuosque istos honores temporales ei seruire oportere iudicares, non Donatistis hæreticis ad eos in vnitatem Christi pacemque redigendos, per edictum diceret: Pro vobis hoc agitur, pro vobis sacerdotes incorruptæ fidei, pro vobis imperator Augustus, pro vobis nos quoque eius iudices laboramus. Et alia multa quæ in eodem edicto ita posuisti, vt te appareat in terreni iudicis cingulo, non parua ex parte cœlestem rempublicam cogitare. Quare si de veris virtutibus & vera beata vita volui diutius loqui tecum, quæso ne onerosus deputer tuis occupationibus: Imò verò me non esse confido, quando tu adeo magnum animum & mirabiliter laudandum geris, vt nec illas curas deseras, & his libetius ac familiarius occuperis.

Macedonius Augustino, quærens num ex pietate sit, quod index precibus Episcoporum condonat penam reis, præsertim si probabile sit illos iterum peccaturos.

Epistola. LIII.

DOMINO merito venerabili, & vnice colendo patri Augustino, Macedonius. Optatas admodum sanctitatis tuæ literas accepi per Bonifacium venerandæ legis antistitem, quem eo magis receptum dilexi, quod ad me desideratum pertulerat sermonem sanctitatis tuæ, & incolunitatem, domine merito venerabilis, & vnice colende pater. Itaque sine mora quod optabat obtinui, verum quoniam exiit occasio, hoc ipsum quantulumcunque est quod admonitus indulsisti, nolo sine mercede remanere. Cupio enim accipere eam, quæ mihi commodet sine pendetis incommodo, imò quæ mihi commodet cum gloria dependentis. Officium sacerdotij vestri esse dicitis, interuenire pro reis, & nisi obtineatis, offendi quasi quod erat officij vestri, minime reportetis. Hic ergo vehementer ambigo, vtrum istud ex religione descendat. Nam si à domino peccata adeo prohibentur, vt ne penitentiam quidem copia post primam penitentiam tribuatur: quemadmodum nos possumus ex religione contendere, vt nobis qualescunque illud crimen fuerit, dimittatur? quod utiq; cum impunitum volumus, probamus. Et si constat non minus authorem quæ probatorem teneri in omnibus quæ peccatur, certum est nos culpæ societate vinciri, quoties eum impunitum esse cupimus, qui culpæ tenetur obnoxius. Tum præterea accedit hoc quod grauius est, nam omnia peccata videntur veniabiliora, cum is qui reus est correctionem promittit. Verum nunc vt mores nostri sunt, & sceleris penam cupiunt homines sibi relaxari, & id propter quod scelus admissum est, possidere. Pro his quoque interueniendũ putat sacerdotium vestrum, de quibus adeo futuri nulla spes est, vt etiam in presenti eadem criminis ratio perseueret. Nam qui tam peruicaciter tenet propter quæ crimen admisit, ostendit se vbi licentia fuerit, similia peccaturum. Ob hæc igitur consulo prudentiam tuam, & me hoc ambiguo quo laboro, absolui desidero, nec ob aliam causam consultum te putes. Caterum hoc mihi propositum est, vt intercessoribus, præsertim talis meriti qualis tu es, etiam gratiam

Atiam agam. Pleraque enim quæ sponte facere videri nolo, remissio seueritatis alios armet in crimina, opto bonis intercessoribus relaxare, vt quod libens concedo, salua seueritate iudicij alterius merito videatur indultum. De scriptis sanctitatis tuæ aliqua mihi promiseras, & non accepi, quæso vt vel nunc mittas, & ad hanc meam epistolam respondeas, vt quia sanctitatem tuam interim videre non datur, saltem sermonibus tuis pascar. Incolumè sanctitatem tuam diuinitas æterna tueatur tuo largissimo, domine merito venerabilis & verè colende pater.

Augustinus Macedonio, declarans sacerdotibus pietate intercedere pro promittentibus penitentiam ecclesiasticam, & quare hæc penitentia non solet nisi semel concedi, quin & prophani iudicis seueritatem clemètia temperatam esse debere. Multa obiter de restitutione fraude quaestorum.

Epistola. LIIII.

AVGVSTINVS Episcopus famulo Christi familiariq; eius, dilecto filio Macedonio in domino salutem. Negociosissimum in republica virum, & non suis, sed aliorum utilitatibus attentissimum, qualem te esse, & tibi gratulamur & rebus humanis, nec deserere debemus alloquio, nec occupare procemio. Accipe itaque quod per me vel nosse voluisti, vel vtrũ ipse nossem experiri. Quod si paruum aut superfluum iudicares, nullo modo inter tam magnas tamq; necessarias curas tuas curandum esse censes. Quæris à me cur officij sacerdotij nostri esse dicamus interuenire pro reis, & nisi obtineamus offendi, quasi quod erat officij nostri minime reportemus: Vbi vehementer te dicis ambigere vtrum istud ex religione descendat. Deinde adiungis, qua ratione ita mouearis. Nam si à domino peccata, inquis, adeo prohibentur, vt nec penitentiam quidem copia post primam penitentiam tribuatur, quemadmodum nos possumus ex religione contendere, vt nobis qualescunque illud crimine fuerit, dimittatur? Adhuc grauius vrges, & dicis nos probare quod volumus impunitum: & si constat non minus authorem quæ probatorem teneri in omnibus quæ peccantur, certum esse nos culpæ societate vinciri, quoties eum impunitum esse volumus, qui culpæ tenetur obnoxius. His verbis quem non terreas tuæ lenitatis & humanitatis ignarum? Vnde nos qui te nouimus, & hæc querendi gratia nõ decernendi scriptissimè minime dubitamus, alijs verbis tuis ad ista citius respondeamus. Tanq; enim nos hæsitare in hac quaestione nolueris, aut præuidisti quid dicturi essemus, aut admonuisti quid dicere deberemus. Et aisti: Tum præterea accidit hoc quod grauius est. Nam omnia peccata videntur veniabiliora, cum is qui reus est correctionem promittit. Antequam ergo discutiam, quid sit illud grauius, quod in epistola tua sequitur, hoc interim quod dedisti accipiam, eoq; vtar ad molem hanc amouendum, qua nostræ intercessionis posse reprimi videbantur. Ideo quippe quantum facultas datur pro peccatis omnibus intercedimus, quia omnia peccata videntur veniabiliora, cum is qui reus est correctionem promittit. Hæc tua est, hæc & nostra sententia. Nullo modo ergo culpas quas corrigi volumus, approbamus, nec quod perperam committitur, ideo volumus impunitum esse, quia placet: sed hominè miserantes, facinus autè seu flagitium detestantes, quanto magis nobis displicet vitium, tanto minus volumus in emendatum interire vitiosum. Facile enim est atq; procliuè malos odisse, quia mali sunt, rarum autem & Tomus secundus.

pium eosdem ipsos diligere quia homines sunt, vt in vno simul & culpam improbes, & naturam approbes, ac propterea culpam iustius oderis, quod ea fœdatur natura quam diligis. Non est igitur iniquitatis, sed potius humanitatis societate deuinctus, qui propterea est criminis persecutor, vt sit hominis liberator. Morum porrò corrigendorum, nullus alius quam in hac vita locus: nam post hæc quisque id habebit, quod in hac sibi met conquiescit. Ideo compellimur humani generis charitate interuenire pro reis, ne istam vitam sic finiant per supplicium, vt ea finita nõ possint finire supplicium. Noli ergo dubitare hoc officium nostrum ex religione descendere, cum deus apud quem nulla est iniquitas, cuius summa potestas est, qui non tantum qualis quisque sit videt, verum etiam qualis futurus sit præuidet, qui solus potest iudicando non labi, quia in cognoscendo non potest falli, facit tamen sicut Euangelium loquitur, solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Cuius mirabilis bonitatis vt sumus imitatores, dominus Christus exhortans: Diligite, inquit, inimicos vestros, & benefacite eis qui vos oderunt, & orate pro eis qui vos persequuntur, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hac indulgentia & lenitate diuina multos abuti ad perniciem suam quis nesciat? Quos arguens Apostolus, & grauius increpans, dicit: Existimas autem homo omnis, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quonia tu effugies iudicium dei? An diuitias benignitatis eius & patientiæ & largiminitatis contemnis? Ignoras quonia benignitas dei ad penitentiam te adducit? Secundum autem duritiam cordis tui & cor impõnitentis, thesaurizas tibi iram in die ire & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnique secundum opera eius. Nunquid quonia isti in sua nequitia perseuerant, ideo deus in sua patientia non perseuerat, per pauca in hoc seculo punies, ne diuina prouidentia non esse credatur, & multa seruans ultimo examini, vt futurũ iudicium cõmendetur? Non, vt opinor, magister ille cœlestis impietatẽ nos diligere præcepit, cum præcepit vt nostros diligamus inimicos, benefaciamus eis qui nos oderunt, oremus pro eis qui nos persequuntur, cum proculdubio si pietate deum colimus, inimicos atq; odios aduersum nos accerrimis incitatos ac persecutores, nisi impios habere nõ possumus. Num igitur diligedi sunt impii? Num impijs benefaciendũ est? Num pro impijs etiam orandum est? Ita plane. Qui enim hoc præcepit, deus est: nec tamen nos hoc pacto societati adiungit impiorum quibus & ipse parcendo, & vitam salutemq; largiendo, nõ utiq; sociatur. Consiliũ quippe eius, quantum homini pio nosse donatũ est, exponit Apostolus dicens: Ignoras quia patientia dei ad penitentiam te adducit? Ad hanc volumus adduci pro quibus interuenimus, non eorum peccatis vel parcimus vel fauemus. Nam quosdã, quorum crimina manifesta sunt, à vestra seueritate liberatos, à societate tamen remouemus altaris, vt penitendo placare possint, quem peccando contempserant, seq; ipsos puniendo. Nam nihil aliud agit, quem veraciter penitet, nisi vt id quod mali fecerit, impunitum esse nõ sinat. Eo quippe modo sibi non parcenti ille parcat, cuius altum iustumq; iudicium nullus contempserit euadit. Quod si iniquis & sceleribus ille parcendo, eisq; vitã salutemq; largiendo, etiam pleriq; eorum, quos nouit nõ acturos penitentiam, tamen exhibet patientiam: quã magis nos in eos, qui correctionem promittunt, &

g ij vtrum

Matth. 22.

Teren. in Heaut.

H

Psal. 10.

23. q. 4. debet

Impartitis.

os hri

23. q. 5. nõ est iniquitatis.

Matth. 9.

Rom. 2.

¶ aliã duritiam tuam, & cor &c.

Questio.

Solutio.

petebat.

M

G vtrum faciant quod promittunt, incerti sumus, misericordes esse debemus, vt rigorem nostrum pro eis intercededo flectamus, pro quibus & dominum, quem nihil de moribus eorum etiam futuris latet, non tamen impudenter, quia hoc ipse praecepit, oramus: In tantum autem hominum aliquando iniquitas progreditur, vt etiam post actam poenitentiam, post altaris reconciliationem, vel similia vel grauiora committant: & tamen deus facit etiam super tales oriri solem suum, nec minus tribuit quam ante tribuebat largissima munera vitae ac salutis. Et quanuis eis in ecclesia locus humillimae poenitentiae non concedatur, deus tamen super eos suae patientiae non obliuiscitur. Ex quorum numero si quis nobis dicat: Aut date mihi eundem iterum poenitendi locum, aut desperatum me permittite, vt faciam quicquid libuerit, quantum meis opibus adiutor, & humanis legibus non prohibeor, in scortis omnique luxuria damnabili quidem apud dominum, sed apud homines plerisque etiam laudabili. Aut si me ab hac nequitia reuocatis, dicite vtrum mihi aliquid proficit ad vitam futuram, si in ista vita illecebrosissimae voluptatis blandimenta contempsero, si libidinum inculta frenauero, si ad castigandum corpus meum multa mihi etiam licita & concessa subtraxero, si me poenitendo vehementius quam prius excitaueo, si miserabilius ingemuero, si fleuero vberius, si vixero melius, si pauperes sustentauero largius, si charitate, quae operit multitudinem peccatorum, flagraueo ardentius: quis nostrum, ita desipit, vt huic homini dicat, Nihil tibi ista proderunt in posterum, vade saltem vitae huius suauitate perfrue? Auertat deus tam immanem sacrilegamque dementia. Quanuis ergo caute salubriterque prouisum sit, vt locus illius humillimae poenitentiae semel in ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus utilis esset aegrotis, quae tantomagis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit, quis tamen audeat dicere deo: Quare huic homini, qui post primam poenitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? Quis audeat dicere erga istos non agi quod Apostolus ait: Ignoras quia patientia dei ad poenitentiam te adducit? Aut istis exceptis esse definitum quod scriptum est: Beati omnes qui confidunt in eum? Aut ad istos non pertinere quod dicitur: Viriliter agite & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in domino? Cum igitur super peccatores tanta sit patientia, tanta misericordia dei, vt in hac temporalis vita, moribus emendatis, non damnentur in aeternum, qui nullius quae sibi praebatur expectat misericordiam, quonia nemo est illo beator, nemo potestior, nemo iustior, quales nos esse oportet homines erga homines, qui hanc vitam nostram, quantacunque laude commendemus, eam sine peccato esse non dicimus? Quod si dixerimus, nos ipsos, sicut scriptum est, decipimus, & veritas in nobis non est. Proinde licet accusatoris alia persona sit, alia defensoris, alia intercessoris, alia iudicis, de quorum propriis officiis nimis longum est & non necessariu hoc sermone disserere. Sic tamen etiam ipsos criminum ultores, atque in hoc officio non ira propria concitatos, sed legum ministros, nec suarum sed alienarum examinarum iniuriarum vindices, quales iudices esse debent, terruit censura diuina vt cogitarent sibi propter sua peccata dei misericordiam necessariam, nec putarent ad culpam sui officii pertinere, si quid erga eos misericorditer agerent, quorum vitae necisque haberent legitimam po-

De poenit. dist. 3. In tantu. 4. senten. dist. Q. verò. 14. ca.

Iterata poenitentia.

De poenit. dist. 3. Intat.

Dist. 50. Quanuis. De po. di. 3. Quanuis. 4. senten. di. 14. illud. No dabatur secūdis poenitētia publice locus.

Roma. 2.

Psal. 30.

† cumulem.

1. Ioan. 2.

testatem. Nam cum ad dominum Christum Iudaei adduxissent mulierem in adulterio comprehensam, eumque tentantes dicerent, quod iusta esset lege lapidari, ac deinde quererent, quid de illa ipse praeceperet: Respondit eis: Qui sine peccato est vestrum, prior in eam lapidem iaciat. Ita nec legem improbauit, quae huiusmodi ream iussit occidi, & illos terrendo ad misericordiam reuocauit, quorum iudicio haec posset occidi. Puto quod hac sententia domini audita, si praesens fuit etiam maritus ipse qui violatam sui thori fidem vindicari postulabat, exterritus animum ad voluntatem parcendi ab vlciscendi cupiditate deflexit. Nam quomodo est admonitus accusator ne suas persequeretur iniurias, quando ipsi iudices ita sunt a iudicando prohibiti, qui in adultera punienda, non priuato dolori compellebatur seruire, sed legi? Vnde Ioseph cui virgo Maria domini mater fuerat desponsata, cum eam comperisset esse praegnantem, cui se nouerat non esse commissum, & ob hoc nihil aliud quam adulteram credidisset, puniri tamen eam noluit, nec approbator flagitij fuit. Nam haec voluntas eius etiam iustitiae deputatur. Ita quippe de illo scriptum est, Et cum esset homo iustus, & nollet eam diuulgare, statuit eam occulte dimittere. Haec cogitante, apparuit illi angelus, qui doceret esse numinis, quod ille putauerat criminis. Si ergo cogitata infirmitate communi, & accusatorius dolor, & iudicatorius rigor frangitur, quod tandem censet pro reis esse debere, vel defensoris vel intercessoris officium: quandoquidem & vos viri boni qui nunc iudices estis, & in foro aliquando versati causas hominum suscepistis, satis quam libentius defendere quam accusare soletis? Et tamen defensor ab intercessore plurimum distat. Nam ille diluēdis vel obtegendis criminibus operam maxime impedit, Intercessor autem etiam cum de culpa costat, pro poena remouenda vel temperanda curam gerit. Hoc sunt apud deum pro peccatoribus iusti, hoc pro se ipsi peccantes iniucem vt faciant admonentur. Nam scriptum est: Confitemini iniucem peccata vestra, & orate pro vobis. Has sibi partes humanitatis, vbi potest, omnis homo apud hominem vendicat. Nam quod ipse quisque domi suae puniret admissum, in alterius domo vult impunitum. Siue enim adhibeatur apud amicum, siue ille cuiquam in quem potestas vlciscendi est se praesente succenseat, siue irascenti fortuito superueniat, non iustissimus sed inhumanissimus iudicatur, si non interueniat. Scio ego te ipsum cum aliis amicis tuis in ecclesia Carthaginiensi intercessisse pro clerico, cui merito succedebat episcopus, & utique nullum ibi discrimen sanguinis, sub incruenta disciplina timebatur. Nec cum id quod etiam vobis displicebat inultum esse velletis, tanquam delicti approbatores vos iudicabamus, sed tanquam humanissimos intercessores audiebamus. Si ergo vobis fas est ecclesiasticam correctionem intercedendo mitigare, quomodo episcopus vestro gladio non debet intercedere, cum illa exeratur, vt in quem exeritur bene viuatur, iste ne viuatur? Postremo ipse dominus, apud homines intercessit ne lapidaretur adultera, & eo modo nobis intercessio nis commendauit officium, nisi quia ille terrendo fecit, quod nos petendo. Ille enim dominus, nos serui sumus. Veruntamen ille sic terruit vt omnes timere debeamus. Quis enim est nostrum sine peccato? Quod cum illis dixisset, a quibus ei offerebatur punienda peccatrix, vt qui sciret se esse sine peccato, prior in illam

K Misericordia domini.

Ioan. 8.

Supplicio Ioseph de Maria.

Matth. 2. L Traducere.

† scitis.

Iacobi. 5.

M

Ioan. 8.

A in illam lapidem mitteret: cecidit sanctitia, tremete conscientia. Tunc enim ex illa iam congregatione dilapsi, solam misericordiam miseram reliquerunt. Cedat huic sententiae pietas Christianorum, cui cessit impietas Iudaeorum. Cedat humilitas obsequentium, cui cessit superbia persequentium. Cedat confessio fidelis, cui cessit simulatio tentatoris. Malis parce vir bone: quanto melior, tanto esto mitior: quanto sis celsior potestate, tanto humilior sis pietate. Ego quidem intuens mores tuos, appellauit te virum bonum: sed tu in tuens verba Christi, dic tibi ipsi: Nemo bonus nisi vnus deus. Quod cum verum sit (hoc enim veritas dixit) nec ego tamen illud existimari debeo fallaci assentatione dixisse, & dominicis verbis quasi contrarius extitisse, vt cum ille dicat, Nemo bonus nisi vnus deus; ego te appellauerim virum bonum. Non enim & ipse dominus contraria sibi loquutus est, vbi ait: Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Deus ergo singulariter bonus est, & hoc amittere non potest. Nullius enim boni participatione bonus est, quoniam bonum quo bonus est, ipse sibi est: homo autem cum bonus est, ab illo bonus est, quod a seipso esse non potest. Illius enim spiritus boni sunt, cuius capax creata est nostra natura per propriam voluntatem. Pertinet ergo ad nos vt boni simus, accipere & habere quod dat, qui de suo bonus est. Quo quisque neglecto, de suo malus est. Proinde in quantum homo recte agit, id est scienter & amanter, & pie bonum operatur, in quantum bonus est: in quantum autem peccat, id est a veritate & charitate & pietate deuiat, in quantum malus est. Quis autem est in hac vita sine aliquo peccato? Sed eum dicimus bonum, cuius praesentia bona eumque optimu, qui peccat minimum. Idcirco ipse dominus, quos dicit bonos propter participationem gratiae diuinae, eosdem etiam malos dicit propter vitia infirmitatis humanae, donec totum quo constamus ab omni vitiositate sanatum, transeat in eam vitam, vbi nihil omnino peccabitur. Nam utique bonos docebat orare, non malos, quibus praecipit vt dicerent: Pater noster qui es in caelis. Ex hoc enim boni, quo filij dei non natura geniti, sed gratia facti, tanquam ij quibus recipiunt eum, dedit potestatem filios dei fieri. Quae generatio spiritalis more scripturarum etiam adoptio nominatur, vt distingatur ab illa generatione dei deo, coaeterni de coeterno. Vnde scriptum est: Generationem eius quis enarrabit? Cum ergo bonos esse demonstrauerit, quos voluit deo veraciter dicere: Pater noster qui es in caelis: praecipit tamen vt in eadem oratione inter caetera dicerent: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Quae debita, esse peccata quanuis manifestum sit, postea tamen manifestius declarauit, dicens: Si enim dimiseritis peccata hominibus, dimittet vobis & pater vester peccata vestra. Hanc orationem baptizati orant, nec est prorius praeritoru aliquid peccatorum, non quod non baptizatis in sancta ecclesia dimittatur. Sed postea viuendo in hac fragilitate mortali, nisi contraherent quod dimittendum esset, non veraciter dicerent: Dimitte nobis debita nostra. Boni ergo in quantum non peccant, filij dei sunt: in quantum autem peccant (quod sua non mendaci confessione testantur) utique mali sunt. Nisi forte quis dicat, alia bonorum, alia malorum esse peccata: quod non vsquequaque improbabiler dicitur. Veruntamen dominus Iesus sine vlla ambiguitate malos appellauit eosdem ipsos, Tomus secundus.

Marci. 10.

Luc. 6. De quomo do sol' bon'

B

Matth. 6.

Ioan. 1.

Esaie. 53.

Matth. 6.

quorum patrem dicebat deum. Nam in eodem sermone, vbi illam docet orationem, alio loco exhortans ad precandum deum, ait: Petite & accipietis, quaerite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis: Omnis enim qui petit accipit, & qui quaerit inuenit, & pulsanti aperietur. Et paulo post: Si ergo vos, inquit, cum sitis mali, non sitis bona data dare filiis vestris, quantomagis pater vester qui in caelis est, dabit bona petentibus se? Num igitur deus pater maloru est? Absit. Quomodo ergo dicitur pater vester caelestis, quibus dicitur, Cum sitis mali: nisi quia vtrunq; veritas monstrat, quid simus dei domo? quid humano vitio, hoc commendatis, illud emendans? Merito ait Seneca (qui temporibus Apostolorum fuit, cuius etiam quaedam ad Paulum Apostolum leguntur epistolae) Omnes odit qui malos odit: & tamen ideo diligendi sunt mali, vt non sint mali: quem admodum non vt permanent, sed vt sanentur diliguntur, aegroti. Quicquid autem post eam quae fit in baptismo ablutionem peccatorum in hac vita manendo peccamus, etiam si non tale sit, quod a diuinis remouere compellat altaribus, non dolore sterili, sed misericordiae sacrificij expiatur. Quod ergo agimus vt faciat intercedentibus nobis, deo nos non noveritis offerre pro vobis. Indigetis enim misericordia quam praebetis: Et videte quis dixerit: Dimittite & dimittetur vobis, & dabitur vobis. Quam etiam si ita viuere, vt non esset quare diceremus, Dimittite nobis debita nostra: quanto a nequitia purior animus esset, tanto clementia plenior esse deberet, vt si non compungere sententia domini dicens, Qui vestru est sine peccato, prior in illa lapidem iaciat: Ipsi qui hoc dixit sectaremur exemplum, qui cum esset utique sine peccato, ait mulieri quam perterriti illi reliquerant: Nec ego te condempnabo, vade iam deinceps noli peccare. Potuit enim metuere flagitiosa mulier, ne illis discedentibus qui sua peccata cognouerant vt peccato parcerent alie no, illa iustissime iam ipse damnaret qui erat sine peccato. At ille non conscientia pauidus, sed plenus clementia, cum illa respondisset a nemine se fuisse damnata: nec ego te, inquit, damnabo. Tanquam diceret: Si malitia tibi parcere potuit, quid metuis innocentiam? Et ne delictoru non doctor sed bene approbator videretur, vade ait, iam deinceps noli peccare: vt se homini pepercisse, non hominis culpam sibi placuisse monstraret. Iam vides igitur de religione descendere, nec nos societate criminu obstringi. quod intercedimus plerunq; etiam pro sceleratis, & si non scelerati, tamen pro peccatoribus peccatores, & quod veraciter potius quam iniuriose dictum accipias, puto quod apud peccatores. Nec ideo sane frustra instituta sunt potestas regis, vis gladii cognitoris, vngulae carnis, arma militis, disciplina dominantis, seueritas etiam boni patris. Habet ista omnia modos suos, causas, rationes, utilitates. Hac cum timentur, & coerectur mali, & quietius inter malos viuunt boni: non quia boni pronuncianti sunt, qui talia metuendo non peccant (Non enim bonus est quispiam timore ponere, sed amore iustitiae) veruntamen non inutiliter etiam metu legum humana coerectur audacia, & vt tuta sit inter improbos innocetia, & in ipsis improbis deo formidato supplicio frenatur facultas, inuocato deo sanetur voluntas. Sed huic ordinationi reru humanarum, contrariae non sunt intercessiones Episcoporum, Imo vero nec causa, nec locus intercedendi vllus esset, si ista non essent. Tanto enim sunt intercedentium & parentiu beneficicia gratiora, quanto peccantium iustiora supplicia.

March. 7.

† bono. Seneca ad Paulum.

† vos. E

Luc. 6. March. 2.

Ioan. 8.

† donator.

F

23. 9. 5. non frustra.

G Nec ob aliud quantum sapio, in veteri testamento, antiquorum temporibus prophetarum seuerior legis vindicta feruebat, nisi vt ostenderetur recte iniquis poenas constitutas: vt quod eis parcere noui testamenti indulgentia commonemur, aut remedium sit salutis quo peccatis parcat & nostris, aut commendatio mansuetudinis, vt per eos qui parcunt veritas predicata, non tantum timeatur, verumetiam diligatur. Plurimum autem interest, quo animo quisque parcat. Sicuti enim est aliquando misericordia puniens, ita & crudelitas parcens. Nam, vt exempli gratia manifestum aliquid ponam, quis non crudelem verius dixerit eum, qui puero pepercerit volenti obstinatissime de serpentibus ludere? quis autem non misericordem, qui talia prohibens, contemptorem verborum etiam verberibus emendauerit? Et ideo non vsq; ad mortem protendenda est disciplina, vt sit cui prodesse possit, quamquam etiam cum homo ab homine occiditur, multum distet, vtrum fiat nocendi cupiditate, vel iniuste aliquid auferendi, sicut fit ab inimico, sicut a latrone: an vlciscendi vel obediendi ordine, sicut a iudice, sicut a carnifice: an euadendi vel subueniendi necesse sit, sicut interimitur latro a viatore, hostis a milite. Et aliquando qui causa mortis fuit, potius in culpa est, quam ille qui occidit: velut si quisquam decipiat fideiussorem suum, atque ille pro isto supplicium legitimum luat: nec tamen omnis qui causa alienae mortis est, reus est. Quid si enim quisquam stuprum petat, se sequere si non impetrauerit interimat? Quid si filius timens patris pia verbera, praecipitio pereat? Quid si alius homine liberato, vel ne alius liberetur, sibi ipse mortem inferat? Num propter istas alienarum mortium causas, aut scelere consentiendum est, aut vindicta peccati quae non sit nocendi sed corrigendi studio, etiam paterna tollenda, aut opera misericordiae cohibenda sunt? Haec cum accidunt, debemus eis humanum dolorem, non propter illa ne accidunt, recte factorum reprimere voluntatem. Sic etiam cum intercedimus pro peccatore damnando, sequitur aliquando quae nolimus, siue in ipso, qui nostra intercessione liberatur, vt vel immanius impunita grassetur audacia, subdita cupiditati, ingrata lenitati, atque vnus morti ereptus plurimos necet, vel ipso per beneficium nostrum in melius commutato, moribusque correpto, alius male viuendo pereat, sibi quae huius impunitate proposita, talia vel grauiora committat: non vt opinor haec mala imputanda sunt nobis, cum intercedimus vobis, sed potius illa bona, quae cum id facimus, intuemur & volumus, id est commendatio mansuetudinis, ad concilian- dam dilectionem verbo veritatis: & vt qui liberantur a temporali morte, sic viuant, ne in aeternam, vnde nunquam liberentur, incurrant. Prodest ergo & seueritas vestra, cuius ministerio quies adiuuatur: & nostra: prodest & intercessio nostra, cuius ministerio seueritas temperatur & vestra. Non vobis displiceat, quod rogamini a bonis, quia nec bonis displicet quod timemini a malis: nam hominum iniquitatem etiam Apostolus Paulus non tantum de iudicio futuro, verumetiam de potestatibus vestris secularibus terruit asserens & ipsas ad dispensationem diuinam prouidentiae pertinere. Omnis, inquit, anima potestatibus sublimioribus subdita sit, Non est enim potestas nisi a deo. Quae autem sunt, a deo ordinatae sunt. Quapropter qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi iudicium acquirunt. Principes enim non sunt

timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Quod si malum feceris, time: non enim frustra gladium portat: dei enim minister est, vindex in ira ei qui male agit. Ideoque necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed & propter conscientiam: ideo enim & tributa praestatis. Ministri enim dei sunt, in hoc ipsum perseuerantes. Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timore, cui honorem honorem, nemini quicquam debeatis nisi vt inuicem diligatis. Haec verba Apostoli vtilitatem vestrae seueritatis ostendunt. Proinde sicut dilectionem iussi sunt terrentibus debere qui timent, ita dilectionem iussi sunt timentibus debere qui terrent. Nihil nocendi cupiditate fiat, sed omnia consulendi charitate, & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Ita formidetur vltio cognitioris, vt nec intercessoris religio contemnatur: quia & plectendo & ignoscendo hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur, quod si tanta est perversitas & impietas, vt ei corrigenda nec disciplina possit prodesse nec venia, a bonis tamen intentione atque conscientia, quam deus cernit, siue seueritate, siue lenitate, non nisi officium dilectionis impleatur. Quod autem in epistola tua sequitur, vbi dicitis: Verum nunc vt mores nostri sunt, & sceleris poenam cupiunt sibi homines relaxari, & id propter quod scelus admissum est, possidere pessimum hominum genus commemoras, cui poenitendi medicina omnino non prodest. Si enim res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit non redditur, non agitur poenitentia, sed fingitur: si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum: sed vt dixi, cum restitui potest. Plerumque enim qui auferit, amittit, siue alios patiendo malos, siue ipse male viuendo, nec aliud habet vnde restituat. Huic certe non possumus dicere, redde quod abstulisti, nisi cum habere credimus & negare. Vbi quidem si aliquos sustinet repente cruciatus, dum existimatur habere quod reddat, nulla est iniquitas: quia & si non est vnde luat ablatam pecuniam, merito tamen, dum eam per molestias corporales reddere compellitur, peccati quo male ablata est, poenas luit. Sed inhumanum non est etiam pro talibus intercedere, tanquam pro reis criminum: non ad hoc vt minime restituatur aliena, sed ne frustra homo in homine sauiat, ille praesertim, qui iam remisit culpam, sed querit pecuniam, & si fraudari metuit, non expetit vindicari. Denique in talibus causis, si persuadere potuerimus, eos pro quibus interuenimus, non habere quod poscitur, continuo nobis eorum molestiae relaxantur. Aliquando autem misericordes, & in ipso dubio nolunt homini pro incerta pecunia, certa inferre supplicia: ad hanc misericordiam etiam nos prouocare & exhortari decet: Melius enim etiam si habet, amittis, quam si non habet, aut excrucias aut occidis. Sed pro istis magis apud eos qui repetunt, quam apud eos qui iudicant intercedere conuenit, ne ipse videatur auferre, qui cum habet potestatem non cogit reddere, quamuis in cogendo ita debeat adhibere integritatem, ne amittat humanitatem. Illud vero fidelissimè dixerim, eum qui pro homine ad hoc interuenit, ne male ablata restituat, & qui ad se confugientem quantum honeste potest ad restituendum non compellit, socium esse fraudis & criminis. Nam misericordius operemur talibus subtrahimus, quam impendimus. Non enim

Iram poena vocat.

23. q. 5. prodest.

14. q. 6. capi. De vltio. De reg. iur. li. 6. peccatum.

A enim opem fert qui ad peccandum adiuuat, ac non potius subuertit atque opprimit. Sed nunquid ideo nos aut exigere aut ad exigendum tradere vel possumus vel debemus? Agimus quantum episcopalis facultas datur, & humanum quidem nonnunquam, sed maxime ac semper diuinum iudicium comminantes. Nolentes autem reddere, quos nouimus & male abstulisse, & vnde reddant habere, arguimus, increpamus, & detestamur, quosdam clam, quosdam palam, sicut diuersitas personarum diuersam videtur posse recipere medicinam, nec in aliorum perniciem ad maiorem insaniam concitari. Aliquando etiam si res magis curanda non impedit, sancti altaris comunione priuamus. Verum saepe accidit vt nos fallant, vel negando se abstulisse, vel affirmando se vnde restituant non habere. Saepè etiam & vos fallimini putando vel nos non agere vt reddant, vel ipsos habere vnde reddant: & omnes aut penè omnes homines amamus nostras suspensiones vel vocare vel existimare cognitiones, quando credibilibus rerum signis mouemur, cum credibilia nonnulla sint falsa, sicut incredibilia nonnulla sunt vera. Ideo quosdam commemorans, qui & sceleris poenam sibi cupiunt relaxari, & id propter quod scelus admissum est possidere, addidisti & iusti: Pro his quoque interueniendum putat sacerdotium vestrum. Fieri enim potest, vt tu scias quod ego nescio, & propterea putem pro aliquo interueniendum, quod si me fallere potuit, cum te non potuerit, vt ego eum non credam possidere quod tu possidere nosti. Ita fit, vt cum de reo sententia non vna sit nostra, neutri tamen nostrum placeat, quod res non redditur aliena. De homine vt homines, diuersa sentimus, sed in ipsa iustitia simul sumus. Eo modo etiam fieri potest, vt quod scio aliquem non habere, hoc eum tu habere non certissimè teneas, sed credibiliter suspiceris, & ob hoc tibi videar interuenire pro eo, qui & sceleris poenam sibi cupiat relaxari, & id propter quod scelus admissum est possidere. Ad summam igitur neque apud tales, si qui reperiuntur qualem te esse gaudemus, neque apud ipsos qui magno studio aliena ac nihil profutura, multoq; etiam periculosa ac perniciosa petunt, neque apud cor meum, cui testis est deus, ausim dicere, sentire, decernere, interueniendum esse pro aliquo, vt quod scelere abstulit, sceleris impunitate possideat: Sed vt remissa iniuria, quod iniuriose abstulit reddat, si tamen habet quod abstulit, vel aliud vnde illud restituat. Non sanè quicquid ab iniurioso sumitur, iniuriose auferitur. Nam plerique nec medico volunt reddere honorem suum, nec operario mercedem, nec tamen haec qui ab iniurioso accipiunt, per iniuriam accipiunt, quae potius per iniuriam non darentur. Sed non ideo debet iudex vendere iustum iudicium, aut testis verum testimonium, quia vendit aduocatus iustum patrocinium, & iuris peritus verum consilium. Illi enim inter vtraque parte ad examina adhibentur: isti ex vna parte consistunt. Cum autem iudicia & testimonia, quae nec iusta nec vera vendenda sunt, iniqua & falsa venduntur, multo sceleratius utique pecunia sumitur, quia sceleratè, etiam quamuis a volentibus datur. Ille tamen solet tanquam male sibi ablatam pecuniam repetere, qui iustum iudicium emit: quoniam venale esse non debuit. Qui vero pro iniquo iudicio dedit, vellet quidem repetere, nisi timeret vel puderet emisse. Sunt aliae personae inferioris loci, quae ab vtraque parte non insolenter accipiunt, sicut officialis, & qui amouetur, & cui admoetur officium, ab his extorta per immoderatam improbitatem repe-

Quare parcedit magis iniquis intercedum.

B

C

ti solent, data per tolerabilem consuetudinem non solent, magisque reprehendimus, qui talia inuitate reperuerunt, qui ea de more sumpserunt: quoniam multae necessariae personae rebus humanis, vel inuitatur hu- iusmodi comodis, vel tenentur. Isti si viam vitae mutauerint, aut excellentioris conscenderint sanctitatis gradum, facilius ea quae hoc modo acquirerunt, tanquam sua pauperibus largiuntur, quam eis a quibus accepta sunt tanquam aliena restituant. Qui vero contra ius societatis humanae, furis, rapinis, calumniis, oppressionibus inuasionibus abstulerit, reddenda potius quam donanda censemus, Zachari publicani Euangelico exemplo, qui cum hospitio dominum suscepisset, in vitam sanctam repente mutatus, Dimidium, inquit, rerum mearum do- pauperibus, & si cui aliquid abstulit, quadruplum reddo. Veruntamen si iustitia syncerius consulatur, iustus dicitur aduocato: Redde quod accepisti, quando contra veritatem stetit, iniquitati affuisti, iudicem fefellisti, iustam causam oppressisti, de falsitate vicisti, Quod vides multos honestissimos & discretissimos viros, non solum impune, verumetiam gloriose videri sibi committere, quam cuique in quolibet officio militantis, Redde quod accepisti, quando iubente iudice cuiusque causae necessarium hominem tenuisti, ne resisteret vincisti, ne fugeret inclusisti, postremo aut permanente lite exhibuisti, aut finita dimisisti. Sed illud cur aduocato non dicatur in promptu est, quia scilicet ita non vult homo repetere, quod patrono vt male vinceret dedit: sicut non vult reddere, quod ab aduersario, cum male vicisset, accepit. Quis tandem aduocatus, aut ex aduocato ita vir optimus facile reperitur, qui suscepto suo, dicat: Recipe quod mihi cum tibi male adessem dedisti, & redde aduersario tuo, quod me agente inique abstulisti? Et tamen quem prioris non rectae vitae, rectissimè poenitet, etiam hoc facere debet, vt si ille qui inique litigauit, non vult admonitus corrigere iniquitatem, eius tamen iniquitatis nolit iste habere mercedem: nisi forte restitutum est alienum, quod per furtum clanculo aufer- tur, & restituendum non est alienum, quod in ipso foro vbi peccata puniuntur, decepto iudice, & circumuentis legibus obtinetur? Quid dicam de vltis, quas etiam ipsae leges & iudices reddi iubent? An crudelior est qui subtrahit aliquid vel eripit diuiti, quam qui trucidat pauperem foenore? Haec atque huiusmodi male utique possidentur, & vellem vt restituerentur, sed non est quo iudice repetantur. Iam vero si prudenter intueamur, quod scriptum est: Fidelis hominis totus mundus diuitiarum est, infidelis autem nec obolus: nonne omnes qui sibi videntur gaudere licite conquisitis, eisque uti nesciunt, aliena possidere conuincimus? Hoc enim certe alienum non est, quod iure possidetur: hoc autem iure quod iuste, & hoc iuste quod bene. Omne igitur quod male possidetur, alienum est: male autem possidet, qui male vtitur. Cernis ergo quam multi debeant reddere aliena, si vel pauci quibus reddantur reperiuntur, qui tamen vbi vbi sunt tanto magis ista contemnunt, quanto ea iustius possidere potuerunt. Iustitiam quippe & nemo male habet, & qui non dilexerit non habet. Pecunia vero & a malis male habetur, & a bonis tanto melius habetur, quanto minus amatur. Sed inter haec toleratur iniquitas male habentium, & quaedam inter eos iura constituuntur, quae appellantur ciuilia, non quod hinc fiat vt bene vtentes sint, sed vt male vtentes minus molesti sint: donec fideles & pii, quorum iure sunt omnia, qui vel ex

Luc. 19.

E

14. q. 4. quid dicam.

F

Crudelitas parcens.

23. q. 5. cum homo.

† praesentibus vestris secularibus. Rom. 13.

23. q. 5. prodest.

G illis sunt, vel inter illos tantisper viuentes, malis eorum non obstringuntur, sed exercentur, perueniant ad illam ciuitatem, vbi haereditas aeternitatis est, vbi non habet nisi iustus locum, non nisi sapiens principatum, vbi possidebunt quicumque ibi erunt, vere sua. Sed tamen etiam hic non intercedimus, vt secundum mores legesq; terrenas non restituatur aliena: quamuis placabiles nos t velimus malis, non vt placeant vel permaneant mali, sed quia ex illis sunt quicumque sunt boni, & sacrificio misericordiae placatur deus, quem nisi propiciam haberent mali, nulli essent boni. Diu est, quod occupationibus tuis loquendo videor onerosus, cu tibi homini acuto & docto cito solui potuerit quod quaerebas. Iam dudum autem finire deberem, si te tantum scirem fuisse lecturum quod flagitasti vt rescriberem. Foelix in Christo viuas fili charissime.

Dioscorus Augustino proponit multas quaestiones ex libris de philosophia Ciceronis, & ex Oratore eiusdem, orans ut mature ad eas respondeat.

Epistola. L V.

Roomiare apud te non solum superfluum est, sed etiam molestum, qui rem non verba desyderas. Ideoq; simpliciter audi. Senex Alipius rogatus a me, sapius pollicitus erat, tecum respondere dialogorum pauculis interrogatiunculis: & quoniam in Mauritania dicitur hodieque esse, peto viribus omnibus & rogo, vt tu solus respondere digneris, quod etiam praesente ipso fratre tuo, sine dubio facturus eras. Non est pecunia, non est aurum, quod pro quouis daturus eras proculdubio si haberes, nunc vero sine labore loqueris, quod requiro. Possem te plus & per multos charos tuos exorare, sed noui animum tuum, qui non rogari desyderat, sed omnibus praestare, si tantum absit quod dedecet, quod in hac re penitus nihil est dedecoris: tamen quodcunq; est, peto praestes nauigaturo. Nosti quam mihi molestissimum est oneri esse, non dico synceritati tuae, sed cuiquam. Solus autem deus nouit, quoniam nimia necessitate impulsus hoc feci. Vobis enim saluis & fauete domino nauigaturus sum, & mores hominum non ignoratis, qui procliuus sunt ad vituperandum, & quoniam si interrogatus quis non responderit, indoctus & hebes putabitur. Vides ergo obsecro te ad omnia sine cunctatione responde, ne me tristem dimittas. Sic videam parentes meos, quia propter hoc solum Cerdonem misi, & ipsum expecto solum. Frater Zenobius, magister memoriae factus est, & misit nobis euectionem cum annonis. Si ego dignus non sum, vt respondeas interrogatiunculis meis, saltim timeantur annonae. Incolumem te summa diuinitas longa nobis tueatur aetate. Papas plurimum dignationem tuam salutat.

Augustinus Dioscoro, docens eiusmodi quaestiones nec decorè tractari ab Episcopo, nec utiliter disci à Christiano, praesertim cum iam aduersus Ethnicos nobis non sit conflictatio, atque hoc studiorum genus ubique frigeat: hortatur autem ad Christi philosophiam, quae sola docet uerum, sed non percipitur nisi ab iis, qui posterunt factum humanum. Epistola. LVI.

Vme innumerabilium quaestionum turba repente circumuallandum, vel potius obruendum putasti, etiam si vacante ocio sumq; credidisti: Quando enim ego in quolibet ocio, tot rerum nodos tam festinanti, & vt scribis, iam penè proficisceti possem dissoluere? Numero enim rerum ipsarum impediret, etiam si non difficiles ad soluendum forent.

Tanta sunt autem perplexitate inuoluti, & tenacitate constricti, vt etiam si pauci essent, ociosissimum me occupantes, magna mora temporis fatigaret intentionem, atque attereret unguis meos. Ego autem vellem te abripere de medio delitiosarum inquisitionum tuarum, & constipare inter curas meas, vt vel disceres non esse inaniter curiosus, vel curiositate tuam cibandam atq; nutriendam imponere non auderes eis, quorum inter curas vel maxima cura est reprimere ac re frenare curiosos. Quanto enim melius, quantoq; fructuosius, si in dandis vllis ad te literis tempus atq; opera impeditur, ad hoc potius impeditur vt refectur vanae atq; fallaces cupiditates tuae, quae tanto magis cauenda sunt, quanto facilius decipiunt, nescio qua umbra honestatis & liberalium studiorum nomine velata atq; palliate, quam vt nostro ministerio, atq; lita dixerim, satellite indurata, quod tam bonam tuam mentem premanet vehementius excitentur. Ecce enim tot dialogi lecti, si ad videndum finem & capeendum omnium actionum tuarum nihil te adiuerunt, quid profunt dic mihi? Nam vbi finem constitueris totius huius flagrantissimi studij tui, & tibi infructuosus & nobis molestus, epistola tua satis indicas. Cum enim de soluendis quaestionibus quas misisti tu ad me, per literas satageres, ita scripsisti. Possem te, inquis, plus & per multos charos tuos exorare, sed noui animum tuum, qui non rogari desyderat, sed omnibus praestare, si tantum absit quod dedecet, quod in hac re penitus nihil est dedecoris: tamen quodcunq; est, peto praestes nauigaturo. In his verbis epistolae tuae recte quidem de me existimas, quod omnibus praestare desyderes, si absit quod dedecet. Sed in hac re nihil esse dedecoris, non mihi videtur. Non enim decora facies rerum attingit sensum meum, cum cogito Episcopum ecclesiasticis curis circumstrepentibus districtum atq; distentum, repente quasi absurdescentem cohiberi ab his omnibus, & dialogorum Tullianorum quaestiuiculas, vni scholastico exponere. Quod quantum dedecet, quanta tuorum studiorum raptus ardore prorsus, nolis attendere, tu etiam sentis tamen. Quid enim aliud indicat, quod cu dixisses, in hac re penitus nihil esse dedecoris, statim adiunxisti: tamen quodcunq; est, peto praestes nauigaturo. Hoc enim sonat, videri tibi quidem nihil in hac re esse dedecoris, tamen quodcunq; est dedecoris petere te, vt praestes nauigaturo. Sed quid est quae te, quod addidisti nauigaturo? An ego, nisi nauigaturus esses, praestare tibi aliquid dedecoris non deberem? Nimirum putas, quod aqua marina dedecus abluatur? Quod si ita esset, mecum certe qui nauigaturus non sum, in expiatum remaneret. Scribis etiam nosse me, quam tibi molestissimum sit oneri esse cuiquam, & attestaris solum deum nosse, quod nimia necessitate impulsus hoc feceris. Hic sane cum epistolam tuam legerem, satis aduertit animum cognoscere necessitate tuam. Cum ecce mihi affers & dicis, mores hominum non ignoratis, qui procliuus sunt ad vituperandum, & quoniam si interrogatus quis non responderit, indoctus & hebes putabitur. Hoc loco vero exarsti ad rescribendum tibi, Hoc enim languore animi tui penetrasti mihi pectus, & irrupisti in curas meas, vt dissimulare non possem, quantum me deus adiuuaret mederi tibi, non vt de tuis quaestionibus enodandis explicandisq; cogitarem, sed vt felicitatem tuam pendente ex linguis hominum atq; nutante a tam infelici retinaculo abrumperem, & cuidam sedi omnino incocusa stabiliq; religarem. Tu ne de Dioscore nec Persum tuum

in dicitur

L misisti a pud me.

M

meum.

q & c. putentur.

Persum tuum

A tuum respicis insultantem tibi contorto versiculo, sed plane puerile caput, si sensus aslit, idoneo colapho contundentem atque coercentem: Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Tot vt superius dixi, legisti dialogos, tot philosophorum altercationibus cor inferuisti. Dic mihi quis eorum finem actionum suarum constituerit in fama vulgi, aut in lingua hominum vel bonorum atque sapientium? Tu autem, & quod magis pendendum est, iam nauigaturus, satis praclare te in Africam proficisci testaris, cum aliam ob causam te oneri non esse asseris negociosissimis, & in alia longe distantia intentis episcopis, vt tibi exponant Ciceronem, nisi quia times homines procliuus ad vituperandum, ne interrogatus ab eis, si non responderis, indoctus & hebes puteris. O rem dignam vigiliis & lucubrationibus episcoporum. Non mihi videris aliunde dies noctesq; cogitare, nisi vt in studiis tuis atq; doctrina & aequè lauderis ab hominibus. Quod & si semper ad certa & recta tendentibus, periculosum esse iudicauit, nunc tamen in te maxime experior. Non enim aliunde quam ex eadem pernicie no vidisti, quae tandem re possemus moueri, vt tibi quod petebas daremus. Quam enim peruerse tuipe non ob aliud ad ea discenda quae interrogas raperis, nisi vt lauderis, aut no vitupereris ab hominibus, tam peruerse etiam nos putas in tua petitione talibus causis allegatis moueri: & vtiā possemus efficere, vt tu quoque tam inani atque fallaci humanae laudis bono minime mouereris, cu tibi nos indicarem non ad praestandum tibi quod petis, quoniam hac de te scribis, sed ad te corrigendum moueri. Mores hominum, inquis, procliuus sunt ad vituperandum. Quid deinde? Si interrogatus quis non responderit, inquis, indoctus & hebes putabitur. Ecce ego te interrogo no de Ciceronis libris aliquid, cuius sensum fortasse legentes indagare no possunt, sed de Epistola ipsa tua, & de sententia verborum tuorum. Quero enim cur non dixeris, qui non responderit, indoctus & hebes manifestabitur, sed potius dixeris, qui non responderit, indoctus & hebes putabitur, nisi quia satis etiam ipse intelligis, eum qui talia non responderit, non esse indoctum & hebetem, sed putari. At ego te admotheo eum, qui talium putatorum linguis tanquam falcibus concidi timet, lignum esse aridum, & ideo non putari tantum indoctum & hebetem, sed vere esse atque conuinci. Fortasse dixeris, Sed cum hebes animo non sim, & praecipue no esse studeam, nolo hebes animo vel putari. Recte, sed quo sine nobis, id quaero. Quod enim illis quaestionibus aperiendis tibi & explicandis, nec nobis oneri esse dubitasti, hanc causam & hunc finem esse dixisti, & tam necessarium vt eam nimiam necessitatem appellares, ne scilicet de his interrogatus neque respondens, ab hominibus ad vituperandum procliuibus, hebes indoctusq; puteris. Ego autem quaero, hoccine totum sit, cur a nobis ista desyderes, an etiam indoctus & hebes putari propter aliud aliquid nolis? Si hoc totum est, cernis vt arbitror hunc esse finem tam vehementis intentionis tuae, qua nobis quoq; oneri es, vt fateris. Quid autem a Dioscore potest nobis esse oneri, nisi quod ipsum Dioscorum etiam nescientem onerat, quod non sentiet nisi cum surgere voluerit: atque vtiā non sic alligarent haec onera, & frustra etiam humeros conetur excutere: quod non ideo dico, quia ista discuntur quaestiones, sed quia tali sine discuntur. Hunc enim finem iam certe sentis esse nauigatorum, inanem, ventosum: Habet & tumorem, sub quo etiam tabes gignitur,

Non dānat studium Ciceronis.

& pupilla mentis ad non videndam opulentiam veritatis offunditur. Crede sic est mi Dioscore, ita te fruatur in ipsa cuius voluntate & in ipsa umbra auerteris dignitate veritatis. Vnde enim tibi, nisi vel hoc modo de hac re fidem faciam, non inuenio. Non enim vides eam, aut vilo modo quamdiu linguis humanis ruinosam gaudia construis, potes eam videre. Si autem ibi non finis est harum actionum, atque intentionis tuae, sed propter aliud aliquid indoctus & hebes non vis putari, quaero quid illud sit: si propterea ne angustior tibi aditus ad acquirendas temporales diuitias, vxorem impetrandam, honores capeffendos, & caetera huiusmodi, praecipiti fluxu transcurrētia, atque in se lapsos in vnum rapiētia? Neque ad hunc finem tibi seruire nos decet, immo decet etiam hinc te amouere. Non enim sic te prohibemus in incerto fama finem ponere, vt tanquam de Mintio in Eridanum emigres, quō te ipse fortasse Mintius etiam non emigrātem impingeret. Cū enim non fatiauerit auidum spiritum vanitas laudis humanae, quia nihil ad cibandum affert nisi inane & inflatum, cogetur eam ipsa auiditas referre in aliud, quasi vberius atque fructuosius, quod nihilominus si temporali lapsu praeterfluit, ita est quasi fluuius ducat in fluuium, vt non sit finis miseriae, quādiu finis officiorum nostrorum in re instabili collocatur. In aliquo igitur firmo atque incōmutabili bono te figere volumus constantissimae intentionis domum, & securissimam requiem omnis bonae atque honestae actionis tuae. Aut forte istam ipsam terrenam felicitatem quam commemoravi, si prosperi rumoris aurā, aut etiam flatibus vela pandendo ad eam potueris peruenire, hanc etiam cogitas referre in aliud certum & verum & plenum bonum? At mihi non videtur atque omnino ipsa veritas negat, vel tantis ad se anfractibus, quae tam proxima est, vel tantis sumptibus, quae tam gratuita est, perueniri. An ipsa humana laude, tanquam instrumento vtendum existimas, vt aditum per hanc praeparas ad animos hominum, persuadendo vera atque salubria, & caues te ne cum indoctum atq; hebetem putauerint, indignum arbitrarentur, cui aurem vel intentissimam vel patientissimam praebant, siue ad recte facta quenaqua exhorteris, siue malitiam atque nequitiam peccantis obuires? Hunc tu finem iustitiae ac beneficentiae, si in illis interrogandis quaestionibus cogitasti, nos de te male meruimus, quibus in epistola tua, non id potius quomoueremur posuisti, vt aut libenter daremus quod petebas, aut ideo non daremus, quia causa quaelibet alia fortasse prohiberet, Non tamen quia tuae vanae cupiditati, non solum seruire, verum etiam non resistere pueret. Quanto enim melius atque salubrius quae te ipsas veritatis regulas, multo certius & breuius per se ipsas accipis, quibus falsa omnia possis ipse refellere, ne quod falsum & pudendum est, si multorum annos & decrepitas fallitates, studio iactantiore quam prudentiori didiceris, doctum atque intelligentem te esse arbitreris, quod iam non existimo tibi videri, Non enim frustra tam diu tam vera Dioscore diximus, ex quo in hac Epistola gradimur. Quapropter iam illud videamus, cum te istarum rerum ignorantia nequaquam indoctum atque hebetem iudices, sed ipsius potius veritatis, vt quiquis de his rebus scripsit, vel scripserit, aut ea sint quae iam certus tenes, aut si falsa sunt, securus ignores, neque de diuersitate cognoscenda sententiarum alienarum, ne quasi indoctus & hebes remaneas, inani sollicitudine macereris: Cum ergo haec ita sunt, etiam illud si

† vos.

† quam & c. putetur.

I

† nodi facti.

Grud si placet videamus, vtrum aliorum falsa existimatio, qui sunt vt scribis, ad vituperandum procliuus, ita vt si te ista ignorare persenserint, indoctum atque hebetem, falsò quidè, sed tamen putent, sic te mouere debeat, vt etiam ab episcopis tibi hæc exponi non incongruenter petas: quandoquidem eo sine iam te ista cupere credimus, quo illis consulas ad persuadendam veritatem vitamq; eorum corrigendam, qui te si in illis Ciceronis libris indoctum hebetemq; putauerint, indignum habebūt, à quo aliquid vtilis salubrisq; scientiæ sibi accipiendū esse arbitrentur. Quod non ita est, mihi crede. Primū quia esse aliquos in illis terris, vbi imperitus minimèq; acutus videri times, qui te de istis quæstionibus quicquam interrogari omnino non video: quandoquidem hic quò ad ea discenda venisti, & Romæ expertus es, quàm negligenter habeatur, & ob hoc neque doceantur neque discantur, & in Africa vsque adeo de his interrogatorem pateris neminem, vt nec te ipsum qui patiar inuenias, eaq; inopia Episcopis exponenda ea mittere cogaris: quasi verò Episcopi isti etiam si adolescentes eodem quo tu raperis animi ardore, vel potius errore, quasi aliquid magnum hæc

Hdiscere curant, vsque ad canos episcopales, & vsque ad cathedras ecclesiasticas, ea sibi in memoria durare putarentur: aut si ipsi vellent, non illa, etiam de inuictorum cordibus, curæ maiores grauiorèq; secluderent: aut si aliqua ex eis in animis eorum nimia consuetudine remaneret, non etiā ipsa obliuione sepelire malent recordata, quàm ineptia respondere quæ sita: cum in ipsa etiam scholari leuitate & rhetoricis cathedris, ita obmutuisse atque obtorpuisse videantur, vt à Carthagine Hipponem, quo exponi possunt mittenda existimentur: vbi tam insolita atque omnino peregrina sunt, vt si vellem respondendi curam inspicere, aliquid volens videre, quomodo ad sententiam quæ mihi exponenda esset, desuper veniatur, aut ab ea deinceps quæ contæxeretur oratio, codicem prorsus inuenire nõ possim. Illi autem Carthaginenses rhetores, si huic tuo studio defuerint, non modo à me non reprehenduntur, sed etiam approbantur, si forte iam recolunt, non Romanorum fororum, sed Græcorum gymnasiorum ista solere esse certamina. Tu verò cum & in gymnasia cogitationem iniiecisti, & ea quoque ipsa inuenisti talibus rebus nuda atque frigida, vbi has curas tuas deponeres, Christianorum tibi basilica Hipponensis occurrit, quia in ea nunc sedet Episcopus, qui aliquando ista pueris vendidit: sed nec te volo esse adhuc puerum, & me iam esse puerilium rerum, sicut non veditorem, ita nec largitorem decet. Quæ cum ita sint, id est cum duæ tantæ vrbes Latinarum literarum artifices, Roma atque Carthago, nec tædio tibi sint, vt à te ista perquirant, nec tædia tua curent, vt te ista perquirentem exaudiât, miror tantum quantum dici non potest, vereri te tam boni ingenij inuenem, ne in Græcis atque Orientalibus vrbibus quenquam de his rebus molestum interrogatorem feras. Facilius quippe corniculas in Africa audieris, quàm in illis partibus hoc genus vocis. Deinde si fallor, & quisquam ibi forte huiusmodi quæstionum tanto vtique odiosior, quanto in illis locis ineptior percõrator extiterit, nõne magis caues ne multo facilius existant, qui te Græci homines in Græcia cõstitutum, & Græca imbutum primitus lingua, de ipsius philosophorum libris aliqua interrogent, quæ Cicero in suis literis non posuit? Quod si acciderit, quid responsum es, potius te ista in Latinorum authorum libris, quàm

in Græcorum nosse voluisse: Quæ responsione, primò **K** Græciæ facies iniuriâ, & nosti quàm illi homines hoc non ferant. Deinde iam exulcerati & irati, quàm cito te, quod nimis non vis, & hebetè iudicabunt, qui Græcorum philosophorum dogmata, vel potius dogmatū particulas quasdam discerptas atque dispersas in Latinis dialogis, quàm in ipsorum authorum libris Græcis tota atque contexta discere maluisti, & indoctum, qui cum tam multa in tua lingua nescias, earum rerū frustra in aliena colligere ambisti. An fortè illud respondebis, non te Græcos de his rebus libros contempnisti, sed prius Latinos curasse cognoscere, nunc autè velle te in Latinis doctum, iam Græcè quærere: Si hoc non pudet hominem Græcum Latina puerum didicisse, nunc velle discere Græca barbarum, pudebit ne tandem in ipsis Latinis ignorare aliqua quæ quàm multi Latini docti tecum nesciant: Vel hoc ipso sentis, quod te nobis magna necessitate dicis onerosum, in tãta doctorum multitudine apud Carthaginem constitutus. Postremò fac te de omnibus quæ à nobis quæris interrogatum, respondere potuisse, ecce iam doctissimus atque acutissimus diceris, ecce iam te laudibus in cælum Græculus status atollit, tu tantum memèto grauitatis tuæ, & illam mereri laudè quo sine volueris, vt scilicet eos leuiter leuia ista miratos, & benevolentissime atq; audivissime iam in tua ora suspesos, grauissimū aliquid & saluberrimum doceas: id ipsum quicquid est grauissimum & saluberrimum, vtrum teneas, & rectè tradere noueris, vellem cognoscere. Ridiculum est enim cū propterea superflua multa didiceris, vt tibi aures hominum ad necessaria præparentur, ipsa necessaria non tenere, quibus excipiendis eas per superflua præparaues: & dum occuparis vt discas vnde facias intentos, nolle discere quod infundatur intentis. Sed si hoc te scire iam dicis, idq; ipsum Christianam doctrinam esse respondes, quam te omnibus præponere nouimus, & in ea sola esse præsumere spem salutis æternæ, nõ opus est ei cognitione dialogorum Ciceronis, & collectione emendicatarum discordantium sententiarum alienarum procurari auditores, vt oribus tuis intenti fiat, qui abs te aliquid tale accepturi sunt. Nolo prius aliquid doceas, quod dediscendum est, vt vera doceas. Nam si alienarum sententiarum dissidentium & repugnantium cognitio aliquid adiuuat insinuatorem Christianæ veritatis, vt nouerit quomodo aduersantes destruat falsitates, ad hoc duntaxat, ne quis contra disseres, non nisi in refellendis tuis figat oculum, sua verò sedulo occultet. Nam cognitio veritatis, omnia falsa, si modo proferantur, etiam quæ prius inaudita erant, & diiudicare & subuertere idonea est. Sed vt non solum aperta feriantur, sed etiam abscondita eruantur, si alienos opus est cognoscere errores, erige oculos auresq; oro te, & vnde atque ausculta, vtrum aliquis aduersus nos de Anaximene & de Anaxagora proferat aliquid: quãdo iam ne ipsorum quidem multò recentiorum, multumq; loquacium Stoicorum aut Epicureorum cineres caleant, vnde aliqua contra fidem Christianam scintilla excitetur: sed circuli atque conuenticula partim fugacia, partim etiam audacter prompta, vel Donatistarū, vel Maximianensium, vel Manicheorum, vel etiã ad quorum greges turbamq; venturus es Arrianorum, Eunomaniorum, Macedonianorum, Cataphrygarum, cæterarumq; bestiarum innumerabiliter perfrepant: quorum omnium errores si cognoscere piget, quid nobis est propter defensionem Christianæ religionis, quærere quid

A quid senserit Anaximenes, & olim sopitas lites inani curiositate recoquere, cum quorundam etiam hæreticorum, qui nomine Christiano gloriari voluerunt, vt Marcionistarum & Sabellianorum, multorumq; præterea iam dissentiones quæstionesq; sleantur: tamen si opus est vt dixi, veritati aduersantes prægnoscere aliquas, & prætractatas habere sententias, de hæreticis potius qui se Christianos vocant, quàm de Anaxagora, & Democrito nobis cogitandum fuit. Ille autem quisquis abs te quæserit, quæ tu à nobis quæris, audiat quòd ea doctius & prudentius nescias. Si enim Themistocles non curauit quod esse habitus indoctorum, cum canere neruis in epulis recusasset, vbi cum se nescire illa dixisset, atque ei dictum esset, quid igitur nosti? respondit, Rempublicam ex parua magnam facere: dubitandum est tibi dicere, te ista nescire, cum ei qui rogarit quid noueris, respondere possis, nosse te, quoniam etiã sine istis homo esse possit beatus: Quod si adhuc nõ tenes, tam peruerse ista cõquiris, quàm peruerse si aliquo corporis periculo morbo grauareris, delitiosas & tenerimas vestes potius quàm medicameta medicosq; conquireres. Non enim vilo modo differenda est ista cognitio, aut illa huic, te præsertim iam in hac ætate, vel discendi ordine præferenda est. Vide autem quam facile posses hoc scire si velles. Qui enim quærit quomodo ad beatam vitam perueniat, nihil aliud profecto quærit, nisi vbi sit finis boni, hoc est vbi constitutum sit, non praua opinione atque temeraria, sed certa atque inconcussa veritate summum hominis bonum, quod à quolibet vbi cõstituatur non inuenitur, nisi aut in corpore, aut in animo, aut in deo, aut in duobus aliquibus horum, aut certè in omnibus. Quod si didiceris, neque summum bonum, nec aliquam partem summi boni omnino esse in corpore, duo restabunt, animus & deus quorum vel in vno, vel in ambobus sit. Si autem adieceris & didiceris hoc idem de animo quod de corpore, quid aliud iam nisi deus occurret, in quo summum hominis bonum constitutum sit, non quo alia bona non sint, sed summum id dicitur quò cuncta referuntur. Eo enim fruendo quisque beatus est propter quod cætera vult habere, cum illud iam non propter aliud, sed propter seipsum diligatur. Et ideo finis ibi dicitur, quia iã quò excurrat, & quò referatur nõ inuenitur. Ibi requies appetendi, ibi fruenti securitas, ibi tranquillissimum gaudium optime volutatis. Da igitur qui cito videat, non corpus esse animi bonum, sed animum potius esse corporis bonum. Recedatur iam ab inquirendo, vtrum summum illud bonum, vel aliqua eius pars sit in corpore. Quod enim stultissime negatur meliorem esse animum corpore, item stultissime negatur meliorem esse eum qui dat beatam vitam vel partem aliquã beatæ vitæ, quàm eum qui accipit. Non igitur accipit animus à corpore vel summum bonum vel partem aliquam summi boni. Hoc qui non vident, cæcati sunt dulcedine carnalium voluptatum, quæ ex indigentia sanitatis venire non intuetur. Sanitas autem perfecta corporis, illa extrema totius hominis immortalitas erit. Tam potenti enim natura deus fecit animã, vt ex eius plenissima beatitudine quæ in fine temporum sanctis promittitur, redundet etiam in inferiorum naturam quod est corpus, non beatitudo, quæ fruentis & intelligentis est propria, sed plenitudo sanitatis, id est, incorruptionis vigor. Quod qui non vident, vt dixi, bellant inquietis altercationibus, varie pro suo quisque captu, in corpore constituentes summum hominis bonum,

& carnalium feditiosorum turbas cõcitant, inter quos **D** Epicurei apud indoctam multitudinem excellentiore Epicurei. authority viguerunt. Da item qui cito videat animū quoque ipsum non suo bono beatum esse, cum beatus est. Alioquin nunquã esset miser, & recederetur à quærendo, vtrum in animo sit summum illud, atque, vt ita dixerim, beatificum bonum, vel aliqua pars eius. Nam cum seipso sibi quasi suo bono animus gaudet, superbus est. Cum verò perspicit se esse mutabilem, vel hoc vno saltem quod de stulto sapiens efficitur, sapientiãq; esse incommutabilem cernit, simul oportet cernat esse illam supra suam naturam, eiusq; participatione atque illustratione se vberius & certius gaudere, quàm seipso: cessans atque detumescens à iactatione atque inflatione propria, in harere deo, atque ab illo incommutabili refici & reformari nititur à quo esse iam capit, non solum omnem speciem rerum omnium, siue quæ sensu corporis, siue quæ intelligentia mentis attinguntur, sed etiam ipsam capacitatem formationis ante formationem, cū vel informe aliquid dicitur quod formari potest. Itaque tanto minus se esse stabilem sentit, quanto minus hæret deo qui summe est. Et ideo illum summe esse, quia nulla mutabilitate proficit seu deficit, sibi autem illam cõmutationem expedire qua proficit, vt perfectè illi cohareat, eam verò cõmutationem quæ in defectu est, esse vitiosam, omnem autè defectum ad interitū vergere, quò vtrum aliqua res perueniat, tametsi non appareat, tamen apparere omnibus eò ducere interitum, vt non sit quod erat. Vnde colligit nõ ob aliud res deficere, vel posse deficere, nisi quod ex nihilo factæ sunt, vt quod in eis est quod sunt & manent, & pro defectibus etiam suis ad vniuersitatis complexum ordinantur, ad eius bonitatem omnipotentiaq; pertineat qui summe est & cõditus, qui potens est etiã ex nihilo, non tãtum aliquid, sed etiam magnum aliquid facere. Primum autem peccatum, hoc est primū voluntarium defectum esse, gaudere ad propriam potestatem. Ad minus enim gaudet, quàm si ad potestatem dei gaudeat, quæ vtique maior est. Hoc nõ videntes, & potentias intuentes animi humani, magnamq; pulchritudinem factorum atque dictorum, etiam si in corpore puduit ponere summum bonum, in ipso tamè animo ponentes, infra vtq; posuerunt, quàm vbi sincerissima ratione ponendum est. Inter hos qui ita sentiunt apud Græcos philosophos, & numero & distanti **F** Stoici præualuerunt, qui tamen in naturalibus corporea omnia esse arbitantes, magis à carne quàm à corpore animum auertere potuerunt. Inter eos autem qui fruendum deo, à quo & nos & omnia facta sunt, vnum atque summum bonum nostrum esse dicunt, apud illos eminauerunt Platonici, qui non immerito ad officium suū pertinere arbitrati sunt, Stoicis & Epicureis maxime & propè solis omnino resistere. Idem quippe Academicus qui Platonici, quod docet **Academicus.** auditorum ipsa successio. Archesilas enim qui primus occultata sententia sua, nihil aliud istos quàm refellere statuit, quære cui successerit, Polemonem inuenies, **Polemon.** Quære cui Polemon, Xenocratem. Xenocrati autem discipulo Academicam scholam suam reliquit Plato. **Xenocrates** **Plato.** Quantum igitur pertinet ad quæstionem de summo hominis bono, remoue personas hominum, atque ipsam disceptationem constitue, profecto reperies duos errores inter se aduersa fronte collidi, Vnum constituentem in corpore, alium constituentem in animo summum bonum. Ratione autem veritatis, qua summum bonum

Themistocles.

quomodo.

L

M

† pestium.

G bonum nostrum, deus esse intelligitur l vtrique l vestire, sed non prius docentem vera quam praua dedocentem. Id ipsum rursum adiunctis personis constitue, reperies Epicureos & Stoicos inter se acerrime dimicantes. Eorum vero litem conantes diiudicare Platonicos, occultantes sententiam veritatis, & illorum vanam in falsitate fiduciam conuincentes & redarguentes: sed non sicut illi errorum suorum, ita Platonici veritatis rationis personam implere potuerunt. Omnibus enim defuit diuinæ humilitatis exemplum, quod opportunissimo tempore per dominum nostrum Iesum Christum illustratum est: cui vni exemplo in cuiusvis animo ferociter arrogantis, omnis superbia cedit & frangitur & emoritur. Ideoq; non valentes illi autoritate turbas terrenarum rerum delectatione cæcatas ad inuisibilem fidem ducere, cum eas viderent Epicureis maxime contentionibus commoueri, non solum ad hauriendam, quò vltro ferebantur, sed etiam ad defendendam corporis voluptatem, vt in ea summum bonum hominis constitueretur. Eos autem qui aduersus hanc voluptatem, virtutis laude mouerentur, minus difficulter eam contempnari in animis hominum, vnde facta bona, de quibus vtrunque poterant iudicare, procederent: simul videbant si eis conarentur insinuare aliquam rem diuinam, & super omnia incommutabilem, quæ nullo attingeretur corporis sensu, sed sola mente intelligeretur, quæ tamen etiam naturam ipsius mentis excederet, eumq; esse deum propositum animo humano ad fruendum, purgatum ab omni labe humanarum cupiditatum, in quo vno acquiesceret omnis beatitudinis appetitus, & in quo nobis vno bonorum omnium finis esset, non eos intellecturos, sed repugnantibus vel Epicureis vel Stoicis, multo quam sibi facilius palmam daturus: id est vera salubrisq; sententia, quod perniciosissimum est generi humano, imperitorum populorum irrisione sordesceret: & hoc in moralibus. In naturalibus autem questionibus si isti dicerent effectricem omnium naturarum esse incorpoream sapientiam, illi autem à corpore nusquam discederet, cum alij atomis, alij quatuor elementis, in quibus ad efficienda omnia ignis præuuleret, principia rerum darent, quis non videret stultorum abundantiam corpori deditam, cum incorpoream potentiam conditricem rerum nequaquam valeret intueri, in quorum potius suffragium raperetur: Restabat pars rationalium questionum. Nostri enim quicquid propter adipiscendam sapientiam quaeritur, aut de moribus, aut de natura, aut de ratione quaestionem habere. Cum ergo Epicurei nunquam sensus corporis falli dicerent, Stoici autem falli aliquando concederent, vtrique tamen regulam comprehendende veritatis in sensibus ponerent, quis istis contradicentibus audiret Platonicos: Quis non modo in sapientium sed omnino in hominum numero habendos putaret, si ab eis prompte diceretur, non solum esse aliquid quod neque tactu corporis, neque olfactu vel gustatu; neq; his auribus aut oculis percipi possit, neque omnino talium rerum quæ ita sentirentur aliqua imaginatione cogitari: sed id solum vere esse atque id solum posse percipi, quia incommutabile & sempiternum est, percipi autem sola intelligentia qua vna veritas quomodo attingi potest attingitur: Cum ergo talia sentirent Platonici quæ neque docerent carni deditos homines, neque tanta essent, autoritate apud populos, vt credenda persuaderent, donec ad eum habitum perduceretur animus quo ista capiuntur, elegerunt occultare sententiam

suam, & contra eos disserere, qui verum se inuenisse iactarent, cum inuentioem ipsam veri in carnis sensibus poneret: & eorum quidem consilium quale fuerit, quid attinet quaerere: diuinum certe vel diuina aliqua autoritate præditum non fuit. Tantum illud attende, quoniam Plato à Cicerone multis modis apertissime ostenditur in sapientia non humana, sed planè diuina, vnde humana quodammodo accenderetur, in illa vtrique sapientia profus immutabili atque eodem modo semper se habente veritate constituisse, & finem boni & causas rerum & ratiocinandi fiduciam, Oppugnatos autem esse nomine Epicureorum & Stoicorum à Platonici eos, qui in corporis vel in animi natura ponerent & finem boni & causas rerum: & ratiocinandi fiduciam eorum successione temporum esse deuolutam, vt cum Christianæ etiam ætatis exordio, rerum inuisibilem atque æternarum fides per visibilia miracula salubriter prædicaretur hominibus, qui nec videre nec cogitare aliquid præter corpora poterant, beato Apostolo Paulo, qui eandem fidem gentibus præseminabat, iudem ipsi Epicurei & Stoici, in actibus Apostolorum contradixisse inueniatur. Quia in re satis mihi videtur demonstratum esse, errores gentium, siue de moribus, siue de natura rerum, siue de ratione inuestigandæ veritatis, qui quantum essent multi atque multiplices, in his tamen maxime duabus sectis eminebant, expugnantibus doctis & tanta disserendi subtilitate atque copia subuertentibus, durasse tamen vsque in tempora Christiana. Quos iam certe nostra ætate sic obmutuisse conspicimus, vt vix iam in scholis rhetorum commemoretur tantum quæ fuerint illorum sententia, certamina tamen etiam de loquacissimis Græcorum gymnasiis eradicata atque compressa sunt, ita vt si qua nunc erroris secta contra veritatem, hoc est, contra ecclesiam Christi emerferit, nisi nomine cooperta Christiano, ad pugnam proflire non audeat. Ex quo intelligitur ipsos quoque Platonice gentis philosophos, paucis mutatis quæ Christiana improbat disciplina, inuictissimo vni regi Christo, piis ceruices oportere submittere, & intelligere verbum dei homine indutum, qui iussit & creditum est, quod illi vel proferre metuebant. Huic te mi Dioscore vt tota pietate subdas velim, nec aliam tibi ad capeendam & obtinendam veritatem viam munias, quam quæ munita est ab illo, qui gressuum nostrorum tanquam deus videt infirmitatem. Ea est autem prima humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas, & quoties interrogares hoc dicerem, nõ quo alia non sint præcepta quæ dicantur, sed nisi humilitas omnia quæcunque benefacimus & præcesserit & comitetur & cõsecuta fuerit, & proposita quam intueamur, & apposita cui adhareamus, & imposita qua reprimamur, iam nobis de aliquo bono facto gaudentibus, totum extorquet de manu superbia: vitia quippe cætera in peccatis, superbia verò etiam in rectè factis timenda est, ne illa quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur. Itaq; sicut rhetor ille nobilissimus cum interrogatus esset, quid ei primò videretur in eloquentiæ præceptis obseruari oportere, pronunciationem dicitur respondisse: cum quaeretur quid secundo, eandem pronunciationem: quid tertio, nihil aliud quam pronunciationem dixisse. si interrogares, & quotiens interrogares de præceptis Christianæ religionis, nihil me aliud respondere nisi humilitatem liberet, & si forte alia dicere necessitas cogeret. Huic humilitati saluberrimam quã dominus noster Iesus Christus, vt

γνώμη.

»

»

Demosthenes.

nes.

A stus, vt doceret humiliatus est, huic, inquam, maxime aduersatur quædam, vt ita dicam, imperitissima scientia, dum nos scire gaudemus, quid Anaximenes, quid Anaxagoras, quid Pythagoras, quid Democritus senserit, & ceteri huiusmodi, vt docti eruditiq; videamur, cum hoc à vera doctrina & eruditione longe absit. Qui enim didicerit deum non distendi atque diffundi per locos neque finitos neq; infinitos, quasi in aliqua parte maior sit, in aliqua minor, sed totum vbique esse præsentem, sicut veritatem, cuius nemo sobrie dicit partem esse in isto loco, & partem in illo, quoniam veritas vtrique deus est, nequaquam eum mouebit quod de infinito aere sensit, quicunque sensit quod ipse deus esset. Quid ad illum si nesciat quam dicant isti corporis formam, eam quippe dicunt quæ vndique finita sit. Et vtrū refellendi causa tãquam Academicus Anaximeni Cicero obiecerit, formam & pulchritudinem deum habere oportere, quasi corpoream speciem cogitans, quia ille corporeum deum esse dixerat, Aër enim corpus est: an ne ipse sentiebat esse formam & pulchritudinem incorpoream veritati, qua ipse animus informatur, & per quam omnia sapientis facta pulchra esse iudicamus: vt non tantum refellendi gratia, sed etiam verissime dixerit, quod deum pulcherrima specie deceat esse, quia nihil est pulchrius ipsa intelligibili atque incommutabili veritate. Quod autem ait ille gigni aërem, quem tamen deum esse censebat, nullo modo mouet hunc virum, qui intelligit non sicut aër gignitur, id est, aliqua causa vt sit efficitur, cum omnino deus non sit, ita gignitur esse verbum dei, deum apud deum, sed longe alio modo, quem nemo nisi cui ipse deus inspirarit, intelligit. Illum autem etiam in ipsis corporalibus desipere quis non videat, cum aërem gigni dicat, & deum velit, eum autem à quo aër gignitur, non enim à nullo gigni potest, non dicat deum: Cum autem dicitur aër esse semper in motu, nequaquam conturbat hominem, vt propterea illum deum putet, qui nouit omnis corporis motum inferiorem esse, quam est motus animi, Motu autem animi longe pigriorem, quam est motus summæ atque incommutabilis sapientiæ. Item Anaxagoras siue quilibet, si mentem dicit ipsam veritatem atque sapientiam, quid mihi est de verbo cum homine contendere? Manifestum est enim omnium rerum descriptionem & modum de illa fieri, eamq; non incongrue dici infinitam, non per spatia locorum, sed per potentiam quæ cogitatione humana comprehendere non potest. Neque quod informe aliquid sit ipsa sapientia, hoc enim corporum est vt quæcunque infinita fuerint, sint & informia. Cicero autem studio refellendi quantum videtur propter aduersarios corporaliter sentientes, negat infinito aliquid iungi posse, quia ex ea parte qua quicquid adiungitur, necesse est esse in corporibus alique finem. Ideo ait non eum vidisse atq; motum sensui iunctum & continentem, id est, continua copulatione adherentem infinito, id est, infinite rei vllum esse potuisse, quasi de corporibus ageret, quibus nihil iungi, nisi per fines locorum potest. Sic autem addidit. Neq; sensum omnino quo non tota natura pulsa sentiret, quasi ille dixisset mentem illam ordinatricem & moderatricem rerum omnium habere sensum, qualem haberet anima per corpus. Nam manifestum est totam sentire animam, cum per corpus aliquid sentit. Nam totam vtrique non latet, quicquid illud est quod sentitur. Ad hoc autem dixit totam naturam sentire, vt illi quasi auferret, quod ait mentem infinitam. Quomodo enim tota sentit, si

infinita est? Sensus enim corporis ab aliquo loco incipit, nec percurrit totum nisi ad cuius finem peruenit, quod in infinito dici non potest. Sed neque ille de sensu corporis aliquid dixerat. Et aliter dicitur totum quod incorporeum est, quia sine finibus locorum intelligitur, vt & totum & infinitum dici possit: totum propter integritatem, infinitum propter hoc, quia locorum finibus non ambigitur. Deinde inquit: Si mentem ipsam quasi animal aliquid esse voluit, erit aliquid interius ex quo illud animal nominetur, vt mens ista quasi corpus sit, & habeat intus animam vnde animal appelletur. Vide quemadmodum corporali consuetudine loquitur. Quomodo enim solent videri animalia propter sensum grossum, vt opinor eorum contra quos disserit, & tamen dixit rem quæ illos si euigilare possent satis admoneret, omne quod sicut corpus viuum animo occurrit, magis animam habere & esse animal, quam animam esse cogitari oportere. Hoc est enim quod ait: Erit aliquid interius, ex quo illud animal nominetur, sed adiungit: Quid autem interius mente? Non ergo potest mens habere interiorem animam vt sit animal, quia ipsa est interior. Ergo corpus habeat extrinsecus cui sit interior, vt sit animal. Hoc est enim quod ait: Cingatur igitur corpore externo: quasi Anaxagoras dixerit, nisi animalis alicuius esset, mentem esse non posse. Si mentem ipsam solam sapientiam esse sentiebat, quæ nullius quasi animantis propria est, quia omnibus animis se frui valentibus veritas communiter præsto est. Et ideo vide quam vrbane concludat. Quod quoniam non placet, inquit, hoc est non placet Anaxagora, vt illa mens quæ dicit deum, cingatur corpore externo quo animal esse possit, aperta simplexq; mens nulla re adiuncta qua sentire possit, id est, nullo corpore adiuncto per quod sentire possit, fugere intelligentiæ nostræ vim & notionem videtur. Nihil verius, quam fugere hoc vim & notionem intelligentiæ Stoicorum & Epicureorum, qui nisi corporalia cogitare nõ possunt. Quod autem ait: Nostræ humanæ intelligi voluit: & bene non ait fugit, sed fugere videtur. Hoc enim illis videtur, nemine hoc posse intelligere, & ideo nihil tale esse arbitratur. Sed quorundam intelligentiam quantum homini datum est, nõ fugit esse apertam simplicemq; sapientiam atq; veritatem, quæ nullius animantis sit propria, sed qua communiter omnis quæ id potest anima, sapiens & verax efficitur. Quam si sensit esse Anaxagoras, eamq; deum esse vidit mentemq; appellauit, nõ solum nomen Anaxagora, quod propter literatam vetustatem, omnes, vt militanter loquar, literatiores libenter sufflant, nos doctos & sapientes non facit, sed ne ipsa quidem eius cognitio qua id verum esse cognouit. Non enim mihi propterea veritas chara esse debet, quia non latuit Anaxagoram, sed quia veritas est, etiam si nullus eam cognouisset illorum. Si igitur nec eius hominis qui verum forsitan vidit, cognitio nos inflare debet, vt ea quasi docti esse videamur, sed ipsius veri soliditate, qua vere docti esse possumus, quanto minus eorum hominum, qui falsa senserunt, nomina & dogmata, nostram possumus adiuuare doctrinam, & latentia cognita facere: Cum si homines sumus, magis nos contristari deceat, tot & tam nobilitatorum hominum erroribus, si eos audire contigerit, quam hæc propterea studiose quaerere, vt inter eos qui illa nesciunt, iactatione inanissima vtilemur. Quanto enim melius ne audissem quidem nomē Democriti, quam cum dolore cogitarem, nescio quæ suis temporibus magnum putatum, qui deos esse arbitraretur imagines,

† alius erat sum.

Democritus de deo.

† ita vt.

† quod.

G imagines, quae de solidis corporibus fluere, solidasque ipsae non essent, easque haec atque haec motu proprio circumcedendo atque illabendo in animos hominum facere ut vis diuina cogitetur, cum profecto illud corpus unde imago fluere, quanto solidius est, praestantius quoque esse iudicetur. Ideoque fluctuauit eius, sicut isti dicunt mutauitque sententia, ut aliquando naturam quandam de qua fluere imagines, deum esse diceret, qui tamen cogitari non posset, nisi per eas imagines quas fundit ac emittit, id est, quae de illa natura, quam nescio quam corpoream & sempiternam, ac etiam per hoc diuinam putat, quasi vaporis similitudine continua vel emanatione ferrentur, & uenirent atque intrarent in animos nostros ut deum vel deos cogitare possemus. Nullam enim aliam causam cuiuslibet cogitationis nostrae opinantur isti, nisi cum ab his corporibus quae cogitamus, ueniunt atque intrant imagines in animos nostros: quasi non multa ac prope innumerabilia cogitentur incorporabiliter atque intelligibiliter ab eis qui talia cogitare nouerunt, sicut ipsa sapientia & ueritas. Quam si isti non cogitant, miror quomodo de illa utcumque disputent. Si autem cogitant, uellem mihi dicerent, vel de quo corpore, vel qualis in eorum animos ueniat imago ueritatis. Quamquam Democritus etiam hoc distare in naturalibus quaestionibus ab Epicuro dicitur, quod iste sentit inesse concursioni atomorum vim quandam animalem & spiritalem: qua vi eum credo & imagines ipsas diuinitate praeditas dicere, non omnes omnium rerum, sed deorum, & principia mentis esse in uniuersis quibus diuinitatem tribuit, & animantes imagines quae vel prodesse nobis soleant vel nocere. Epicurus uero neque aliquid in principis rerum ponit praeter atomos, id est, corpuscula quadam tam minuta, ut etiam diuidi nequeant, neque sentiri, aut visu, aut tactu possint: quorum corpusculorum concursu fortuito, & mundos innumerabiles, & animantia, & ipsas animas fieri dicit, & deos quos humana forma non in aliquo mundo, sed extra mundos, atque inter mundos constituit: & non uult omnino aliquid praeter corpora cogitare: quae tamen ut cogitet, imagines dicit ab ipsis rebus, quas atomis formari putat defluere, atque in animum introire subtiliores quam sunt illae imagines quae ad oculos ueniunt. Nam & uidentis causam hanc esse dicit, ingentes quaedam imagines, ita ut uisum mundum complectantur extrinsecus. Intelligis autem iam, ut arbitror, quas isti opinentur imagines. Miror non admonuisse Democritum, vel hoc ipso falsa esse quae dicit, quia uenientes tam magnae imagines in tam breuem animum nostrum, si corporeus, ut illi uolunt, tam paruo corpore includitur, tota illum tangere non possunt. A magno enim corpore cum paruum corpus attingitur, a toto simul attingi nullo pacto potest. Quomodo igitur tota simul cogitantur, si intantum cogitantur, in quantum uenientes atque intrantes animum attingunt; quae nec tota intrare possunt per tam paruum corpus, nec tota tam paruum animum attingere? Memento me secundum illos haec dicere: non enim ego talem animum sentio: aut si incorporeum Democritus animum existimat, Epicurus quidem solus ista ratione uergeri potest. Sed etiam ille quare non uidit, non opus esse nec fieri posse, ut incorporeas animas aduentu atque contactu corporearum imaginum cogitet. De visu certe oculorum, ambo pariter redarguuntur, Tam breues enim oculos, tam grandium imaginum corpora tota attingere nullo modo possunt. Cum au-

tem quaeritur ab eis, quare una imago uideatur corporis alicuius, a quo innumerabiliter imagines fluunt, Respondent, eoispo quo frequenter fluunt & transeunt imagines, quasi quadam earum constipatione & densitate fieri, ut ex multis una uideatur. Quam uanitatem Cicero ita refellit, ut eoispo neget aeternum deum eorum posse cogitari, quo innumerabiliter fluentibus & labentibus imaginibus cogitur. Et quoniam innumerabilitate atomorum suppeditante, dicunt fieri formas deorum sempiternas, cum ita discedunt quaedam corpuscula de diuino corpore ut alia succedant, & dissolui illam naturam eadem successione non sinant, Omnia ergo, inquit, aeterna essent, quia nulli deest ista innumerabilitas atomorum, quae perpetuas ruinas subinde suppleat. Deinde quomodo non uereatur iste deus ne intereat, cum sine ulla intermissione pulsatur, agiturque; atomorum incurfione sempiterna? Pulsari enim dicit illud corpus, quod irruentibus atomis feriatur, & agitari quod penetretur. Deinde cum ex ipso imagines de quibus iam satis dictum est, semper affluunt, quomodo potest de immortalitate confidere? In quibus omnibus deliramentis haec opinantium, illud praecipue dolendum est, quod non sufficit enarrari, ut nulla cuiusquam disputatione aduersante respiciatur. Sed acutissimorum hominum ingenia, id etiam negotium susceperunt, ut copiose ista refellerent, quae statim dicta etiam a tardissimis derideri abiectisque debuerunt. Si enim concesseris esse atomos, si concesseris etiam concursu fortuito seipsas pellere & agitare, num & illud eis fas est concedere, ut inter se atomi fortuito concurrentes, rem aliquam ita conficiant, ut eam forma modificent, figura determinent, aequalitate poliant, colore illustrent, anima vegetent; quae omnia nullo modo nisi arte diuinæ providentiæ fieri uidet quisquis magis mente quam oculis amat uidere, idque ab eo expetit a quo factus est. Nam nec ipsas atomos esse ullo modo concedendum est, quod omnia subtilitate quae de diuisione corporum a doctis traditur, uide quam facile secundum ipsorum opinionem possit ostendi. Certe enim ipsi dicunt omnia quae sint naturae, nihil esse aliud quam corpora & inania quaeque his accidunt, quod credo motum & pulsum dicere & consequentes formas. Dicant ergo in quo genere ponant imagines, quas de corporibus solidioribus affluere putant, ipsas minime solidas, ita ut tactu nisi oculorum cum uidemus, & animi cum cogitamus, sentiri non possint, si & ipsa corpora sunt. Nam ita censent, ut exire a corpore & uenire ad oculos vel ad animum possint, quem nihilominus dicunt esse corporeum. Quare utrum etiam ab ipsis atomis affluant imagines? Si affluunt, quomodo iam sunt atomi a quibus aliqua corpora separantur? Si non affluunt, aut potest aliquid sine imaginibus cogitari quod uehementer nolunt, aut unde norunt atomos quas nec cogitare potuerunt? Si iam pudet me ista refellere, cum eos non puduerit ista sentire. Cum uero ausi sint etiam defendere, non iam eorum, sed ipsius generis humani me pudet, cuius aures haec ferre potuerunt. Cum igitur tanto sit caecitas mentium per ingluuiem peccatorum amoremque carnis, ut etiam ista sententiarum portenta doctores contere disputando non potuerint, dubitabis tu Dioscore, uel quicquam uigilanti ingenio praeditus, ullo modo ad sequendam ueritatem melius consuli potuisse generi humano, quam ut homo ab ipsa ueritate susceptus ineffabiliter atque mirabiliter, & ipse in terris personam gerens, recta praecipiendo, & diuina

A diuina faciendo, salubriter credi persuaderet, quod nondum prudenter posset intelligi? Huius nos gloriae sumus, & tu huc te immobiliter atque constanter credere hortamur, per quem factum est, ut non pauci, sed populi etiam qui non possunt ista diiudicare ratione, fide credant, donec salutaribus praecipulis administrati euadant ab his perplexitatibus in auras purissimae atque syncerissimae ueritatis. Cuius auctoritati tanto deuotius obtemperari oportet, quanto uidemus nullum iam errorem se audere extollere, ad congregandas sibi turbas imperitorum, qui non Christiani nominis uelamenta conquirit. Eos autem solos ex ueteribus praeter Christianum nomen in conuentibus suis aliquanto frequentius perdurare, qui scripturas eas tenent, per quas annunciatum esse ipsum dominum Iesum Christum, se intelligere & uidere dissimulat. Porro illi qui cum in ueritate atque communi catholica non sint, Christiano tamen nomine gloriatur, coguntur aduersari creditibus, & audient imperitos quasi ratione traducere, quando maxime cum ista medicina dominus uenerit, ut fidem populis imperaret. Sed hoc facere coguntur, ut dixi, quia iacere se abiectissime sentiunt, si eorum auctoritas cum auctoritate catholica conferatur. Conantur ergo auctoritatem stabilissimam fundatissimae ecclesiae quasi rationis nomine & pollicitatione superare. Omnium enim haereticorum quasi regularis est ista temeritas. Sed ille fidei imperator clementissimus, & per cōuentus celeberrimos populorum atque gentium, sedesque ipsas Apostolorum arce auctoritatis muniuit ecclesiam, & per pauciores pie doctos & uere spirituales uiros copiosissimis apparatibus etiam inuictissima rationis armavit. Verum illa rectissima disciplina est, in arcem fidei quam maxime recipi infirmos, ut pro eis iam tutissime positis, fortissima ratione pugnetur. Platonici uero, qui salforum philosophorum erroribus illo tempore circumlatrantibus, non habentes diuinam personam qua imperarent fidem, sententiam suam tegere quaerendam, quam pollendam proferre maluerunt, cum iam Christi nomen terrenis regnis admirantibus perturbatisque crebresceret, emergere ceperant, ad proferendum atque aperiendum quid Plato sensisset. Tunc Plotini schola Romae floruit, habuitque discipulos multos acutissimos & solertissimos uiros. Sed aliqui eorum magicarum artium curiositate deprauati sunt, aliqui dominum Iesum Christum ipsius ueritatis atque sapientiae incommutabilis quam conabantur attingere cognoscentes gestare personam, in eius militiam transferunt. Itaque totum culmen auctoritatis lumenque rationis in illo uno salutari nomine atque in una eius ecclesia, recreando atque reformando humano generi constitutum est. Haec me tibi diuissime in hac Epistola locutum, & si alia forte tu malles, omnino non poenitet: Probabis enim haec magis quantomagis in ueritate proficies, & tunc probabis consilium meum, quod nunc utilitati studiorum tuorum minus obsecutum putas. Quamquam etiam illis quibus quaestionibus tuis, non solum quibusdam in hac epistola, sed etiam ceteris penes omnibus in ipsis membranis, in quibus eas misisti, ut potui breuiter annotando responderim. In quibus me si parum egisse, aut aliud quam uolebas egisse arbitraris, non recte cogitas mi Dioscore, a quo nunc ista quaesieris. Oratoris autem libros, & quae sunt de oratore, omnes praetermissi. Nescio quis enim nugator mihi esse uisus sum, si ea exponenda persequeretur. Nam de ceteris possem

etiam decenter interrogari, si mihi quisquam res ipsas, non de libris Ciceronis, sed per seipsas tractandas dissoluendasque proferret. In illis autem res ipsae nunc nostrae professioni minus congruunt. Haec autem omnia non facerem, nisi me post aegritudinem in qua eram cum homo tuus uenisset, aliquantum ab Hippone remouerem. Quibus item diebus perturbatione ualitudinis febribusque repetitus sum. Inde factum est ut tardius quam possent, tibi haec mitterentur. Quae quomodo acceperis, rescripta flagito.

Augustinus Dardano respondet ad duas quaestiones, ostendens quomodo deus dicatur alicubi esse, aut non esse, & quomodo Christus non sit ubique, & rursum sit ubique. Epistola. LVII.



Ateor me frater dilectissime Dardane, illustrior mihi in charitate Christi, quam in huius seculi dignitate, literis tuis tardius respondisse quam debui. Cuius rei causas nolum quæreres, ne molestius me feras diutius excusantem, quam pertulisti tardius rescribentem. Cum ergo te malim offensionem meam facile ignoscere, quam de mea defensione iudicare, quaecumque illae causae fuerint, crede nullum tui apud me esse potuisse contemptum. Immo enim uero citissime rescripsissem, si te contempsissem. Nec modo quia tandem aliquando rescripsi, ideo saltem tandem aliquando dignum aliquid te lectore molitus sum, & quod merito possim tuo nomine praenotare. Sed rescribere utcumque iam malui, quam pati & hanc aetatem me huius officij debitor transire. Nec tua me dignitas terruit fecitque cum etantem, cum sit humanitas tua gratior quam illa suspensor. Sed unde te magis amo, hinc difficilius unde sufficiam tantae auiditati religiosi tui amoris inuenio. Huc accessit quos praeter mutuae charitatis flammam, qua fit ut etiam eos quos nunquam uidimus diligamus, dum eos habere quod diligimus credimus, ubi me utique praenouisti, fecisti; ut uerear in me decipi opinionem atque expectationem tuam. Praeter hoc ergo mihi tales quaestiones in tua epistola proposuisti, quae si a quolibet propositae forent, ocio quoque meo quod mihi deest, non paruum negotium faceret. Cum uero abs te proponuntur, cui profunda rimanti solutionis earum superficies nequaquam sat est, & proponuntur occupatissimo aliarumque curarum molibus ualato & obstricto, tuae prudentiae est & beneuolentiae cogitare, quam te placidum habere debeam, vel quod diu non respondi, vel si etiam nunc pro tuae intentionis granditate non respondero. Quare igitur? Mediator dei & hominum homo Christus Iesus, quomodo nunc esse credatur in caelo, cum pendens in ligno, iamque moriturus latroni credenti dixerit: Hodie mecum eris in paradiso. Et hinc fortasse intelligendum dicit paradysum, quasi in aliqua caeli parte compositum, aut quia ubique deus sit, hominem quoque illum qui in deo sit ubique diffusum, ex hoc nimirum intelligi uolens, etiam in paradiso esse potuisse qui ubique sit. Vbi ego quaero uel potius agnosco, quemadmodum accipias hominem Christum, non utique sicut quidam haeretici uerbum dei & carnem, hoc est sine anima humana, ut uerbum esset carni pro anima, uel uerbum dei & animam & carnem, sed sine mente humana, ut uerbum dei esset anima pro mente humana. Non utique sic accipis hominem Christum, sed sicut superius locutus es,

Quaestio. 7.
i. Timoth. 1.

Luce. 23.

Solutio.

G tus es, vbi aisti, Christum omnipotentem deum, ea te ratione credulitatis accipere vt deum non crederes, nisi perfectum etiam hominem credidisses, profecto cum dicis hominem perfectum, totam illic naturam humanam vis intelligi. Non est autem homo perfectus, si vel anima carni, vel animæ ipsi mens humana defuerit. Si ergo secundum hominem quem verbum deus suscepit, putamus dictum esse: Hodie mecum eris in paradiso, non ex his verbis in cælo existimandus est esse paradiso. Neque enim ipso die in cælo futurus erat homo Christus Iesus, sed in inferno secundum animam, in sepulchro autem secundum carnem. Et de carne quidem quod eo die in sepulchro sit posita, manifestissimum est Euangelium. Quod verò illa anima in infernum descenderit, Apostolica doctrina prædicat. Quandoquidem beatus Petrus ad hæc rem testimonium de psalmis adhibet, vbi de ipso prædictum esse demonstrat: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem. Illud de anima dictum est, quia non ibi est derelicta vnde tam cito remeavit: illud de corpore quod in sepulchro corrumpi celeri resurrectione non potuit. Sed in sepulchro paradysum nullus intelligit. Et si quisquam esset ita absurdus, vt hoc sapere conaretur, eo quod illud sepulchrū in horto erat, certe hinc ab ista opinione reuocaretur, quod ille cui dictum est: Hodie mecum eris in paradiso, non illo die fuit cū Christo in illo sepulchro: nec eius fidei pro magno munere offerretur sepultura carnis, nihil gaudij vel doloris in morte sentientis, cum ille de requie vbi sensus est, cogitaret. Restat igitur vt si secundum hominem dictum est: Hodie mecum eris in paradiso, in inferno intelligatur esse paradysus, vbi erat eo die futurus secundum humanam animam Christus. Vtrū autem sinus ille Abraæ vbi diues impius cum in tormentis esset inferni, requiescentem pauperem vidit, vel paradysi censendus vocabulo, vel ad inferos pertinere existimandus sit, non facile dixerim. De illo quippe diuere legimus dictum esse: Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno: Et cum apud inferos in tormentis esset. In pauperis autem morte vel requie non sunt inferi nominati: Sed contigit, inquit, mori inopem illum & auferri ab angelis in sinū Abraæ. Deinde ardenti diuiti dicit Abram: Inter nos & vos chaos magnum firmatum est, tanquam inter inferos sedesque beatorum. Non enim facile alicubi scripturarum inferorum nomen positum inuenitur in bono. Vnde etiam quæri solet, si non nisi pœnalia rectè intelliguntur inferna, quomodo animam domini Christi pie credamus fuisse in inferno: Sed bene respondetur, ideo descendisse, vt quibus oportuit subueniret. Vnde beatus Petrus eum dicit soluisse dolores inferni, in quibus impossibile erat teneri eum. Porro si vtraque regio & dolentium & requiescentium, id est, & vbi diues ille torquebatur, & vbi pauper ille lætabatur, in inferno esse credenda est, quis audeat dicere Dominum Iesum ad pœnales inferni partes venisse tantummodo, nec fuisse apud eos qui in Abraæ sinu requiescunt: vbi si fuit, ipse est intelligendus paradysus, quem latronis animæ illo die dignatus est polliceri. Quæ si ita sunt, generale paradysi nomen est, vbi feliciter viuunt. Neque enim quia paradysus est appellatus vbi Adam fuit ante peccatum, propterea scriptura prohibita est etiam ecclesiam vocare paradysum cum fructu pomorum. Est autem sensus multo expe-

Acto. 2.

Psalm. 15.

Luce. 16. Aliter distinguit Greci.

Abraam in inferno.

Acto. 2.

ditior, & ab his omnibus ambiguitatibus liber, si non secundum id quod homo erat, sed secundum id quod deus erat. Christus dixisse accipiatur: Hodie mecum eris in paradiso. Homo quippe Christus illo die secundum carnem in sepulchro, secundum animam in inferno futurus erat, deus verò idem ipse Christus vbi que semper est. Est enim lux quæ lucet etiam in tenebris, quauis eam tenebræ non comprehendant. Est virtus & sapientia dei, de qua scriptum est, quod attingat à fine vsque ad finem fortiter, & disponat omnia suauiter, & attingat vbi que propter suam munditiam, & nihil inquinatum in eam incurrat. Vbiunque ergo sit paradysus, quisquis beatorum ibi est, cum illo ibi est qui vbi que est. Cum enim sit Christus deus & homo, deus vtique vnde dicit, Ego & pater vnus sumus, homo autem vnde dicit, Pater maior me est, idemque filius dei vnigenitus à patre, & filius hominis ex semine Dauid secundum carnem, vtrunque in illo obseruandum est cum loquitur, vel cum de illo scriptura loquitur, & quid secundum quid dicatur intueendum. Nā sicut vnus homo est anima rationalis & caro, sic & vnus Christus est verbum & homo. Proinde quod ad verbum attinet, creator est Christus, Omnia enim per ipsum facta sunt. Quod verò ad hominem, creatura est Christus. Factus est enim ex semine Dauid secundum carnem, & in similitudinem hominum factus. Item quia in homine duo sunt, anima & caro: secundum animam tristis fuit vsque ad mortem, secundum carnem passus est mortem. Nec tamen cum filium dei Christum dicimus, hominē separamus, aut cum eundem Christum filium hominis dicimus, separamus deum. Secundum hominem namque in terra erat, non in cælo vbi nunc est, quando dicebat, Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis qui est in cælo: quauis secundum id quod filius dei erat, esset in cælo, secundum id verò quod filius hominis erat, adhucesset in terra, nondumque ascendisset in cælum. Similiter cū secundum id, quod filius dei est sit dominus gloriæ, secundum id autē quod est filius hominis crucifixus sit, ait tamen Apostolus: Si enim cognouissent, nunquā dominum gloriæ crucifixissent. Ac per hoc & filius hominis secundum deum erat in cælo, & filius dei secundum hominem crucifigebatur in terra. Sicut ergo potuit rectè dici, dominus gloriæ crucifixus, cum ad solā carnem illa passio pertineret, ita rectè dici potuit, Hodie mecum eris in paradiso: cum iuxta humanam humilitatem, per carnem in sepulchro, per animā in inferno illo die futurus esset, iuxta diuinam verò immutabilitatem nunquā de paradiso, quia vbi que est semper, recessisset. Noli itaque dubitare ibi nunc esse hominem Christum Iesum, vnde venturus est, memoriterque recole & fideliter tene Christianam confessionem, quoniam resurrexit à mortuis, ascendit in cælum, sedet ad dexteram patris, nec aliunde quàm inde venturus est ad viuos mortuosque iudicandos. Et sic venturus est illa angelica voce testante, quemadmodum ire visus est in cælum, id est in eadem carnis forma atque substantia, cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Secundum hanc formā non est putandus vbi que diffusus. Cauēdum est enim, ne ita diuinitatē adstruamus hominis, vt veritatē corporis auferamus. Non est autem cōsequens, vt quod in deo est, ita sit vbi que: vt deus. Nam & de nobis verissima scriptura dicit, quod in illo viuimus, mouemur & sumus, nec tamen sicut ille vbi que sumus, sed aliter homo ille in deo, quoniam aliter & deus

K
3. sent. dist. 22. c. Hic queritur.

Christus vbi que. Iohan. 1. Sapi. 8. Sapi. 7.

Ioan. 10. Ioan. 14.

L
Ioan. 1. Ro. 1. Christus quomodo creatura.

Secundum hominem pro eo quod est secundum humanam naturam. Ioan. 3.

1. Cor. 2.

M

Christus nō vbi que.

Acto. 17.

A deus ille in homine proprio quodam & singulari modo. Vna enim persona deus & homo est, & vtrunque est vnus Christus Iesus, vbi que per id quod deus est, in cælo autem per id quod homo. Quāquam & in eo ipso quod dicitur deus vbi que diffusus, carnali resistentem est cogitationi, & mens à corporis sensibus auocanda, ne quasi spatiosa magnitudine opinemur deum per cūcta diffundi, sicut humus, aut humor, aut aër, aut lux ista diffunditur: omnis enim huiusmodi magnitudo minor est in sui parte quàm in toto, sed ita potius sicuti est magna sapientia etiam in homine cuius corpus est paruum. Et si duo sint sapientes, quorum sit alter corpore grandior, neuter sapientior, non est illa in maiore maior, minor in minore, aut minor in vno quàm in duobus, sed tanta in hoc quanta in illo, & tāta in vno quōque quanta in vtroque. Neque enim si æqualiter sunt omnino sapientes, plus sapiunt ambo quàm singuli, quemadmodum si æqualiter sint immortales, nō plus viuūt lāmbol quàm singuli. Ipsa denique immortalitas corporis, quæ in Christi carne præcessit, nobis que in fine futura promittitur, cū magna sit res, nō est profecto mole magna. Sed licet corporaliter habeatur, incorporea quædā excellentia est. Nam cum ipsum immortale corpus minus sit in parte quàm in toto, immortalitas eius tam plena est in parte quàm in toto: & cum sint aliis alia maiora, non tamen aliis alia immortalia sunt membra. Sicut nunc quādo ex omni parte sani sumus secundum modum præsentis in corpore sanitatis, nō quia maior est manus tota quàm digitus, ideo manus totius sanitatem maiorem dicimus esse quàm digiti: sed in illis in æqualibus æqualis est ipsa, quando ita breuiora grandioribus comparantur, vt quod tam magnum esse non potest, quàm est aliud, possit tamen esse tam sanum. Esset autem maior sanitas in maioribus membris, si essent maiora saniora. Cum verò nō est ita, sed maiora atque minora tam sana sunt, dispar est profecto in membrorum molibus quantitas, sed par est in disparibus sanitas. Cum ergo sit corpus aliqua substantia, quantitas eius est in magnitudine molis eius: sanitas verò eius non quantitas, sed qualitas eius est. Non ergo potuit obtinere quantitas corporis, quod potuit qualitas. Nam ita distantibus partibus quæ simul esse non possunt, quoniam sua quæque spatia locorum tenent, minores minora, & maiora maiores, nō potuit esse in singulis quibusque partibus tota vel tanta, sed amplior est quantitas in amplioribus partibus, breuior in breuioribus, & in nulla parte tanta quanta per totum. Qualitas verò corporis quæ sanitas dicitur, cum sanum corpus est totum, tanta est in maioribus, quanta in minoribus partibus. Non enim quæ minus magnæ sunt, ideo minus sanæ sunt, aut quæ ampliores, ideo saniores. Absit ergo, vt quod potest in corpore qualitas creati corporis, non possit in seipsa substantia creatoris. Est ergo deus per cūcta diffusus. Ipse quippe ait per prophetam: Cælum & terram ego impleo. Et quod paulo ante posui de sapientia eius: Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Itemque scriptum est. Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Eique dicitur in quodam psalmo: Quò abibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Si ascendero in cælum, tu ibi es: si descendero ad infernum, ades: quia substantialiter deus vbi que diffusus. Sed sic est deus per cūcta diffusus, vt non sit qualitas mundi: sed substantia creatrix mundi, sine labore regens, & sine onere continens Tomus secundus.

1. sen. dist. 37. fatca-mur.

Hierc. 23. Sap. 8.

Sap. 1.

Psalm. 38.

mundum. Non tamen per spatia locorum, quasi mole diffusa, ita vt in dimidio mundi corpore sit dimidius, & in alio dimidio dimidius: atque ita per totum totus, sed in solo cælo totus, & in sola terra totus, & in cælo & in terra totus solus: & nullo contentus loco, sed in seipso vbi que totus. Ita pater, ita filius, ita spiritus sanctus, ita trinitas vnus deus. Neque enim mundum inter se in tres partes diuiserunt, quas singulas singuli impleant, quasi non haberet vbi esset filius, aut spiritus sanctus in mundo, si totum occupasset pater. Non ita se habet vera, incorporea, immutabilisque diuinitas. Nō enim corpora sunt, quorum amplior sit in tribus quàm in singulis magnitudo: nec loca suis molibus tenent, vt distantibus spatiis simul esse non possint. Si enim anima in corpore constituta, non solum nullas angustias, verumetiam quandam latitudinem inuenit: non corporalium locorum, sed spiritualium gaudiorum, cum sit quod ait Apostolus, Nescitis quoniam corpora vestra templum in vobis spiritus sancti est, quem habetis à deo: nec dici nisi stultissime potest, non habere locum in nostro corpore spiritum sanctum, quod totum nostra anima impleuerit: quanto stultius dicitur illis angustias impediri alicubi trinitatem, vt pater & filius & spiritus sanctus, vbi que simul esse non possint? Verum illud est multo mirabilius, quod cum deus vbi que sit totus, non tamen in omnibus habitat. Non enim omnibus dici potest, quod ait Apostolus, vel quod iam dixi, vel etiam illud: Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Vnde e contrario de quibusdam idem dicit: Quisquis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Quis porro audeat opinari, nisi quisque inseparabilitatem penitus trinitatis ignorat, quod in aliquo habitare possit pater aut filius, in quo non habitat spiritus sanctus: aut in aliquo spiritus sanctus, in quo non & pater & filius? Vnde fatendum est vbi que esse deum per diuinitatis præsentiam, sed nō vbi que per habitationis gratiam. Propter hanc enim habitationem, vbi proculdubio gratia dilectionis eius agnoscitur, non dicimus, Pater noster qui es vbi que: cum & hoc verum sit: sed, Pater noster qui es in cælis: vt templum eius potius in oratione commemoremus, quod & nos ipsi esse debemus: & in quantum sumus, tantum ad eius societatem & adoptionis familiam pertinemus. Si enim populus dei nondum factus æqualis angelis eius adhuc in ista peregrinatione dicitur templum eius, quātomagis est templum eius in cælis vbi est populus angelorum, quibus aggregandi & coæquandi sumus, cum finita peregrinatione quod promissum est sumperimus? Cū igitur qui vbi que est non in omnibus habitat, etiam in quibus habitat non æqualiter habitat. Nam vnde est illud quod Helisæus poposcit, vt dupliciter in eo fieret spiritus dei, qui erat in Helisæo. Et vnde in omnibus sanctis sunt alij aliis sanctiores, nisi abundantius habendo habitatorem deum? Quomodo ergo verum supra diximus, quod deus vbi que sit totus, quando in aliis est amplius, in aliis minus? Sed non est negligenter intueendum quod diximus, in seipso esse vbi que totum. Non ergo in eis, quia alij plus eum capiunt, alij minus. Ideo enim vbi que esse dicitur, quia nulli parti rerum absens est. Ideo totus, quia non parti rerum partem suam præsentem præbet, & alteri parti alteram partem, æquales æqualibus, minori verò minorem, maiori que maiorem, sed non solum vniuersi-

D
1. sen. dist. 37. fatca-mur.

1. Cor. 6.

1. sen. dist. 37. sciendum.

E
Deus quomodo alicubi non est.

Rom. 8.

Math. 6.

4. Reg. 2.

G tati creatura, verum etiam cuilibet parti eius totus pariter adest. Hijs ab eo longe esse dicuntur, qui peccando dissimillimi facti sunt: & hi ei propinquare, qui eius similitudinem pie viuendo recipiunt. Sicut recte dicuntur oculi tanto esse ab hac luce longius, quanto fuerint caeciores. Quid enim tam longe est a luce quam caecitas, etiam si lux praesto sit, atque oculos perfundat extinctos? Propinquare autem luci merito perhibentur oculi, qui sanitatis accessu aciem recipiendo lucem recipiunt. Porro autem quod parum distinetur putauimus posse intelligi, cum diceremus deum esse vique totum, nisi adderemus in seipso, video diligentius exponendum. Quomodo enim vique, si in seipso? Vbi que scilicet, quia nusquam est absens. In seipso autem, quia non continetur ab eis quibus est praesens tanquam sine eis esse non possit. Nam spatia locorum tolle corporibus, nusquam erunt: & quia nusquam erunt, nec erunt. Tolle ipsa corpora qualitatibus corporum, non erit vbi sint: & ideo necesse est ut non sint. Etenim cum per totam suam molem corpus aequaliter sanum est, aut aequaliter candidum, non est in vna quam in alia parte eius sanitas maior, aut candor, nec maior in toto quam in parte eius: quia non sanius aut candidius totum constat esse quam partem. Si autem inaequaliter sit sanum aut inaequaliter candidum, fieri potest ut in minore parte sit sanitas maior aut candor, cum minora quam maiora saniora vel candidiora sunt membra: vique adeo non mole constat quod in qualitatibus magnum dicitur esse vel paruum, Veruntamen si moles ipsa corporis, quantacunque vel quantalacunque sit, penitus auferatur, qualitates eius non erit vbi sint, quantum non mole metienda sint. At vero deus non si minus capitur ab illo cui praesens est, ideo ipse minor est. Totus enim in seipso est, nec in quibus est, ita est ut indigeat eis, tanquam non possit esse nisi in eis. Sicut autem nec ab illo abest in quo non habitat, & totus adest quantum eum ille non habeat: ita & illi in quo habitat, totus est praesens, quantum eum non ex toto capiat. Neque enim ad habitandum diuidit se per hominum corda seu corpora, aliam sui partem huic tribuens, illi aliam, sicut lux ista per aditus & per fenestras domorum: sed potius si quemlibet sonum cum corporea res sic ac transitoria surdus non capit, surdaster non totum capit, atque in iis qui audiunt cum pariter ei propinquant, tantomagis alius alio capit, quanto est acutioris, tanto autem minus, quanto est obtusioris auditus, cum ille non varie magis minus insonet, sed in eo loco in quo sunt, omnibus aequaliter praesto sit: quanto excellentius deus natura incorporea & immutabiliter viua, qui non sicut sonus per moras temporum tendi & diuidi potest, nec spatium aereo tanquam loco suo indiget, vbi praesentibus praesto sit, sed aeterna stabilitate in seipso manens, totus adest rebus omnibus potest, & singulis totus: quantum in quibus habitat, habeant eum pro sua capacitatis diuersitate, alij amplius, alij minus, quos ipse sibi dilectissimum templum gratia suae bonitatis aedificat: Et donationum quidem dictae sunt diuisiones tanquam per partes & membra vnius corporis, vbi & simul omnes vnum templum, & singuli singula templa sumus, quia non est deus in omnibus quam in singulis maior. Et fit plerumque ut plures eum minus capiant, vnus amplius: Sed cum dixisset Apostolus, Diuisiones autem donationum sunt, continuo subiicit: Idem autem spiritus. Item cum ipsas donationum di-

uisiones commemorasset, Omnia autem haec, inquit, K operatur vnus atque idem spiritus, diuidens propria vnique prout vult. Diuidens ergo non ipse diuisus, quia ipse vnus atque idem. Illa vero diuisiones dictae sunt, sicut membrorum in corpore: quia non idem valent aures quod oculi, atque ita membra caetera diuersis officiis concorditer distributa: quae tamen cum sani sumus, vna neque diuersa, nec alibi maiore, alibi minore, sed cum sint ipsa disparia communi & parili salute congaudent. Huius corporis caput est Christus, huius corporis vnitas nostrum sacrificio commendatur. Quod breuiter significauit Apostolus dicens: Vnus panis vnum corpus multi sumus. Per caput nostrum reconciliamur deo, quia in illo est diuinitas vni geniti facta particeps mortalitatis nostrae, ut & nos participes eius immortalitatis essemus. Hoc sacramentum longe est a cordibus sapientium superbiorum, & ideo non Christianorum, ac per hoc nec vere sapientium. Illorum etiam dico sapientium, qui cognouerunt deum, quia cognoscentes deum, sicut dicit Apostolus, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt. Nostri autem in quo sacrificio dicitur, Gratias agamus domino deo nostro. A cuius sacrificij humilitate longe abest typhus & cothurnus illorum. Et ideo multum mirabilis res est, quemadmodum quorundam nondum cognoscentium deum sit inhabitator deus, & quorundam cognoscentium non sit. Nec illi enim ad templum dei pertinent, qui cognoscentes deum non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: & ad templum dei pertinent paruuli sanctificati sacramento Christi, regenerati spiritu sancto, qui certe regenerati per aetatem nondum possunt cognoscere deum. Vnde quem potuerunt illi nosse nec habere, isti potuerunt habere antequam nosse. Beatissimi autem sunt quibus hoc est deum habere quod nosse. Ipsa quippe notitia plenissima, verissima, felicissima est. Hinc iam oportet etiam illam quam post epistolam tuam subscriptionem addidisti, pertractare quaestionem, Si adhuc ignorant paruuli deum, quomodo Ioannes etiam antequam nasceretur, ad aduentum & praesentiam matris domini, in suae matris vtero potuit exultare: Cum enim commemorasses te legisse librum meum de baptismo paruulorum: addidisti & ista, de praegnantibus quid sentias opto cognoscere, cum credulitatis fidem pro puero mater Ioannis Baptistae responderit. Haec sunt certe verba Helizabet matris Ioannis: Beata tu inter mulieres, & beatus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, ut veniat mater domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Hoc autem ut diceret, sicut Euangelista praelocutus est, repleta est spiritu sancto, quo proculdubio reuelante cognouit quid illa exultatio significasset infantis, id est illius venisse matrem, cuius praecursor ipse & demonstrator esset futurus. Potuit ergo esse ista significatio rei tantae a maioribus cognoscendae, non a paruulo cognitae. Nam neque cum hoc ante in Euangelio narraretur dictum est, credidit infans in vtero eius, sed exultauit. Neque ipsa dixit, exultauit in fide infans in vtero meo, sed exultauit in gaudio. Videmus autem exultationem non solum paruulorum, sed etiam pecorum, non vti que de aliqua fide vel religione, vel quacunque rationali cognitione venientem. Sed haec plane inusitata & noua extitit, quia in vtero, & ad eius aduentum, quae hominum saluatorem fuerat paritura. Ideo mira, ideo in magnis

A in magnis signis deputanda. Ideo haec exultatio, & tanquam matri domini reddita resalutatione, sicut solent miracula fieri, facta est diuinitus in infante, non humanitus ab infante. Quamquam etiam si usque adeo est in illo puero acceleratus usus rationis & voluntatis, ut intra viscera materna iam posset agnoscere, credere, consentire, quod in alijs paruulis aetas expectatur ut possint, etiam hoc in miraculis habendum diuinae potentiae, non ad humanam trahendum est exemplar naturae. Nam quando deus voluit, etiam inuictum mutum rationaliter est locutum: Nec ideo sunt admoniti homines in deliberationibus suis, etiam a minima expectare consilia. Quocirca nec quod factum est in Ioanne conuenienter, nec inde regulam quid sentiendum sit de paruulis figo. Immo id in illo propterea mirabiliter praedico, quia in alijs non inuenio. Habet quidem aliquid simile etiam illa in Rebecca vtero lucta geminorum. Verum & hoc usque adeo prodigium fuit, ut diuinum propterea mulier oraculum quaereret, & audiret duobus illis infantibus, duos populos fuisse figuratos. Scire autem diuina paruulos qui nec humana adhuc nouerint, si verbis velimus ostendere, vereor ne ipsis sensibus nostris facere videamur iniuriam, quando id loquendo suademus, vbi omnes vires officiumque sermonis facillime superat euidentia veritatis. An non videmus etiam cum articulatae vocis qualiacunque signa audere coeperint, atque ad initium fandi transire ab infantia, adhuc eos talia sentire ac dicere, in quibus si remansissent, annisque accedebimus tales esse persisterent, nullus eos vel fatuus, nimium fatuus esse dubitaret? Nisi forte id res velat, ut in vagitu infantiae, vel in ipso adhuc vteri silentio credamus paruulos fuisse sapientes, postea vero quam nobiscum coeperunt loqui, ad hanc ignorantiam quam ridemus crescendo venisse. Quod opinari, vides quam sit absurdum, cum puerorum sensus in qualiacunque verba prorumpens, qui certe ad ea quae maiores sapiunt penes nullus est, tamen comparatus illi in quo nascuntur intelligentia dici potest. Vnde autem in ipso tanto salutis praesidio, quando eis Christiana gratia subuenitur, quod vocibus quibus possunt & motibus relictantur, non eis imputatur, atque omnis renisus ipsorum nihili penditur, donec in eis sacramenta peragantur, quibus id quod de originali damnatione tractum est expietur, nisi quia in tantum nesciunt quid faciunt, ut nec facere iudicentur? Porro si iam vterentur rationis & voluntatis arbitrio, quo illi sanctificationi adhiberi deberet assensus, quantum mali esset resistere tantae gratiae, quamque non solum nihil prodesset quod fieret, verum etiam inde reatus accresceret, quis Christianus ignoret? Dicimus ergo in baptizatis paruulis, quantum id nesciant, habitare spiritum sanctum. Sic enim eum nesciunt quantum sit in eis, quemadmodum nesciunt & mentem suam: cuius in eis ratio qua uti nondum possunt, velut quaedam scintilla sopita est, excitanda aetatis accessu. Neque hoc in paruulis mirum debet videri, cum Apostolus quibusdam etiam maioribus dicat: Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? De qualibus paulo ante dixerat: Animalis autem homo non percipit ea quae sunt spiritus dei: quos etiam paruulos vocat, non carnis gratie, sed mentis. Non itaque percipiebant cognitione spiritum sanctum qui habitabat in eis, & habitate in se spiritum sancto, adhuc animales nondum spirituales erant, quia nondum poterant inhabitatorem suum spiritum cognitione percipere. Habitare autem ideo & in tali-

bus dicitur, quia in eis occulte agit, ut sint templum D eius, idque in proficientibus & proficiendo per seuerantibus perficit. Spe enim salui facti sumus, sicut Apostolus dicit, cum alio loco dicat: Saluos nos fecit per lacuum regenerationis. Cum ergo hic dicat, saluos nos fecit: tanquam salus ipsa iam data sit, quemadmodum intelligendum sit, illic exponit, vbi ait: Spe enim salui facti sumus. Spes autem quae videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Multa itaque dicuntur in scripturis tanquam facta sint, cum in spe adhuc esse intelligantur. Vnde est & illud quod do minus discipulis ait: Omnia quae audivi a patre meo, nota feci vobis. Quod usque adeo secundum spem dictum est futurorum, ut eis postmodum dicat: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modo. Agit ergo in quibus mortalibus adhuc habitat, ipsam aedificationem habitaculi sui, quam non in ista, sed in alia post hanc vitam perficit, quando absorbebitur mors in victoria, diceturque illi: Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Quid est autem mortis aculeus nisi peccatum? Propter quod nunc etiam renati ex aqua & spiritu, omnibusque peccatis sine originis ex Ada, in quo omnes peccauerunt, sine factorum, dictorum, cogitationumque nostrarum, in illius lacu mundatione deletis, tamen quia manemus in hac vita humana, quae tentatio est super terram, merito dicimus: Dimitte nobis debita nostra. Et hanc orationem dicit vniuersa ecclesia, quam mundat Saluator lacu aquae in verbo, ut eam sibi exhibeat gloriosam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiusmodi. Tunc vti que scimus perficitur in re, vbi nunc proficiendo ambulatur in spe. Nam quomodo est nunc non habens maculam, aut rugam, aut aliquid eiusmodi, quae vel in omnibus ad eam pertinentibus hominibus, qui iam ratione mentis vtuntur, & voluntatis arbitrio, mortalisque carnis sarcinam portant, vel certe quod etiam ipsos contentiosos necesse est fateri, in multis suis membris veraciter dicit: Dimitte nobis debita nostra: Cum itaque proficientes in quibus mortalibus habitat dum de die in diem renouantur, magis magisque iustificet, exaudiat orantes, mundet confidentes, ut exhibeat sibi templum immaculatum in aeternum, merito dicitur non habitare in eis qui cognoscentes deum, non sicut deum glorificauerunt, vel gratias egerunt. Colendo enim & seruendo creatura potius quam creatori, non vnus veri dei templum se esse vulerunt: Atque ita dum volunt eum habere cum multis, facilius effecerunt ut eum non haberent, quam ut diis multis, falsisue miscerent. Et merito dicitur habitare in eis, quos secundum propositum vocatos, iustificandos glorificandosque suscepit, etiam antequam incorpoream quae vbi que tota est valeant eius nosse naturam, quantum nosci ex parte per speculum & in aenigmate ab homine in hac vita cum plurimum profecerit potest. Sunt enim in quibus habitat, multi tales, quibus dicit Apostolus: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi non escam. Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. His quippe etiam illud dicit: Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Hos tales si etiam antequam perueniant ad spiritalem mentis aetatem, vbi non lacte alantur, sed solido cibo, dies vitae huius extremus inuenit, perficit in eis habitare

salus, acie recipiendo proficiunt.

1.1.33. q. 42.

1.1.1. dist. 37 ne autem.

1.1.1. Cor. 12.

1. Cor. 10.

Rom. 11.

Secunda quaestio.

Solutio. Luc. 11.

4. fen. dist. 6. cap. illud.

Num. 22. Super Gen. ad literam. 11. capite. 29.

Gene. 25.

Nescire

taures

1.1.1. Cor. 6. 1.1.1. Cor. 2.

Roma. 8. Titum. 3.

Facta qua sperantur.

Ioan. 15.

Ioan. 16.

1. Cor. 15.

E

Math. 6. Eph. 5.

F

Rom. 11.

1.1.1. Cor. 3.

1.1.1. Cor. 6.

Gtator illorum, quicquid hic intelligētiae minus habuerunt: quoniam & ab unitate corporis Christi, qui nobis via factus est, & à templi dei societate non recesserunt. Vnde ut non recedant, regulam fidei pusillis magnisq; communem in ecclesia perseveranter tenent, & in quod pervenerunt in eo ambulant, donec eis deus reuellet, si quid aliter sapiunt, cogitationes suas carnales non dogmatizant: quia non obdurant contentiosis defensionibus immanendo, sed quodammodo ambulando, id est proficiendo defudant, intelligētiae perspicuitatem impetrantes per fidei pietatem. Quae cum ita sint, duo ista quae in vno sunt homine, nasci & renasci, ad duos homines pertinet. Vnum ad illum primum Adam, alterum ad secundum qui dicitur Christus. Sed non prius, ait Apostolus, quod spiritale est, sed quod animale postea spiritale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis. Qualis terrenus tales & terreni, & qualis caelestis tales & caelestes. Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius qui de caelo est. Item dicit: Per vnum hominem mors, & per vnum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. Omnes & omnes ideo dixit: quia in mortem nemo nisi per illum, in vitam nemo nisi per istum. In primo patuit quod hominis arbitrium valeret ad mortem, in secundo autē quod dei adiutorium valeret ad vitam. Denique primus homo non nisi homo, secundus verò deus & homo. Peccatum enim factum est relicto deo, iustitia non fit sine deo: ac per hoc nec moremur nisi per carnalem propaginem de membris illius veniremus, nec viveremus, nisi per spiritalem connexionem membra huius essemus. Ideo nobis opus fuit nasci & renasci. Illi autem propter nos tantummodo nasci. Nos enim à peccato ad iustitiam renascendo transimus, ille autem à nullo peccato ad iustitiam transitum fecit: sed in eo quod baptizatus est, nostrae regenerationis sacramentum, sua humilitate altius commendavit: Veterem tamen hominem nostrum passione, novum autem resurrectione significans. Inobedientia namque concupiscentiae quae habitat in carne mortali, quae fit per eadem membra etiam prae voluntatis moueantur arbitrium, ad eum modum redigitur iustitia coniugali, ut licite copulatis parentibus generentur, quibus sit necessarium regenerari. Non tamen per huiusmodi cōuenientiam maris & feminae venire voluit carnem suam Christus, sed de virgine nihil tale in eius conceptu concupiscente, similitudinem carnis peccati sumpsit ille pro nobis, quae caro peccati mundaretur in nobis. Sicut enim per vnus delictum, ait Apostolus, in omnes homines ad cōdemnationem, ita per vnus iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitae. Nemo enim nascitur nisi operante concupiscentia carnali, quae tracta est ex primo homine qui est Adam: & nemo renascitur nisi operante gratia spiritali, quae data est per secundum hominem qui est Christus. Quae propter si ad illum nascendo pertinemus, ad hunc renascendo, nec renasci quisquam potest antequam natus sit, profecto ille singulariter natus est, cui renasci non opus fuit: quia non ex peccato in quo nunquam fuit, transitum fecit, neque in iniquitate conceptus est, aut eum in delictis mater eius in vtero aluit: quia spiritus sanctus superuenit in eam, & virtus altissimi obumbravit eam: vnde quod natum est ex ea sanctū vocatur filius dei. Nuptiarum enim bonum non extin-

quit, sed modificat inobedientium membrorum malum, ut limitata quodammodo concupiscentia carnalis, fiat saltem pudicitia coniugalis. Virgo autem Maria cui dictum est: Et virtus altissimi obumbrabit tibi, in sanctam concipiendo prolem, sub tali umbraculo nullo ardore concupiscentiae huius aestuavit. Hoc ergo excepto lapide angulari, non video quomodo aedificetur homines in domum dei ad habendum in se inhabitantem deum, nisi cum fuerint renati, quod non possunt esse antequam nati. Quamlibet itaque sententiam de praegnantibus, immo de hominibus habeamus adhuc intra materna viscera constitutis, utrum existimemus eos nec ne donari posse aliquo sanctificationis modo: Vel propter Ioannem, qui nondum in hanc aetatem lucem, tamen exultavit in gaudio, quod utique nisi operatione spiritus sancti fieri potuisset quis credat? Vel propter Hieremiam cui dominus dicit: Priusquam exires de vulua, sanctificavi te: Tamen illa sanctificatio qua efficitur, & singuli tepla dei, & in vnum omnes templum dei, non est nisi renatorum, quod nisi nati homines esse non possunt. Nullus autem vitam in qua natus est bene finiet, nisi renatus antequam finiat. Quod si quisquam dicit iam esse natum hominem, etiam cum adhuc est in vtero matris, testimoniumq; adhibet ex Euangelio, quia dictum est ad Ioseph de praegnante virgine domini matre: Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Nunquid nam huic natiuitati aeditur secunda natiuitas? Alioquin non erit iam secunda, sed tertia. Dominus autem cum hinc loqueretur: Nisi quis, inquit, renatus fuerit de novo, eam scilicet computans primam natiuitatem, quae fit matre pariente, non concipiente atque praegnante, quae fit ex ea, non quae fit in ea. Neque enim renatum dicimus hominem quem mater peperit, tamen iterum natus sit, qui iam semel natus fuerat in vtero. Sed illa natiuitate non computata quae grauidam facit, natus dicitur homo partu, ut possit renasci ex aqua & spiritu. Secundum quam ex matre natiuitatem, etiam ipse dominus in Bethleem Iude dicitur natus. Si igitur homo regenerari per gratiam spiritus in vtero potest, quoniam restat illi adhuc nasci, renascitur ergo antequam nascitur, quod fieri nullo modo potest. Proinde in compagem corporis Christi tanquam in viam structuram templi dei quae est eius ecclesia, nati homines non ex operibus iustitiae quae fecerunt, sed renascendo per gratiam transferuntur, tanquam de massa ruinae ad aedificij firmamentum. Praeter hoc enim aedificium, quod beatificandum constructur ad aeternam habitationem dei, vita hominis omnis infelix, & mors est potius appellanda quam vita. Quisquis ergo inhabitabitur à deo, ne ira dei maneat super eum, ab hoc corpore, ab hoc templo, ab hac ciuitate non erit alienus. Omnis autem non renatus alienus est. Sacramentum porro regenerationis nostrae manifestum esse voluit, manifestatus mediator. Erat autem antiquis iustis aliquod occultum, cum tamen & illi eadem fide salui fierent, quae fuerat suo tempore reuelanda. Non enim audemus fideles temporis nostri praefere amicis dei per quos nobis ista prophetata sunt, cum deum Abraham, & deum Isaac, & deum Iacob, ita se deus esse commendat, ut hoc dicat suum nomen aeternum. Quod si circumcisio antiquis sanctis per baptismum fuisse creditur, quid respondebitur de iis, qui antequam hoc praecipuum esset, deo placuerunt, non tamen sine fide? Quia sine fide, ut scriptum est ad Hebraeos, impossibile est deo placere. Ha-

A cere. Habentes autem, inquit Apostolus, eundem spiritum fidei, propter quod scriptum est: Credidi propter quod & locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur. Non dicet eundem, nisi & illorum idem ipse esset spiritus fidei. Sicut autem illi quando idem sacramentum occultum erat, credebatur Christi incarnationem futuram, sic & nos credimus factam. Et à nobis autem & ab aliis, futurus expectatur ad iudicium eius aduentus. Non est enim aliud dei mysterium nisi Christus, in quo oportet viuificari mortuos in Adam, quia sicut in Adā omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur, quemadmodum superius disseruimus. Quamobrem deus qui ubique praesens est, & ubique totus, non in omnibus habitat, sed in eis tantum quos efficit beatissimum templum suum, vel beatissima templa sua, eruens eos à potestate tenebrarum, & transfrens in regnum filij charitatis suae, quod incipit à regeneratione. Aliter autem dicitur templum eius in significatione, cum sit per manus hominum de rebus inanimis, sicut tabernaculum, lignis, velis, pellibus atque huiusmodi mobilibus, sicut etiam per Salomonem regem, templum lapidibus, lignis, metallis constructum: Aliter verò re ipsa vera, quae illis significationibus figurata est. Vnde dicitur: Et vos tanquam lapides viui, aedificamini domus spiritalis. Et vnde item scriptum est: Nos enim templa dei viui sumus, sicut deus dicit: Quoniam inhabitabo in illis & inambulabo; & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi plebs. Nec mouere nos debet quod per quosdam ad hoc templum non pertinetes vel nondum pertinentes, id est in quibus non habitat, vel nondum habitat deus aliquid virtutis operatur: sicut per illum qui in nomine Christi expellebat daemones, cum Christum non sequeretur, quem permitti iussit propter multas vtilem cōmendationem nominis sui. Multos quoque ait sibi in nouissima die dicturos: In nomine tuo virtutes multas fecimus. Quibus utique non responderet: Non vos noui, si ad templum dei quod inhabitando beatificat, pertineret. Cornelius etiam Centurio antequam regeneratione incorporaretur huic templo, missum ad se angelum videt, auditq; dicentē, quod exaudiat sint orationes eius, & eleemosynae acceptae. Agit enim haec deus tanquam ubique praesens, vel per sanctos angelos suos. Nam illa priusquam exiret de vulua sanctificatio Hieremiae, quanquam nonnulli hoc in typum saluatoris accipiunt, qui regeneratione non eguit, tamen etiam si de ipso propheta accipiatur, potest & secundum praedestinationem non inconuenienter intelligi: sicut filios dei appellat Euangelium nondum regeneratos, vbi Cayphas cum de domino dixisset: Expedit vobis ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat, mox Euangelium secutum adiunxit: Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente sed ut filios dei, qui erant dispersi cōgregaret in vnum, Filios dei appellauit utique praeter Hebraeam gentem, in ceteris etiam omnibus gentibus constitutos, nondum fideles, nondum baptizatos. Quomodo ergo dei filios, nisi secundum praedestinationem, secundum quam & Apostolus dicit, quod nos elegerit deus in Christo, ante constitutionem mundi? Illa verò in vno congregatio, factura eos erat filios dei, Neque enim in vnum dictum est aliquem corporalem locum, cum de tali vocatione gentium propheta praedixerit: Et adorabunt eum vnusquisque de loco suo; omnes insulae gentium: Sed congregaret in

vnum dictum est, in vnum spiritum, & in vnum corpus, cuius vnum caput est Christus. Talis congregatio aedificatio est templi dei. Talem congregationem non generatio carnalis, sed regeneratio spiritalis facit. Habitat itaque in singulis deus tanquam in templis suis, & in omnibus simul in vnum congregatis, tanquam in templo suo. Quod templum quadiu sicut arca Noë in hoc seculo fluctuat, fit quod in psalmo scriptum est: Dominus diluuium inhabitat. Quamuis & propter multos in omnibus gentibus populos fidelium, quos aquarum nomine Apocalypsis significat, possit intelligi congruenter: Dominus diluuium inhabitat. Sequitur autem: Et sedebit dominus rex in aeternum, Vtique in ipso templo suo iam in vita sua aeterna post fluctuationem huius seculi constituto. Deus igitur ubique praesens est, & ubique totus praesens, nec ubique habitans, sed in templo suo, cui per gratiam benignus est & propitijs. Capitur autem habitans ab alijs amplius, ab alijs minus. De ipso verò capite nostro Apostolus ait: Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Non ideo corporaliter, quia corporeus est deus, sed aut verbo translato vsus est, tanquam in templo manufacto non corporaliter sed vmbra liter habitauerit, id est praefigurantibus signis. Nam illas omnes observationes, vmbrae futurorum vocat, etiam ipso translato vocabulo. Summus enim deus, sicut scriptum est, non in manufactis templis habitat: Aut certe corporaliter dictum est, quia & in Christi corpore quod assumpsit ex virgine, tanquam in templo habitat deus. Hinc est enim quod Iudaeis signum petentibus, cum dixisset: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud, Euangelista quid hoc esset consequenter exponens ait: Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Quid ergo est? Hoccine interesse arbitramur inter caput & membra caetera, quod in quolibet quantum praecipuo membro, velut in aliquo magno Propheta aut Apostolo, quamuis diuinitus habet, non tamen sicut in capite, quod est Christus omnis plenitudo diuinitatis? Nam & in nostro corpore inest sensus singulis membris, sed non tantus quantum in capite, vbi prorsus omnis est quinquepartitus. Ibi enim & visus, & auditus, & olfactus, & gustus, & tactus. In ceteris autem solus est tactus: An etiam praeter hoc quod tanquam in templo in illo corpore habitat omnis plenitudo diuinitatis, est aliud quod interit inter illud caput, & cuiuslibet membri excellentiam? Est plane, quod singulari quadam susceptione hominis illius vna facta est persona cum verbo. De nullo enim sanctorum dici potuit, aut potest, aut poterit: Verbum caro factum est. Nullus sanctorum, qualiter praestantia gratiae, vnigeniti nomen accepit, ut quod est ipsum dei verbum ante secula, hoc simul cum assumpto homine diceretur. Singularis est ergo illa susceptio, nec cum hominibus aliquibus sanctis quantalibet sapientia & sanctitate praestantibus, vno modo potest esse communis, vbi diuinae gratiae satis perspicuum clarumque documentum est. Quis enim tam sit sacrilegus, ut audeat affirmare, aliquam posse animam per meritum liberi arbitrij, ut alter sit Christus efficere? Ut ergo ad personam verbi vnigeniti pertineret, quo pacto per liberum arbitrium cōmuniter omnibus & naturaliter datum vna sola anima meruisset, nisi hoc singularis gratia praestitisset, quam fas est praedicare, de qua nefas est velle iudicare. Haec si pro viribus nostris quantum minus adiuuit rite tractauimus, quando deum ubique

1. Cor. 15.

H

ffiquid.

Rom. 5.

4. sen. dif. 6. c. illud.

Luc. 1.

Luc. 1.

Hier. 1. 1. sen. dif. 6. c. illud eia.

L

Natus pro conceptus. Math. 1.

Ioan. 3.

Math. 1.

M

Ioan. 11.

Eph. 1.

Hebr. 11.

2. Cor. 4. Psal. 115.

1. Cor. 15.

Coloss. 1.

1. Pet. 2.

2. Cor. 6.

Math. 7.

Acto. 10.

4. sen. dif. 6. cap. illud.

Ioan. 11.

Eph. 1.

Psal. 115.

Coloss. 1. 1. sen. dif. 6. c. illud eia.

E

Acto. 17.

Ioan. 2.

3. sen. dif. 13. cap. 11.

Ioan. 1.

G praesentem, & non spatiis distantibus, quasi aliqua mole vel distensione diffusum, sed vbiq; totum cogitare te extendis, auerte mentem ab omnibus imaginibus corporum, quas humana cogitatio voluere consuevit. Non enim sic sapientia, non iustitia, non sic denique charitas cogitatur, de qua scriptum est: Deus charitas est. Cum vero habitationem eius cogitas, vnitate cogita congregationemq; sanctorum, maxime in caelis: vbi propterea praecipue dicitur habitare, quia ibi sit voluntas eius perfecta eorum in quibus habitat obedientia. Deinde in terra, vbi edificans habitat domum suam, in fine seculi dedicandam. Christum autem dominum nostrum vnigenitum dei filium aequalem patri, eundemq; hominis filium, quo maior est pater, & vbiq; totum praesentem esse non dubites tanquam deum, & in eodem templo dei esse tanquam inhabitantem deum, & in loco aliquo caeli propter veri corporis modum. Sed cum me delectat loqui tecum, nescio vtrum serauerim sermonis sufficientis modum, quasi diuturnum silentium loquacitate compessem. Verum quia religione & beneuolentia qua me praecipue occupasti, ita inuiseratus es cordi meo, vt tanquam cum amico vere colloquar, quicquid in opere styli nostri vtiliter elaboratum esse cognoscis, deo gratias age. Si qua autem vitia mea perspicis, vt charissimus amicus ignosce, eadem scilicet sinceritate dilectionis mihi optans medicinam, qua concedis & veniam.

Paulinus Augustino proponit nouem quaestiones ex diuersis scripturarum locis. In hac epistola comperi quaedam ridiculum. Paulinus in loco quo Paulus refert alios datos prophetas, alios Apostolos, non putat eum sentire de prophetis veteris testamenti, sed de alio genere prophetarum. Hic quidam asserat panu, ueluti pro Augustino respondens, quo nihil uidi stultius. Inerant enim haec uerba: Vt enim ad uim termini proficiscar, a postolus Graecum dicitur ab apos, quod notat argumetum uel praeminentiam, & stolon, quod est missio, quasi praeminenter missus ad augmentationem scilicet fidei catholicae. Habes gustum optime lector, unde reliqua coniectes, leonem ut aiunt, ab unguibus. Assumentum ridicule fuerat interiectum inter nomē appellatiuum & epitheton, temporis uel delicti & sequuntur. Haec portenta quum deprehendantur in libris orthodoxorum, tamen quidam indignantur nobis, quod audemus quaedam restituere.

Epistola LVIII.

E paucis quae nunc iam ad nauem currente literarū perlatores, & mihi in ipsius festinatione properanti in mentem uenerunt, ne sine corollario mihi rescribas, aliqua proponam: Quae si forte lucida sunt & mihi videtur obscura, nemo prudentiū filiorū, qui forte de nostris in hora lectiunculae huius circa te steterint, de insipientia mea rideat, sed potius beneuolentia fraternae charitatis faueat instruendo, vt efficiar uidentium particeps, & ex doctrina tua illuminatis mentibus consideratum mirabilia de lege domini. Dic ergo mihi benedictus doctor Israel, quid sit quod dicitur in psalmo. Sanctis qui in terra sunt eius, mirificauit oēs uoluntates suas inter illos. Multiplicatae sunt enim omnes infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Quos ait sanctos qui in terra sunt sancti. Num illos Iudaeos, qui filij carnis Abraham, & non filij re-promissionis excludantur a femine quod in Isaac uocatus est? Ideo sanctos in terra, quia sancti genere carnali, uita autē sensuq; terreni sunt, qui terrena sapiunt,

& carnali obseruantia in uetustate litera cōfenscunt: non renascentes in nouam creaturam, quia non receperunt eum per quem uetera transferunt, & facta sunt omnia noua. Sic enim forte eos in hoc psalmo sanctos appellat, quo modo in Euangelio iustos, vbi dicit: Non ueni uocare iustos, sed peccatores: id est illos iustos, qui in sanctitate generis & litera legis gloriatur. Quibus dicitur: Nolite gloriari in patre Abraham, quia potens est deus de lapidibus istis excitare filios Abraham: Quorum forma in illo Pharisaeo proponitur, qui iustitias suas tanquam nescienti domino recolens, praedicabat in templo: non orans vt exaudiretur, sed exigens quasi debitum mereri pro operibus bonis quidem, sed ingratis deo, Quia quod iustitia edificauerat, superbia destruebat: nec idipsum silentio sed uoce clamabat, vt appareret eum non diuinis auribus loqui, qui & ab hominibus uellet audiri. Atque ideo non placuit deo, qui placebat sibi. Quoniam dissipauit dominus ossa hominum sibi placentium. Cōfusi sunt, inquit, quia spreuit illos, qui cor humile & cōtribulatum non spernit. Deniq; & in ipsa Euangelij parabola, qua Pharisaei & Publicani persona cōfertur, euidenter ostendit ipse dominus quid in homine suscipiat, quid repellat, sicut scriptum est: Quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Ideo protestatur magis iustificatum abiisse ē templo Publicanum de confessione peccatorum suorum, quam Pharisaeum de imputatione iustitiarum suarum. Merito autem ille laudator sui repudiatus abcessit a facie dei, qui cum ipso nomine etiam peritiā legis praferret, oblitus fuerat in propheta dicentem dominum: Super quem habitabo nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos? Ille autem in corde contrito sui accusator accipitur, & obtinet ueniam de confessis peccatis propter gratiam humilitatis, sancto illo Pharisaeo, quales Iudaei sancti sunt, reportante sarcinam peccatorū de iactantia sanctitatis. Ipsi nimirum sunt forma Iudaei illi, [de] quibus Apostolus ait: quod suam iustitiam statuere cupientes, quae ex lege est, iustitiae dei non sunt subiecti, quae est ex fide, quae reputata est patri nostro Abraham ad iustitiam, non ex operibus, quia secundū omnipotentiam dei credidit deo: Apud quem ille uere iustus est, qui ex fide uiuit: nec sanctus in terra est, sed in caelo: quia non carne, sed spiritu ambulat: cuius cōuersatio in caelis est, non gloriantis in circuncisione carnis, sed in circuncisione cordis, quae non litera, sed spiritu agitur inuisibiliter, unde laus eius non ex hominibus, sed ex deo. Deinde quod iungit in eodem uersiculo: Miras fecit uoluntates suas inter illos: credo ex eo dicit, quod ipsis primum lucernam legis accendit, & praecipua uiuendi dedit. Notas enim inquit, fecit uias suas Moyse, & filijs Israel uoluntates suas. Deinde ipsum pietatis suae sacramentum in ipsis operatus est, natus in carne ex uirgine deus in gente ipsorum, & de carne ipsorum factus ex semine Dauid homo: Deinde uirtutes sanitatum, quas in ipsis & coram ipsis perfecit. Qui per haec non modo creditus non est, sed & blasphematus est ab eis, cum dicerent: Hic homo si a deo esset, non curaret sabbatis: Et non eicit daemonia nisi in Beelzebub principe daemoniorum. Propter hanc mentem obdurata impietate cacatam, multiplicatae sunt infirmitates & tenebrae eorum. Sed quid est quod ait: Postea accelerauerunt? Vtrum in poenitentiam, sicut illi in actibus Apostolorum, cap. 2. qui beati Petri praedicatione compuncti, crediderunt in eum quem crucifixi-

K Matth. 9. I sanctificatione Matth. 3. I quia Psal. 52. I Luc. 18. I Iac. 4. I Efaia. 66. I Roma. 10. I Psal. 15. I I quippe haec. I Ioan. 9. Matth. 12.

A rant: & festinantes tanto expiari peccato, ad domum gratiae cōcurrerunt? An uero quia uirtutes animae ex fide & charitate dei roborantur, illis impijs utroq; uacuis multiplicatae sunt infirmitates animae ex impietate scelerum mortiferis languoribus occupatae? Christus etenim lumen & uita creditū est, & sanitas sub pennis eius. Unde non mirum si & tenebrae & infirmitates eorum multiplicatae sunt in interitū, qui uitam & lucem non receperunt, neq; sub pennis eius manere uoluerunt. Quos & ipse fens in Euangelio protestatur, sepe uoluit congregare ipsos sub alas suas, sicut gallina congregat pullos suos, & noluerunt. Multiplicatis ergo infirmitatibus quō accelerauerunt, forte in cruce domini conclamandam, & inuito Pilato nephariis uocibus extorquendam, vt adimplerent mensuram patrum suorum, vt isti dominum prophetarum occiderent, quorum patres ipsos prophetas interfecerunt, a quibus hic mundi Saluator esse uetusur nunciabatur. Postea accelerauerunt: Veloces enim pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in uis eorum, & uiam pacis non cognouerunt, id est Christum, qui dicit: Ego sum uia. In consequenti psalmo illud mihi exponi defydero, quid dicat: De absconditis tuis adimpletus est uenter eorum. Saturati sunt porcinis, uel sicut in quibusdam psalterijs scriptū audio, Saturati sunt filijs, & reliquerunt quae super fuerunt parulis suis. Rursum in alio psalmo admirari soleo, filium ad patrem loqui intelligens, in psalmo quinquagesimo octauo, ubi de Iudaeis inimicis, de quibus supra dixerat: Ecce ipsi loquentur in ore suo, & gladius in labijs eorū, Paulo infra dicit: Ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuae. Disperge illos in uirtute tua, & destrue eos domine. Quod in his usque in hodiernum diem uidemus impleri. Destructi sunt enim a ueteri sua gloria sine templo & sine sacrificijs, ac sine prophetis in omnium gentium dispersione uiuentes. Sed quid miramur quod iam per prophetam pro eis non occidendis rogabat, pro quibus & sub ipso tempore passionis iam ad cruce eum ducentibus precabatur, dicens: Pater dimitte eis, non enim sciunt quid faciunt. Verum quod adiecit: Ne unquam obliuiscantur legis tuae, tanquam propter hoc necessaria esset etiā sine fide Euangelij uita eorum, obscurum mihi fateor. Quid enim iis ad salutem, quae sola fide uergetur, prodest in legis memoria & meditatione uersari, nisi forte propter honorem legis ipsius, uel generis Abraham, vt etiam in parte terrena carnalis feminis eius, qua uidentur secundum harenam maris computati, legis antiquae litera perseveret, ne forte aliqui legendo legem, illuminentur ad fidem Christi, qui & legis & prophetarum finis est, & in omnibus eorum libris praefiguratus ac prophetatus elucet? Aut quia ex ipsis impijs eorum, generatio uentura est electorum, qui de singulis tribus electi, in duodenis milibus signabuntur, quibus ipsa reuelatio beati Ioannis ex uoce angeli praenunciatis hoc testimonium perhibet, quia comitatu regis aeterni familiariter adhaerebunt penitus immaculati, & humanae coniunctionis expertes? De quibus specialiter ait: Sequuntur agnum quocumque ierit, quia cum mulieribus se non coinquinauerunt, uirgines enim sunt. In sexagesimo septimo praeter alia illud mihi obscurissimum est, quod ait: Veruntamen deus conuassauit capita inimicorum suorum, uerticem capilli perambulantium in delictis suis: quid sit uerticem capilli perambulantium in delictis. Non enim dixit:

A I donum gratiae currebant. I Psal. 13. I Ioan. 14. Psal. 16. ubi filijs dicitur subibus. Hieronymus tamen ex Hebraeo uerit filijs. Psal. 58. I Apoca. 14. Psal. 67.

Verticem capitis, sed uerticē capilli, qui sine sensu est. An repletum peccatis hominem uult ostendere? Scriptum est: Omne cor in dolore a pedibus usque ad caput. Et paulo infra quod ait: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. A quo ipso? Et nunquid canes dei dici possunt gentiles, quos ipse in Euangelio canes nominat? Aut ne forte ipsos canes dei dicat, quales aestimari possunt, si qui in nomine Christiano gentiliter uiuant, quorum pars cum infidelibus ponitur, quia deum quem uerbis colunt, factis negat? Haec interim de psalms, nūc & de Apostolo, quodcunque proponam. Dicit ad Ephesios, quod in alia epistola dixerat de gradibus uel ordinibus dispositionum dei operante spiritu sancto diuisiones gratiarum: Et quosdam quidē dedit Apostolos, quosdam autem prophetas, alios uero euangelistas, alios autem pastores & doctores usque ad consummationem sanctorum, & reliqua. Hoc opto distinguas mihi in hac diuersitate nominum, quae sit cuique nomini officiorum uel gratiarum proprietates. Quid proprium sit Apostolorum, quid prophetarum, quid Euangelistarum, quid pastorum, quid uero doctorū. In omnibus enim his diuersis nominibus simile & prope unum doctrinae officium uideo fuisse tractatū. Hos autem prophetas, quos post Apostolos posuit, non uero illos esse, qui ordine temporū ante Apostolos fuerunt, sed istos, quibus iam sub Apostolis per gratiam donabatur, aut interpretatio scripturarum & inspectio metium, aut praedictio temporis secuturi, vt Agabus cernebat, qui & famem instantem praedixit, & quae beatus Paulus in Hierosolymis passurus esset, & uerbo denunciavit, & signo zonae eius ostendit. Inter pastores specialiter & doctores quid inter sit dinoscere uolo, quia praepositis ecclesiae utrunque nomē adscribi solet. Item quod ait ad Timotheum: Obsecro igitur primū omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus: quae sermo exponas mihi quod discrimen sit in hac diuersitate uerborum, cum omnia mihi quae gerēda dixit, orationis officio conuenire uideatur. Item quod ad Romanos ait, interrogo & rogo vt edisseras mihi. Multū enim caecutire me fateor in hac Apostoli sententia de Iudaeis, quod ait: Secundū Euangelium quidem inimici propter uos, secundum electionem autem charissimi propter patres, quomodo idem inimici propter nos, qui credidimus ex gentibus, tanquam non potuerint gentes credere, nisi Iudaei non credidissent? Aut ipse unus omnium creator deus, qui omnes homines saluos fieri uult, & ad agnitionem ueritatis uenire, capax non fuit acquisitionis utriusque, nisi alterum pro altero possideret? Deinde si charissimi propter patres, quomodo aut uide charissimi, si non credant, & inimici deo esse persistent? Nonne, inquit: Qui oderant te deus, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam, perfecto odio oderam illos? Certē hoc puto, paterna uox loquitur ad filium per prophetam in eodem psalmo, ubi supra de parte credentium dixerat: Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum. Quid autē illis prodest ad salutem, quae non nisi per fidem & gratiam Christi capitur, si propter fidem patrum [de]o charissimi sunt, cui bono diliguntur quos necesse est propter hoc dānari, quod propter suam infidelitatem a prophetarū & patriarcharum parentum fide discrepantes, inimici sunt Euangelio Christi? Si ergo charissimi deo, quomodo peribunt? & si non credunt, quomodo non peribunt? Si propter pa-

D Matth. 15. I Epha. 4. I Cor. 12. I Act. 11 & 12. I I Timo. 2. I Cap. 2. I Rom. 11. I I Timo. 2. I Psal. 138. I confortati uat.

I Ioan. 4. I Tit. I Tria uetustissima et plaria quae habuimus, carebat hoc assumentum. I Psal. 17.

G tres sine suo merito diliguntur, quomodo & propter quid non saluabuntur? sed & si fuerint Noë, Daniel, & Iob in medio eorum, filios impios non saluabunt, soli salui erunt. Adhuc aliud obscurius mihi erue de profundo & in vadum profer. In epistola Colossensium omnino colligere non possum quod ait: Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione angelorum, quæ non vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, de quibus angelis dicit: si de inimicis & malis, quæ illorum religio, aut quæ humilitas, aut quis sit magister seductionis huius, qui per obtentum nescio cuius angelicæ religionis quasi visa & cõperta doceat quæ nõ vidit. Sine dubio hæretici, qui doctrinas dæmoniorum & sequuntur, & promunt conceptis ab eorum spiritu adiuentionibus, quæ non videntur phantasmata quasi visa fingentes, & pestiferis disputationibus in corda male credula seminantes, ij sunt qui non tenent caput, id est Christum fontē veritatis, cuius doctrinæ quicquid aduersatur, insanū est. Et hi cæci duces cæcorum, de quibus dici puto: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi lacus contritos, qui non tenent aquam. Deinde in sequenti capite adiecit: Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque cõtractaueritis, quæ sunt omnia in interitum ipso vsu secundum præcepta & doctrinas hominum, rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate ad nõ parcendū corpori, nõ in honore aliquo ad saturitatē carnis. Qui sunt isti, quibus rationem sapientiæ inesse testatur magister veritatis, & tamen ipsam veritatem religionis inesse abneget. Ne forte de talibus loquitur, de quibus ad Timotheum dicit: Habentes autem speciem pietatis, virtutem eius abnegantes? Rogo ergo specialiter hæc capitula duo de Colossensium epistola per singula mihi verba dissoluas, quia laudabilibus execranda permiscuit. Quid est enim tam laudabile, quàm ratio sapientiæ: & quid tam execrabile, quàm superstitio erroris? Humilitas quoque & deo placita, & maxime in vera religione laudabilis, cum ratione sapientiæ ipsis datur, De quorum doctrinis & actibus dicitur nobis: Non tetigeritis, neque gustaueritis quæ sunt in interitū, quia non sunt ex deo: & omne non est ex fide, peccatū est. Deus autem dissipauit consilia sapientum, qui deo stulti sunt per prudentiam carnis, quæ non potest legi dei esse subiecta. Scit enim cogitationes hominū quoniam vanæ sunt. Qualem humilitatem, qualemq; rationem sapientiæ superstitioni ex hominum doctrinis venienti inesse dicat, requiro. Et quod ait: Ad non parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Prorsus hæc parum intelligo, quia in eadem sententia magna mihi videtur esse discretio: arbitror enim eum de abstinentia qualibet ficta vel inutili, qualis solet ab hæreticis affectari, hoc dicere, Ad non parcendum corpori. Quod autem adiecit: Non in honore aliquo, quia sancti operis speciem, non in fide veritatis exercentes, nullius gloriæ honore vel fructu agunt, quod in magna erroris peruersi reprehensione conficiunt: transfigurantes se in ministris iustitiæ. Sed quod adiecit, Ad saturitatem carnis: contrarium mihi videtur illi quod dicit, Ad non parcendum corpori: videtur enim mihi ille non parcere corpori, qui carnem ieiuniis domat, sicut Apostolus dicit: Liuidum facio corpus meum, & in seruitute redigo: à quo opere saturitas carnis aliena est: nisi forte & ipsam saturitatem carnis curam, quæ maxime obseruantiam religionis præcedentibus pro-

propter patres. Ezech. 14.

Colo. 2.

Math. 17. Hier. 2.

2. Tim. 1.

Colo. 2. Rom. 14. Psal. 32. Roma. 8. Psal. 91.

Colo. 2.

1. Cor. 9. Liuidū facio. 1. Thel. 4.

brofa est, non parcere corpori, dixit secundū illud honestatis præceptum, quod alibi dicit, vt vnusquisque suum vas honorifice possidere nouerit, vt hostiam viuam & placentem deo suum corpus exhibeat: non in saturitate carnis, quia dissensio corporis animæ sobrietatem necat, & inimica est castitati. Restat vt aliquid & de euangelicis locis suggeram beatitudini tuæ: non quidē quanta legenti per ocium occurrere solent, nec enim nunc vacabat dispersa per libros quærere, aut in reminiscēdis memoriam ventilare, sed vel pauca, quæ ad horam dictationis huius in mentem veniunt, sciscitabor. De resurrectionis forma non grandē, sed plenam fidei instructione epistolā, qua secundā cõsultationi meæ, dum Carthagini hyemarem, rescripseras, si habes relicta in schedis, rogo vt mittas, aut certe retextas eam mihi, quod tibi facile est. Nā & si scripta nõ extat, quia fortē breuis epistola vt tumultuaria tibi inter libros tuos haberi præstō sit, renoua eam mihi in eodem sensu promptā de thesauro cordis tui, & mitte ad me inter alia responsa quæ reddes mihi, vt spero, præstante mihi ac tibi com meatum dierū Christo, vt eam, quo labor tuus in me fructificet, accipiam. Secundum hæc capitula scripturarū, de quibus te qui vides quasi per deum interrogauit, vt audiam quid in te vel ex te mihi loquatur deus. Hoc autem rogo lucere mihi facias, quomodo vel qua ratioe dominus post resurrectionem vel mulieribus, quæ primæ ad sepulchrum venerunt, vel postea illis duobus in via, deinde discipulis suis, & non agnitus sit, & agnitus. In eodem enim corpore resurrexit, in quo & passus est. Et quomodo non eadem erat eiusdem corporis forma quæ fuerat: aut si eadem erat, quomodo non agnoscebatur ab iis, qui eum nouerant. Illud verò sacramenti esse credo: quod qui in via ambulantes non fuerat agnitus, in fractione panis reuelatus est. Id ipsum tamē tuo sensu volo tenere, non meo. Et quod ad Mariam ait: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem: Si cominus stantem nõ sinebatur attingere, quomodo eum tangeret cum ascendisset ad patrem, nisi fortē fidei profectu & mentis ascensu, qua deus homini fit longinquus aut proximus, & illa dubitauerat de Christo, quæ hortulanum putauerat. Ideo fortassis audire meruit: Noli me tangere. Indigna enim iudicabatur vt tangeret manu Christum, quem necdum fide apprehenderat, nec intellexerat deum, cum hortulanum putasset: de quo paulo ante ab angelis audierat: Quid quæritis viuentem cum mortuis? Noli (ergo) me tangere, quia tibi nondum ascendi ad patrem, cui adhuc tantum homo videor: postea me tanges, cum ad agnoscendū me credendo conscenderis. De illis etiam beatissimi Symeonis verbis quid sentias, edisserere mihi, vt sequar sensum tuū, quibus cum ad videndū ex oraculo dei Christum agente spiritu venisset in templum, & acceptum sinu benedixisset infantē dominum*, ait ad Mariam: Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israēl, & in signum cui contradicetur: & tuā ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur multorum cordium cogitationes. Nunquid de passione Maria, quæ nusquam scripta est, hoc prophetaisse credēdus est? An verò de materno eius affectu, quo postea in tempore passionis assistens cruci, qua hoc erat fixum quod ipsa pepererat, maternorum viscerum dolore confixa est, & animam illius, illa quæ eius secundum carnem filium ipsa spectante confoderat, crucis rhomphæa penetrabat. Video enim & in psalmis de Ioseph ita

distensio.

†relatam. †scriptura.

†spreta.

L

Luc. 24.

Ioan. 10.

M

Luc. 24.

Luc. 2. *Legendā arbitror, Accepto in sinu infante, benedixisset dām.

A Ioseph ita dictum esse: Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animā eius: sicut in Euāgelio dixit Symeon: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Non ait carnem, sed animam, in qua pietatis affectio continetur, & doloris aculeus quasi gladius operatur: cum aut aliqua carnis suæ iniuria afficitur, vt in Ioseph, qui nõ mortis, sed iniuriarum pertulit passiones, in seruum veditus, & in reum vinculatus, & carceri datus. Aut cum affectionis maternæ tristitia vel dolore cruciatur, vt in Maria, quam vtique ad crucem domini, in quo tunc sui tantum corporis filiū cogitabat, materna mens duxerat, vt cum eum vidisset mortuum, humana infirmitate lugeret, sepeliendūq; colligeret, nihil sibi de ipsius resurrectione præsumens, quia subsecutura admirationis fidem, in oculis posita passionis poena cæcabat. Quauis eandē astantem cruci suæ, dominus nõ morientis infirmitate trepidans consolatus sit, sed ipsam, qua obibat volens, in potestate habens mortem, plena virtute viuentis, & cõstantia resurrexturi de cruce admonet dicens de beato Apostolo Ioanne: Mulier ecce filius tuus. Itemq; illi ibidem cõsistenti: Ecce mater tua. Iam scilicet ab humana fragilitate, qua erat natus ex femina, per crucis mortem demigrans in æternitatem dei, vt esset in gloria dei patris, delegat homini iura pietatis humanæ, & ex discipulis adolescentior suis adolescentiorem elegit, vt conuenienter assignet virgini Apostolo virginē matrem: Duo pariter in eadem sententia docens, formam pietatis relinquens nobis, cum est de matre sollicitus, vt quam relinquebat corpore, non relinqueret cura. Sed nec corpore relicta, quia quæ videbat morientem, mox erat visura rediuuium. Et illud quod ad fidem omnium pertinere, salutiferum pietatis suæ sacramentum, arcana diuini ratione consilij sub hac voce designans, vt & alij matrem delegaret pro matre habendam, & vice sua cõsolandam, atque illi vicissim nouum filium vice corporis sui traderet, immo, vt ita dixerim, gigneret: quo ostenderet eam præter se, qui ex ea virgine natus esset, nec habuisse filium, nec habere: quia nec saluator tã opere curam desolationis habuisset eius, si illi vnicus non fuisset. Sed redeamus ad verba Symeonis, in quorū clausula intellectū meum caligare fateor: Et tuam, inquit, animam pertransibit framea vel gladius, vt reuelentur multorum cordium cogitationes. Secundum literam hoc mihi penitus obscurum est, quia nec Mariam beatissimam vsquā legimus occisam, vt de corporali gladio sanctus ille ei futuram passionem prophetaisse videatur. Sed quod & subiecit: Vt reuelentur multorum cordium cogitationes. Scrutans enim, inquit, corda & renes deus. Et de futuro iudicio Apostolus ait: Quia tunc manifestabit deus opera cordium & occulta tenebrarum. Itidem Apostolus, spiritaliter exprimens arma cœlestia, quibus in interiori nostro debeamus armari, gladium spiritus dicit verbum dei. De quo ad Hebræos ait: Viuus est sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens, inquit, vsque ad diuisionē animæ & spiritus: & reliqua quæ nosti. Quid ergo mirum, si istius verbi ignita vis, & ancipitis gladij penetrabilior acies, & sancti Ioseph olim, & postea beatæ Mariæ animam pertransiit? Nam neque in illius, neque in huius corpore ferrum transiisse cognouimus: atque vt magis pateat ibi prophetam ferrum pro verbi gladio posuisse, statim subsequente versiculo ait: Sermo domini igniuit illum. Sermo enim dei & ignis & gladius est,

Psal. 104.

σκληρόν.

Ioan. 19.

†de solatio.

Luc. 2.

Psal. 7.

1. Cor. 4.

Eph. 6.

Hebr. 4.

Psal. 104.

verbo ipso deo vtrunque dicente de se: Ignem enim, inquit, veni mittere in terram, & quid volo nisi iam accendatur? Item alibi dicit: Non veni pacem mittere, sed gladium. Vides eum vnam vim doctrinæ suæ diuerso ignis & gladij nomine designasse. Aut quomodo Mariæ illata per gladium passio vel tribulatio perstaret. Itaque hoc scire cupio quid ad Mariam pertineret, vt reuelarentur multorum cordium cogitationes: aut vbi apparuit, quia ex eo quod animam eius siue carnalis in ferro, siue spiritalis in verbo dei pertransiuit, exinde multorum cordium cogitationes reuelatæ sint? Expone ergo hæc maxime de verbis Symeonis clausulam mihi, quia lucem non dubito sanctæ animæ tuæ, quæ de interioris oculi puritate meruit illuminationē spiritus sancti, per quem scrutari & inspicere possit etiā alta dei. Deus misereatur mei per orationes tuas, & illuminet vultū tuum super me per lucernā verbi tui, sancte domine beatissime frater in domino Christovna nime magister me in fide veritatis, & susceptor meus in visceribus charitatis! Christi. J

Mat. 10.

†lucere.

E

Augustinus Paulino respōdet ad nouem propositas quæstiones. Epistola LIX.

Beatissimo & venerabiliter desiderabili, & desiderabiliter venerabili sancto sancteque charissimo fratri & cõepiscopo Paulino, Augustinus in domino salutem. Quod de peruenitione tam prospera fratris & compresbyteri nostri Quinti, & qui cum eo nauigauerunt, cito nos dominus exhiberit, nūciantibus literis sanctitatis tuæ, gratias agēs ei qui recreat afflictos, & humilis consolatur, & sinceritati cordis tui occasiōe filij & cõdiaconi nostri Rufini, quæ proxima occurrit, nūc rescripta persoluo. De litore namq; Hipponensi profectus est: & approbo misericordix consiliū, quod tibi dominus inspirauit, mihiq; insinuare dignatus est. Ipse & hoc adiuuet, ipse prosperet, qui iam curam nostram ex magna parte liniuit, quia peruectus & commendatus est charissimus homo non solum bonis operibus, sed etiā sanctis orationibus tuis. Literæ sanè venerationis tuæ, vbi multa quæsiisti, & quærēnda admonuisti, & quærēdo docuisti, ad me peruenerunt. Sed quas ipse continuo rescripti per homines eorūdem sanctorum solatiorum nostrorum, sicut his tuis recentioribus comperi, non sunt reddita venerationi tuæ. In quibus quidem, quatenus ad interrogata responderim, recolare non valui: nec earum exemplum cum requisissem, vbi hæc omnia possem recognoscere, inueni. Ad nonnulla tamen me respondisse certus omnino sum, & ideo non ad omnia, quia vt cito finire, festinatio perlatoris urgebat. Simul etiam miserā, sicut iusseras, & illius epistolæ exemplum, quam tuæ charitati apud Carthaginem de corporum resurrectione scripseram, vbi de vsu membrorum exorta erat quæstio. Nunc ergo & hoc misi, & alterum alterius, quia nec ipsam in manus tuas peruennisse conieci, eo quod iterum interrogasti quædā, quæ iam me in ea respondisse lego & agnosco. Sed ista per quem dixerim nescio. Scripta quippe charitatis tuæ, quibus ea reddidi, sicut etiam ipsa indicant, missa sunt mihi ab Hipponē a nostris, cum essem apud sanctum fratrem & cõepiscopum nostrum Bonifacium: nam eorum perlatores non vidi, & continuo rescripta nõ distuli. Quia ergo, tūc sicut scripsi, non poteram inspicere codices Græcos propter quædam psalmi. xvi. inspexi postea quos inueni. Et vnus habebat, quod & Latini

Solutio pre. me quæstionis. Psal. 16.

G Latini nostri: Domine perdens de terra disperire eos. Alius sicut ipse posuisti: A paucis de terra: Et illud quidem apertum habet sensum: Perdēs de terra quam eis dedisti, disperire eos in gentibus, quod & factum eis est, cum graui bello expugnati atque subuersi sunt. Illud autem alterum quomodo accipiendum sit, non mihi occurrit, nisi quia in comparatione perdita multitudinis, eorum reliquiae saluae factae sunt utique in paucis, a quibus eos disperirent, hoc est diuidendos atque separandos, scriptura praenunciavit dicens: Domine a paucis, id est a reliquiis, quas ex illa gente saluas fecisti, de terra disperire eos, ut terram intelligamus ecclesiam hereditatemque; fidelium atque sanctorum, quae dicitur terra viuentium, & quae etiam illo loco recte intelligi potest: Beati mites, quoniam ipsi hereditate possidebunt terram. Cum autem dictum esset, A paucis de terra diuide eos, additum est, in vita eorum: ut in manifesto futurum intelligeretur, dum hic viuunt. Separantur enim multi ab ecclesia, sed cum moriuntur, qui tamen cum viuunt per sacramentorum communionem vnitatisque catholicae, videntur ecclesiae copulati. Isti ergo diuisi sunt a paucis, qui diuisi sunt de terra, quam sicut agrum suum excolit pater agricola. Diuisi autem in vita sua, id est hic in manifesto sicut videmus. Sequitur autem: Et de absconditis tuis adimpletus est venter eorum: id est praeter hoc quod in manifesto diuisi sunt, etiam de absconditis tuis, quae in occulto reddis, retributione malorum, adimpletus est venter eorum. Ventrem posuit pro interiorum latentiumque secretis. Quod vero sequitur: Saturati sunt porcina: lam quid mihi ex hoc videretur, aperui. Sed quod alij codices habent, & verius habere perhibentur, l quia diligentiora exemplaria per accentus nota eandem verbi Graeci ambiguitatem Graeco scribendi more dissoluunt, obscurius est quidem, sed electiori sententiae videtur aptius conuenire. Quia enim dixerat: Et de absconditis tuis adimpletus est venter eorum: quibus verbis occulta dei iudicia significata sunt. Occulti quippe sunt miseri, qui etiam gaudent in malis, quos tradidit deus in concupiscentias cordis eorum: velut quereretur vnde possint cognosci, qui in abscondito ira dei adimpleti sunt: & responderetur quod in Euangelio dictum est: Ex fructibus eorum cognoscetis eos: & continuo subiunctum est, Saturati sunt filii: hoc est fructibus: quod euidentius dicitur operibus suis. Vnde alibi legitur: Parturiunt in iustitia, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Et alibi: Dein concupiscentia cum coeperit, parit peccatum. Mali ergo filij, mala opera, quibus cognoscuntur: & qui de absconditis dei iudiciis internis cogitationum suarum tanquam in ventrem adimpleti sunt. Bona opera boni filij sunt. Vnde ad ipsam ecclesiam dicitur: Dentis tui sicut grex detonsarum ascēdens de lauacro, quae omnes geminos creant, & sterilis non est in illis. In quo gemino foeti, geminum opus dilectionis agnoscitur, dei scilicet & proximi. In quibus duobus praecipis tota lex pendet & propheta. Iste autem sensus quo ita exponitur quod scriptum est, Saturati sunt filii: non mihi occurrerat, cum ante rescriberem, sed recensui breuissimam quandam eiusdem psalmi expositionem quam iam olim dictaueram, & hoc satis breuiter a me positum reperi. Inspeci etiam codices Graecos, utrum datiuus casus esset quod dictum est, filiis, an genitiuis, quo illa lingua vitur pro ablatiuo, & inueni genitiuum. Quod si ad verbum interpretaretur, scriptum esset, Saturati sunt filiorum, sed recte inter-

pres sententiam secutus est, & Latino more dixit, Saturati sunt filii. Quod vero sequitur, Et reliquerunt reliquias paruulis suis: Existimo paruulos accipiendos manifestos carnis filios. Vnde etiam secundum istam, non de porcina, sed de filiis expositionem, manet illa sententia qua dixerunt: Sanguis huius super nos & super filios nostros. Ita enim reliquerunt operum suorum reliquias paruulis suis. In quindicesimo autem psalmo quod scriptum est: Mirificauit, vel mirificet omnes voluntates suas inter illos: nihil prohibet intelligi, immo & conuenientius videtur non inter illos, sed in illis. Sic enim & Graeci codices habent. Saepae autem quod habet illa lingua in illis, nostri interpretantur inter illos, ubi videtur sententiae conuenire. Accipiamus ergo, Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates suas in illis: quod plerique codices habent, Et intelligamus voluntates eius, munera gratiae, quae gratis data est, id est, quia voluit, non quia debebatur. Vnde est: Scuto bonae voluntatis tuae custodisti nos. Et, In voluntate tua deduxisti me. Et, Voluntarie genuit nos verbo veritatis. Et, Plurimum voluntariam segregans deus hereditati tuae. Et, Diuidēs propria vnicuique prout vult: & alia innumerabilia. Proinde, Mirificauit omnes voluntates suas in illis, in quibus nisi in sanctis qui in terra sunt eius: Si enim terra, sicut supra ostendimus, potest accipi in bono, & ubi non additum est eius, quanto magis ubi dicitur terra eius: Miras ergo fecit omnes voluntates suas in illis. Miras omnino fecit, quia eos ex desperatione mirabiliter liberauit. Ex hac admiratione exclamat Apostolus: O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei. Supra quippe dixerat: Concluserunt enim deus omnes in infidelitate, ut omnium miseretur. Nam hoc etiam hic sequitur: Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Infirmitates posuit pro peccatis: sicut ad Romanos Apostolus dicit, Si enim Christus cum infirmi essemus, adhuc iuxta tempus pro impiis mortuus est: hos dixit infirmos quos impios. Deinde paulo post eadem sententiam repetens, Commendat, inquit, suam charitatem deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Quos infirmos supra, eos hic peccatores appellauit. Item in consequentibus hoc idem aliis verbis versans. Si enim cum inimici essemus, inquit, reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Ac per hoc in eo quod dictum est: Multiplicatae sunt infirmitates eorum: intelligitur multiplicata peccata eorum. Lex enim subintravit, ut abundaret delictum, sed quoniam ubi abundauit delictum, superabundauit gratia, ideo postea accelerauerunt. Non enim venit ille vocare iustos, sed peccatores: quia non est opus sanis medicus, sed aegrotantibus, quorum scilicet multiplicatae sunt infirmitates, ut eis sanandis esset necessaria tanta gratiae medicina, & cui dimittuntur peccata multa, diligeret multum. Hoc cinis vaccae & aspersio sanguinis, & cruentarum multiplicatio victimarum significabat, non efficiebat. Ideo deinceps dicit: Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: id est illorum sacrificiorum, quae immolabantur in figura sanguinis Christi. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Nomina quippe illorum erant in multiplicatione infirmitatum: fornicatores, idolis seruientes, adukteri, molles, masculorum concubitores, fures, auarri, raptores, ebriosi, maledici, & quicumque alij regnum dei non possidebunt. Sed ubi abundante peccato, superabundauit gratia postea accelerauerunt. Haec quidem fuerunt,

K
 Math. 27.
 Psal. 15.
 Solutio quaestiois secunda.
 Psal. 5.
 Psal. 72.
 Iaco. 1.
 Coronasti.
 Psal. 67.
 1. Cor. 12.
 Psal. 15.
 Rom. 11.
 Psal. 15.
 Rom. 5.
 M
 Math. 9.
 Psal. 15.
 Ephe. 5.

A fuerunt, sed abluti sunt, sed sanctificati sunt, sed iustificati sunt in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Ideo non memor erit nominum illorum per labia sua. Sanē codices emendatores & electioris autoritatis, non habent voluntates suas, sed voluntates meas, quod tantumdem valet, quia ex persona filij dei dicitur. Ipse quippe loquitur, quem verba illa euidenter ostendunt, quibus & Apostoli vsi sunt: Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Eadem sunt utique munera gratiae patris & filij & spiritus sancti. Et ideo rectissime & filius eas potest dicere voluntates suas. Quod vero in psalmo. lviij. de Iudaeis intelligitur, dicitur: Ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuae: conuenienter mihi videtur intelligi ita esse praenunciatum, eandem gentem etiam debellatam atque subuersam, in populi victoris superstitiones non fuisse cessuram, sed in veteri lege mansuram, ut apud eam esset testimonium scripturarum toto orbe terrarum, vnde ecclesia fuerat euocanda. Nullo enim euidentiore documento ostenditur gentibus, quod saluberrime aduertitur, non inopinatum & repentinum aliquid institutum spiritu praesumptionis humanae, ut Christi nomen in spe salutis aeternae tanta autoritate prae polleat, sed olim fuisse prophetatum atque conscriptum. Nam ipsa propheta quid aliud nisi a nostris putaretur esse conscripta, si non de inimicorum codicibus probaretur: Ideo ne occideris eos, ne ipsius gentis nomen extinxis, ne quando obliuiscantur legis tuae. Quod utique fieret, si ritus & sacra gentilium colere compulsi penitus quaelicunq; nomen religionis suae minime retineret. Quod in eorum figura etiam de Cain scriptum est, quod constituit in eo dominus signum, ne quis occideret eum. Denique cum dixisset: Ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuae: velut quaereretur quid de illis esset faciendum, ut in aliquos vsus testimonij veritatis non occidantur, id est non consumantur, neque obliuiscantur legis dei, continuo subiunxit: Disperge illos in virtute tua. Si enim in vno loco essent terrarum, non adiuuarent testimonio praedicationem Euangelij, quae fructificat toto orbe terrarum. Ideo disperge illos in virtute tua, ut eius ipsius, cuius fuerunt negatores, persecutores, interfectores, ubique sint testes per ipsam legem, quam non obliuiscantur, in qua est ille prophetatus quem non sequuntur. Neque enim eis aliquid prodest, quod eam non obliuiscantur. A Intellectu est enim legem dei habere in memoria, aliud in intellectu & effectu. In L X. autem. V l i l. psal. quod quaeris quid sit, Veritatem deus conuassabit capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis: non mihi videtur aliud dictum, quam deus conuassabit capita inimicorum suorum nimium superbientium, nimium se extollentium in delictis suis. Per hyperbolem quippe significauit superbiam tantum se extollentem, & tanta elatione incedentem quasi capilli verticem perambulando calcaret. Item in eodem psal. quod scriptum est: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso: non semper in malo accipiendi sunt canes, Alioquin non reprehenderentur apud prophetam canes nescientes latrare, & amantes dormire. Profecto enim laudabiles canes essent, si & latrare scirent, & vigilare amarent. Et certe illi trecenti in numero per crucis literam sacratissimo non eligerentur ad victoriam faciendam, qui tanquam canes laberent aquam, nisi aliquid magnum significarent. Vigilant enim & latrant

Nostris eorum habent.
 Acto. 2.
 Psal. 58.
 Gen. 4.
 Psal. 48.
 Questionis solutio.
 Hyperbole.
 Esa. 56.
 Iudic. 7.

boni canes, & pro domo & pro domino, & pro grege, & pro pastore. Denique & hinc in ecclesiae laudibus, cum propheta exereretur, lingua canum est commemorata non dentes. Tuorum autem canum dicitur ex inimicis, id est ut qui erant inimici tui fierent canes tui, & latrarent pro te qui seuebant in te. Addidit autem, Ab ipso: ut non a seipsis hoc factum intelligerent, sed ab ipso, id est misericordia eius & gratia. De prophetis quod ait Apostolus: Quosdam quidem dedit deus in ecclesia Apostolos, quosdam autem prophetas: hoc ita intelligo quod ipse scripsisti, prophetas eos dictos isto loco ex quibus Agabus erat, non illos qui venturum in carne dominum prophetauerunt: Euangelistas vero inuenimus, quos Apostolos fuisse non legimus. Sicut fuerunt Lucas & Marcus. Pastores autem & doctores quos maxime ut discernere voluisti, eosdem puto esse sicut & tibi visum est, ut non alios pastores, alios doctores intelligamus, sed ideo cum praedixisset, pastores, subiunxisset doctores, ut intelligerent pastores ad officium suum pertinere doctrinam. Ideo enim non ait: Quosdam autem pastores quosdam vero doctores: sed cum superiora ipso locutionis genere distingueret dicendo, quosdam autem Apostolos, quosdam autem prophetas, quosdam vero Euangelistas, hoc tanquam vnum aliquid duobus nominibus amplexus est, quosdam autem pastores & doctores. Illa plane difficillime discernuntur, ubi ad Timotheum scribens ait: Obsecro itaque primum omnium fieri obsecrationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones. Secundum Graeci enim eloquium discernenda sunt. Nam nostri interpretes vix reperiuntur, qui ea diligenter & scienter transferre curauerint. Ecce enim sicut ea ipse posuisti: Obsecro fieri obsecrationes: non eodem verbo utrunque dixit Apostolus, qui utique Graece illa scripsit epistolam, sed pro eo quod in Latino est obsecro, ille Graece dixit παρακαλεω. Pro eo vero quod Latinus vester obsecrationes, ille posuit δεησεις. Proinde alij codices in quibus & nostri sunt, non habent obsecrationes, sed deprecationes. Tria porro quae sequuntur, orationes, interpellationes, gratiarum actiones, plerique Latini codices sic habent. Vnde si velimus secundum Latinam linguam proprietates ista discernere more loquendi, nostram vel qualemcumque scientiam fortasse tenebimus, sed mirum si sententiam Graeci sermonis vel consuetudinis obtinebimus. Precationem & deprecationem, multi nostri idem putant, & hoc quotidiano vsu iam omnino praeualuit: Qui autem distinctius Latine locuti sunt, precationibus utebantur in optandis bonis, deprecationibus vero in deuitandis malis. Precari enim dicebant esse precando & bona optare. Imprecari mala: quod vulgo iam dicitur maledicere. Deprecari autem mala precando depellere. Sed vltimum iam loquendi modum potius sequamur, & siue precationes siue deprecationes inuenimus, quod Graeci δεησεις vocant, non putemus emendandum esse. Orationes vero, quas Graecus habet προσευχες, distinguere a precibus vel precationibus omnino difficile est. Quod vero quidam codices non habent orationes sed adorationes, quia non dictum est in Graeco ευχαρισ, sed προσευχες non arbitror scienter interpretatum, προσευχες enim orationes dici a Graecis notissimum est. Et utique aliud est orare, aliud est adorare. Denique non isto verbo, sed alio legitur in Graeco: Dominum deum tuum adorabis. Et, Adorabo ad templum sanctum tuum: & siqua similia. Pro interpellationibus autem quod nostri ha-

D
 Questio. 4. solutio. Ephe. 4.
 Episcopus doctor.
 Questio. 5. 1. Tim. 2.
 Graeca laudantur.
 F

Gstri habent, secundum codices credo vestros postulationes posuisti. Hæc interim duo, id est quod alij postulationes, alij interpellationes interpretati sunt, vnum verbum transferre voluerunt quod Græcus habet *ἑρωτάω*. Et profecto aduertis, Sed nostri aliud esse interpellare, aliud postulare, Non enim solemus dicere, postulant interpellaturi, sed interpellat postulaturi. Veruntamen ex vicinitate verbum vsurpatum, cui propinquitas ipsa impetrat intellectum, non est velut cetera notatione culpandum. Nam & de ipso domino Iesu Christo dictum est, quod interpellat pro nobis. Nunquid interpellat, & non etiam postulat? Immo vero quia postulat, pro eo positum est interpellat. Euidenter quippe alibi de eo dicitur: Et si quis peccauerit, aduocatum habemus ad patrem Iesum Christum iustum, ipse est exoratio pro peccatis nostris. Quanquam fortassis codices apud vos etiam in eo loco de domino Iesu Christo non habent interpellat pro nobis, sed postulat pro nobis. In Græco enim quo verbo hic posita sunt interpellationes, quas ipse posuisti postulationes, ipsum & illic verbū est, vbi scriptum est, interpellat pro nobis. Cū igitur & qui precatur loquitur, & qui orat precatur, & qui interpellat deū ad hoc interpellat, ut oret & precetur, quid sibi vult quod ista ita posuit Apostolus, ut non sit eorum negligenda distinctio? Excepto itaque nomine generali, & salua loquendi consuetudine, secundum quam siue dicas precationem, siue orationem, siue interpellationem, vel postulationem, vna eademque res intelligitur, aliqua etiam singulorum istorum proprietates inquirenda est, sed ad eam liquidò peruenire difficile est. Multa quippe hinc dici possunt quæ improbanda non sunt, sed eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnis vel penè omnis frequentat ecclesia, ut precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione sacramentorum, antequam illud quod est in domini mensa, incipiat benedicere orationes cum benedicatur & sanctificatur, & ad distribuendum communitur, quæ totam petitionem ferè omnis ecclesia dominica oratione concludit. Ad quem intellectū etiam verbi Græci origo nos adiuvat. Nam eam quam dicit *ἑρωτάω*, raro ita scriptura ponit ut intelligatur oratio, sed plerumque & multo vsitatius votum appellat *ἑρωτάω*. **I** *ἑρωτάω* *πρὸς* *ἑωχῆν* verò, quod verbum ita positum est, vnde tractamus, semper orationem vocat. Vnde hanc verbi originem, sicut superius dixi, nonnulli minus erudite intuentes, *πρὸς* *ἑωχῆν* non orationem sed adorationem dicere voluerunt, quæ potius *προσκύνησις* dicitur. Sed quia oratio interdum dicitur, quæ vocatur *ἑρωτάω*, adoratio putata est *πρὸς* *ἑωχῆν*. Porro si vsitatius, ut dixi, in scripturis votum appellatur *ἑρωτάω*, excepto nomine generali orationis, ea proprie intelligenda est oratio, quam facimus ad votum, id est *πρὸς* *ἑωχῆν*. Vouentur autem omnia quæ offeruntur deo, maxime sancti altaris oblatio, quo sacramentò prædicatur nostrum aliud votum maximum, quo nos vouimus in Christo esse mansuros, vtique in compage corporis Christi. Cuius rei sacramentum est, quod vnus panis, vnus corpus multi sumus. Ideo in huius sanctificatione & distributionis preparatione, existimo Apostolum iussisse proprie fieri *πρὸς* *ἑωχῆν*, id est orationes, vel, ut nonnulli minus perite interpretati sunt, adorationes: hoc est enim ad votum, quod vsitatius in scripturis nuncupatur *ἑρωτάω*. Interpellationes autem, siue, vt vestri codices habent, postulationes, sunt cum populus benedicatur. Tunc enim antistites velut aduocati, susceptos

suos per manus impositionem misericordissimè offerunt potestati. Quibus peractis & participato tanto sacramentò, gratiarum actio cuncta concludit, quam in his etiam verbis vltimam commendauit Apostolus. Hæc autem causa præcipua fuit ista dicendi, vt his breuiter perstrictis atque significatis, non putaretur negligendum esse quod sequitur: Pro omnibus hominibus, pro regibus, & iis qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & charitate: ne quisquam sicut se habet humanæ cogitationis infirmitas, existimaret non esse ista facienda pro his, à quibus persecutione patiebatur ecclesia, cum membra Christi ex omni essent hominum genere colligenda. Vnde adiungit & dicit: Hoc enim bonum & acceptum est coram saluatore nostro deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Et ne quisquam diceret posse esse salutis viam in bona conuersatione, & vnus dei omnipotentis cultu, sine participatione corporis & sanguinis Christi, Vnus enim deus, inquit, & vnus mediator dei & hominum homo Christus Iesus: vt illud quod dixerat, Omnes homines vult saluos fieri: nullo alio modo intelligatur præstari, nisi per mediatorem, non deum quod semper verbum erat, sed hominē Christum Iesum, cum verbum caro factum est & habitauit in nobis. Vnde nec illud moueat te, quod de Iudæis idē Apostolus ait: Secundum Euangelium quidē inimici propter vos, secundum electionem autem dilecti propter patres. Altitudo quippe illa diuinarum sapientiæ & scientiæ dei, & illa inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius hinc fidelibus cordibus magnam ingerunt admirationē, qui de illius sapientia pertingente à fine vsq; ad finē fortiter & omnia sua uiter disponente non dubitant, quid sit quod ei placet, vt nascantur, crescant ac multiplicentur ij, quos & si malos ipse non fecit, tamen malos futuros esse præsciuit. Nimis enim consiliū eius in abdito est, quo etiam malis bene vitur ad profectum bonorum, etiam in hoc mirificans omnipotētiam bonitatis suæ: quia sicut illorum nequitia est male vti bonis operibus eius, sic illius sapientia est bene vti malis operibus eorum. Hanc igitur altitudinem sacramenti sic commendat Apostolus: Nolo vos ignorare fratres hoc sacramentum, vt non sitis vobis sapientes, quia cæcitas ex parte in Israël facta est, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Ex parte dixit, quia non omnes excæcati sunt, Erant enim ex illis qui Christum cognouerunt. Plenitudo autem gentium in his intrat, qui secundum propositum vocati sunt: & sic omnis Israël saluus fiet, quia & ex Iudæis & ex gentibus qui secundum propositum vocati sunt, ipsi verus sunt Israël. De quo dicit idem Apostolus: Et super Israël dei. Illos autem dicit Israël secundum carnem: Videte, inquit, Israël secundum carnem. Deinde interponit testimoniū propheta: Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob, & hoc illis à me testamentum cum abstulero peccata eorum, nō vtique omnium Iudæorum sed electorum. Hinc adiungit ea quæ inquirenda posuisti, Secundum Euangelium quidem inimici propter vos. Precium quidem redemptionis nostræ sanguis est Christi, qui vtique non nisi ab inimicis potuit occidi. Hic est ille vsus malorū in profectum bonorū. Quod verò adiungit, Secundum electionem autem dilecti propter patres, hinc ostendit nō illos inimicos, sed electos esse dilectos. Sed scripturæ mos est ita loqui de parte

A parte tanquā de toto, sicut Corinthios in primis epistola sua partibus, ita laudat tanquā omnes tales sunt, cum essent laudabiles quidam eorum: & postea in nonnullis epistola ipsius locis, ita reprehendit tanquā omnes culpabiles essent propter quosdam qui tales erant. Istam diuinarum scripturarum consuetudinem per omne corpus literarum eius creberrime sparsam, quis quis diligenter aduertit, multa dissoluit quæ inter se videntur esse contraria. Inimicos ergo alios dicit, alios dilectos. Sed qui in vno populo erant velut eisdem ipsos dicere videtur, quanquam & ex ipsis inimicis qui crucifixi erant dominum plerique conuersi sunt & apparuerunt electi. Tunc electi quando conuersi quantum ad salutis initium: quantum verò ad dei præscientiam non tunc electi, sed ante constitutionem mundi, sicut idem dicit Apostolus, quod elegerit nos ante mundi constitutionē. Duobus itaq; modis, ipsi inimici qui dilecti, siue quia in vno populo vtrique fuerant, siue quia ex inimicis sceleribus vsque ad sanguinem Christi, quidam eorum dilecti facti erant secundum electionem quæ latebat in præscientia dei. Ad hoc enim addidit, propter patres, quia id quod patribus promissum est, oportebat impleri, sicut circa finem epistolæ ad Romanos ait: Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum, gentes autē super misericordia glorificare deum. Secundum istā misericordiam dictū est: Inimici propter vos, quod & supra dixerat, illorū delicto salus gentibus. Cum autem dixisset: Secundum electionem propter patres: addidit: Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio dei. Vides certè illos significari, qui pertinent ad numerum prædestinatorum, De quibus alio loco dicit: Scimus quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Qui verò electi, ipsi sunt secundum propositum vocati, in quibus dei proculdubio præscientia falli non potest. Hos præsciuit & prædestinauit conformes imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: Quos autem prædestinauit, illos & vocauit. Hæc vocatio est secundum propositum, hæc est sine pœnitentia. Quos autem vocauit, illos & iustificauit, Quos autem iustificauit, illos & glorificauit, Si deus pro nobis, quis contra nos? Non sunt in ista vocatione, qui in fide quæ per dilectionem operatur, etiam si aliquantum ambulat, non perseverant vsque in finem: & vtique potuerūt rapi, ne malitia mutaret intellectū eorum, si ad illā prædestinationē & vocationē, quæ secundum propositum & sine pœnitentia est, pertinerent. At ne quisquam præsumptor ita de occultis iudicet alienis, vt dicat: Ideo non rapti sunt ex hac vita, antequam essent fidei desertores, quia in eadem vita non fideliter ambulabant, & hoc in eorum cordibus nouerat dominus, quanuis hominibus aliter apparet: quid dicturus est de infantulis paruulis, qui plerique accepto in illa ætate Christianæ gratiæ sacramento, cum sine dubio pertinerent ad vitam æternam regnūque cœlorum, si continuo ex hac vita emigrarent, sinuntur crescere, & nonnulli etiam apostatæ fiunt. Vnde nisi quia non pertinent ad illam prædestinationem, & secundum propositum ac sine pœnitentia vocationem. Cur autem ad eam alij pertineant, alij non pertineant, occulta causa esse potest, iniusta non potest. Nunquid enim iniquitas apud deum? Absit. Nam & hoc ad illam pertinet altitudinem iudiciorū,

quam mirans tanquam expauit Apostolus. Ideo quippe illa iudicia vocat, ne quisquam talia fieri putet, siue iniquitate, siue temeritate facientis, siue casu & fortuito labentibus illis partibus tam dispositorum sub tanta sapientia dei seculorum. In epistola porrò ad Colossenses, quod scriptum est: Nemo vos seducat volens in humilitate, & cetera quæ sequuntur, quousque tibi obscura esse dixisti, nec ego adhuc sine caligine intelligo, atque vtinam præsens de me ista quæsissem. In eo quippe sensu, quem mihi in his verbis habere video, adhibenda est quædam pronuntiatio in vultu & modo vocis qui exprimi, literis non potest, vt ex aliqua parte aperiat, quod ideo fit obscurius, quia non rectè sicut existimo pronuntiat. Quod enim scriptū est: Ne tetigeritis, ne gustaueritis, ne attaminaueritis: tanquam præceptum putatur Apostoli, nescio quid tangere, gustare, attaminare prohibentis. Contra est autem, si tamen in tanta obscuritate ista non fallor. Per irrisionem quippe verba posuit eorum, à quibus eos nolebat decipi atque seduci, qui discernentes cibos secundum culturam angelorum, atque ita de hoc modo decernentes, dicunt: Ne tetigeritis, ne gustaueritis, ne attaminaueritis, cum sint omnia munda mundis, & omnis creatura dei bona sit. Quod in alio loco ipse euidenter commendat. Totam ergo ipsius sententiæ circumstantiam videamus. Ita enim Apostoli intentione perspecta, sensum eius quantum valemus, fortasse tenebimus. Quibus enim ita scribit, metuebat eos seduci vmbri rerum dulci nomine scientiæ, & auerti à luce veritatis, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Hæc autem sub nomine sapientiæ vel scientiæ curā vanarū superfluarūve obseruationum, & de superstitione gōtilitatis, maximeq; ab eis qui Philosophi sunt nuncupati, & à Iudaismo cauendam esse cernebat, vbi erant vmbra futurorum remouenda, quoniam lumen earum iam Christus aduenerat. Cum ergo commemorasset & commendasset quantum certamen pro eis haberet, & pro iis qui Laodicæ fuerant, & quicunque nō viderant faciem eius in carne, vt cordibus consolarentur copulati in charitate, & in omnibus diuitiis plenitudinis intellectus, ad cognoscendum mysterium dei, quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, Hoc dico, inquit, vt nemo vos circūueniat in verisimili sermone: quia veritatis amore ducebantur, verisimilitudinem illis timuit ne deciperent, Et ideo commendauit in Christo quod dulcissimum habebant thesaurū, scilicet sapientiæ & scientiæ, cuius nomine & promissione induci poterant in errorem. Nam & si corpore, inquit, absens sum, spiritu vobiscū sum, gaudens & videns vestram ordinationē, & id quod deest fidei vestræ in Christo. Ideo illis timebat, quoniam quid eis adhuc deesset, videbat. Sicut ergo accepistis, inquit, Iesum Christum dominum nostrū, in ipso ambulate radicati & superædificati in ipso, & confirmati in fide, sicut & didicistis, abudantes in ea gratiarum actione. Vult eos fide nutrirī, vt capaces fiant participandorū thesaurorum sapientiæ & scientiæ, qui sunt absconditi in Christo, ne antequā sint ad hæc idonei, verisimili sermone capiantur, & à veritatis itinere deuiant. Deinde apertius quid eis timeat ostendens: Videte, inquit, ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem seductionem secundum traditionē hominum secundum elementa mundi, & non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ideo corporaliter dixit, quia illi vmbra

Postulationes.

Roma. 8.

1. Ioan. 2.

Preces ante consecrationem.

Illud.

1. Cor. 10.

Benedictio sacerdotis.

1. Timo. 2.

1. Timo. 2.

L

Ioan. 1.

Roma. 11.

Roma. 11.

Roma. 8.

Matth. 22.

Sapi. 4.

Esai. 59.

Questionis 7. solutio.

Colos. 2.

Μηδὴν κωσ.

E

Colos. 2.

πρὸς θεὸν λογίζεσθαι

G illi vmbrales seducebant,translato verbo vsus, sicut etiam vmbra nomen in his rebus non est vtiqve verbum proprium, sed quadam similitudinis ratione translatur. Et estis in illo inquit repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis. Per principatus enim & potestates supersticio gentilium vel philosophi seducebant, praedicantes illam quam vocat theologiam per elementa huius mundi. Caput autem omnium Christum, principium omnium voluit intelligi, sicut ipse ait cum ei dictum esset: Tu quis es? Respondit: Principium qui & loquor vobis. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Mirabiliter autem vult eos esse horum mirabilium contemptores, cum eos ostendit corpus factos illius capitis, dicendo: Et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis. Hinc iam ne vmbrae Iudaismi seducantur adiungit: In quo etiam circumcisi estis, circumcissione non manufacta in expoliatioe corporis carnis. Vel sicut aliqui habent, In expoliatioe corporis peccatorum carnis circumcissionis Christi, conscripti ei in baptismum, in quo & consurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitavit illum a mortuis. Vide quemadmodum & hic corpus Christi eos ostendit, vt ista contemnant, cohaerentes tanto capiti suo, mediatori dei & hominum Christo Iesu, & nullum falsum vel inualidum medium per quod deo cohaereant requirentes. Et vos, inquit, cum essetis portui in delictis & praepitio carnis vestrae, Praepitium vocavit quod significatur praepitio, hoc est, delicta carnalia quibus expoliandi sumus, Viuificavit, inquit, cum illo donans vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographum in decretis, quod erat contrarium nobis, quia reos lex faciebat, quae subintrauerat vt abundaret delictum. Tollens, inquit, illud de medio & affigens illud cruci, exuens se carne principatus & potestates exepulsi, fiducialiter triumphans eos in semetipso: non vtiqve bonos sed malos principatus & malas potestates, diabolicas scilicet & daemónicas exemplavit, id est exemplum de illis dedit, vt quemadmodum ipse se exiit carne, sic suos ostenderet exuendos carnalibus vitiis, per quae illi eis dominabantur. Iam hic diligenter attende quemadmodum inferat propter quod cuncta ista comemorauimus. Nemo ergo vos, inquit, iudicet in cibo, tanquam propterea omnia illa dixerit, quia isti per huiusmodi obseruationes seducebantur a veritate qua liberi fiebant. De qua dictum est in euangelio: Et veritas liberabit vos, id est liberos faciet. Nemo ergo vos, inquit, iudicet in cibo aut in potu aut in parte diei festi, aut neomenie, aut sabbatorum, quod est vmbra futurorum: hoc propter Iudaismum. Deinde sequitur propter superstitiones gentilium, Corpus autem Christi, inquit, nemo vos conuincat. Turpe est, inquit, & nimis incongruum, & a generositate vestre libertatis alienum, vt cum sitis corpus Christi, seducamini vmbrae, & conuinci videamini veluti peccantes, si hac obseruare negligitis. Corpus ergo Christi, nemo vos conuincat volens in humilitate cordis. Hoc si per verbum Graecum diceretur, etiam in Latina consuetudine populari, sonaret vltimatus. Sic enim & vulgo dicitur: qui diuitem affectat thelo diues, & qui sapientem thelo sapiens, & caetera huiusmodi. Ergo & hic thelo humilis, quod plenius dicitur thelon humilis, id est volens humilis, affectans humilitatem, quod intelligitur, volens videri humilis, affectans humilitatem. Hoc enim in talibus obseruationibus agitur, vt cor hominis velut religione humile reddatur. Addidit autem & cul-

turam angelorum, vel sicut vestri codices habent, religionem angelorum, quae Graece θεολογια dicitur, angelos volens intelligi principatus, quos elementorum mundi huius praepositos, in his obseruationibus colendos esse arbitrantur. Nemo ergo vos, inquit, conuincat cum sitis corpus Christi, volens videri humilis corde in cultura angelorum, quae non vidit inculcans. Vel sicut quidam codices habent: Quae vidit inculcans. Aut enim sic dicere voluit: Quae non vidit inculcans, quia homines ista suspicionibus & opinionibus agunt, non quod viderint ista esse facienda, Aut certe quae vidit inculcans, ideo magna existimans quia vidit ea quibusdam locis obseruari alibi ab hominibus quorum auctoritati haberet fidem etiam ratione non reddita: & ideo sibi magnus videtur, quia ei contigit quorundam sacrorum videre secreta. Sed plenior sensus est, quae non vidit inculcans, frustra, inflatus mente carnis suae. Mirabiliter ibi cum dixit inflatus mente carnis suae, vbi thelo humilem supra dixerat. Fit enim miris modis in anima hominis vt de falsa humilitate magis inflatur, quam si apertius superbiat. Et non tenens, inquit, caput, quod vult Christum intelligi, ex quo omne corpus copactum, & connexum subministratum & copulatum crescit in incrementum dei. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc velut viuentes de hoc mundo decernitis? His dictis inserit verba eorum qui decernunt de hoc mundo, per has obseruationes quasi rationabiles affectata vanitate humilitatis inflati, Ne tetigeritis, ne gustaueritis, ne attaminaueritis. Recolamus quod dictum est superius, vt hoc intelligamus. Non vult enim eos in his obseruationibus iudicari vbi dicitur: Ne tetigeritis, ne gustaueritis, ne attaminaueritis, quae sunt omnia, inquit, in corruptionem per abusionem. Omnia haec, inquit, magis ad corruptionem valent, cum superstitiose ab his abstinentur, vt eis homo abutatur, id est non eis vtatur secundum praepitium & doctrinas hominum. Hoc planum est, sed quod sequitur multum requirit. Quae sunt quidem rationem habentia sapientiae in obseruatione & humilitate cordis & vexatioe corporis. Vel sicut alij interpretati sunt: Ad non parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis: Cur, inquit, haec dicit rationem habere sapientiae, quae ita reprehendit? Dicam quod & ipse in scripturis potes aduertere, saepe sapientiam posteam etiam in sedibus mundi huius, quae dicit expressius sapientiam huius mundi. Nec moueat quod hic non addidit, mundi. Non enim & in alio loco, cum ait: Vbi sapiens vbi scriba, addidit huius mundi, vt diceret vbi sapiens huius mundi, & tamen hoc intelligitur, Sic & ista ratio sapientiae. Nihil enim ab eis dicitur in huiusmodi superstitiosis obseruationibus, vbi non mundi huius elementa naturamque rerum, ratio quaedam sapientiae reddi videatur. Nam & cum dicit: Caue ne quis vos decipiat per philosophiam: non ait, huius mundi. Et quid est philosophia Latine nisi studium sapientiae? Sunt ergo, inquit, ista rationem quidem habentia sapientiae, id est de quibus aliqua ratio reddatur, secundum elementa mundi huius, & principatus ac potestates in obseruatione & humilitate cordis. Id enim agunt ista, vt superstitionis vitio cor humilietur ad non parcendum corpori, dum fraudatur istis escis, quibus compellitur abstinere, non in honore aliquo ad saturitatem carnis: non quod honoratius illo magis quam illo cibo caro saturaretur, cum ad eius necessitatem non pertineat, nisi quolibet valetudini apto alimento refici

K rebaptizare, solent quidam inculcans ἐμβαπτίζω
Colo. 2. 7
per contra dunt.
σικληρομ. & φαρδύς
1. Cor. 11

A ci atque fulciri. De Euangelio inquisitio tua solet multos mouere, quomodo dominus post resurrectionem, cum in eodem corpore surrexerit, a quibusdam qui eum nouerant, vtriusque sexus hominibus & agnitus non sit, & agnitus sit. Vbi primum quari solet, vtrum in eius corpore, an potius in illorum oculis aliquid factum sit, quo non posset agnosci: Cum enim legitur: Tenebantur oculi eorum ne agnoscerent eum, impedimentum quoddam agnoscendi videtur in luminibus factum esse cernentium. Cum vero aperte alibi dicitur: Apparuit eis in alia effigie, vtiqve in ipso corpore, cuius alia erat effigies, aliquid factum fuisse, quo impedimento tenerentur, id est, moram agnoscendi paterentur oculi eorum. Sed ego miror cum duo sint in corpore, quibus cuiusque species agnoscat, lineamenta & color, cur ante resurrectionem, quod in monte ita transfiguratus est, vt fieret vultus eius splendidus sicut sol, neminem mouet eum vsque ad tantam excellentiam fulgoris & lucis colorem sui corporis mutare potuisse: & post resurrectionem mouet aliquatenus lineamenta mutata esse vt non posset agnosci: & rursum eadem potentiae facultate, sicut tunc pristinum colorem, sic & post resurrectionem pristina lineamenta reuocasse. Nam & illi tres discipuli, ante quorum oculos in monte transfiguratus est, non eum agnoscerent, si ad eos talis aliunde venisset: sed quia cum illo erant ipsum esse certissime retinebant. At enim corpus ipsum erat in quo resurrexit. Quid hoc ad rem? Nam illud vtiq; ipsum corpus erat, in quo in monte transfiguratus est, & ipsum erat iuuenis in quo natus est: & tamen si quis eum repente iuuenem vidisset, qui non nisi infantulum nosset, non vtiq; agnosceret. An vero ad lineamenta mutanda non potest celeriter dei potestas, quod potest per annorum moras hominis aetas? Quod autem Mariae dixit: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem: nihil aliud noueris me intelligere quam tu. Ita enim significare voluit tactum spiritalem, id est accessum fidei se requirere, qua creditur eum excelsum esse cum patre. Et quod ab illis duobus in fractione panis est agnitus, sacramentum esse, quo nos in agnitionem suam cogregat, nullus debet ambigere. De verbis Symeonis, vbi ait virgini matri domini: Et tuam ipsius animam pertransibit framea: In alia epistola, cuius exemplum etiam modo misit, dixi quid mihi videatur, quod etiam tibi inter caetera visum est. Et quod adiunxit: Vt denudentur multorum cordium cogitationes: hoc intelligendum puto, quia per domini passionem, & infirmitatem Iudaeorum, & discipulorum infirmitas patuit. Tribulationem igitur, gladius nomine significata esse, credibile est, quo materna anima vulnerata est doloris affectu. Ipse fuit gladius in ore persecutorum, de quibus in psalmo dicitur: Et gladius in ore eorum. Ipsi enim erant filij hominum, quorum dentes arma & sagittae, & lingua eorum gladius acutus. Nam & ferrum quod pertransit animam Ioseph, pro dura tribulatione positum ferrum mihi videtur. Aperte quippe dicitur: Ferrum pertransit animam eius donec veniret verbum eius, id est, tadium fuit in dura tribulatione, donec fieret quod praedixit. Hinc enim magnus est habitus, & ab illa tribulatione liberatus. Sed ne humanae sapientiae tribueretur quod venit verbum eius, id est factum est quod praedixit, more suo scriptura sancta deo inde dat gloriam. Et continuo subiungit: Eloquium domini igniuit eum. Vt potui non desui interrogationibus tuis adiectus orationibus tuis, & ipsis quas misisti disputationibus tuis.

nibus tuis. Cum enim interrogando disputas, & quaris acriter, & doces humiliter. Vtile est autem vt de obscuritatibus diuinarum scripturarum, quas exercitationis nostrae causa deus esse voluit, multae inuentantur sententiae, cum aliud alij videtur, quae tamen omnes sanae fidei doctrinae concordent. Dabis sane veniam stylo meo multum festinanti, vt iam in nauis constituto occurrerem perlatori. Filium autem nostrum Paulinum in Christi charitate dulcissimum, in hac potius epistola resaluto, & paucis vt festinus exhortor, vt misericordiae domini, qui scisci dare auxilium de tribulatione, eum turbulentissima tempestate misit in portum, quo tu pelago tranquillo permeasti, ipsi marinae tranquillitati minime credens, & qui eius rudimentis excipiendis atque nutriendis te dedit, gratias agat quantas potest, & omnia ossa eius dicant, Domine quis similis tibi? Non enim vberiore fructu legit vel audit me docentem ac differentem, vel quibuslibet exhortationibus accendentem, quam inspicit te viuentem. Resalutant sanctam & sincerissimam benignitatem tuam conserui mei qui mecum sunt. Condiaconus autem noster Peregrinus, ex quo a me profectus est cum sancto fratre nostro Urbano, quando episcopatus sarcinam subire perrexit, nondum remeavit Hipponem. Saluos eos tamen in nomine Christi, & literis eorum & fama nunciante cognoscimus. Compresbyterum Paulinum, & omnes qui tua praesentia in domino perfruuntur germano salutamus affectu.

Augustinus Caeciliano praesidi, ut suo edicto coerceat Donatistas iuxta Hipponem, quemadmodum alibi fecerat.

Epistola LXI.

DOMINO eximio, & in Christi charitate vere merito honorabili ac suscipiendo filio Caeciliano, Augustinus. Administrationis tuae claritas & fama virtutum, pietatis quoque Christianae laudanda diligentia & fida sinceritas, quae tibi diuina munera eo donante gaudes tributa, a quo speras promittente potiora, excitauerunt me, vt hoc epistolari alloquio, actus causarum mearum excellentiae aperirem tuae. Quantum enim per alias Apricae terras te vnitati catholicae mirabili efficacia consuluisse gaudemus, tantum dolemus regionem Hipponensem, & eius vicinas partes confines Numidiae, praesidiali edicti tui vigore nondum adiuuari meruisse, domine eximie & in Christi charitate vere meritoque honorabilis ac suscipiende fili. Quod ne mea potius negligentia deputetur, qui episcopalem sarcinam Hipponem sustineo, tuae magnificentiae non tacendum putavi. Quantum etiam in campo Hipponensi haeretica praesumat audacia, si ex fratribus & collegis meis, qui haec tuae sublimitati narrare potuerint, vel ex presbytero, quem cum literis misit, fueris audire dignatus, adiuuante domino deo nostro, proculdubio providebis vt tumor sacrilegae vanitatis, terrendo sanetur potius, quam vlciscendo resecetur.

Augustinus Dulcilio Tribuno, ut Donatistas edicto suo corrigat, non occidat, deique mira uesania quorundam qui sibi necem consciscerant.

Epistola LXI.

DOMINO eximio & honorabili filio Dulcilio, Augustinus salutem in domino. Non debui contemnere petitionem tuam, qua desyderasti a me institui, quemadmodum te oportet haereticis respondere, quorum salus in domino misericordia, instantia

salus, cum excellentia partitur tua.
De isto Dulcilio vide. 2. retrac. 59. & 63.

Exemplare ἐπιγραφή
κατορθωθέν
De adoratione mista est vox Graeca Latine, sicut in copresbytero, subdiacono, condiacono,

G instantia quoque tua strenuitatis inquiritur. Quauis enim ingentes eorum multitudines, vnde plurimum gratulamur, quidam tamen eorum & deo & hominibus miserabili instinctu furoris ingrati, nisi suis cadibus nos vastare non possunt, suo nos exitio terrere se credunt, aut letitiam suam quareretes de mortibus nostris, aut tristitiam nostram de mortibus suis. Sed non debet tot tantorumque populorum salutem, furiosus error hominum impedire paucorum: quid eis velimus, non solum deus & prudentes homines, verumetiam ipsi cum sint nobis inimicissimi, sentiunt. Cum enim suae prouinciae terrendos putant, non dubitant nos timere ne pereant. Sed quid faciamus, videntes quod multi adiutate domino per occasionem vestram viam pacis inueniant? Nunquid prohibere nos possumus vel debemus ab hac vnitatis instantia, dum metuinus ne quidam durissimi & in seipfos crudelissimi, non nostra sed propria voluntate se perdant? Optaremus quidem ut omnes qui contra Christum portant signum Christi, & contra Euangelium de ipso Euangelio quod non intelligunt gloriantur, a sua peruersitate discederent. Sed quoniam deus occulta satis dispositione, sed tamen iusta, nonnullos eorum poenis praedestinavit extremis, proculdubio melius incomparabili numerositate plurimis ab illa pestifera diuisione & dispersione redintegratis atque collectis, quidam suis ignibus pereunt, quam pariter vniuersi sempiternis ignibus gehennarum merito sacrilegae dissensionis ardebunt. Sic enim pereuntes dolet ecclesia, quemadmodum rebellem filium sanctus Dauid, de cuius salute seruanda sollicita dilectione mandauerat. Nam cum merito nephanda impietatis extinctum, etiam cum testimonio lachrymosae vocis ingemuit. Veruntamen superbo & maligno discedente in locum suum, populus dei qui fuerat illius tyrannide diuisus, agnouit regem suum, Et de amisso filio mororem patris, perfectio consolata est vnitatis. Non itaque reprehendimus domine eximie & honorabilis filii, quod tales homines apud Tamugade, prius edicto admonendos existimasti: sed quod ibi dixisti, noueritis vos debite neci dandos: putauerunt sicut eorum rescripta indicant, hoc te fuisse comminatum, quod tu illos apprehensus fueras occisurus, non intelligentes de illa nece, quam ipsi sibi volunt ingerere te locutu. Non enim tu in eos ius gladij vllis legibus accepisti, aut imperialibus constitutis, quorum tibi iniuncta est executio, hoc praecipuum est ut necentur. Secundo sane edicto dilectionis tuae planius quid volueris aperuisti. Quod autem etiam ipsum episcopum illorum putasti, literis alloquendum, humanissime ostendisti, quanta mansuetudine temperati sunt in catholica ecclesia, etiam qui potestate Christiani imperatoris, siue terrendo siue plectendo corrigendis praeficiuntur erroribus, nisi quod honorificentioribus eum verbis tractasti quam decebat hereticum. Sed quod eius responsioni me respondere voluisti, credo te arbitratum etiam hoc Tamugadenis debere praestare, vt fallax doctrina ipsius a quo seducebantur, aliquanto diligentius refellatur: verum nos & occupatissimi sumus, & iam plurimis opusculis nostris huiusmodi vaniloquia refutamus. Iam enim nescio quotiens disputado & scribendo monstrauimus, non eos posse habere martyrum mortem, quia Christianorum non habent vitam, cum martyrem non faciat poena, sed causa. Docuimus etiam liberum arbitrium sic homini datu, vt tamen & diuinis legibus & humanis rectissime grauissimae supplicia con-

stituta sint peccatorum: & pertinere ad religiosos reges terra, non solum adulteria, vel homicidia, vel huiusmodi alia flagitia seu facinora, verumetiam sacrilegia seueritate congrua cohibere, Multumque illos falli, qui putant a nobis istos tales suscipi, quales sunt, quia non eos rebaptizamus. Quomodo enim tales suscipiuntur quales sunt, cum sint haeretici, & ad nos transeundo fiant catholici? Neque enim propterea corda deprauata non licet corrigi, quia sacramenta semel data non licet iterari. De mortibus autem furiosissimis, quas quidam eorum ipsi sibi inferunt, de quibus solent detestabiles & abominabiles esse multis, etiam suis quorum mentes dementia non tanta possedit, eis secundum scripturas rationemque Christianorum saepe respondimus: quoniam scriptum est, Qui sibi nequam cui bonus? Aut certe in eisdem positum tentationibus, mori volentem accadat & proximum, qui sibi expedire & licere putat occidere seipsum, quoniam scriptura dicit, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Nullis autem iubentibus legibus vel legitimis potestatibus, non licere alterum occidere, etiam volentem & parentem, & viuere iam non valentem, satis indicat scriptura Regnorum. Vbi rex Dauid regis Saulis interfectore insit occidi, cum ille dixisset ab eo iam faucio atque semiuuio petiuit se fuisse vt hoc faceret, & animam corporis nexibus obluentem soluique cupientem, vno ictu vulneris ab illis cruciatibus liberaret. Proinde quia omnis qui sine vlla legitima potestatis autoritate hominem occidit, homicida est, quisquis seipsum occidit non sit homicida si non homo est. Hec omnia multimodis in aliis plurimis nostris sermonibus & literis diximus. Veruntamen, quod fatendum, de isto Razio seniore, quem summa exemplorum inopia coartati se in Maccabaeorum libris, quasi ad auctoritatem sceleris quo seipsum perdunt, perferunt omnibus ecclesiasticis auctoritatibus, vix aliquando inuenisse gloriantur, adhuc eis nunquam respondisse me recolo: sed quod tuae charitati & prudentibus quibusque sufficiat ad istos redarguendos, si ad vitam Christianorum de Iudaea gente atque illis literis parati sunt omnium sanctorum exempla transferre, tunc & hoc transferat: Si autem illic sunt plurima eorum quoque hominum, qui literarum illarum veritate laudati sunt, vel huic iam tempore non conuenientia, vel etiam illo tempore non recte facta, tale etiam hoc est quod in seipsum Razius iste commisit: qui cum esset & apud suos nobilis, & multum in Iudaismo profecisset, quae sibi in comparatione iustitiae Christianae, damna & stercora fuisse dicit Apostolus, & propter hoc idem Razius Iudaeorum pater appellatur: quid mirum est si tanquam homini elatio superba subrepit, vt mallet manu propria periri, quam post illam in suorum aspectibus celsitudinem, sustinere indignam in hostium manibus seruitutem? Solent in literis gentilium ista laudari. In his autem Maccabaeorum libris, quauis homo fuerit ipse laudatus, factum tamen eius narratum est non laudatum, & iudicandum potius quam imitandum, quasi ante oculos constitutum: non sane nostro iudicio iudicandum, quod nos quoque vt homines habere possemus, sed iudicio doctrinae sobriae, quae in ipsis quoque libris veteribus clara est. Longe quippe fuit iste Razius a verbis illis vbi legitur: Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habere. Non ergo fuit iste vir eligenda mortis sapiens, sed ferenda humilitatis impatiens. Scriptum est, quod voluerit

K
Spontanea mors
Exod. 23.
Ecclesiasti. ci. 14.
Leuit. 19.
Math. 22.
2. Reg. 1.
L
2. Macca. 14.
M
Razius.
Ecclesiasti. ci. 2.

A. voluerit nobiliter & viriliter mori, sed nunquid ideo sapienter? Nobiliter scilicet, ne libertatem sui generis captius amitteret. Viriliter autem, quod tantas vires animi haberet, quibus idoneus esset vt seipse perimeret, quod gladio cum implere non posset, de muro se praecipitem dedit, & sic adhuc viuus abruptam cucurrit ad petram, atque ibi exanguis intestina sua produxit, quae vtraque manu dissipata spargebat in populum, ac deinde postea defessus occubuit. Magna haec sunt, nec tamen bona, Non enim bonum est omne quod magnum est, quoniam sunt magna etiam mala. Deus dixit, Innocentem & iustum ne occidas. Si ergo iste innocens & iustus non fuit, cur proponitur imitandus? Si autem innocens & iustus fuit, quare interfectore innocens & iusti, id est, ipsius Razij insuper putatur esse laudandus? Haec interim, ne nimium proluxa fiat, huic epistola implenda satis sint. Debeo autem Tamugadenisibus eiusmodi ministerium charitatis, quoniam mihi & noto tuo & ab honorabili & charissimo filio meo Eleusino, qui tribunatum apud eos egit bene insinuati sunt, vt ambabus epistolis Gaudentij Donatistarum episcopi, & maxime posteriori, quam secundum scripturas sanctas se fecisse arbitrat, ita respondeam ne aliquid praetermissum putetur.

Augustinus Caesestino Diacono de mutua benevolentia.
Epistola. LXII.

Omino venerabili nimiumque desyderabili, sancto fratri & codiacono Caesestino, Augustinus in domino salutem. Quauis longe absens fuerim, quando per Proiectum clericum ad me directa Hipponem sanctitatis tuae scripta venerunt, tamen posteaquam veni, eisque lectis, rescriptorum debitorum me factum esse cognoui, reddendi tempus operiebar: & ecce subito profecturi a nobis charissimi fratris nostri Albini acoluthi, gratissima occurrit occasio. De tua igitur, quae mihi exoptatissima est, salute laetatus, sanctitati tuae salutationem debita reddo. Semper autem debeo charitatem, quae sola etiam reddita, semper detinet debitorem. Redditur enim cum impenditur, debetur autem etiam si reddita fuerit, quia nullum est tempus quando impendenda iam non sit: nec cum redditur amittitur, sed potius reddendo multiplicatur: habendo enim redditur non carendo. Et cum reddi non possit nisi habeatur, nec haberi potest nisi reddatur: imo etiam cum redditur ab homine, crescit in homine, & tanto maior acquiritur, quanto pluribus redditur. Quomodo autem negetur amicis, quae debetur & inimicis? Sed inimicis tanta impenditur, amicis secunda rependitur. Agit tamen quantum potest, vt ab iis etiam quibus pro malis bona retribuit, id recipiat quod impendit. Optamus quippe fieri amicum, quem veraciter diligimus inimicum: quia non eum diligimus nisi velimus bonum, quod vti que non erit nisi amiserit inimicitiarum malum. Non ergo sic impenditur charitas vt pecunia. Excepto enim quod impendendo illa diminuitur, haec augetur: etiam illo inter se differunt: quod pecuniam cui dederimus tunc ei beneuolentiores erimus si recipere non quaeramus: non autem potest esse verus charitatis impesor, nisi fuerit benignus exactor: quoniam pecunia cum recipitur accedit cui datur, sed recedit a quo datur, charitas vero non solum apud eum crescit qui hanc ab eo quem diligit, exigit, etiam si non recipit, sed etiam ille a quo eam recipit tunc incipit habere cum reddi. Proinde domine frater mutua tibi charitatem libens reddo gaudensque recipio: quam recipio Tomus secundus.

Exod. 23.
2. Reg. 1.
L
2. Macca. 14.
M
Razius.
† cauta.

adhuc repeto, quam reddo adhuc debeo. Vnum enim magistram apud quem condiscipuli sumus, per eius Apostolum dociles audire debemus praecipientem ac dicentem, Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.

Augustinus Caesestino de triplici rerum ordine.
Epistola. LXIII.

Augustinus Caesestino. O vtinam possem asidue tibi aliquid dicere, Id autem aliquid est, vt curis exueremur inanibus, & curis indueremur vtilibus. Nam de securitate nescio vtrum quicquam in hoc mundo sperandum sit. Scripsi nec recepi vlla rescripta. Misi aduersum Manichaeos libros quos paratos & emendatos mittere potui, nec quicquam ex illis iudicij motusque nostri notum mihi factum est. Nunc eos repetere iam me, vos autem restitnere conuenit. Peto itaque ne differatis eos remittere cum rescriptis, quibus nosse cupio quid de illis geritis, vel adhuc ad illum errorem expugnandum quid armaturae vobis opus esse arbitremini. Sane quoniam te noui, accipe hoc quoddam grande & breue. Est natura per locos & tempora mutabilis, vt est corpus. Et est natura per locos nullo modo sed tantum per tempora etiam ipsa mutabilis vt anima. Et est natura quae nec per locos nec per tempora mutari potest, hoc deus est. Quod hic insinuauit quoquo modo mutabile, creatura dicitur: quod immutabile creator. Cum autem omne quod esse dicimus, in quantum manet dicamus, & in quantum vnu est, omnis porro pulchritudinis forma vnitas sit, vides profecto in ista distributione naturarum, quid summe sit: quid infime, & tamé sit: quid medie, maiusque infimo & minus summo sit. Summum illud est ipsa beatitas. Infimum quod nec beatum esse potest nec miserum. Quod vero medium, viuunt inclinatione ad infimum, misere, conuersione ad summum beate viuunt. Qui Christo credit, non diligit infimum, non superbit in medio, atque ita summo inherere fit idoneus: & hoc est totum quod agere iubemur, monemur, accendimur.

Augustinus presbyter Aurelio episcopo, lamentans tenuentiam, contentiones ac dolos mire regnare apud Apros, etiam in solennibus conuiuiis in honorem martyrum fieri solitis, ostendens quibus modis possit illis mederi.
Epistola. LXIII.

Aurelio episcopo, Augustinus presbyter. Quae gratia responderem literis sanctitatis tuae, cum diu hactenus non reperire: omnia enim vicit affectus animi mei, quem iam sponte surgentem lectio epistolae tuae multo ardentius excitauit: commisi me iam deo qui pro viribus meis operaretur in me, vt ea rescriberem, quae vtrique nostrum studio in domino & cura ecclesiasticae pro tua praestantia & mea obsecundatione congruerent. Atque illud primum, quod orationibus meis te adiuuari credis, non solum non defugio, verumetiam libenter amplector. Ita enim, & si non meis, certe tuis, me dominus nunc t exaudiet. Quod fratrem Alipium in nostra conuentione mansisse, vt exemplo sit fratris curas munda huius vitare cupientibus, beneuolentissime accepisti, ago gratias quas nullis verbis explicare possum: dominus hoc rependat in animam tuam. Omnis itaque fratrum coetus qui apud nos coalescere, tanta tibi praerogatiua obstrictus est, vt locus terrarum tantum longe disunctis ita nobis consulueris tanquam praesentibus.

Rom. 13.
E
8. de Geni. 1.
ad literam
cap. 25. & 26.
1. sen. distict.
37. cap. &
duob. seq.
F
† nosse.

Mira in haereticos clementia.

G presentissimus spiritu. Quapropter precibus quantum valeamus incumbimus, ut locum tibi commissum tecum dominus sustinere dignetur, nec te vspiam deferere, sed adesse adiutor in opportunitatibus, faciens cum ecclesia sua misericordiam per sacerdotium tuum, quale spiritales viri ut faciat, lachrymis eum gemitibusque interpellant. Scias itaque domine beatissime & plenissima charitate venerabilis, non desperare nos, immo sperare vehementer, quod dominus & deus noster per auctoritatem personam quam geris, quam non carni, sed spiritui tuo impostam esse confidimus, multas carnales felicitates & aegritudines, quas Africana ecclesia in multis patitur in paucis gemit, consiliorum gravitate & tua possit sanare. Cum enim Apostolus tria breuiter genera vitiorum detestanda & vitanda vno in loco posuerit, de quibus innumerabilium peccatorum exurgit leges, vnum horum quod secundo loco posuit acerrime in ecclesia vindicatur, duo autem reliqua, id est primum & vltimum, tolerabilia videntur hominibus, atque ita paulatim fieri potest, ut nec vitia iam putentur. Ait enim vas electionis: Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudiciis, non in contentione & dolo, sed induite vos dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in concupiscentiis. Horum ergo trium, cubilia & impudicitia, tam magnum crimen putatur, ut nemo dignus, non modo ecclesiastico ministerio, sed ipsa etiam sacramentorum communione videatur, qui se isto peccato maculauerit. Et recte omnino. Sed quare solum? Comessationes enim & ebrietates ita concessae & licitae putantur, ut in honorem etiam beatissimorum martyrum, non solum per dies solennes, quod ipsum quis non lugendum videat qui haec non carnis oculis inspicit, sed etiam quotidie celebrentur. Quam foeditatem, si tantum flagitiosa & non etiam sacrilega esset, quibuscunque tolerantiae viribus sustentandam putarem. Quamquam ubi est illud, quod cum multa vitia enumerasset idem Apostolus, inter quae posuit ebriosos, ita conclusit, ut diceret cum talibus nec panem edere. Sed feramus haec in luxu & labe domestica, & eorum conuiuio quae priuatis parietibus continentur, accipiamusque cum eis corpus Christi cum quibus panem edere prohibemur, saltem de sanctorum corporum sepulchris, saltem de locis sacrorum, de domibus orationum tantum deducatur. Quis enim audeat negare tibi priuatum, quod cum frequentatur in sanctis locis, honor martyrum nominatur? Haec si prima Africana tentaret auferre a ceteris terris, imitatione digna esse deberet. Cum vero & per Italiae maximam partem, & in aliis omnibus aut prope omnibus transmarinis ecclesiis, partim quia nunquam facta sunt, partim quia vel orta vel inueterata, sanctorum & vere debita futura cogitantium episcoporum diligentia & animaduersione extincta atque deleta sint, dubitamus quomodo possumus tantam morum labem, vel proposito tam lato exemplo emendare? & nos quidem illarum partium hominem habemus episcopum, unde magnas agimus gratias deo: quamquam eius modestiae atque lenitatis est, eius denique prudentiae & sollicitudinis in domino, ut etiam si Apher esset, cito illi de scripturis persuaderetur curandum, quod licentiosa & male libera consuetudo vulnus infixit. Sed tanta pestilentia est huius mali, ut sanari prorsus, quantum mihi videtur, nisi concilij auctoritate non possit. Aut si ab vna ecclesia inchoanda est medicina, sicut videtur audacia, mutare conari quod Carthaginensis ec-

Rom. 13.

44. disti. ca. comessationes.

1. Cor. 5.

Ebriosi in honorem martyrum veterare.

de vita.

Concilium contra ebrios.

clesia tenet, sic magnae impudentiae est, velle seruare quod Carthaginensis ecclesia correxit. Ad hanc autem rem quis alius episcopus esset optandus, nisi qui ea diaconus execrabatur? Sed quod erat tunc dolendum, nunc auferendum est, non asperere, sed sicut scriptum est, in spiritu lenitatis & mansuetudinis. Dant enim mihi fiduciam litterae tuae indices grauissimae charitatis, ut tecum tanquam tecum audeam colloqui. Non ergo asperere, quantum existimo, non duriter, non modo imperioso ista tolluntur, magis docendo quam iubendo, magis monendo quam minando. Sic enim agendum est cum multitudine peccantium. Seueritas autem exercenda est in peccata paucorum. Et si quid minamur cum dolore fiat, de scripturis comminando vindictam futuram, ne nos ipsi in nostra potestate, sed deus in nostro sermone timeatur. Ita prius mouebuntur spirituales vel spiritualibus proximi, quorum auctoritate & lenissimis quidem sed instantissimis admonitionibus cetera multitudo frangatur. Sed quoniam ista in coemeteriis ebrietates & luxuriosa conuiuia, non solum honores martyrum a carnali & imperita plebe credi solent, sed etiam solatia mortuorum, mihi videtur facilius illis dissuaderi posse istam foeditatem ac turpitudinem, si de scripturis prohibeatur, & oblationes pro spiritibus dormientium, quas vere aliquid adiuuare credendum est, super ipsas memorias non sint sumptuosae, atque omnibus petentibus sine typho & cum alacritate praebentur neque vendantur. Sed si quis pro religione aliquid pecuniae offerre voluerit, in praesenti pauperibus erogetur. Ita nec deserere videbuntur memorias suorum, quod potest gignere non leuem cordis dolorem, & id celebrabitur in ecclesia quod pie honesteque celebratur. Haec interim de comessationibus & ebrietatibus dicta sunt. De contentione autem & dolo quid me attinet dicere, quando ista vitia non in plebe, sed in nostro numero grauiora sunt? Horum autem morborum mater superbia est, & humanae laudis auditas, quae etiam hypocrisis saepe generat. Huic non resistitur nisi crebris diuinorum librorum testimoniis incutiatur timor & charitas dei, si tamen ille qui hoc agit, seipsum praebet patientiae atque humilitatis exemplum, minus sibi assumendo quam offertur, sed tamen ab eis qui se honorant nec totum nec nihil accipiendo, & id quod accipitur laudis aut honoris, non propter se qui totus coram deo esse debet & humana contemnere, sed propter illos accipiatur quibus consulere non potest si nimia deiectione vilescat. Ad hoc enim pertinet quod dictum est: Nemo iuuentutem tuam contemnat: cum hoc ille dixerit, qui alio loco ait: Si hominibus placere vellem, Christi seruus non essem. Magnum est de honoribus & laudibus hominum non laetari, sed omnem pompam inanem praecidere, & si quid inde necessarium retinetur, id totum ad vtilitatem honorantium salutemque conferre. Non enim frustra dictum est: Deus confringet ossa hominum placere volentium. Quid enim languidius, quid tam sine stabilitate ac fortitudine, quod ossa significant, quam homo quem male loquentium lingua debilitat, cum sciat falsa esse quae dicuntur? Cuius rei dolor nullo modo animam viscerum dilaniaret, si non amor laudis ossa eius confringeret. Praesumo de robore animi tui. Itaque ista quae tecum confero, mihi dico, dignaris tamen credo tecum confyderare, quam sint grauiora, quam difficilia. Non enim huius hostis vires sentit, nisi qui ei bellum indixerit: quia &

Gala. 6. germanic. Consuetudo tollenda. 44. disti. ca. comessationes.

L Sacrificia pro mortuis

Contentio & dolo.

M

Authoritas. 1. Tim. 4. Gala. 1.

Psal. 52.

Laudes hominum modo accipiendae.

A quia & si cuiquam facile est laude carere dum denegatur, difficile est ea non delectari cum offertur: & tamen tanta mentis in deum debet esse suspensio, ut si non merito laudemur, corrigamus eos quos possumus: ne arbitrentur aut in nobis esse quod non est, aut nostrum esse quod dei est, aut ea laudent, quae quanuis non desint nobis, aut etiam supersint, nequaquam tamen sunt laudabilia: velut sunt bona omnia: quae vel cum pecoribus habemus communia vel cum impiis hominibus. Si autem merito laudamur, propter deum gratulemur eis quibus placet verum bonum: non tamen pro his quia placemus hominibus, sed si coram deo tales sumus quales nos esse credunt, & non tribuitur nobis sed deo, cuius dona sunt omnia quae vere meritoque laudantur. Haec mihi ipse canto quotidie, vel potius ille cuius salutaria praecipua sunt, quaecumque siue in diuinis lectionibus inueniuntur, siue quae intrinsecus animo suggeruntur: & tamen vehementer cum aduersario dimicans, saepe ab eo vulnera capio, cum delectatione oblatae laudis mihi auferre non possum. Haec propterea scripsi, ut si tu sanctitati iam non sunt necessaria, siue quod plura huiusmodi ipse cogites atque vtiliora, siue quod tuae sanctitati medicina ista non opus sit, mala tamen mea nota sint tibi, sciasque unde pro mea infirmitate deum rogare digneris, quod ut impensissime facias, obsecro per humanitatem illius qui praecipuum dedit, ut inuicem onera nostra portemus. Multa sunt quae de vita nostra & conuersatione desererem, quae nollem per litteras ad te venire, si inter cor meum & cor tuum, vlla essent ministeria praeter os meum & aures tuas. Si autem venerabilis nobis omniumque nostrum tota sinceritate charissimus, cuius in te vere fraternam cum praesens essem benignitatem studiumque perspexi, senex Saturninus dignatus fuerit, quando opportunum videbitur ad nos venire, quicquid cum eius sanctitate & speciali affectu colloqui poterimus, aut nihil aut non multum distabit, ac si cum tua dignatione id ageremus. Quod ut nobiscum ab eo petere atque impetrare digneris, tantis precibus posco, quantis verba nulla sufficiunt. Absentiam enim meam tantam longe Hipponenses vehementer nimisque formidant, neque villo modo mihi sic volunt credere, ut & ego vobis. Agrum fratribus datum provisione & liberalitate tua didicimus ante epistolam tuam, per sanctum fratrem & conseruum nostrum Parthenium, a quo multa alia quae audire desiderabamus, audiimus. Praestabit dominus ut etiam cetera quae adhuc desideramus implentur.

B stri tibi ex parte satiatus fuero. Vberius enim ad vos in eorum pectoribus & orationibus nos esse venturos, iam iamque in Christi nomine atque adiutorio speramus. Cum haec scriberemus, etiam per vnanimum filium nostrum Carthaginensis ecclesiae presbyterum Fortunatianum Romam nauigaturum, aliam epistolam paucis ante diebus iam dederam. Nunc ergo quod soleo rogo, ut quod soletis faciatis. Oretis pro nobis ut videat deus humilitatem nostram & laborem nostrum, & dimittat omnia peccata nostra. Colloqui autem vobiscum talia cupio, si dignemini literis, qualia colloqui possemus si coram vestris sensibus adessemus. Ecce illa questiuicula quam nuper proposueram, tanquam si praesens praesenti inter dulces loquelas obderem, plane Christiano intellectu & deuotione soluisi, sed nimis cursum & breuiter: posset quippe ibi aliquanto diutius & vberius habitare gratia oris tui, si cum dixisses ita te illo quo feliciter vteris loco perseverare decreuisses, ut si quid de te aliud domino placuerit, eius voluntate praeferas tuam, id ipsum aliquanto apertius explicares, quoniam nam modo voluntatem dei quae nostrae voluntati praeposenda est nouerimus. Vtrum tantum in ea re quam propterea praefere deberemus, quia & inuicem cogemur. Ibi enim sit quidem quod nolumus. Sed ideo nos cogimur ut velimus; quia ille vult cuius voluntatis neque excellentiam fas est recusare, nec omnipotentiam licet euitare: sicut Petrum alter cinxit & tulit quod noluerat: veruntamen quod nollet ire, sed volens mortem subit. Asperrimum est, ibi ubi est potestas, non mutare sententiam, quamuis aliud occurrat in quo potius appareat voluntas dei ad mutandam sententiam nos vocantis, non quia nostra mala erat, sed in qua recte permaneret, nisi ab illo in alteram vocaremur. Neque enim malum fuit Abraham nutrire & educare filium, quoad posset quantum in ipso esset visus; ad finem vitae suae: sed repente iustus occideret, mutauit utique non prius malam sententiam, sed quae mala esset si potioribus mutata non esset. Hinc quoque non dubito nihil aliud videri tibi, sed plerumque non voce de caelo, non per prophetam, non per reuelationem, vel somnium, vel excessus mentis, qui dicitur extasis, sed rebus ipsis accidentibus, & ad aliud quam statueramus vocantibus cogimur agnoscere dei voluntatem aliam [esse] quam erat nostra. Quod si proficisci statueremus, & aliquid orietur quod consulta de officio nostro veritas veteret deserere, aut decernentibus ibi manere, nunciaretur aliquid quod eadem veritate consulta nos compelleret proficisci, de hoc tertio genere causarum mutandae sententiae, quid tibi videatur peto tecum plenius & enodatius colloquaris. Saepe nos quippe conturbat, & difficile est nos aliquid quod magis faciendum erat omittere, dum illud mutare volumus, in quo prius permanere statueramus, non quidem malum, verum iam ideo malum, quia id quod potius agendum est occurrens deseritur. Quod si non occurreret, non solum sine vituperatione sed etiam cum laude, in illo priore perduraretur. Hic non falli difficile est, hic omnino vox prophetica praevalet. Delicta quis intelligit? Hinc oro participationem me facias cogitationum tuarum, quid in talibus vel facere soleas vel faciendum esse reperias.

Augustinus Paulino, cupiens ab illo plenius explicari quomodo voluntas hominum subditur voluntati diuinae. Epistola. LXV.

S Anctis & deo dilectissimis merito venerabilibus, & multum desiderabilibus fratribus, Paulino & Therasia, Augustinus in domino salutem. Charissimus frater Celsus cum rescripta repeteret, debitum reddere festinaui. Sed vere festinaui. Cum enim eum putarem adhuc aliquot dies nobiscum moraturum, repente comperta occasione nauigij, mihi pridianam suam profectionem iam nocte suggestit. Quid facerem cum eum tenere non possem, & quia ad vos cum quibus ei melius esset properabat, nec si possem deberem. Proinde pauca ilico haec arripui dictanda atque mittenda, prolixioris epistolae me consistens debitorum, cum post reditum venerabilium fratrum nostrorum collegarum Therasij & Euodij, primum notum secundum.

D vestri nos toribus vos

E

F

Psal. 8.

Augustinus Maximo medico, recens ad ecclesiam catholicam conuerso, hortans illum ut studeat et alios eodem adducere, praesertim quum nonnullos in errorem adduxisset auctoritate sua, instruens illum aduersus eos, qui de trium personarum eadem essentia impie disputant. Epistola. LXVI. i ij Dominus

G Omino eximio meritoq; honorabili & religioso fratri Maximo, Alipius & Augustinus in domino salutem. Cum à sancto fratre & coepiscopo nostro Peregrino de tua tuorumq; non corporali sed spiritali salute praecepue quereremus, de tua quidem laetos, de tuorum vero tristes nos eius responsa fecerunt, quod non sunt ecclesiae catholicae salubri correctione fociati. Et quia id cito futurum sperabamus, adhuc non esse factum l. multum l. dolemus, domine eximie meritoq; honorabilis & religioso frater. Proinde charitatem tuam in domini pace salutantes, & praecipimus & rogamus, vt eos quod didicisti docere non differas, vnum scilicet deum esse solum cui seruitus illa debetur, qua latria Graeco vocabulo nuncupatur. Ipsum enim verbum est in lege ubi scriptum est: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruius: quem si deum patrem tantum modo dixerimus, respondebitur nobis, ergo latria filio non debetur: quod nefas est dicere. Si autem debetur, quomodo ergo vni tantum debetur deo, si & patri & filio debetur, nisi quia vnus cui per latriam seruire iussi sumus, ita dicitur solus vt & pater intelligatur & filius, imò verò etiam spiritus sanctus. De illo quippe dicit Apostolus.

Math. 4.

1. Cor. iii. 6.

H Nescitis quia corpora vestra templum sunt in vobis spiritus sancti, quem habetis à deo & non estis vestri. Empti enim estis magno precio, glorificate deum & portate eum in corpore vestro. Quem deum nisi spiritus sanctum, cuius corpora nostra dixerat esse templum? Debetur ergo latria spiritui sancto. Nam si templum l. ei l. facere, sicut Salomon fecit de lignis & lapidibus iuberetur, vti que faciendo templum latria exhibere conuinceretur, quanto magis latriam debemus cui non templum facimus sed sumus? Ac per hoc si patri & filio & spiritui sancto latria debetur & exhibetur à nobis, de qua dictum est: Dominum deum tuum adorabis & soli illi seruius, proculdubio dominus deus noster cui soli per latriam seruire debemus non est pater solus, nec filius solus, nec solus spiritus sanctus, sed ipsa trinitas vnus deus solus, pater & filius & spiritus sanctus: non vt pater sit ipse qui filius, vel spiritus sanctus ipse sit aut pater aut filius, cum sit in illa trinitate pater filij solius, & filius patris solius, spiritus autem sanctus & patris & filij sit spiritus: sed propter vnam eandemq; naturam atque inseparabilem vitam, ipsa trinitas quantum ab homine potest fide praecedente intelligitur vnus dominus deus noster, de quo dictum est: Dominum deum tuum adorabis & illi soli seruius, & quem praedicat Apostolus. Ait enim: Quoniam ex ipso & in ipso & per ipsum sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum, amen. Non enim sic ex deo patre vni-genitus filius, quemadmodum ex illo est vniuersa creatura quam ex nihilo creauit. Hunc quippe de sua substantia genuit non ex nihilo fecit: nec eum ex tempore genuit, per quem cuncta tempora condidit. Quonia sicut flamma splendorem quem gignit tempore non praecedit, ita pater nunquam sine filio fuit. Ipse est quippe sapientia l. dei patris, l. de qua scriptum est: Splendor est enim lucis aeternae. Luci ergo cuius candor est, id est deo patri sine dubio coaeterna est. Et ideo non sicut in principio fecit deus caelum & terram, ita in principio fecit verbum, sed in principio erat verbum. Spiritus quoque sanctus non sicut creatura ex nihilo est factus: sed sic à patre procedit, vt nec à patre nec à filio sit factus. Hae trinitas vnus est eiusdemq; naturae atq; substantiae, non minor in singulis quam in omnibus, nec

Rom. ii.

Sap. 7.

maior in omnibus quam in singulis, sed tanta in solo patre vel in solo filio, quanta in patre simul & filio, & tanta in solo spiritu sancto, quanta simul in patre & filio & spiritu sancto. Neque enim pater vt habet filium de seipso, minuit seipsum, sed ita genuit de se alterum se, vt totus maneret in se, & esset in filio tantus quatus & solus. Similiter & spiritus sanctus integer de integro, non praecedit vnde procedit, sed tantus cum illo quantus ex illo, nec minuit eum procedendo nec auget harendo. Et haec omnia nec confuse vnus sunt, nec distincte tria sunt, sed cum sint vnum tria sunt, & cum sint tria vnum sunt. Proinde qui tam multis cordibus fidelium suorum donauit vt essent cor vnum, quanto magis conseruat in seipso vt sint haec tria, & singula deus, & simul omnia non tres dii sed vnus deus: Hic est vnus dominus deus noster, cui vniuersa pietate seruitur, cui soli latria illa debetur: qui cum in rebus que nascuntur in tempore sua bonitate effecerit, vt suae substantiae prolem quelibet res gignat, id est homo hominem, non alterius naturae sed eius cuius ipse est, vide quã impie dicatur ipse non genuisse id quod ipse est. Haec enim propinquitatis sunt nomina non naturae, & ideo ad aliquid vel relatiue dicuntur, quae aliquando eadem sunt, aliquando diuersa. Eadem scilicet cum frater refertur ad fratrem, amicus ad amicum, vicinus ad vicinum, cognatus ad cognatum, & si qua similia, quae infinitum est velle omnia percurrere. In his enim quod est iste ad illum, hoc est ille ad istum. Diuersa sunt autem, sicut pater ad filium, filius ad patrem, focer ad generum, gener ad focerum, dominus ad seruum, seruus ad dominum. Non est quidem hoc iste ad illum, quod ille ad istum, sed ambo tantum homines sunt. Relatio diuersa est non naturae: quoniam si attendas quid sit alter ad alterum, non est hoc ad illum iste, quod ad istum ille: quia iste pater, ille filius: aut iste focer, ille gener: aut iste dominus, ille seruus. Si autem attendas quid quisque sit, vel ad seipsum vel in seipso, hoc est ille l. quod iste: quia ille homo est sicut iste. Vnde intelligit prudentia tua non ab eis rationabiliter dici à quorum errore te dominus liberauit, ideo dei patris & dei filij naturam esse diuersam, quia iste pater est, ille filius. Et deum patrem non genuisse id quod est ipse, quia non genuit patrem filij sui, quod est ad illum ipse. Quis enim non videat ista vocabula non in seipsis demonstrare naturas, sed alterius ad alterum significare personas? Tale est etiam illud quod simili loquuntur errore, Ideo filium alterius esse naturae, diuersaeq; substantiae, quia pater deus non est de altero deo, filius autem deus est quidem sed de patre deo: & hic enim non indicatur substantia sed origo, id est non quid sit sed vnde sit quisque vel non sit. Neque enim Abel & Adam ideo non vnus naturae atque substantiae fuerunt, quia iste fuit homo de homine illo, ille de nullo. Si ergo vtriusque natura quaeratur, homo Abel, homo Adam. Si autem origo, primus homo ex quo Abel, nullus homo ex quo Adam. Item in deo patre & deo filio, si vtriusque natura quaeratur, vterq; deus, nec magis & magnus alter altero deus. Si autem origo, pater est deus de quo filius deus, de quo autem pater, nullus est deus: frustra itaque ad hoc respondere conantes dicunt, sed homo cum passione generat, deus autem sine passione genuit filium. Hoc enim non solum ipsos nihil, sed nos adiuvat plurimum. Nam si temporalibus & passibilibus rebus deus tribuit, vt quod sunt hoc generet, quanto magis ipse aeternus & impassibilis, non aliud quam est ipse generauit vnus vnicum,

Commode accipe, tria vnum cum tres sint vni distincte.

† ex.

L

M

A vnicum, & ideo nostra & inenarrabili admiratione, quoniam sine passione, & tanta secum aequalitate, vt eum nec potestate praecederet nec etate. Sed ideo totum quod habet, quod potest, non tribuit sibi, sed patri, quia non est à seipso, sed à patre. Aequalis est enim patri, sed hoc quoque accepit à patre: nec sic accepit vnde esset aequalis, quasi prius fuerit inaequalis, sed natus aequalis, sicut semper natus, ita semper aequalis. Non itaque inaequalem genuit, & aequalitatem iam nato addidit: sed gignendo eam dedit, quia aequalem non imparè genuit. Ideo in forma dei aequalem esse deo, non ei rapina fuerat, sed natura: quoniam id nascendo sumpsit, non superbiendo praesumpsit. Propterea vero patrem dicit esse maiorem, quia seipsum exinanivit, formam serui accipiens, non amittens dei, propter quam formam serui, non tantum patre, verum etiam seipso & spiritu sancto minor factus est. Nec tantum hac excellentissima trinitate, sed etiam minoratus est paulominus ab angelis, hominibus quoque minor fuit, quando parentibus subditus fuit. Propter hanc itaque formam serui quam veniente plenitudine temporis exinanitus accepit, dixit: Pater maior me est. Propter illam formam vero quam nec exinanitus amisit, dixit: Ego & pater vnus sumus: & homo scilicet factus, & permanens deus. Homo enim assumptus est à deo, non in homine consumptus est deus. Ideo valde rationabiliter & patre minor est homo Christus, & patri aequalis est idem ipse deus Christus. Cum igitur huic recte atque catholicae fidei presentibus nobis cum magna exultatione populi dei consociatum te esse gaudeamus, quare adhuc de tuorum segnitia tristes sumus? obsecramus te per misericordiam dei, vt ipso adiuvante auferas istum errorem de cordibus nostris. Neque enim credendum est authoritatem tuam ad peruersitatem tuorum plurimum valere potuisse, & ad correctionem nihil valere posse. An forte contemunt te, quia in ecclesia catholica participationem hac etate venisti, cum te amplius debeant admirari atque venerari, quia vetustissimum errorem senili quadam iuuentute vicisti. Absit vt ipsi resistant tibi vera dicenti, cui consenserant à veritate deuianti. Absit vt nolint tecum recta sentire, cum quos delectauit errare: tu tantum ora pro eis & insta eis. Immo vero adduc eos ad domum dei tecum, qui in domo tua sunt tecum: vel te non pigeat in domum dei cum illis venire, qui in domum tuam soliti fuerant conuenire, praesertim cum catholica mater aliquos à te petit, aliquos repetit. Petit eos quos apud te inuenit, repetit eos quos per te perdidit. Non excrucietur damnis, sed potius latetur lucris. Acquirat filios quos non habuit, non plangat quos habuit. Oramus ad deum vt facias quod hortamur, & speramus de misericordia eius, quod literis sancti fratris & coepiscopi nostri Peregrini, & rescriptis dilectionis tuae, cito de hac re gaudio replebitur cor nostrum, & lingua nostra exultatione.

† sent. dicitur notandum.

Ioan. 14.

Ioan. 10.

Augustinus Alipio seni, de Gabiniانو miraculis conuerso ad Christianismum. Epistola. LXVII.

Augustinus Alipio seni. Frater Paulus hic est incolumis, apportat negotiorum suorum secundas curas, praestabit dominus vt etiam ipsa vltima sint: multum vos salutat, & narrat gaudia de Gabiniانو, quod ab illa sua causa, misericordia dei liberatus, non solum Christianus, sed etiam fidelis sit valde bonus, per pascha proxime baptizatus, in corde atque in ore habens gratiam quam percepit. Quatum Tomus secundus.

eum desiderem, quando explicabo? Sed nostri vt eum diligam. Architheater etiam Diocorus Christianus fidelis est simul gratiam consecutus. Audi etiam quem admodum, neque enim cernicula illa vel lingua nisi aliquo prodigio domarentur: filia eius in qua vnica acquiescebat agrotabat, & vsque ad totam desperationem salutis temporalis, tunc ipso patre renunciante peruenit. Dicitur ergo & constat, cum mihi hoc & ante fratris Pauli reditum, comes Peregrinus vir laudabilis & bene Christianus, qui cum eis eodem tempore baptizatus est, indicaret: Dicitur ergo ille senex tandem conuersus ad implorandam Christi misericordiam, voto se obligasse Christianum fore si illam saluam videret. Factum est. At ille quod vouerat, dissimulabat exolvere, sed adhuc manus excelsa. Nam repentina cecitate suffunditur, statimque venit in mentem vnde illud esset: exclamauit cõfiteus, atque iterum vouit, se recepto lumine impleturum esse quod vouerat. Recepit, impleuit, & adhuc manus excelsa. Symbolum non tenuerat, aut fortasse tenere recuserat & se non potuisse excusauerat, deus viderit. Iam tum post festa omnia receptionis suae in paralytim soluitur multis ac penè omnibus membris l. & etiam lingua. J Tunc somno admonitus constitetur per scripturam, ob hoc sibi dictum esse accidisse, quod symbolum non reddiderit. Post illam confessionem redduntur officia omnium membrorum nisi linguae solius: se tamen didicisse symbolum, ideoque memoria iam tenere nihilominus in eadem tentatione literis fallus est: sicque omnis est ab eo caedate nugacitas, quae vt scis multum decolorabat natura-lem quandam eius benignitatem, eumque insultantem Christianis faciebat valde sacrilegum. Quid dicam, nisi domino hymnum canamus & superexaltemus eum in secula?

† corporalis

† iam tunc E. post cõ-fessa omnia deceptionis suae.

† de decora bar.

Clerici Hippone catholici Ianuario prima sedis episcopo, partis Donatiane, de immanitate Circumcellionum aduersus catholicos. Stylus est Augustini, quanquam communis clericorum nomine scripta est epistola.

Epistola. LXVII.

Anuario Clerici catholici regionis Hippo-nensium. Clerici & Circumcelliones vestri noui generis & inaudita crudelitatis persecutione in nos lauiunt. Qui si malum pro malo redderent, etiam sic contra legem facerent Christi: Nunc vero cõsideratis omnibus factis nostris & vestris, inuenimur hoc pati quod scriptum est: Retribuebant mihi mala pro bonis. Et in alio psalmo: Cum iis qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis debellabant me gratis. Nam cum sis in tam grandi constitutus etate, arbitramur te optime nosse, quod pars Donati quae primò apud Carthaginem pars Maiorini dicebatur, vltro accusauit Caecilianum tunc episcopum ecclesiae Carthaginensis, apud imperatorem illum antiquum Constantinum. Sed ne forte aut oblita hoc sit grauitas tua, aut te nosse dissimules, aut etiam, quod non putamus, forsitan nescias, exemplum relationis tunc Anulini Proconsulis, quem pars Maiorini tunc interpellauit, vt ea crimina quae obiciebat Caeciliano ad memoratum imperatorem ab eodem Proconsule mitterentur, his nostris literis inferuimus. Anulinus nunc Proconsul Aphricae. Scripta caelestia maiestatis vestrae, accepta atque adornata, Caeciliano & iis qui sub eodem agunt quique clerici appellatur, deuotio mea apud acta paruitatis meae insinuare curauit, eosdemq; hortata est, vt i iij vnitate

Exemplum epistola.

G vnitatem consensu omnium facta, cum omni omnino munere indulgentia maiestatis vestrae liberati esse videantur, catholica custodita sanctitati legis debita reuerentia ac diuinis rebus inseruiant. Verum post paucos dies extiterunt quidam adunata secum populi multitudinem, qui Cæciliano contradicendum putarent, quique fasciculum in aluta signatum & libellum sine signo oboleverunt dicationi nostræ, atque impendio postularent, ut ad sacrum & venerabile comitatum numinis vestri dirigerent, quæ manente Cæciliano in statu suo, subiectis eorundem actis, quo cuncta maiestas vestra possit dignoscere, paruitas mea dirigere curauit.

Hactenus videtur exemplum ipsius epistolæ.

Suspicio fuisse scriptum, tertium cons. ut subnotari an num. † iii.

Transmissi libelli duo, vnus in aluta subscriptus ita, Libellus ecclesiæ catholicæ criminum Cæciliani traditus à parte Maiorini. Item alius sine sigillo coheres eidem aluta, datus die. X V I I. Kal. Maias Carthagine, domino nostro Constantino Augusto tertius. * † Post hæc relationem ad se missam iussit imperator venire partes ad episcopale iudicium in vrbe Roma faciendum, vbi quemadmodum causa dicta atque finita sit, & Cæcilianus innocens iudicatus sit, indicant gesta ecclesiastica. Iam vtiq; post pacificum moderamen episcopalis iudicii, omnis contentio & animositatis pertinacia debebat extingui. Sed rursus maiores vestri ad imperatorem redierunt, & non rectè iudicatum neque omnem causam auditam esse conquesti sunt. Vnde ille alterum episcopale iudicium dedit habendum in Arelatensi Gallia ciuitate, vbi multi vestri, vana diabolica dissensione damnata, cum Cæciliano in concordiam redierunt. Alij verò pertinacissimi & litigiosissimi ad eundem imperatorem appellauerunt, postea & ipse coactus episcopalem causam inter partes cognita terminauit, & primus contra vestram partem legem constituit, ut loca congregationum vestrarum fisco vendicarentur, quarum omnium rerum documenta, si vellemus inserere, nimium longas literas faceremus. Illud tamen nullo modo præmittendum est, quomodo Felices Aptungensis, quem fontem omnium malorum in concilio Carthagenensi, ab Secundo Tigistano primare patres vestri fuisse dixerunt, vigentibus apud imperatorem vestris, publico iudicio causa discussa atque finita sit. Nam memoratus imperator, in hac ipsa causa vestros apud se accusatores & assiduos interpellatores, literis suis fuisse testatur, quarum exemplum infra scripsimus. Imperatores Cæsares Flauij, Constantinus Maximus, & Valerius Licinianus Licinius, ad Probianum Proconsulem Aphricæ. Helianus prædecessor tuus, merito dum vir perfectissimus, verus vicarius præfectorum tunc per Aphricam vestram, in comoda valetudine teneretur, eiusdem partibus functus, inter cetera etiã id negocium vel inuidiam, quæ de Cæciliano episcopo ecclesiæ catholicæ videtur esse commota, ad examen suum atque iussionem credidit esse reuocandam. Etenim cum iam Superium centurionem & Cæcilianum magistratum Aptunginorum & Saturninum Excuratorem & Calibium iuniorem eiusdem ciuitatis curatorem, atque solum seruum publicum superscriptæ ciuitatis, præsentem esse fecisset, audientiam præbuit competentem, adeo ut cum Cæciliano fuisset obiectum, quod à Felice eidem episcopatus videretur esse delatus, cui l. cum diuinarum scripturarum proditio atque exustio videretur obiecta, innocentem de eo Felicem fuisse constiterit. Denique cum Maximus Vigentium decurionem Ziquensium ciuitatis, epistolam Cæciliani ex diuino iure falsasse contenderet,

Exemplum epistolæ.

† nostram.

† diuinitis.

eundem ipsum Vigentium suspensum actis quæ suberant peruidimus, & ideo minime certum quod se decurionem Ziquensium l. ciuitatis esse assenerauerit. Vnde volumus ut eundem ipsum Vigentiū sub idonea prosecutione ad comitatum in meum Constantini Augusti mittas, ut illis qui in præsentiarum agunt, atque diurnis diebus interpellare non desinant, audientibus & coram assistentibus apparere & intimari possit, frustra eos Cæciliano episcopo inuidiam comparare, atque aduersus eum violenter insurgere voluisse. Ita enim fiet ut omnis sicut oportet eiusmodi contentio, populus sine dissensione aliqua religioni propriae cum debita reuerentia deseruiat. Hæc cum videas ita se habere, quid est quod nobis de imperatorum iussionibus, quæ contra vos constituntur inuidiam concitatis, cum hoc totum vos potius antea feceritis? Si nihil debet in his causis imperatores iubere, si ad imperatores Christianos hæc cura pertinere non debet, quis vrgebat maiores vestros causam Cæciliani ad imperatorem per Proconsulem mittere, & episcopum, contra quem absentem iam sententiam quoquo modo dixeratis, iterum apud imperatorem accusare, quo innocente pronunciat, ordinari eius Felice alias apud eundem imperatorem calumnias machinari? & nunc quid aliud quam ipsius maioris Constantini iudicium contra vestram partem viuunt, quod maiores vestri elegerunt, quod assiduis interpellationibus extorserunt, quod episcopali iudicio prætulere. Si displicent imperialia iudicia, qui primitus imperatores ad ea vobis exciata coegerunt? Sic enim modo contra catholicam clamatis in iis quæ contra vos ab imperatoribus decernuntur, quemadmodum si vellet aduersus Danielem clamare, qui liberato illo, eisdem leonibus consumendum missi sunt, à quibus eum ipsi primitus consumi voluerunt. Scriptum est enim: Nihil interest inter minas regis & iram leonis. Danielem calumniis inimici in lacum leonum mitti coegerunt: vicit innocentia eius illorum malitiam, illæsus inde leuatus est, ipsi illuc missi perierunt. Similiter maiores vestri Cæcilianum & eius societatem, regis iram consumendam obiecerunt, cuius innocentia liberata, ab eisdem regibus eadem vos patimini, quæ illos vestri pati voluerunt: quoniam scriptum est, Qui parat proximo foueam, ipse incidet in eam. De nobis ergo quod queramini non habetis, & tam ecclesiæ catholicæ mansuetudo, etiam ab his imperatorum iussionibus omnino conquieuerat, nisi vestri clerici & Circumcelliones, per suas immanissimas improbitates furiosasque violentias quietem nostram perturbantes atque vastantes, hæc in vos recolli & moneri coegissent. Nam priusquam recentiores leges istæ, de quibus modo querimini, venissent in Aphricam, insidias in itineribus nostris episcopis tetederunt, clericos nostros plagis immanissimis quassauerunt, laicis quoque & plagas grauissimas infixerunt, & intulerunt eorum ædificia incendia. Presbyterum etiam quendam, quia propria libera voluntate vnitatem nostræ communionis elegit, de domo sua raptum, & pro arbitrio immaniter caesum, in gurgite etiam cenoso volutatum, burda vestitum, cum quibusdam dolendum, quibusdam ridendum in pompa sui facinoris ostentassent, abductum inde quod voluerunt, vix post dies duodecim dimiserunt. Vnde conuentus municipalibus gestis à nostro episcopo Proculianus, cum ab inquirenda causa dissimulasset, & iterum continuo conuentus esset, nihil se dicturum amplius gestis expressit.

K † tortum.

Hactenus epistolæ.

L

† Contra vos viuunt.

Prouer. 19.

Eccle. 27.

M

Burda. aliis, Buda.

A pressit. Et hodie illi qui hoc fecerunt, presbyteri vestri sunt, adhuc nos insuper territantes, & sicut potuerunt persequentes. Nec tamen de his iniuriis & persecutionibus, quas ecclesia catholica in regione nostra tunc perulit, imperatoribus conquestus est episcopus noster. Sed factò concilio placuit ut pacifice conueniremini, quo, si fieri posset, haberetis inter nos collationem, & errore sublato, fraternam charitatem pacis vinculo lætaretur. Et in ipsa conuentione quid Proculianus primo responderit quod concilium facturi essetis, & aliàs & illic visuri quid responderi deberetis. Deinde quid postea cum propter suam promissionem denuo conuentus esset, actis expresserit, recusans pacificam collationem, ipsa gesta instruat grauitatem tuam. Deinde cum vestrorum clericorum & circumcellionum notissima omnibus non cessaret immanitas, dicta causa est, cum Crispinus iudicatus hæreticus, nec poena decem librarum auri quæ in hæreticos ab imperatoribus fuerat constituta per mansuetudinem catholicam feriri permissus est, & tamen ad imperatores appellatum putauit. Cuius appellationi quod ita responsum est, nonne vestrorum præcedens improbitas, & eadem ipsius appellatio extorsit ut fieret: nec tamen etiam post ipsum rescriptum, intercedentibus apud imperatorem nostris episcopis, eadem auri condemnatione multatus est. Ex concilio autem nostri episcopi legatos ad comitatum miserunt, qui imperarent, ut non omnes episcopi & clerici partis vestræ ad eandem condemnationem decem librarum auri, quæ in omnes hæreticos constituta est tenerentur, sed ij soli in quorum locis aliquas à vestris violentias ecclesia catholica pateretur. Sed cum legati Romam venerunt, iam cicatrices episcopi catholici Vagitani horrendæ ac recentissimæ imperatorem commouerant, ut leges tales mitterentur, quales & missæ sunt. Quibus in Aphricam venientibus, cum utique non ad malum sed ad bonum coepisset vrgeri, quid facere debebatis nisi & vos mittere ad episcopos nostros, ut quomodo vos ipsi conuenerant, sic conuenirentur à vobis, & potius collatione veritas appareret: Non solum autem non fecistis, sed peiora mala nobis vestri nunc faciunt, non tantum nos fustibus quassant ferroque concidunt, verum etiam in oculis extinguendos, calcem misto aceto incredibili excogitatione sceleris mittunt. Domus insuper nostras compilantes, arma sibi ingentia & terribilia fabricauerunt, quibus armati per diuersa discurrunt cominantes atque anhelantes cædes, rapinas, incendia, cæcitates. Quibus rebus compulsi sumus tibi primitus coqueri l. vt consideret grauitas tua quam multi vestrum, immo vos omnes qui vos pati dicitis persecutionem, sub ipsis quasi terribilibus imperatorum catholicorum legibus, in possessionibus vestris & alienis securi sedatis, & nos à vestris tam inaudita mala patiamur. Vos dicitis pati persecutionem, & nos ab armatis vestris fustibus & ferro concidimur. Vos dicitis pati persecutionem, & nostræ domus ab armatis vestris compilando vastantur. Vos dicitis pati persecutionem, & nostri oculi ab armatis vestris calce & aceto extinguuntur. Insuper etiam si quas mortes sibi vltro ingerunt, nobis volunt esse inuidiosas, vobis gloriosas. Quod nobis faciunt, sibi non imputant, & quod sibi faciunt, nobis imputant. Viuunt ut latrones, moriuntur ut Circumcelliones, honorantur ut martyres: & tamen nec latrones aliquando audiimus eos quos deprædati sunt excacasse. Occisos auferunt luci, viuis auferunt lucem. Nos interim si quando

Pœna pecuniaria in hæreticos.

Mira crudelitas Circumcellionum.

Tomus secundus.

vestros tenemus, cum magna dilectione seruamus illætos, loquimur illis, & legimus omnia quibus error ipse conuincitur, qui fratres à fratribus separat, facimus quod dominus per Esaiam prophetam præcepit dicens: Audite qui pauetis verbum domini, dicite fratres nostri estis iis qui vos oderunt, & qui vos execrantur, ut nomen domini honorificetur & appareat illis in iocunditate, ipsi autem erubescant. Ac sic aliquos eorum considerantes euidetiam veritatis & pulchritudinem pacis, non baptismo quem iam sicut regale characterem tanquam desertores acceperant, sed fidei quæ illis defuit, & spiritus sancti charitati & Christi corpori sociamus. Scriptum est enim: Fide mundans corda eorum. Itemque scriptum est: Charitas cooperit multitudinem peccatorum. Si autem vel nimia duritia, vel pudore non ferentes eorum insultationem, cum quibus contra nos tam multa falsa iactabant, & tam multa mala excogitabant, vel magis timore, ne qualia nobis antea faciebant, talia nobiscum iam patiantur, vnitati Christi consentire noluerunt, sicut illæsi retenti sunt, sic à nobis dimittuntur illæsi: hoc quantum possumus monemus etiam laicos nostros ut eos illætos teneant, & nobis corripandos instruendosque perducant. Sed aliqui nos audiunt, & si possunt faciunt. Alij cum illis quemadmodum cum latronibus agunt, quia eos re vera tales patiuntur. Aliqui ictus eorum suis corporibus imminentes feriendo repellunt, ne ab eis ante feriantur. Aliqui apprehensos iudicibus offerunt, nec nobis intercedentibus eis parcunt, dum ab eis pati mala immania per timeant. In quibus omnibus illi non deponunt facta latronum, & honorem sibi exigunt martyrum. Hoc est ergo desiderium nostrum, quod tuæ grauitati per has literas & per fratres quos missimus allegamus. Primum si fieri potest ut cum episcopis nostris pacifice conferatis, ut in quibus fuerit inuentus, non homines sed error ipse tollatur, ut homines non puniantur sed corrigantur, ut vos modo conueniat, quia eorum conuentionem antea contempsistis. Quanto melius enim hoc inter vos facitis, ut quod egeritis conscriptum & subscriptum imperatori mittatis, quam ut hæc apud terrenas potestates fiant, quæ non possunt nisi iam datis contra vos legibus fauere? Vestri enim collegæ qui nauigauerant apud præfectos dixerunt se audiri venisse. Et nominauerunt sanctum patrem nostrum catholicum episcopum Valentinum, qui tunc in comitatu erat, dicentes cum illo se velle audiri: quod eis non poterat iudex concedere, qui iam secundum leges quæ contra vos constitutæ sunt iudicabat: nec ille episcopus ita venerat, aut aliquod tale mandatum à suis episcopis acceperat. Quanto ergo melius ipse imperator, qui non est eisdem legibus subditus, & qui habet in potestate alias leges ferre, cum ei collatio vestra fuerit recitata, de tota ipsa causa poterit iudicare, quam uis iam olim dicta fuerit terminata. Sed ideo nos tunc conferre volumus, l. non ut causa iterum finiatur, sed l. ut eis qui nesciunt iam finita monstretur. Quod si hoc facere vestri episcopi voluerint: quid inde perditis, & non potius acquiritis, quia voluntas vestra innotescit, ne diffidentia merito reprehendatur? An forte putatis non licere fieri, cum non vos lateat, quod dominus Christus etiam cum diabolo de lege locutus est? Quod cum Paulo l. Apostolo non solum Iudæi, sed etiam de hæresi Stoicorum & Epicureorum philosophi gentium contulerunt? An forte ista leges imperatoris, vos non permittunt nostros episcopos conuenire?

Acto. 15. Petri. 4.

E

F Venit audiri ut audiantur.

Imperator supra leges, sed non extra leges.

i iij uenire?

Guenire? Ecce interim episcopos nostros qui sunt in regione Hipponensi, vbi à vestris tanta mala patimur, conuenite. Quanto enim licentius & liberius ad nos, per vestros vestra scripta quam eorū arma perueniūt? Postremo per istos ipsos fratres nostros quos ad vos misimus talia rescribite. Si autem & hoc non vultis, saltem cum vestris à quibus talia patimur nos audite. Ostēdite nobis veritatem pro qua vos pati dicitis persecutionem, cum patiamur nos vestrorum tantam crudelitatem. Si enim nos esse in errore conuiceritis, forte conceditis nobis vt non rebaptizemur à vobis, iustum existimantes, vt nobis hoc praestetis, qui baptizati sumus ab eis quos nullo iudicio damnastis, quod praestitistis eis, quos Felicianus Musticanus, & Prætextatus Assuritanus per tam longum tempus baptizauerant, quādo eos per iudicium iussa de Basilicis pellere conabamini, quia Maximiano communicabant, cum quo à vobis in concilio Bagaitano expresse nominatimq; damnati sunt. Quæ omnia gestis iudicialibus & municipalibus demonstramus, vbi & ipsum cōcilium vestrum allegastis, dum vultis iudicibus ostendere, quod schismaticos vestros de Basilicis pelleretis. Et tamen **H** qui ab ipso semine Abraæ, in quo omnes gentes benedicuntur schisma fecistis, de Basilicis pelli non vultis, non per iudices sicut schismaticis vestris vos fecistis, sed per ipsos reges terræ qui completa prophetia Christum adorant, apud quos Cæcilianum accusantes victi recessistis. Si autem nec audire nec docere nos vultis, venite aut mittite nobiscum in regionem Hipponensem, qui videant armatum exercitum vestrum, quantum nullus miles numero armorum suorum calcem & acetum addidit ad oculos Barbarorum. Si neque hoc vultis, saltem scribite ad illos, vt iam ista non faciant, vt iam se à credibus nostris, à rapinis, ab excæcatione compefcant. Nolumus dicere, damnate illos: Vos enim videritis quomodo vos non inquinēt, quos modo ostēdimus in vestra communione latrones, & nos inquinēt quos nunquam potuistis ostendere traditores. Ex his omnibus eligite quod volueritis. Si autem querelas nostras contempseritis, nos minime pœnitēbit ordine pacifico agere voluisse. Aderit dominus ecclesiæ suæ, vt vos potius humilitatem nostram contempseritis pœnitentat.

I Augustinus Restituto, Quatenus mali tolerandi in ecclesia. Epistola. LXXI.

Domino desiderantissimo & honorifica syncceritate charissimo fratri & diacono Restituto, Augustinus in domino salutem. Aestus indicantes piam flammam cordis tui, indicauit mihi fidelissimus vt sis particeps eorum frater Deo gratias. Lege itaque Tychonium quem bene nosti, nō quidem omnia probaturus: nam quæ in illo cauenda sint, bene nosti. Hanc tamen quæstionem quomodo in ecclesia dei si qua forte peruersa vel etiam scelerata corrigere atque extinguere non valemus, saluo vnitatis vinculo toleranda sint, strenue videtur mihi tractauisse atq; soluisse: quanquam in eius literis tantummodo intentione correctæ, ad ipsos diuinarum scripturarū fontes recurrere nos oportet, vt ibi videamus quā plurimam de hac re testimonia sententiarum, vel exempla gestorum possit, & quoniam nemo possit omnia ponere, nisi qui penē omnes sanctorum librorū paginas in sua scripta transferre voluerit. Ita propē nulla est, quæ nos non admoneat intus in ipsa societate sacramēto-

rum, quibus inbuimur ad vitam æternam, cum iis qui oderunt pacem esse debere pacificos, donec ingemiscendo nostra longinqua peregrinatio transeat, atque in virtute Hierusalē matris æternæ securissima pace perfruamur, & in turribus eius abundantia verorum fratrum, quorum nunc inter multos falsos gemimus paucitatem. Quæ est autem virtus illius ciuitatis, nisi deus eius deus noster? Vides igitur in quo solo fiat pax, & singulis hominibus qui secum sine illo bellum gerunt, & in nullo extrinsecus oborto scandalo, & omnibus simul, qui quanquam in hac se vita diligant & amicitia fidæ nexibus teneatur, tamen nec præsentia corporis nec confessione animi summe perfectæq; copulantur. Confortetur cor tuum in domino, memor nostri.

Augustinus Bonifacio Comiti, qui concepto prius uoto monachismi, post ex ipsius consilio suscepit comitis potestatem, ac duxit uxorem, præter ipsius consilium, multisq; bellis feliciter gestis, in multis peccauit. Hunc literis secretis hortatur ad uetus propositum, si per uxorem liceat, si non liceat, potestate mundana utatur in bonum non malum. Epistola. LXX.

Domino filio in præsentem & in æternam salutem dei misericordia protegendo & regendo Bonifacio, Augustinus. Fidelio rem hominem & qui faciliores haberet accessus ad aures tuas ferens literas meas nunquā potui reperire, quā nunc obtulit dominus seruum & ministrum Christi, diaconum Paulum, ambobus nobis charissimum: vt aliquid tibi loquerer, non pro potentia tua & honore quem geris in isto seculo maligno, nec pro incolumitate carnis tuæ corruptibilis atque mortalis, quia & ipsa transitoria est, & quandiu sit semper incertum est, sed pro illa salute quam nobis promisit Christus: qui propterea hic ex honoratus atque crucifixus est, vt doceret nos bona huius seculi magis contemnere quā diligere, & hoc amare & sperare ab illo, quod in sua resurrectione monstrauit. Resurrexit enim à mortuis, iam nec moriturus, & mors ei vltra non dominabitur. Scio non deesse homines, qui te secundum vitam mundi huius diligunt, & secundū ipsam tibi dant cōsilia, aliquādo vtilia aliquando inutilia, quia homines sunt, & sicut possunt ad præsens sapiunt, nesciētes quid contingat sequenti die. Secundū autē deum ne pereat anima tua, nō facile tibi quicquā consulit, nō quia desint qui hoc faciāt, sed quia difficile est inuenire quando tecum ista possint loqui. Nam & ego semper desiderauī, & nunquam inueni locum vel tempus, vt agerē tecum, quod me agere oportebat cum homine quem multum diligo in Christo. Scis autem qualem me apud Hipponē videris, quando ad me venire dignatus es, quia vix loquebar imbecillitate corporis fatigatus. Nunc ergo fili audi me, saltem per literas tibi sermocinantem, quas in periculis tuis nunquam tibi mittere potui, periculum cogitans perlatoris, & cauens ne ad eos ad quos nollem, mea epistola perueniret. Vnde peto vt ignoscas si me putas plus timuisse quā debui, tamen dixi quod timui. Audi ergo me, immo dominum Ideum I nostrum per ministerium infirmitatis meæ: Recole qualis fueris adhuc in corpore constituta religio: memoriæ prioris coniuge tua, & recenti eius obitu, quomodo tibi vanitas seculi huius horruerit, & quomodo concupieris seruitutem dei. Nos nouimus, nos testes sumus quid nobiscum apud Tubunas de animo & voluntate tua fuerimus collocuti. Soli tecum eram ego & frater Alipius.

Alapius. Non enim existimo tantum voluisse terrenas curas quibus impletus es, vt hoc de memoria tua penitus delere potuerint. Nepe omnes actus publicos quibus occupatus eras, relinquere cupiebas, & te in otium sanctum conferre, atque in ea vita viuere in qua serui dei monachi viuunt. Vt autem nō faceres, quid te reuocauit, nisi quia considerasti ostendentibus nobis, quantum prodesset Christi ecclesiis quod agebas, si ea sola intentione ageres, vt defensæ ab infestationibus Barbarorum, quietam & tranquillam vitam agerent, sicut dicit Apostolus: In omni pietate & castitate. Tu autem ex hoc mundo nihil quæreres, nisi ea quæ necessaria essent huic vitæ sustentandæ tuæ ac tuorum, accinctus baltheo castissimæ continentia, & inter arma corporalia spiritualibus armis tutius fortiusq; munitus. Cum ergo te esse in hoc proposito gauderemus, nauigasti, vxoremq; duxisti: sed nauigasse obedientia fuit, quam secundum Apostolum debebas sublimioribus potestatibus: vxorē autem non duxisses, nisi susceptam deserens continentiam concupiscētia victus esses: quod ego cum comperissem, fateor miratus obstupui: dolorem autem meum ex aliqua parte consolabatur, quod audiui te illam ducere noluisse, nisi prius catholica fuisset facta: & tamen hæresis eorum qui verū filium dei negant, tantum præualuit in domo tua, vt ab ipsis filia tua baptizaretur. Iam verō si ad nos non falsa perlata sunt, quæ vtiā falsa sint, quod ab ipsis hæreticis etiam ancillæ à deo data & rebaptizatae sint, quantis tantum malū plangendū est fontibus lachrymarum: ipsam quoq; vxorem non tibi suffecisse, sed cōcubinarum nescio quarum commistione pollutum loquantur homines, & forsitan mētiuntur. Ista omnibus patent, tot & tanta mala, quæ te posteaq; coniugatus es consequuta sunt. Quid ergo dicam? Christianus es, cor habes, deum times, tu ipse cōsidera quæ volo dicere, & inuenies de quantis malis debeas agere pœnitentiā, propter quam tibi credo dominum parcere, & à periculis omnibus liberare, vt agas eam sicut agenda est. Sed si illud audias quod scriptum est: Ne tardes conuerti ad dominum, neque differas de die in diem: Iustam quidem dicis habere te causam, cuius iudex ego non sum: I quoniam partes ambas audire non possum. Sed qualiscunq; sit tua causa de qua modo quærere vel disputare non opus est, nunquid corā deo potes negare, quod in istam necessitatem nō peruenisses, nisi bona seculi huius dilexisses, quæ tanquā seruus dei, quem te ante noueramus, contemnere omnino, & pro nihilo habere debuisti: & oblata quidem sumere vt eis vtereris ad pietatem, non autem negata vel delegata sic quærere, vt propter illa in istam necessitate perducereris: vbi cū amantur vana, & perpetratur mala, pauca quidem à te, sed multa propter te: & cum timentur quæ ad exiguum tempus nocent, si tamen nocent, committuntur ea quæ verē in æternum noceant? De quibus vt vnū aliquid dicā, quis non videat, quod multi homines tibi cohæreant ad tuendam tuam potentiā vel salutē, qui etiam si tibi omnes fideles sint, nec aliquorū vllæ timeantur insidia, nempe tamen ad ea bona quæ ipsi quoq; non secundum deum, sed secundum seculum diligunt, per te cupiunt peruenire: ac per hoc qui refrenare & compefcere debuisti cupiditates tuas, explere cogis alienas. Quod vt fiat, necesse est multa quæ deo displicent fiant, nec sic tamen explentur tales cupiditates, Nam facilius refecantur, in eis qui deum diligunt, quā in eis qui mundum diligunt aliquan-

do fatiantur. Propter quod dicit diuina scriptura: Ne dilite diligere mūdū, nec ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, dilectio patris non est in eo, quia omne quod in mundo est, concupiscētia carnis est, & concupiscētia oculorum & ambitio seculi, quæ nō est à patre, sed ex mundo est. Et mundus transiit & concupiscētia eius. Qui autem facit voluntatem dei, manet in æternum, sicut & deus manet in æternum. Quando ergo poteris tot hominū armatorum quorum fouenda est cupiditas, timetur atrocitas. Quando, inquit, poteris eorum concupiscētiā qui diligunt mūdū, non dico satiare, quod fieri nullo modo potest, sed aliqua ex parte pascere, ne vniuersa plebs pereat, nisi tu facias quæ deus prohibet, & facientibus cōminatur? Propter quod vides tam multa contritiā, vt iam vile aliquid quod rapiatur, vix inueniatur. Quid autem dicam de vastatione Aphricæ, quam faciunt Aphri Barbari resistente nullo, dum tu talis tuis necessitatibus occuparis, nec aliquid ordinas vnde ista calamitas auertatur? Quis autem crederet, quis timeret, Bonifacio domesticorum & Aphricæ comite in Aphrica constituto cum tam magno exercitu & potestate, qui tribunus cum paucis fœderatis omnes ipsas gentes expugnando & terrendo pacauerat, nunc tantū fuisse Barbaros aufuros, tantum progressuros, tanta vastaturos, tanta rapturos, tanta loca quæ plena populis fuerāt, deserta facturos? Qui non dicebant quādo cunq; tu comitiūam sumeres potestatem, Aphros Barbaros, non solum domitos, sed etiam tributarios futuros Romanæ reipublicæ: Et nunc quā in contrariū versa sit spes hominum vides, nec diutius hinc tecum loquendum est, quia plus ea tu potes cogitare quā nos dicere. Sed forte ad ista respondes, illis hoc esse potius imputandum qui te læserunt, qui tuis officiosis virtutibus non paria, sed contraria reddiderunt. Quas causas ego audire & iudicare non possum: tuā causam potius aspice & inspicere, quam non cum hominibus quibuslibet sed cum deo habere te cognoscis, quia in Christo fideliter viuīs, ipsum debes timere ne offendas. Nam causas ego superiores potius attendo, quia vt Aphrica tanta mala patiatur, suis debent homines imputare peccatis. Veruntamen nolim te ad eorum numerum pertinere, per quos malos & iniquos deus flagellat pœnitentibus temporalibus, quos voluerit. Ipsis nanque iniquis si correcti non fuerint, seruat æterna supplicia, qui eorū malitia iuste vitur, vt aliis mala ingerat temporalia, Tu deum attende, Iesum Christum cōsidera, qui tanta bona præstitit, & tanta mala pertulit. Quicunq; ad eius regnum cupiunt pertinere, & cum illo ac sub illo semper beate viuere, diligunt etiam inimicos suos, bene faciunt illis qui eos oderunt, & orant pro eis à quibus persecutionem patiuntur. Et si quando adhibent pro disciplina molestam & seueritatem, non tamen amittunt sincerissimam charitatem. Si ergo tibi bona sunt præstita, quauis terrena, transitoria ab imperio Romano, quia & ipsum terrenum est non cœleste, nec potest præstare nisi quod habet in potestate. Si ergo bona in te collata sunt, noli reddere mala pro bonis. Si autem mala tibi irrogata sunt, noli reddere mala pro malis. Quid istorū duorum sit, nec discutere volo, nec valeo iudicare, ego Christiano loquor. Noli reddere vel mala pro bonis, vel mala pro malis. Dicis mihi fortasse, in tanta necessitate quid vis vt I faciam? Si consilium à me secundum hoc seculū quærīs, quomodo ista salus tua transitoria tuta sit, & potentia atq; opulentia,

† pauca.

17. q. 2. nos nouimus.

1. Ioh. 2.

† contraria.

H

March. 5.

† modesta.

1. Thessal. 4.

G opulencia, vel ista seruetur quam nūc habes, vel etiam maior addatur: quid tibi respondeam nescio. Incerta quippe ista, certum consilium habere non possunt. Si autem secundum deum me consulis, ne anima tua pereat, & times verbaveritatis dicentis: *Quid prodest homini si totum mundum lucretur, animę autem suę de- trimētum ꝑ patiatur, habeo planē quod dicā.* Est apud me consilium quod a me audias. Quid autem opus est vt aliud dicam quā illud quod supra dixi: Noli diligere mundum, nec ea quę in mundo sunt. Si quis autē dilexit mundum, non est charitas patris in illo: Quoniam omnia quę in mundo sunt, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi, quę non est a patre, sed ex mundo est. Et mundus trāsit & concupiscentia eius. Qui autem fecerit voluntatem dei, manet in aternū, sicut & deus manet in eternum. Ecce consilium arripe, & age. Hic appareat si vir fortis es, vince cupiditates quibus iste diligitur mūdus, age pœnitentiam de pręteritis malis, quando ab eis cupiditatibus victus per desyderia bona trahebaris. Hoc consilium si acceperis, si teneris, atq; seruaueris, & ad bona illa certa peruenies, & cum salute animę tuę inter ista incerta versaberis. Sed forte iterum quærās a me, quomodo ista facias tantis mundi huius necessitatibus implicatus. Ora fortiter & dic deo quod habes in psalmo: De necessitatibus meis erue me. Tūc enim finiuntur istę necessitates, quando vincuntur illę cupiditates. Qui exaudiuit te, & nos pro te, vt liberareris de tot tātisq; periculis, visibilibus corporaliumq; bellorū, vbi sola ista vita quandoque finienda periclitatur, anima verō non perit, si non malignis cupiditatibus captiua teneatur, ipse te exaudiet vt interiores & inuisibiles hostes, id est, ipsas cupiditates inuisibiliter & spiritaliter vincas, & sic vtaris hoc mundo tanquam non vitens, vt ex bonis eius bona facias, non malus fias, quia & ipsa bona sunt, nec dātur hominibus nisi ab illo qui habet omnium cœlestium & terrestrium potestatem. Sed ne putentur mala, dantur & bonis: ne putentur magna vel summa bona, dantur & malis. Itemq; auferuntur ista & bonis vt probentur, & malis vt crucientur. Quis enim nesciat, quis ita sit stultus vt non videat, quod salus huius mortalis corporis, & membrorū corruptibilitas virtus, & victoria de hominibus inimicis, & honor atq; potētia temporalis, & cętera istius mūdi bona terrena, & bonis dantur & malis, & bonis auferuntur & malis: Salus verō animę cum immortalitate corporis, virtusq; iustitię, & victoria de cupiditatibus inimicis, & gloria & honor & pax in aeternum non dantur nisi bonis. Ista ergo dilige, ista concupisce, ista omnibus modis quære. Propter hęc acquirēda & obtinēda fac eleemosynas, funde orationes, exerce ieiunia, quantum sine læsione corporis tui potes. Bona verō illa terrena noli diligere quantalibet tibi abundant. Sic eis vtere, vt bona multa ex illis, nullum autē malum facias propter illa. Omnia quippe talia peribunt, sed bona opera non pereunt, etiam quę de bonis parentibus sunt. Si enim cōiugem non haberēs, dicere tibi quod & tribuno ꝑ diximus, vt in sanctitate cōtinentię viueres. Adderem quod tunc fieri prohibuimus, vt iam te quantum rerum humanarū salua pace potuisses, ab rebus bellicis abstraheres, & ei vitę vacares in societate sanctorum, cui tunc vacare cupiebas, vbi in silentio pugnant milites Christi, non vt occidāt homines, sed vt expugnent principes & potestates & spiritalia nequitia, id est, diaboli & angelos eius. Hos

enim hostes sancti vincunt, quos videre non possunt, & tamen quos non vident vincunt, ista vincendo quę sentiunt. Sed vt te ad istam vitam non exhorter, coniunx impedimento est, sine cuius consensione continēter tibi non licet viuere: quia etsi tu eam post illa tua verba Tubunensia ducere non debebas, illa tibi tamen nihil eorum sciens, innocenter & simpliciter nupsit. Atq; vtinam posses ei persuadere continentiam, vt sine impedimento redderes deo quod te debere cognoscis. Sed si cum illa agere non potes, serua saltem pudicitiam coniugalem, & roga deum, qui de necessitatibus eruit, vt quod non potes modo, possis aliquando. Verūtamen vt deum diligas, non diligas mundum, vt in ipsis bellis, si adhuc in eis te versari opus est, fidem teneas, pacem quaras, vt ex mundi bonis facias bona opera, & propter mundi bona non facias opera mala, aut non impedit coniunx, aut impedire non debet. Hęc ad te fili dilectissime vt scriberem, charitas iussit quate secundum deum, non secundum hoc seculum diligo, quia & cogitans quod scriptum est, Corripe sapientem & amabit te: Corripe stultum & adiciet odisse te: non vtique stultum sed sapientem debui cogitare.

Nebridius Augustino proponit questionem de intellectu & memoria quę phantasias accipit a sensibus.

Epistola. LXXI.

A VGVSTINO Nebridius. Epistolas tuas perplacet ita seruare vt oculos meos. Sunt enim magna, non quātitate, sed rebus, & magnarum rerū magnas continent probationes. Illę mihi Christum, illę Platonem, illę Plotinum sonabunt. Erunt igitur mihi, & ad audiendum propter eloquentiam dulces, & ad legendum propter breuitatem faciles: & ad intelligendum propter sapientiam salubres. Curabis ergo quod tuę menti sanctum bonumq; fuerit visum, me docere. His autem literis respondebis, cū de phantasia & memoria subtilius aliquid disputaris. Mihi enim ita videtur, quod quantum non omnis phantasia cū memoria sit, omnis tamen memoria sine phantasia esse non possit. Sed dices, quid cum recordamur nos intellexisse aut cogitasse aliquid: Contra hęc ergo respondeo & dico, propterea hoc euenisse quia cum intelleximus vel cogitamus, corporeum aut temporale aliquid gerimus, ꝑ quod ad phantasiam pertinet. Nam aut verba intellectui cogitationibusq; nostris adiungimus, quę verba sine tempore non sunt, & ad sensum vel phantasiam pertinent. Aut tale aliquid intellectus noster cogitatiove passa est, quod in animo phantasticam memoriam facere potuisset. Hęc ego inconsiderate ac perturbate, vt soleo, dixisti explorabis, & falso reiecto, veritatem in literis conferes. Audi aliud: Cur quęso te, non a se potius quā a sensu phantasiam habere omnes imagines dicimus? Potest enim, quę admodum l. noster l. animus intellectualis ad intelligibilia sua videnda a sensu admonetur potius quā aliquid accipit. Ita & phantasticus animus ad imagines suas contemplādās, a sensu admoneri potius quā aliquid assumere. Nam forte l. inde l. contingit, vt ea quę sensus non videt, ille tamen aspicere possit: quod signum est in se & a se habere omnes imagines. De hac re quoque quid sentias respondebis.

Augustinus Nebridio, aperit triplicem phantasiarum naturam. Epistola. LXXII.

A VGVSTINVS Nebridio. Proœmio super sedeo, & cito incipiā quod l. me l. iam iamq; vis dicere præsertim nō cito desiturus. Memoria

A Memoria tibi nulla videtur esse posse sine imaginibus vel imaginariis visis, quę phantasiarum nomine appellare voluisti. Ego aliud existimo. Primum ergo videndum est, non nos semper rerum prætereuntium meminisse, sed plerunq; manentium. l. Quare l. cum sibi memoria præteriti temporis vendicet tenacitatem: constat eam tamen partim eorum esse quę nos deserunt, partim eorum quę deseruntur a nobis. Nam cū recordor patrem meū, id vtique recordor quod me deseruit, & nunc non est: Cū autem Carthaginem, id quod est & quod ipse deserui. In vtroque tamen generum horum, præteritum tempus memoria tenet. Nam & illum hominē & istam urbem ex eo quod vidi, nō ex eo quod video memini. Hic tu fortasse quærīs, quorsum ista præsertim cum animaduertas vtumlibet horum non posse in memoriam venire, nisi viso illo imaginario. At mihi facis est sic interum ostendisse, posse dici earum etiam rerum quę nondum interierūt memoriam. Verūm quid me adiuuet facito intentus accipias. Nonnulli calumniantur aduersus Socraticum illud nobilissimum inuentum, quo asseritur, non nobis ea quę discimus veluti noua inseri, sed in memoriā recordatione reuocari: dicentes memoriā præteritarum rerum esse, hęc autem quę intelligendo discimus, Platone ipso authore, manere semper, nec posse interire, ac per hoc non esse præterita: qui non attendunt illam visionem esse præteritam, quā hęc aliquādo vidimus mente, a quibus quia defluximus, & aliter alia videre cœpimus, ea nos reminiscendo reuifere, id est per memoriā. Quamobrem si vt alia omittam, ipsa aternitas semper manet, nec aliqua imaginaria figmenta requirit, quibus in mentem quasi vehiculis veniat, nec tamē venire posset nisi eius meminisset, potest esse quarundam rerum sine illa imaginatione memoria. Iam verō quod tibi videtur anima etiam nō vīa sensibus corporis corporalia posse imaginari, falsum esse conuincitur isto modo. Si anima, priusquam corpore vtatur ad corpora sentiēda, eadē corpora imaginari potest, & melius quod nemo sanus ambigit affecta erat antequam his fallacibus sensibus implicaretur, melius afficiuntur animę dormientium quā vigiliantium, melius phreneticorum quā tali peste carentiū: his enim afficiuntur imaginibus, quibus ante istos sensus vanissimos nūcios afficiebantur: & l. aut l. verior erit sol quem vident illi, quā illi quem sani atq; vigilantes, aut erunt veris falsa meliora. Quę si absurda sunt, l. sicuti sunt, l. nihil est aliud illa imaginatio mihi Nebridi, quā plaga inflicta per sensus quibus non vt tu scribis commemoratio quadam fit vt talia formen tur in anima, sed ipsa huius falsitatis illatio, & falso expressius dicatur impressio. Quod sanē te mouet, quo fiat vt eas facies formalq; cogitemus quas nunq; vidi mus, acute mouet. Itaq; faciam quod vltro solitū modū hanc epistolam porrigat, sed non apud te, cui nulla est pagina gratior, quā quę me loquacitatem apportat tibi. Omnes has imagines, quę phantasias cum multis vocas, in tria genera cōmodissime ac verissime distribui video. Quorum est vnum sensus rebus impressum, alterum putatis, tertium raris. Primi generis exempla sunt, cum mihi tuam faciem, vel Carthaginem, vel familiarum quondam nostrum Verecundū, & si quid aliud manentium vel mortuarum rerum, quę tamen vidi atq; sensu, in se animus format. Alteri generi subijciuntur illa quę putamus ita se habuisse vel ita se habere, velut cū differendi gratia quędam ipsi fingimus

nequaquā impediētia veritatē, vel qualia figuramus cum legitur historia, & cum fabulosa vel audimus vel componimus vel suspicamus. Ego enim mihi vt libet atq; vt occurrit animo, Aenę faciem fingo, ego Medę cum suis anguib; altibus iunctis iugo, ego Chremetis & alicuius Parmenonis. In hoc genere sunt etiā illa, quę siue sapientes, aliquid veri talibus inuolutes figuris, siue stulti variarum superstitionum conditores pro vero attulerūt, vt est tartareus Phlegethō, & quinque antra gentis tenebrarum, & stylus septentrionalis continens cœlum, & alia poetarum atq; hæreticorum mille portenta. Dicimus tamen & inter disputandum, puta esse tres superiorem mundos, qualis hic vnus est. Et, puta quadrata figura terram contineri, & similia. Hęc enim omnia vt se cogitationis tempestas habuerit, fingimus & putamus. Nam de rebus quod ad tertium genus attinet imaginū numeris maxime atq; dimensionibus agitur: quod partim est in rerum natura, velut cum totius mundi figura inuenitur, & hanc inuentionem in animo cogitatis imago sequitur: partim in disciplinis tanq; in figuris geometricis & rhythmicis musicis, & infinita varietate numerorū, quę quantum vera, sicut ego autumo, comprehenduntur: gi gnunt tamen falsas imaginationes, quibus ipsa ratio vix resistit: tamen nec ipsam disciplinam differendi carere hoc malo facile est, cū in diuisionibus & cōclusionibus quosdā quasi calculos imaginamur. In hac tota imaginum sylua credo tibi non videri primū illud genus ad animā priusquam inhæreat sensibus pertinere, neq; hinc diutius differēdum: de duobus reliquis iure adhuc quærī posset, nisi manifestum esset, animā minus esse obnoxiam falsitatibus, nondum passam sensibilibus sensuumq; vanitatem. At istas imagines quis dubitauerit istis sensibilib; multo falsiores: Nā illa quę putamus & credimus siue fingimus, & ex omni parte omnino falsa sunt, & certe logē vt cernis peiora sunt quę videmus atq; sentimus. Iam in illo tertio genere quod libet spatium corporale animo figurauero, quāq; id rationibus disciplinarum minimē fallentibus cogitatio peperisse videatur, ipsis rationibus arguentibus, falsum esse conuincō. Quod fit vt nullo pacto animam credam nondum corpore sentientem; nondum per sensus vanissimos mortali & fugaci substantia verberatam, in tanta falsitatis ignominia iacuisse. Vnde ergo euenit vt quę non vidimus cogitemus? Quid putas esse nisi vim quandam minuendi & augendi animę instam, quā quocunq; venerit necesse est asserat se cum: Quę vis in numeris præcipue animaduerti potest: hac fit, verbi gratia, vt corni quasi ob oculos imago constituta, quę videlicet aspectibus nota est, demendo & addēdo quędam, ad quamlibet omnino nunquā visam imaginē perducatur. Hac euenit, vt per consuetudinem voluētibus sese in talibus animis, figurę huiusmodi velut sua sponte cogitationibus irruāt. Licet igitur animę imaginanti, ex iis quę illi sensus inuexit, demendo, vt dictum est, & addēdo, ea gignere quę nullo sensu attingit tota, partes verō eorū in aliis atq; aliis reb; attigerat. Ita nos pueri apud mediterraneos nati atq; nutriti, vel in paruo calice aqua visa, iā imaginari maria poteramus: cū sapor fragorū & colorum, antequam in Italia gustaremus, nullo modo veniret in mentem. Hinc est quod a prima natiuitate cæci cum de luce coloribusq; interrogātur, quod respondeant non inueniunt. Non enim coloratas vllas patiuntur imagines, qui senserunt nullas. Nec mirere quo pacto

Luc. 9.

† damnatum.

H

L
Prover. 9.

Scientia re-
miniscentia

M

† genuinū

C

Phantasiarū
triplex gen^o

1. Cor. 1.

† Tubunis,
locum intel-
ligit.

† aliis, par-
tes verō earū
quę in aliis
atq; aliis re-
reb; acū ge-
rantur.
† etate.

cto ea

G Et ea quae in rerum natura figuratur & fingi possunt, non primo in anima quae omnibus inest comita voluntur, cum ea nunquam extrinsecus senserit. Nam etiam nos cum indignando aut latando, ceterisque huiusmodi animi motibus, multos in nostro corpore vultus coloresque formamque prius nostra cogitatio quod facere possumus tales imagines concipit. Consequuntur ista miris illis modis, & committendis cogitationi tuae, cum in anima sine vlla corporalium figura falsitatum numeri agitantur occulti. Ex quo intelligas velim, cum tam multos animi motus esse sentias expertes omnium de quibus nunc quaris imaginum, quolibet alio motu animam fortiri corpus, quam sensibiliu cogitatione formarum, quas eam, priusquam corpore sensibusque vtatur, nullo modo arbitror pati posse. Quam obrem pro nostra familiaritate, & pro ipsius diuini iuris fide sedulo monuerim charissime mihi ac iucundissime, nullam cum istis infernis vmbis copules amicitiam, neve illam quae copulata est cogaris t diuellere. Nullo enim modo restitit corporis sensibus, quae nobis sacratissima disciplina est, si per eos inflictae plagis vulneribusque blandimur.

Augustinus Possidio de cultu & fucis & inauribus, etiam uirorum. Epistola. LXXIII.

DOMINO dilectissimo & venerabili fratri & coeppiscopo Possidio & qui tecum sunt fratribus, Augustinus & qui mecum sunt fratres in domino salutem. Magis quid agas cum eis qui obtemperare nolunt cogitandum est, quam quemadmodum eis ostendas non licere quod faciunt. Sed nunc epistola sanctitatis tuae, & occupatissimum me reperit, & celerimus baui reditus, neque rescribere tibi, neque ad ea quae consulisti, ita ut oportet respondere permittit. Nolo tamen de ornamentis auri vel vestis preperam habeas in prohibendo sententiam: nisi in eos qui neque coniugati, neque coniugari cupientes, cogitare debeant quomodo placeant deo. Illi autem cogitant quae sunt mundi, quomodo placeant vel viri vxoribus, vel mu-

1. Cor. 7. De cose. dif. 5. fucare.

2. Cor. 6.

Inaures fig. gnadiaboli.

lieres maritis, nisi quod capillos nudare feminas, quas etiam caput velare Apostolus iubet, nec maritatas decet. Fucari autem pigmentis, quo vel rubicundior vel candidior appareat, adulterina fallacia est, qua non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittenda sunt feminae ornari, secundum veniam, non secundum imperium. Nam verus ornatus maxime Christianorum & Christianarum, non tantum nullus fucus mendax, verum ne auri quidem vestisque popa, sed mores boni sunt. Execranda autem superstitio ligaturarum, in quibus etiam inaures virorum, in summis ex vna parte auriculis suspensa deputentur, non ad placendum hominibus, sed ad seruendum demonibus adhibetur. Quis autem possit speciales nefariarum superstitionum prohibitiones in scripturis inuenire, cum generaliter Apostolus dicat: Nolo vos socios fieri demoniorum. Et iterum: Quae enim consonantia Christi ad Belial? Nisi forte quia Belial nominauit, & generale societatem demoniorum prohibuit, licet Christianos sacrificare Neptuno, quia nihil proprie de Neptuno vetitum legimus. Moneantur interim miseri, ut si obtemperare nolunt praecipit salubrioribus, saltem sacrilegia sua non defendant, ne maiori se scelere implicent. Quid autem cum eis agendum sit, si soluere inaures timent, & corpus Christi cum signo diaboli accipere non timeant? De ordinando autem qui in parte Donati baptizatus est, auctor tibi esse non possum, Aliud est enim facere

si cogaris, aliud consulere ut facias.

Augustinus Deuterio episcopo significat se Victorinum hypodiatonum, qui clam docuerat haeresim Manichaeorum deprehensum & clericorum ordine submouisse, admonens ne illic recipiatur ad penitentiam, nisi prodatur quotquot nouit eodem infectos errore. Docet autem qui apud Manichaeos fuerunt auditores, qui electi.

Epistola. LXXIII.

DOMINO beatissimo & venerabiliter charissimo fratri & coepiscopo Deuterio, Augustinus in domino salutem. Nihil melius me facere posse arbitratus sum, quam ut tuae sanctitati potissimum scriberem, ne per negligentiam in nostra provincia domini nostri Iesu Christi ouile vastet inimicus, qui non desinit insidiari, ut perdat animas tam magno precio comparatas. Mallianensem quendam subdiaconum Victorinum, apud nos constitit esse Manichaeum, & in tam sacrilego errore sub nomine clerici latitabat: Nam est etiam aetate iam senex. Ita est autem manifestat, ut etiam ipse ad me interrogatus, antequam testibus coargueretur, negare non posset. Tot enim & tales iam esse sciebat, quibus se incautus effuderat, ut nihil aliud si negare tentaret, quam non dico impudentissimum, sed insanissimum appareret: auditorum sane Manichaeorum, non electum se esse confessus est. Auditores autem qui appellantur apud eos, & carnibus vescuntur, & agros colunt, & si voluerint vxores, habent, quorum nihil faciunt qui vocantur electi. Sed ipsi auditores, ante electos genua figunt, ut eis manus supplicibus imponatur, non a solis episcopis vel presbyteris aut diaconis eorum, sed a quibuslibet electis. Solem etiam & lunam, cum eis adorant & orant. Die quoque dominico cum illis ieiunant & omnes blasphemias cum illis credunt, quibus Manichaeorum haeresis detestanda est, negantes scilicet Christum natum esse de virgine, nec eius carnem veram confitentes fuisse, sed falsam: ac per hoc & falsam eius passionem, & nullam resurrectionem fuisse contendunt: patriarchas prophetasque blasphemant, legem per famulum dei Moysen datam, non a vero deo dicunt sed a principe tenebrarum: animas non solum hominum sed etiam pecorum, de dei esse substantia, & omnino partes dei esse arbitrantur. Deum denique bonum & verum, dicunt, cum tenebrarum gente pugnas, & partem suam tenebrarum principibus miscuisse, eamque toto mundo inquinatam & ligatam, per cibos electorum suorum ac per solem & lunam purgari asseuerant: & quod purgari de ipsa parte dei non potuerit, in fine seculi aeterno ac poenali vinculo colligari, ut non solum violabilis & corruptibilis & contaminabilis credatur deus, cuius pars potuit ad mala aetate perducere, sed non possit saltem totus a tanta coinquinatione & immundicia & miseria vel in fine seculi purgari. Has cum illis intolerabiles blasphemias, subdiaconus iste quasi catholicus, non solum credebatur, sed quibus viribus poterat edocebat. Nam docens patefactus est, cum se quasi discipulis credidit. Rogauit me quidem posteaquam se Manichaeorum auditorem esse confessus est, ut eum in viam veritatis doctrinae catholicae reuocarem. Sed fateor, eius fictionem sub clerici specie vehementer exhorui, eumque coeppitum pellendum de ciuitate curauim. Nec mihi hoc satis fuit, nisi & tuae sanctitati eum meis literis intimarem, ut a clericorum gradu congrue ecclesiastica seueritate deiectus, cauendus omnibus innotescat. Petenti autem poenitentiae locum, tunc credatur si & alios quos illic nouit esse manifestauerit nobis, non solum in Malliana, sed in

K

† vestra

L

Auditores & electi qui.

M

† vobis.

A sed in ipsa omnino provincia.

Augustinus senex Auxilio episcopo iuueni, ut aut antea thematis sententia rescindat, aut doceat quibus adductus causis putet ob unius peccati totam familiam excommunicari posse. Epistola. LXXVI.

DOMINO dilectissimo & venerabili fratri & coeppiscopo Auxilio, Augustinus. Vir spe stabilis filius noster Classicianus, grauiter apud me literis questus est, quod sit anathematis iniuria a tua sanctitate perpeffus, Narrans quod venerit ad ecclesiam, apparitione paucorum suae potestati congrua comitatus, & egerit tecum, ne contra salutem suam faueres eis, qui per Euangelium peterado, adiutorium violandae fidei, in ipsa fidei domo requirebant. Quos tamen consyderantes quid male fecerint, non inde violenter abductos, sed sponte dicit egressos, atque hinc ueneratione tuam ita sibi succensuisse, ut ecclesiasticorum coeppitione gestorum cum omni domo sua anathematis sententia feriretur. Quibus literis lectis, non mediocriter astuans cogitationibus, magna cordis tempestate fluctuantibus, apud charitatem tuam tacere non potui: ut si habes de hac re sententiam, certis rationibus vel scripturarum testimoniis exploratam, nos quoque docere digneris, quomodo recte anathematizetur pro patris peccato filius, aut pro mariti vxor, aut pro domini seruus, aut quisquam etiam in domo nondum natus, si eodem tempore quo vniuersa domus est anathemate obligata nascatur, nec ei possit per lauacrum regenerationis, in mortis periculo subueniri. Neque enim haec corporalis est poena, qua legimus quosdam contemptores dei cum suis omnibus qui eiusdem impietatis participes non fuerunt pariter infectos: tunc quidem ad terrorem viuientium mortalia corpora perimebantur, quandoque utique moritura, spiritalis autem poena, qua fit quod scriptum est: Quae ligaueris in terra erunt ligata & in caelo: animas obligat, de quibus dictum est: Anima patris mea est, & anima filij mea est. Anima quae peccauerit, ipsa morietur. Audiisti fortasse aliquos magni nominis sacerdotes cum domo sua quempiam anathematizasse peccantium, sed forte si essent interrogati, reperirentur idonei reddere in derationem. Ego autem, quoniam si quis ex me quaerat vtrum recte fiat, quid ei respondeam non inuenio: nunquam hoc facere ausus sum, cum de quorundam facinoribus immaniter aduersus ecclesiam perpetratis, grauissimum permouerer. Sed si tibi quam iuste fiat, dominus reuelauit, nequaquam iuuenilem aetatem tuam, & honoris ecclesiastici rudimenta contemno. En assum, senex a iuene coepiscopo, & episcopus tot annorum a collega necdum anniculo paratus sum discere, quomodo vel deo vel hominibus iustam possumus reddere rationem, si animas innocentes pro scelere alieno, ex quo non trahunt sicut ex Adam, in quo omnes peccauerunt, originale peccatum, spiritali supplicio puniamus. Etenim Classiciani filius, etsi traxit ex parte primi hominis culpam, sacro fonte baptismatis expianda tamen quicquid postea quam genuit peccati pater eius admisit, vbi particeps ipse non fuit, ad eum non pertinere quis ambigit? Quid de tot animabus in vniuersa familia? Vnde si vna anima per istam seueritatem, qua tota domus ista anathematizata est, sine baptisate de corpore exeundo perierit, innumerabiliu mors corporum, si de ecclesia homines innocentes violenter abstrahantur & interficiantur, huic damno non potest comparari. Si ergo de hac re potes reddere rationem, vti nam & nobis rescribendo praestes ut possi-

2. 4. q. 3. si habes.

Matth. 16. Ezech. 18.

mus & nos: si autem non potes, quid tibi est inconsulta comotione animi facere, vnde si fueris interrogatus, rectam rationem non vales inuenire? Haec autem dixi, etiam si filius noster Classicianus aliquid admisit, quod tibi anathemate plectendum iustissime videretur. Ceterum si veras ad me literas misit, nec solus in domo sua debuit ista sententia coepperi. Sed hinc cum tua sanctitate nihil ago, nisi tantum peto ignoscas petenti veniam, si agnouerit culpam: si autem nihil eum peccasse prudenter agnoscis, quoniam ipse in domo fidei iustus flagitabat fidem debere seruari, ne ibi frageretur vbi docetur: fac quod sanctum virum facere oportet, ut si sibi contigit tanquam homini, quod utique homo dei dicit in psalmo: Turbatus est praer ira oculus meus, exclames ad deum: Miserere mei domine, quoniam infirmus sum, ut porrigat dexteram suam, & comprimat iracundiam tuam, & traquillet mentem tuam ad videndam faciendamque iustitiam. Sicut enim scriptum est: Iracundia viri iustitiam dei non operatur. Nec arbitraris ideo nobis non posse subrepere iniustam comotionem, quia episcopi sumus, sed potius cogitemus inter laqueos tentationum nos periculosisse vitare, quia homines sumus. Aufer iraque gesta ecclesiastica, quae perturbatior fortasse fecisti, & redeat inter vos charitas, quam cum illo & catechumenus habuisti. Aufer item, & reuoca pacem, ne tibi pereat homo amicus, & de vobis gaudeat diabolus inimicus. Potens est autem misericordia dei nostri, quae & me exaudiat orantem, ne mea tristitia de vobis augeatur, sed potius quae est extorta sanetur, & erigat per gratiam suam, & letificet iuuentutem tuam non contemnentem senectutem meam. Vale.

Augustinus Aurelio, disputans an monachi, qui sponte sua de monasteriis recesserunt, recipi debeant alibi in numerum clericorum. Epistola. LXXVI.

DOMINO beatissimo & debita obserantia venerabili, synceriterque charissimo fratri & coeppiscopo papae Aurelio, Augustinus in domino salutem. Literas nullas tuae venerabilitatis, ex quo ab inuicem corporaliter digressi sumus, accipi. Nunc vero legi epistolam benignitatis tuae de Donato & fratre eius, & quid responderem, diu fluctuaui. Sed tamen etiam atque etiam cogitanti quid sit vtile saluti eorum quibus in Christo nutritis seruimus, nihil mihi aliud occurrere potuit, nisi non esse istam viam danda seruus dei, ut se facilius putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores. Et ipsi enim facilis lapsus, & ordini clericorum sit indignissima iniuria, si desertores monasteriorum ad militiam clericatus eligantur, cum ex iis qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores atque meliores in clerum assumere soleamus: nisi forte, sicut vulgares dicunt: Malus choraula bonus symphoniaicus est: ita iidem ipsi vulgares de nobis iocabantur dicentes: Malus monachus bonus clericus est. Nimis dolendum, si ad tam ruinofam superbiam monachos surrigamus, & tam graui contumelia clericos dignos putemus, in quorum numero sumus, cum aliquando etiam bonus monachus vix bonum clericum faciat, si ad sit sufficiens continentia, & tamen desit instructio necessaria, aut personae regularis integritas. Sed de istis credo arbitrata sit beatitudo tua, quod nostra voluntate, ut suis potius correptionibus vtilis essent, de monasterio recessissent. Sed falsum est, sponte abierunt, sponte deseruerunt, nobis, quam potuimus, pro eorum salute renitentibus. Et de

Donato

G Donato quidem, quia iam factum est, ut antequam de hac re aliquid in concilio statueremus, ordinaretur, si forte à superbis peruersitate correctus est, quod vult prudentia tua de suo faciat: de fratre vero eius, cuius vel maxime causa de monasterio etiam ipse Donatus abfcessit, cum intelligas quid sentiam, nescio quid respondeam. Contradicere tamen prudentia, honoris, charitatisque tuae non audeo, & sanè spero id te facturum, quod membris ecclesiae salubre perspexeris.

Augustinus & Alipius Aurelio, gratulans de dono doctrinae. Epistola. LXXVII.

DOMINO beatissimo & venerabiliter suscipiendo, sincerissimeque charissimo fratri, & vere sancto papae Aurelio, Alipius & Augustinus in domino salutem. Impletum est gaudium nostrum, & lingua nostra exultatione, nunciatis literis tuis sanctam cogitationem tuam, adiuvante domino, qui eam inspiravit, & ad effectum esse perductam, de omnibus ordinatis fratribus nostris, & praecipue de sermone presbyterorum, qui te praesente populo infunditur, per quorum linguas clamat charitas tua maiore voce in cordibus hominum, quam illi in auribus. Deo

H gratias. Nam quid melius & animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, quam Deo gratias? Hoc nec dici breuius, nec audiri latius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest. Deo gratias, qui te & tamen fidei pectore ditavit erga filios tuos, & id quod in intimo animae habebas, quod humanus oculus non penetrat, eduxit in lucem, donando tibi non solum ut bene velles, verum etiam in quibus posset apparere quod velles. Ita plane fiat, luceant haec opera coram hominibus, ut videant, gaudeant, glorificent patrem qui in caelis est. Talibus delecteris in domino, ut ipse te pro eis orantem dignetur exaudire, quoniam tu per eos loquentem non dedignaris audire: Eatur, ambuletur, currat in via domini, benedicantur pusilli cum magnis, iocundati in iis qui dicunt eis: In domum domini ibimus, praecedant illi, & sequantur isti, imitatores facti eorum, sicut & illi Christi: ferueat iter sanctarum formicarum, fragret opera sanctarum apium, feratur fructus in tolerantia cum salute perseverandi usque in finem. Nec sinat dominus tentari supra quam possumus ferre, sed faciat cum tentatione etiam exitum, ut possimus sustinere. Orate pro nobis digni exaudiri, cum tanto quippe sacrificio acceditis ad deum sincerissimae dilectionis & laudis eius in operibus vestris: orate ut & in nobis haec luceant, quoniam nouit ille quem oratis, cum quanto nostro gaudio in vobis luceant. Haec sunt vota nostra, haec multitudines solatorum, secundum multitudinem dolorum nostrorum in corde nostro, iocundant animam nostram. Ita est quia ita promissum est, ira erit quod restat sicut promissum est. Obsecramus te per eum, qui tibi ista donavit, & populum cui seruis hac per te benedictione perfudit, ut iubeas singulos, quos volueris sermones eorum seorsum conscriptos & emendatos mitti nobis. Nam & ego quod iussisti non negligo, & de Tychonij septem regulis vel clauibus, sicut saepe iam scripsi, cognoscere quid tibi videatur expecto.

I Forte, tacito

Augustinus Hesychio, de die supremo mundi non inquirendo, deque hebdomadibus Danielis.

Epistola. LXXVIII.

DOMINO beatissimo Hesychio, Augustinus. Ad sanctitatem tuam filio tuo copresbytero nostro remeante Cornuto, per quem literas tuae venerationis accepi, quibus exigitate mea

visitare dignatus es, & tandem rescripta persoluo, & debitum resalutationis obsequium, multum me commendans acceptissimis domino precibus tuis domine beatissime frater. De prophetis autem dictis siue praedictis, de quibus voluisti ut aliquid scriberem, melius mihi visum est sancti Hieronymi hominis doctissimi expositiones eorumdem verborum, ne illas forte non habeas, de opusculis eius excerptas, dirigere beatitudini tuae. Si autem iam eas habebas, nec inquisitioni tuae satisfaciebant, quid de his sentias, peto mihi rescribere non graueris, & quemadmodum ipse eadem prophetica oracula intelligas: Ego enim maxime illud de hebdomadibus Danielis secundum tempus, quod iam transactum est, intelligendum puto, nam de saluatoris aduentu, qui expectatur in fine, tempora dinumerare non audeo: nec aliquem prophetam de hac re numerum annorum existimo praefinisse, sed illud potius praualere, quod ipse dominus ait: Nemo potest cognoscere tempora, quae pater posuit in sua potestate. Quod enim in alio loco ait: De die autem illa & hora nemo scit, sunt qui sic accipiunt, ut putent se posse tempora computare, diem vero tantummodo ipsum & horam neminem scire: ubi omitto dicere quemadmodum soleant scripturae diem vel horam etiam pro tempore ponere, sed certe illud de ignorantia temporum apertissime dictum est. Nam cum hinc dominus interrogatus esset à discipulis suis: Nemo, inquit, potest cognoscere tempora, quae pater posuit in sua potestate. Non enim dixit, diem vel horam, sed tempora, quae in breui spatio non solent dici sicut dies vel hora, maxime si Graecum intueamur eloquium, ex qua lingua in nostrum eundem librum, ubi hoc scriptum est, scimus translatum, quauis latine satis exprimi non potuerit. Ibi enim Graece legitur χρόνος ἢ καιρός. Nostri autem utrumque hoc verbum tempora appellat, siue χρόνος siue καιρός, cum habeant haec duo inter se non negligendam differentiam. καιρός quippe appellat Graeci tempora quidem, non tamen quae in spatorum voluminibus transeunt, sed quae in rebus ad aliquid opportunis vel importunis sentiuntur: sicut messis, vinetia, calor, frigus, bellum, & si qua similia. χρόνος autem ipsa spatia temporum vocat, Et hoc certe ipsi Apostoli non ita quaesierunt, quasi vnum nouissimum diem vel horam exigua diei partem scire voluissent, sed utrum iam esset opportunum tempus, quo regnum representaretur Israél. Tunc audierunt: Nemo potest cognoscere tempora quae pater posuit in sua potestate. i. χρόνος ἢ καιρός, quod si latine diceretur, tempora aut opportunitates, nec sic quod dictum est, esset expressum, quia siue opportuna siue importuna sunt tempora καιροὶ dicuntur. Tempora ergo computare, hoc est χρόνος, ut sciamus quando sit finis huius seculi vel aduentus domini, nihil mihi aliud videtur, quam scire velle quod ipse ait scire neminem posse. Opportunitas vero illius temporis profecto non erit antequam praedicetur Euangelium in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Tunc veniet, quid est, nisi ante non veniet: Quanto post ergo veniat, incertum nobis est, ante tamen non esse venturum dubitare utique non debemus. Si ergo susciperent hunc laborem serui dei, ut peragrato orbe terrarum, quantum possent colligerent, quod remansit gentium, ubi nondum est Euangelium praedicatum, hinc

aduertere

A aduertere utique possemus, quantum hoc tempus longe sit à fine seculi. Quod si propter quaedam loca inaccessibleia & inhospita fieri posse non creditur, ut à seruis dei peragretur orbis, & quot quantaque sint adhuc gentes sine Christi Euangelio, fideliter renuncietur: multo minus existimo in scripturis posse comprehendere, quanta usque ad finem futura sint tempora, quandoquidem in eis legitur: Nemo potest cognoscere tempora, quae pater posuit in sua potestate. Unde si iam nobis certissimum nunciatum fuisset in omnibus gentibus Euangelium praedicari, nec posse dicere quantum temporis remaneret usque ad finem, sed magis magisque iam appropinquare merito diceremus: Nisi quis forte respondeat, tanta celeritate praedicato Euangelio, Romanas gentes & plerasque Barbaras occupatas, atque ita nonnullas non paulatim, sed subito ad fidem Christi fuisse conuersas, ut non sit incredibile paucis annis, etsi non vitae nostrae, qui iam seniuimus, certe iuuenum qui venturi sunt ad senectam, vniuersas omnino residuas gentes Euangelio posse compleri. Sed si ita erit, facilius cum factum fuerit probari experiendo, quam legendo antequam fiat inueniri potest. Hoc me compulsi dicere cuiusdam opinio, quem Hieronymus quoque Hieronymus temeritatis notat, quod ausus fuerit Danielis hebdomadas de aduentu Christi futuro, non de praeterito exponere. Si quid autem pro meritis potioribus sanctae humilitati cordis tui dominus melius reuelarit, siue reuelauerit, peto nobiscum communicare digneris, & haec nostra rescripta sic accipere, tanquam hominis, qui mallem quidem eorum quae à me inquisisti habere scientiam, quam ignorantiam, sed quia id nondum potui, magis eligo tantam ignorantiam confiteri, quam falsam scientiam profiteri.

B Hieronymus

Hesychius Augustino, docens diem supremum inquirendum esse. Epistola. LXXIX.

DOMINO beatissimo & charitate sincerissima venerando fratri & coepiscopo Augustino, Hesychius in domino salutem. Desyderanti mihi sanctus compresbyter noster Cornutus literas pertulit tuas, quae me laetificauerunt, quia memoriam nostri bonam habere dignatus es, qui & mihi paucis sermone proprio sanctae mentis tuae de iis quae petieram in transitu significasti. Aliquantum autem de opusculis sancti compresbyteri Hieronymi adiunxisti, ut meam quaestionem lectione eius operis de sanctis scripturis explere possem. Et quia dignatus es id petere à nobis, ut quid sentiremus de ipsis quaestionibus per literas tuae sincerissimae charitati insinuaremus, ad ea de quibus scripta legi, prout intellectus exiguus meae mediocritatis sentire potuit aut intelligere, infra scripsi. Cum dei omnipotentis conditoris totius creaturae arbitrio & potestate cuncta gerantur, vel quae facta sunt, vel quae etiam futura sunt, sanctorum prophetarum vocibus cognoscuntur, qui priusquam fierent ea quae futura erant, voluntate diuina hominibus sunt loquuti. Unde satis admiratione plenum est, si ea deus, quae praedici voluit ad hominum sensus penitus non posse peruenire constituit, secundum hoc capitulum, quod dominus beatis Apostolis loquutus est, dicens: Nemo potest cognoscere tempora, vel momenta, quae pater posuit in sua potestate. Primum quia in antiquissimis libris ecclesiarum non ita scriptum est: Nemo potest, sed scriptum est: Non est vestrum nosse tempora vel momenta quae pater posuit in sua potestate. Quae ratio sermonis sequenti verbo recte completur, cum dicit: Sed eritis mihi testes in Hierusalem, & in Iudaea, & Samaria, &

usque ad vltimum terrae. Non ergo Apostolos testes summationis mundi, sed nominis & resurrectionis sue voluit intelligi. Nam de temporibus cognoscendis ipse dominus monet: Quis nam est fidelis seruus & prudens quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore. Sanctus ille seruus, quem veniens dominus eius inuenit sic facientem. Familia Christi verbo praedicationis pascitur, & fidelis famulus inuenitur, qui in tempore expectatibus dominum, necessariam escam creditibus praestat. Malus enim seruus sic reprehenditur: Quod si dixerit malus seruus, moram facit dominus meus venire, veniet dominus eius in die qua nescit, & hora qua ignorat: & reliqua. Item arguit quare tempus non cognoscatur, dicendo: Hypocrita, faciem caeli nostis probare, tempus hoc quare non cognoscitis? Item Apostolus: In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & reliqua. Item Apostolus: De temporibus autem & momentis non necesse habemus vobis scribere: Vos enim ipsi diligenter scitis, quia dies domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, pax & securitas, tunc subitanus illis apparebit interitus, quomodo dolores parturientis, & non effugient. Item Apostolus: Non retinetis memoria, quia cum essem apud vos, haec dicebam vobis, & nunc quid detineat scitis, ut reueletur in suo tempore. Nam mysterium iniquitatis iam operatur tantum, ut qui tenet modo teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Item dominus in Euangelio increpat Iudaeos: Et tu si cognouisses tempus visitationis tuae, forsitan permisisses, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Et dominus sic praedicat ad Iudaeos: Penitentiam agite, completa sunt tempora, & credite Euangelio. Et ad Iudaeos quidem recte completa dicebat, quia eorum tempora post eius praedicationem & triginta & quinque vel quadraginta annos finita sunt. Et in Daniele: Quoad usque interfesta est bestia, perit, & corpus eius datum est vt comburatur, & reliquarum bestiarum regnum translatum est: & magnitudo vitae data est eis usque ad tempus & tempus, quod Graece dicitur χρόνος καὶ καιρός. Et insequitur: Et ecce cum nubibus caeli & quasi filius hominis venies. Mysterium bestiae & reliquarum bestiarum translationem, intelligitibus scripturam manifestum est. Aduentus domini diligendus est & expectandus. Est etiam magna beatitudo diligentibus eius aduentum, sicut testimonium perhibet beatus Apostolus Paulus: De caetero, inquit, reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus iustus iudex in illa die: non autem mihi solum, sed & iis qui diligunt aduentum domini. Et dominus in Euangelio: Tunc iusti fulgebunt sicut Sol in regno patris sui. Item propheta: Ecce enim tenebrae & caligo operient terram super gentes, in te vero apparebit dominus, & maiestas eius in te videbitur. Item propheta: Qui vero expectant dominum, exultabunt cum virtute, producent pennas sicut aquilae, current & non laborabunt, ambulabunt & non esurient. Et plurima talia, quae ad beatitudinem eorum pertinent, qui diligunt aduentum domini, inueniuntur. Quod autem nemo possit mensuras temporum colligere, manifestum est. Euangelium quippe dicit: De die illa & hora nemo scit: ego autem pro possibilitate intellectus mei dico, neque diem, neque mensem, neque annum aduentus ipsius sciri posse, sed signa quae sunt aduentus videndo & credendo, & expectare me conuenit, & creditibus escam hanc retribuere, vt expectantes diligant aduentum

Luc. 12.

Beatus

Christi

1. Thess. 5.

2. Tim. 3.

1. Thess. 5.

2. Tess. 2.

Luc. 19.

Marci. 1.

Daniel. 7.

2. Tim. 4.

Math. 13.

Esai. 60.

Esai. 49.

Math. 24.

G aduentum eius, qui dixit: Hæc omnia cū videritis, sci-
tote quoniam prope est in ianuis. Signa ergo Euan-
gelica & prophetica, quæ in nobis completa sunt, aduen-
tum domini manifestant: nam frustra aut qui quarūt,
aut qui calumniantur dies & annos in computo com-
prehendere querunt: cum scriptum sit: Quia nisi ab-
breniari fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro,
sed propter electos breuiabuntur dies illi. Certum est
tempus carere computo, quod breuiandum est à domi-
no, qui tempora constituit, Appropinquasse autem ad-
uentum eius, cuius signa aliqua videmus ex iis quæ fa-
cta sunt esse completa: & iterum dicit. His autem fieri
incipietibus, respirabitis & lenabitis capita vestra, quo-
niam appropinquabit redemptio vestra. Quæ autem
signa dixit videnda, manifestum est in Euangelio san-
cti Luca: Et Hierusalem calcabitur à gentibus, donec
impleantur tempora gentium: hoc factum est, & fieri
nulli doibium est. Et insequitur: Et erunt signa in Sole
& Luna & in stellis, & in terra pressura gentium: cau-
sa quæ patimur & pœna ꝑ compellit, si fortē non curet
volūtas. Nam in vno tempore & signa in cœlo & pres-
suram gentium in terris ab hominibus videri & susti-
neri manifestum est. Et insequitur: Arescentibus homi-
nibus præ timore & expectatiōe, quæ superueniēt vni-
uerso orbi: nullam patriam, nullum locū nostris tem-
poribus non affligi aut humiliari certum est, sicut di-
ctum est, præ timore & expectatiōe, quæ superueniēt
vniuerso orbi: & omnia signa quæ superius Euan-
gelium legentibus manifestat, ex maxima parte cōpleta
sunt. Quod autem dictum est, Et prædicabitur Euan-
gelium in vniuerso mundo, & tunc veniet finis. Primū
quod ipsius domini repromissio talis fuit, vt ipsi Apo-
stoli eius nominis & resurrectionis testes fierent in
Hierusalem, & in Iudæa, & in Samaria & vsq; ad ex-
tremum terræ, & Apostolus hac autoritate docet: Sed
dico nunquid non audierunt? In omnem terram exi-
it sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.
Item, propter spem quæ reposita est vobis, quam ante
audistis in verbo veritatis Euangelij, quod aduenit in
vos, sicut & in omni mūdo est fructificans & crescēs.
Sed ab Apostolis nūciata fides in gentibus, habuit mul-
tos persequutores, vt retēta tardius inualesceret, vt il-
lud impleteret. Ante hæc omnia primum in vos ma-
nus immitterent suas, & persequerentur & tradent vos
in Synagogas & in custodias, ducentes ad reges & ad
præsides propter nomen meum, vt illud impleteretur
quod scriptum erat: Et velociter readificaberis à qui-
bus destructa es. Nam ex quo clemētissimi imperato-
res, Christiani dei voluntate esse cœperunt, quanquam
paulatim fides causa persequutionis crescebat in secu-
lis, factis regib; Christianis vbique in paruo tempore
Christi Euangelium penetravit. Expositio sanē beati
Danielis de hebdomadibus, quam vir sanctus cōpres-
byter noster Hieronymus exposuit, qualiter doctores
ecclesiarum tradidissent, lectorem suspendit ꝑ. Nam si
ipse doctissimus vir cōpresbyter noster ait periculo-
sum esse de magistrorum ecclesiarum iudicare senten-
tias, & alterum præferre alteri, quāto magis hoc lector
facere non potest, quod magister facere dubitauit. Nos
autem credimus quod dominus ait: Quia cœlū & ter-
ra transiēt, iota autem vnum vel vnus apex non tran-
siet à lege, donec omnia fiant. Quomodo ergo myste-
rium hebdomadarum sit impletum vsq; ad natiuita-
tem & passionem Christi, admiror, cum illud quod in
dimidio hebdomadæ propheta loquutus est, dicendo:

Lucæ. 21.
 ꝑ alijs ea que pati-
mur cōferri
& pœna &c.
 Math. 24.
 Roma. 10.
 Coloss. 1.
 ꝑ lectore ar-
tētū querit.
 Math. 5.

In dimidio hebdomadæ tolletur sacrificium meum, &
desolationū supplicatio interitus, & ad sacrificiū abo-
minatio. Hæc ergo abominatio si iam cōpleta fuerat,
quomodo dominus monet & dicit: Cū videritis abo-
minationem desolationis, quod dictum est per Danie-
lem prophetam stātem in loco sancto, qui legit intel-
ligat. Ego autem ne petitionis beatitudinis tuæ cōtemp-
tor essem, hæc quemadmodū sensi, scripsi ad tuā cha-
ritatem. Plenius autem dignare nos verbo gratiæ tuæ
rescribendo instruere & latificare.

Augustinus Hesychio, commonstrans quomodo sint intel-
ligenda scripturæ loca, quæ uarie loquuntur de fine seculi:
li: quôdque præsstat non inquirere diem illū, sed hoc agere,
ut vnusquisque ad suæ uitæ supremū diem sit paratus.

Epistola. LXXX.

DOMINO beatissimo & venerabiliter susci-
piendo fratri & cōpiscopo Hesychio, Augu-
stinus in domino salutem. Accepi literas
venerationis tuæ, quibus valde salubriter exhortaris,
vt Saluatoris nostri diligatur & desyderetur aduētus.
Facis hoc vt seruus bonus eiuſdē patrisfamilias, au-
dus lucrorum domini tui, & volens habere plurimos
socios dilectionis, qua ipse præcipue & perseueranter
accenderis. Intuētis igitur quod cōmemorasti de Apo-
stolo, quia dominum dixit redditurum coronā iustitiæ,
non tantūm sibi, sed & omnibus qui diligunt manife-
stationem eius, ita rectē viuimus, & in hoc seculo tanq̄
peregrini agimus, cū se in hac dilectione cor' nostrū
proficienter extendit, siue citius siue tardius veniat
quā putatur, cuiꝑ manifestatio fideli charitate diligitur,
& pio desyderatur affectu. Seruus quippe ille, qui
dicit: Moram facit dominus meus, & percutit confer-
uos suos, manducat & bibit cum ebriosis, non utiq; di-
ligit manifestationem eius. Et moribus enim apparet
animus eius, quos mores licet breuiter ideo magister
bonus curauit exprimere, id est, superbiam atq; luxu-
riam, ne quod dicebat: Morā facit dominus meus, de-
syderio domini sui dicere crederetur, quo ardebat ille
qui dicebat: Sitiuit anima mea ad deum viuum, quan-
do veniam, & apparebo ante faciem dei: Dico enim
quando veniam: moras se perpeti moleste ferebat, quia
etiam quod tempore acceleratur, desyderio tardum vi-
detur. Quomodo autem tardus est eius aduentus, vel
quomodo longē venturus est, cum ipsi Apostoli tem-
pore, quo adhuc erāt in carne, dixerūt: Nouissima ho-
ra est: quanuis à domino audierint: Non est vestrū sci-
re tempora: Hoc ergo nesciebāt quod nescimus & nos,
quantum ad me attinet, dico, & eos qui hoc mecū ne-
sciunt: & tamen quibus dictum est: Non est vestrum
scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate: dilige-
bant eius manifestationem, & dabant conferuis in tē-
pore cibaria, nec percutiebant eos dominando eis, nec
luxuriabantur cum amatoribus mundi dicentes: Morā
facit dominus meus. Alia est ergo ignorantia tempo-
rum, alia labes morum amorq; vitiorum. Nam & Apo-
stolus Paulus quando dicebat: Non cito moueamini
mente, neq; terreamini, siue per verbum siue per episto-
lam, tanquam per nos missam, quasi instet dies domi-
ni: nolebat utiq; vt crederent eis, qui iam propinquare
domini arbitrantur aduentum: nec tamen volebat vt
tanquam seruus ille dicerent: Moram facit dominus
meus venire: & traderent se superbiæ luxuriæq; perdē-
dos: sed sic eos nolebat de propinquante die nouissimo
falsis auscultare rumoribus, vt tamē vellet eos paratos
ad aduentum domini sui lumbis accinctis, & lucernis
ardentibus

Daniel. 9.
 Math. 24.
 2. Tim. 4.
 Lucæ. 12.
 Psal. 41.
 M
 2. Tess. 2.
 Lucæ. 11.

Ardentibus operiri: quibus dicit: Vos autem fratres nō
estis in tenebris, vt vos dies ille tanquam fur cōprehē-
dat. Omnes enim vos filij lucis estis & filij diei, non su-
mus noctis neque tenebrarum. Ille autem qui sic dicit:
Moram facit dominus meus venire, vt percutiat con-
feruos suos, epuletur cum ebriosis, non est lucis, sed tene-
brarum: & ideo cum tanquam fur dies ille comprehē-
det: quod vnusquisque debet etiam de die huius vita
suæ nouissimo formidare. in quo enim quenque inue-
nerit suus nouissimus dies, in hoc eum comprehendet
mundi nouissimus dies: quoniā qualis in die isto quis-
que moritur, talis in die illo iudicabitur. Ad hoc perti-
net quod in Euangelio secundum Marcum ita scriptum
est: Vigilate ergo, quia nescitis quādo dominus domus
veniat, serō, an media nocte, an gallicantu, an mane,
ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes.
Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate. Qui-
bus enim omnibus dicit, nisi electis & dilectis suis ad
corpus eius pertinētibus, quod est ecclesia? Non solū
ergo illis dixit quibus tunc audietibus loquebatur, sed
etiam illis qui fuerunt post illos ante nos, & ad nos ip-
sos, & qui erūt post nos vsque ad eius nouissimum ad-
uentum. Nunquid autem omnes inuenturus est dies il-
le in hac vita, aut quisquam dicturus est quod ad de-
functos etiam pertineat quod ait: Vigilate, ne cum re-
pente venerit inueniat vos dormientes: Cur itaque om-
nibus dicit, qd ad eos solos pertineat qui tunc erūt, nisi
quia eo modo ad omnes pertinet, quo modo dixit: Tūc
enim vniciq; veniet dies ille, cū venerit ei dies vt talis
hinc exeat, qualis iudicādus est illo die. Ac per hoc vi-
gilare debet ois Christianus, ne imparatū inueniat eū
dñi aduentus. Imparatū autē inueniet ille dies quē im-
paratū inuenierit suæ vitæ huius vltim⁹ dies. Certē enī
hoc saltē manifestū erat Apostolis, non eorū tēporibus
cū hīc in carne viuerēt dominū esse venturū: & tamen
quis dubitet eos præcipue vigilasse & seruasse, quod om-
nibus dixit, ne imparatos repente veniens inueniret?
Nondum sanē intelligo quōnam modo accipi debeat
quod scriptū est: sanctitas tua, propterea dixisse domi-
num Apostolis: Non est vestrum nosse tempora vel
momenta, quæ pater posuit in sua potestate: quoniam
sequutus adiunxit: Sed eritis mihi testes in Hierusa-
lem, & in Iudæa, & in Samaria, & vsque ad vltimum
terræ. Quem scripturæ sensum sic exponis, vt dicas,
ergo non Apostolos testes consummationis mūdi, sed
nominis & resurrectionis suæ voluit intelligi. Non
quidem ille ait: Non est vestrum prædicare tempora:
sed non est vestrum nosse. Verūm si ita vis intelligi
quod ait: Non est vestrum scire: ac si diceret, non est
vestrum scientes facere, id est, non est vestrum hoc
docere: quis nostrum docere audeat, vel scire præsu-
mat, quod deus ille magister nec eos discipulos docuit,
à quibus præsentibus interrogatus est præsens, nec illi
tam sancti magnique doctores ecclesiæ docere potue-
runt? An respondebitur, hæc non docuisse Apostolos,
sed prophetas. Hoc enim aisti & verum est, quod ea
quæ futura sunt, sanctorum prophetarum vocibus co-
gnoscuntur, qui priusquam fierent, inquis, ea quæ futu-
ra erant voluntate diuina hominibus sunt loquuti.
Sed si veneratio tua satis admiratione plenum esse di-
cit, si ea deus quæ prædici voluit, ad hominum sensus
penitus non posse peruenire constituit, quanto maiore
admiratione plenum est, si ea quæ prophetæ homi-
nibus sunt loquuti, hæc Apostoli vel scire sunt prohi-
biti vel docere: Quomodo autem prophete ista de qui-
Tomus secundus.

bus agitur tempora docentes, non intelligerentur ab
Apostolis, si intelliguntur à nobis: Aut si eos Apo-
stoli intellexerunt istam mensuram temporis prophetā-
tes, quomodo non docerent quod intellexerunt, quan-
do per eorum præconium & ipsi prophete innotescē-
bant, qui eos suis libris ista docuerunt? Et ideo per quas
litteras ea ipsi didicerant, per easdem poterant alij quo-
que in his gentibus discere, in quibus Apostoli autho-
ritatem propheticam commendabant. Cur ergo eis
dictum est: Nō est vestrum scire: vel si ita intelligendū
est: Non est vestrum docere tempora, quæ pater po-
suit in sua potestate: quandoquidem sic ea docebant,
cum ij in quorum literis discerentur per illos innote-
scebant? Vnde credibilis est, non deum noluisse scire,
sed noluisse prædicari: quōd noluit prædicari quod vi-
debat non vtiliter sciri. Cur ergo, inquis, de temporibus
cognoscendis ipse dominus monet vbi dicit: Quis
nam est fidelis seruus & prudens quem constituit do-
minus super familiā suam, vt det illis cibum in tem-
pore? Imò vobis monet, non vt bonus seruus cognoscat
temporum finem, sed vt omni tempore in opere bo-
no vigilet: quia nescit temporum finem. Non monet
vt tempora quæ pater posuit in sua potestate assequa-
mur super Apostolos, sed monet vt quoniam nesci-
mus quando veniat dominus, in cordis præparatio-
ne imitemur Apostolos. Vnde iam supra satis loquu-
tus sum. Arguit autem Iudæos, quare tempus non co-
gnoscant, dicens: Hypocrita faciem cœli potestis pro-
bare, & reliqua: quoniam illud tempus non cogno-
scebant, quod iam volebat cognosci, id est, primi ad-
uentus sui quo in eum crederent, qui alterum eius ad-
uentum vellent expectare, vigilantes quancūque
futura esset. Qui enim aduētum domini non cogno-
uerit primum, præparare se non potuit ad secundum,
crendo in eum fideliterque vigilando, ne illum tan-
quā fur in tenebris comprehendat, siue tardius vene-
rit, siue citius quā speratur. Dicit etiā sicut admones,
Apostolus Paulus. In nouissimis temporibus instabunt
tempora periculosa, & reliqua. Sed nūquid ideo docet
tēpora quæ pater posuit in sua potestate? Aut ideo quisq;
nouit quā lōga vel breuia sint eadem ipsa quæ faten-
dū est, esse nouissima? Cogitare quippe debemus quā
olim dictū sit: Fratres nouissima hora est. Rursum eun-
dem Apostolum dixisse commemoras: De temporibus
autē & ꝑ momentis non necesse habemus scribere vo-
bis, vos enim ipsi diligenter scitis quia dies domini si-
cut fur in nocte, ita veniet. Et cum dixerint, pax & se-
curitas, tunc subitaneus illis apparebit interitus, quo-
modo dolores parturientis & non effugient. Et hic nō
dixit post quāto tempore hoc futurum sit, sed quo-
modo futurum sit: id est, non quanta erit atatis breui-
tas vel prolixitas, sed quantumlibet interuallum sit spa-
tiumq; temporis, nō tamen eis hoc veniet malum nou-
issimum, nisi cum dixerint, Pax & securitas. Quibus
verbis videtur Apostolus huius nouissimi diei vel spē
vel timorem ab hoc nostro tempore remouisse. Non
enim videmus ipsos amatores hui⁹ seculi, quibus subi-
taneus apparebit interitus, iā dicere, Pax & securitas.
Quid ergo scire sufficiat, satis ipse demonstrat Apo-
stolus, dicendo: De temporibus & momentis non opus
habemus vobis scribere: vel sicut alij codices habent:
Non opus habetis vobis scribi. Nec sequutus adiunxit:
Vos enim ipsi diligenter scitis quantum temporis res-
tet: sed ait, Vos enim ipsi diligenter scitis quia hora
dñi sicut fur in nocte, ita veniet. Hoc ergo scire opus
est, vt

Math. 24.
 Lucæ. 12.
 2. Tim. 3.
 1. Joan. 2.
 ꝑ vel.
 1. Thess. 5.
 F

G est, vt current filij lucis esse, & parato corde vigilare, qui nolunt ab illa hora sicut à nocturno fure comprehendi. Nam si ad cauendum hoc malum, id est, ne hora domini tanquam fur inueniat imparatum, opus esset nosse temporum spatia, non diceret Apostolus non opus esse vt hoc scriberet, sed hoc potius eis esse scribendum tanquam doctor prouidentissimus iudicaret. Nunc autem nec illis hoc opus esse monstrauit, quibus sufficiebat vt scirent imparatis atque dormientibus horam domini sicut furem esse venturam, atq; hoc sciendo essent ipsi vigilanter parati post quantalibet tempora veniet: & suum seruauit modum, vt licet Apostolus, non tamen præsumeret alios docere, quod Apostolis dominum dixisse cognouerat non est vestrum scire. Ponis etiam quod idem ipse dixit Apostolus: Non retinetis memoria, quia cum essem apud vos hæc dicebam vobis: Et nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis, tantum qui tenet modo teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Quæ verba Apostolica vtinam non tantummodo ponere, verum etiam exponere dignaretis: Ita sanè obscura sunt & mystice dicta, vt tamen appareat eum nihil de statutis dixisse temporibus, nullumque eorum interuallum spatiumque aperuisse. Ait enim: Vt reueletur in suo tempore, nec dixit post quantum temporis hoc futurum sit. Deinde subiunxit: Iam enim mysterium operatur iniquitatis. Hoc iniquitatis mysterium quomodo libet intelligatur quid sit, ab alio sic, ab alio autem sic, quando tamen operetur occultum est. Neque id expressit Apostolus tanquam homo ex eorum numero, quibus dictum est: Non est vestrum scire tempora. Quauis enim nondum inter eos erat, quando eis hoc dictum est, ad eorum tamen collegium atque societatem etiam ipsum non ambigimus pertinere. Item quod sequitur: Tantum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: docet nos Antichristum manifestum futurum. Siquidem ipsum videtur aliquanto euidentiori significatione tetigisse, interficiendum spiritu oris domini Iesu Christi, sed post quantum temporis istud erit, nec saltè obscure loquutus est. Quis nam sit enim qui modo tenet, vel quid teneat, vel quid sibi velit quod ait, de medio fiat: potest quisque se coarctare vt itelligat, vel aliquatenus suspicetur, & quoniam & quoquo modo scriptum legit. Quando autem teneat, & post quanta temporum spatia de medio fiat, hoc omnino tacetur. Item dominus, inquis in Euangelio increpat Iudæos, dicens: Et tu si cognouisses tempus visitationis tuæ, forsità permanisses, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Sed hoc ad tempus primi aduentus domini pertinet, non secundi, de quo nunc quæstio est. De secundo quippe aduentu suo dixit, Non est vestrum scire tempora, non de primo. De illo enim ab eo quæsierunt discipuli quæ sperabant, non de isto quem iam videbant. Si enim primum eius aduentum Iudæi cognouissent, nunquã dominum gloriæ crucifixissent: & ideo non euerit sed permanere potuissent. Iã verò quod ait ad eos: Pœnitentiã agite, completa sunt tempora, credite Euangelio: etiã ipse firmasti de his temporibus dictum esse Iudæorum quæ continuo post paucos annos fuerant transitura, & nunc nouimus iam esse facta, eversa scilicet ciuitate, in qua regnum eorum fuerat constitutum. Proinde quod ex Daniele de interfecta bestia posuit venerabi-

litas tua, & de reliquarum bestiarum regno, & inter hæc de filio hominis veniente cum nubibus cœli, manifestum esse dixisti intelligentibus scripturam. Sed si dignatus fueris exponere, quomodo ista pertineant ad cognoscendum temporum spatium, post quod erit saluatoris aduentus, ita vt inueniatur sine vlla ambiguitate manifesta, fatebor, etiam ipse cum magna actione gratiarum, illud quod ait dominus, Non est vestrum scire tempora, tantummodo Apostolis esse dictum, non posteris eorum qui ea fuerant cognituri. Diligendus ergo est & expectandus domini sicut sanctè hortaris aduentus, magnamque dicis esse beatitudinẽ diligentibus eius aduentum, & adhibes Apostoli testimonium, cuius verba sic ponis: De cætero reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dominus iustus iudex in illa die. Non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum domini. Tunc enim sicut ex Euangelio commemoras, Iusti fulgebunt sicut Sol in regno patris sui. Et quod propheta dicit: Ecce enim caligo & tenebræ operient terrã super gentes, in te vero apparebit dñs, & maiestas eius in te videbitur. Itẽ quod scriptum est: Qui verò expectat dominum, exultabunt cum virtute, producent pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non esurient. Hoc planè piissime & verissime dicis, commendans eorum beatitudinẽ, qui diligunt aduentum domini. Sed & illi quibus dicebat Apostolus: Non cito moueamini mēte, quasi instet dies domini, diligebant vtique aduentum domini. Nec eos hoc docens doctor gentium ab illa dilectione frangebat, quã vt in flammarentur volebat: & ideo nolebat vt crederent eis, à quibus audiebant instare diem domini, ne fortè cum transisset tempus, quo eum crediderant esse venturum, & venisse non cernerent, etiam cætera fallaciter sibi promitti arbitantes, & de ipsa mercede fidei desperarent. Non ergo ille diligit aduentum domini qui eum asserit propinquare, nec ille qui eum asserit non appropinquare: sed ille potius qui eum siue prope siue longè sit, sinceritate fidei, firmitate spei, ardore charitatis expectat. Nam si tanto magis diligitur dominus, quanto magis creditur & prædicatur citius esse venturus, magis eum diligebant qui eius aduentum iam instare dicebant, quã ij quos Apostolus eis credere prohibebat, vel ipse Apostolus qui hoc vtique nõ credebatur. Si autem onerosa non est infirmitas mea sanctitati tuæ, peto apertius non graueris exponere, quomodo dixeris neminem posse temporum mensuras colligere, ne fortè & hoc & mihi videatur, quod etiam charitati tuæ, & frustra quilibet nostrum instrui expectet ab altero. Cum enim hoc dixisses, deinde subdidisti & aisti, Euangelium quidem dicit, De die & hora nemo scit. Ego autem, inquis, pro impossibilitate intellectus mei dico, neque mensuram neque annum aduentus ipsius sciri posse. Ita enim hoc videtur sonare, tanquam non possit sciri, quo anno venturus sit: sed possit sciri qua hebdomade annorum, vel qua decade, tanquã dici possit atque definiri intra illos vel illos septẽ annos, aut intra illos vel illos decem annos. Quod si ne hoc quidem comprehendi potest, quæro vtum sic saltem possit definiri tempus aduentus eius, vt eum venturum esse dicamus, intra istos, verbi gratia, quinquaginta vel centum annos, vel quotlibet seu maioris numeri, seu minoris annorum, sed in quo eorum, nos ignorare. Hoc si iam comprehendisti, multum est quod comprehendere potuisti. Id ipsum est autem quod rogo, vt nobis benignus impertias, adhibens idonea documenta

2. Timo. 4.

Math. 13.

Esaie. 60.

Esaie. 40.

L

2. Thessal. 2.

M

A menta, quibus id potueris indagare. Si autem neque hoc te comprehendisse præsumis, hoc sentis quod ego. Nouissima enim esse ista tempora, multis rerum signis apparentibus, quæ dominum prædixisse legimus, omnes qui ea credimus, cernimus. Sed & mille annorum tempus, si eorum finis esset seculi finis, posset vniuersum dici nouissimum tempus, vel etiam nouissimus dies, quia scriptum est: Mille anni ante oculos tuos, tanquã dies vnus: vt quicquid per eosdem mille annos gereretur, nouissimo tempore vel nouissimo die diceretur geri. Iterum enim dico quod in hac causa sape dicendum est: Consideremus ante quã multos annos dixerit beatus Ioannes Euangelista: Nouissima hora est. Nam si tunc esset hoc audito quando crederemus tot annos postea transiturus, ac non potius ipso adhuc Ioanne in corpore constituto dominum speraremus esse venturum? Neque enim dixit, Nouissimum tempus est, aut nouissimus annus, aut mensis, aut dies, sed nouissima hora est. Et ecce ista hora quã longa est, nec tamen est ille mentitus, sed vtique intelligendus est horam pro tempore posuisse. Quod nonnulli sic accipiunt, vt sex annorum milia constituant, velut vnum diem, eumque in partes velut horas duodecim partiantur, vt sic quingentos annos postremos, hora videatur habere postrema. In quibus annis iam Ioannes, inquit, loquebatur quando nouissimam horam esse dicebat. Sed aliud est nosse aliquid, aliud suspicari. Cur enim non potius, si sex annorum milia deputandus est vnus dies, non duodecima, sed vicesima quarta pars eius vna hora est: id est, non quingenti, sed ducenti quinquaginta anni? Totus enim dies, totus circumitus solis verius nuncupatur, non ab Oriente vsque in Occidentem, sed ab Oriente vsque in Orientem, vnde toto die peracto, id est, viginti & quatuor horis, rursus exoritur: ac per hoc hora ista nouissima, ex quo tempore id loquutus est Ioannes, ante fermè septuaginta annos vt minimum l dicam, iam reperitur esse transacta, & nondum venit terminus seculi. Huc accedit, quia inspecta diligenter ecclesiastica historia, reperitur Ioannes Apostolus longè ante fuisse defunctus, quã quinquem milia quingenti anni, à generis humani exordio complerentur. Nondum erat itaque hora nouissima, si sex milium annorum pars duodecima, id est, quingenti anni, velut vnus horæ spatium deputatur. Porro si secundum scripturas vnum diem mille annos esse ponamus, multo magis olim transit tam longæ diei hora nouissima, non dico si vicesima quarta pars eius, qui sunt anni paulo amplius quadraginta, sed si duodecima deputetur quæ illos annos duplos habet. Vnde conuenientius ille Apostolus creditur horam posuisse pro tempore, quæ hora quã longa sit, ignoramus: quia non est nostrum scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate: quauis eam nouissimam esse noverimus, multo magis vtique nos, quã qui fuerunt ante nos, ex quo esse vel dici cœpit hora nouissima. Quod autem ille videtur venerationi tuæ comprehendendi non posse temporum mensuras, vt definiatur quo anno futurus est finis, quia secundum promissionem domini breuiabuntur dies illi, prorsus non intelligo. Si enim sic breuiabuntur, vt fiant ex pluribus pauciores quæro secundum quam veritatem futuri erant plures, nisi breuiarentur? Hebdomades enim sancti Danielis non ad primum domini aduentum, sicut pluribus visum est, sed ad secundum potius exi-

Phal. 89.

stimas pertinere. Itãne ergo breuiabuntur, vt vel vna in eis hebdomada min⁹ futura sit: & falsa erit propheta, quæ tanta diligentia numerum hebdomadarum hebdomadis implendum? Miror si per prophetiam Christi, destruitur ppheta Danielis. Deinde quale est vt putemus ignorasse Danielem, vel potius angelum, à quo ista disceret, breuiaturum dominum dies illos, & errasse vt hoc diceret, vel scisse quidem, sed ei quem docebat fuisse mentitum? Quod si absurdum est, cur non potius credimus secundum id quod breuiaturus est dominus dies illos, tot hebdomadas prophetaisse Danielem, si tamen ad secundum domini aduentum, quod nescio quemadmodum possit ostendi, ille numerus refertur annorum? Postremò multo certius securiusque dicitur domini aduentum intra septuaginta, aut vt plurimum intra centum annos futurum, si hebdomades istæ ipsum prænunciant. Annienim quadringenti nonaginta sunt in hebdomadibus septuaginta. A natiuitate autem domini hodie computantur anni fermè quadringenti viginti: à resurrectione autem vel ascensione eius, anni plus minus cccxc. Ac per hoc, si ex quo natus est computetur, septuaginta sunt reliqui: si ex quo passus est, circiter centum remanent, intra quos Danielis omnes hebdomades, si de nouissimo eius aduentu prophetatæ sunt, implebuntur. Qui ergo dicit intra tot annos erit, tunc falsum dicit si vltra erit. Sed quia breuiabuntur, pauciores poterunt esse, non plures. Rectè itaque dicitur intra hos erit, quoniam quantumlibet breuientur verum erit. Ipsa nanque breuiatio si eo modo intelligenda est vt pauciores fiant, vltra eos diem domini venire non patitur, sed magis magisque intra eos quanto fuerint pauciores. Non igitur ista breuiatio turbat computatorem, qui eo modo definiat, vt dicat intra tot annos diem domini esse venturum, sed adiuvat potius, quoniam quãto magis ad paucitatem rediguntur dies, tãto magis erit intra & vltra esse nõ poterit: atque ideo verum erit quod sita definitur, vt dicatur intra tot annos erit, quauis nesciatur quo anno futurum sit. Proinde tota quæstio est, vtum Danielis hebdomades primo aduentu domini impletæ sint, an finem seculi prophetauerint, an ad vtrumque pertineant. Neque enim qui etiam hoc saperet defuerunt, dicentes, tempore primi aduentus Christi esse completas, & inde vsque ad finem seculi totidem rursus esse complendas. Equidem video quia si primus eas non compleuit aduentus, necesse est vt secundus eas compleat: quoniam propheta illa non potest esse falsa: quæ si tempore primi aduentus impleta est, non cogit intelligi quod etiam de fine seculi implebitur. Ac per hoc incertum est etiam si verum est, neque negandum quidem, sed neque præsumendum est id futurum. Relinquitur itaque, vt qui vult cogere istam prophetiam credi seculi sine complendam, contendat quãtum potest, & ostendat si potest, primo aduentu domini non fuisse completam, contra tot expositores diuinorum eloquiorum, qui hanc nõ solum computatione temporum, verum etiam rebus ipsis completã fuisse demonstrant, maxime quod ibi scriptum est: Et vngetur sanctus sanctorum, vel propter quod in eadem propheta Hebrei codices expressius habent: Occidetur Christus & non erit eius, id est, non erit eius ciuitatis, quoniam sic alienatus est à Iudæis, qui eum propterea saluatorem redemptoremque suum non esse crediderunt, quia occidera potuerunt. Neque enim in fine seculi vnguedus, aut occi-

Daniel. 9.

* Hieronymus legit eius populus.

G dendus est Christus, ut ista prophetia Danielis tunc expectetur implenda, nondum credatur impleta. Quod autem de signis Evangelicis & propheticis quae fieri cernimus, propinquum domini aduentum sperare debeamus, quis negat? Quotidie quippe magis magisque fit proximus. Sed quanto intervallo propinquet, hoc dictum est, non est vestrum scire. Vide quando dixit **Rom. 13.** Apostolus: Nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus, Nox praecessit, dies autem appropinquavit. Ecce quod anni transierunt, nec tamen quod dixit falsum est: Quanto magis nunc dicendum est propinquare domini aduentum, quando tantus est ad finem factus accessus? Apostolus certe: Spiritus, inquit, manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedat quidam a fide, Nondum utique erant eadem tempora, haereticorum scilicet & talium quales eodem sermone describit, sed iam venerunt, ac per hoc in nouissimis temporibus videmur etiam per ipsos de fine seculi commoneri. Itemque alibi dicens: Hoc autem scitote quoniam in nouissimis diebus instabunt tempora saeva, vel sicut alij codices habent, periculosa. Deinde qualia futura sint exprimens, Erunt enim homines, inquit, seipos amantes, amatores pecuniae, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obediens, ingrati, scelesti irreligiosi, sine affectione, detractores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, procaces, caecati, voluptatum amatores magis quam dei, habentes speciem pietatis, virtutem eius abnegantes. Mirum si tales homines aliquando defuerunt. Denique quia & tunc erant, adiungit ac dicit: Et hos denota, Ex his enim sunt qui penetrant domos. Non ait, Penetrabunt, tanquam & hic futurum praenunciens, sicut sicut supra dixerat, Instabunt tempora periculosa: sed ait, Penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas. Non ait, ducunt vel ducturi sunt, sed iam ducunt. Nec putandus est hoc loco, pro temporis futuri verbis, praesentis temporis verba posuisse, quandoquidem illos ab eo cui scribit euitari admonerat. Nec tamen frustra dixit, In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & hinc ea periculosa futura demonstrans, tales homines futuros esse praedixit, nisi quia tanto plures erunt, magisque abundabunt, quanto magis propinquatur ad finem. Videmus ergo tales nunc abundare. Sed quid si abundantiores erunt post nos, & omnino abundantissimi, quando iam iamque ipse finis instabit, qui quandiu aberit ignoratur? Nouissimi quippe dies dicti sunt, & in ipsis primis Apostolorum diebus, cum domini in caelum recens esset ascensus, quando die pentecostes misit promissum spiritum sanctum, & quidam instabant admirantes eos qui linguis quas non didicerant loquebantur, quidam vero irridetes, multo plenos esse dicebant. Quo die Petrus loquens ad illos, qui de hac re varie mouebantur: Non enim sicut, inquit, suspicamini, ebrii sunt isti, cum sit hora diei tertia. Sed attendite, quoniam hoc est quod dictum est per prophetam: Erunt in nouissimis diebus dicit dominus, Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & caetera. Iam tunc ergo erant dies nouissimi, Vanomagus nunc, etiam si tantum dierum remansit usque in finem, quantum ad hunc diem a domini ascensione transactum est, vel aliquid siue minus restet siue amplius, quod profecto nescimus: quia non est nostrum scire tempora, quae pater posuit in sua potestate, cum tamen sciamus in nouissimis temporibus, in nouissimis diebus, in nouissima hora nos agere sicut Apostoli: sed

multo magis qui fuerunt post illos ante nos, & multo magis nos, & magis quam nos, qui erunt post nos, donec ad illos veniatur qui erunt, si dici potest, nouissimorum nouissimi, atque ad ipsum omnino nouissimum, quem vult intelligi dominus, ubi dicit: Et resuscitabo eum in nouissimo die, qui quam longe abest, comprehendendi non potest. Signa quae in Evangelio futura praedicta sunt, sicut commemorat sanctitas tua secundum Lucam, eadem sunt secundum Matthaeum & secundum Marcum. Hi enim tres narrant quae dixerit dominus, cum interrogatus esset a discipulis suis, quando futura essent quae de templi euersione praedixerat, & quod signum esset aduentus eius & consummationis seculi. Non enim discrepant rebus, si alius aliquid dicit, quod alius tacet, aut alio modo dicit: magis autem collata inuicem inuuant, ut legentis intellectus regatur. Sed de omnibus disputare nunc longum est: Interrogantibus enim dominus, ea respondit quae iam ex illo tempore fuerant secuturae: siue de excidio Hierusalem, unde orta est ipsius interrogationis occasio: siue de aduentu suo per ecclesiam, in qua usque ad finem venire non cessat: in suis enim veniens agnoscitur, dum eius quotidie membra nascuntur. De quo aduentu ait: Amodo videbitis filium hominis venientem in nubibus, de quibus nubibus dictum est per prophetam: Mandabo nubibus meis ne pluam super eam: siue de ipso fine, in quo apparebit viuos iudicaturus & mortuos. Cum itaque signa dicat, quae ad ista tria pertinent, id est, ad excidium illius ciuitatis: ad aduentum eius in corpore suo, quod est ecclesia: ad aduentum eius in capite ecclesiae, quod est ipse: quod eorum signorum, ad quod horum trium referendum sit, diligenti consideratione cernendum est: ne forte quod pertinet ad euersionem Hierusalem, ad finem seculi referendum putemus: aut e contrario quod ad finem seculi pertinet, affirmemus ad ciuitatis illius excidium pertinere: aut quod pertinet ad eius aduentum in corpore suo, quod est ecclesia, dicamus pertinere ad eius aduentum nouissimum in corpore suo, quod est caput ecclesiae: aut rursus quod pertinet ad aduentum eius nouissimum per seipsum, ad eum pertinere asseueremus aduentum, qui est per ecclesiam. In quibus omnibus sunt quaedam manifesta, quaedam vero sic obscura, ut vel laboriosum sit ea diiudicare, vel temerarium, quandiu non intelliguntur, de his aliquid definire. Quis enim non videat ad illam ciuitatem pertinere, quod dictum est: Cum autem videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote quia appropinquabit desolatio eius. Item quis non videat ad aduentum domini nouissimum pertinere, quod dictum est: Cum videritis haec fieri, scitote quoniam prope est regnum dei: Illud autem quod dictum est: Vanopragantibus & nutrientibus in illis diebus: Orate autem ut non fiat fuga vestra hyeme vel sabbato: erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi neque fiet: sic est positum secundum Matthaeum, & secundum Marcum, ut incertum sit verum de excidio illius ciuitatis, an de seculi fine intelligi debeat. Sic enim hoc ipsum legitur apud Marcum: Vanopragantibus & nutrientibus in illis diebus: Orate autem ut hyeme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturae, quam condidit deus usque nunc, neque fient. Et nisi breuiasset dominus dies illos, non fuisset salua omnis caro: sed propter electos, quos legit, breuiabit dies. Non dissimiliter & Matthaeus. Hoc autem Lucas ita posuit, ut appareat ad illius

A illius ciuitatis excidium pertinere. Nam sic apud eum legitur: Vanopragantibus & nutrientibus in illis diebus. Erunt enim pressura magna super terram, & ira populo huic, & cadent in ore gladii, & captiuus ducetur in omnes gentes. Hierusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora nationum. Unde autem ad hoc ventum est, Matthaeus ita scribit. Cum ergo videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele propheta stantem in loco sancto, qui legit intelligat: tunc qui in Iudaea sunt, fugiant in montes: & qui in agro, non reuertatur tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Vanopragantibus & nutrientibus in illis diebus &c. Marcus vero ita, Cum videritis abominationem desolationis stantem ubi non debet, qui legit intelligat: tunc qui in Iudaea sunt, fugiant in montes: & qui super tectum ne descendant in domum, nec introeat ut tollat quid de domo sua: & qui in agro erit, non reuertatur retro tollere vestimentum suum, Vanopragantibus & nutrientibus in illis diebus: & reliqua. Lucas vero ut ostenderetur tunc factam fuisse abominationem desolationis, quae a Daniele praedicta est, quando expugnata est Hierusalem, haec eodem loco domini verba commemorat: Cum autem videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote quia appropinquabit desolatio eius. Apparet itaque tunc ibi positam desolationis abominationem, de qua duo illi Euangelistae locuti sunt. Denique etiam iste similiter sequitur: Tunc qui in Iudaea sunt, fugiant in montes. Et pro eo quod dixerunt illi, Et qui super tectum, ne descendat in domum, nec introeat, ut tollat quid de domo: Iste dixit, Et qui in medio eius sunt, discedant: ut ostenderetur illis verbis apud alios Euangelistas positum, festinationem fugae fuisse praecipiam: & pro eo quod illi posuerunt, Et qui in agro erit, non reuertatur retro tollere vestimentum suum, apertius iste ait, Et qui in regionibus non intrent in eam, quia dies ultionis hi sunt ut impleantur omnia quae scripta sunt. Deinde similiter etiam iste sequitur, ut prorsus manifestum sit de hac ipsa re omnium trium esse hunc Evangelij locum, Vanopragantibus & nutrientibus in illis diebus, & caetera ad haec pertinentia, quae iam commemoravi superius. Lucas ergo patefecit quod esse posset incertum, non ad seculi finem, sed ad expugnationem Hierusalem pertinere id, quod dictum est de abominatione desolationis, & quod dictum est de dierum breuiatione propter electos, quia & si ea ipse non dixit, dixit tamen apertius caetera de hoc ipso, quod & ista pertinere monstrauit. Non enim debemus ambigere, quando euersa est Hierusalem fuisse in illo populo electos dei, qui ex circumcisione crediderant, siue fuerant credituri electi ante constitutionem mundi, propter quos breuiaretur dies illi, ut tolerabilia mala fierent. Nam quidam conuenientius intellexisse mihi videntur, mala ipsa significata nomine dierum, sicut dicti sunt dies mali in aliis diuinae scripturae locis. Neque enim dies ipsi mali sunt, sed ea quae fiunt in eis. Ipsa ergo dicta sunt breuiari ut deo donante tolerantia minus sentiantur, ac sic quae magna essent breuiarentur. Sed sine isto modo intelligenda sit dierum illa breuiatio, siue quod ad paucitatem redigerentur, siue quod cursu solis celeriore breuiarentur: non enim desunt qui & hoc existimant, ita scilicet dictos breuiore dies futuros, sicut fuit longior dies orante Iesu Naue. Tamen Lucas Euangelista & hanc dierum

breuiationem & abominationem desolationis, quae duo ipse non dixit, sed Matthaeus Marcusque dixerunt, ad euersionem Hierusalem docuit pertinere, alia cum eis dicens apertius de hac eadem re, quae illi posuerunt obscurius. Nam Iosephus qui Iudaicam scripsit historiam, talia mala dicit illi populo tunc accidisse, ut vix credibilia videantur. Unde non immerito dictum est, talem tribulationem nec fuisse a creaturae initio nec futuram. Sed & si tempore Antichristi talis aut maior forsitan erit, intelligendum est de illo populo dictum, quod ei talis amplius futura non erit. Si enim Antichristum illi primitus & praecipue recepturi sunt, facturus est tunc idem populus tribulationem potius quam passurus. Non est ergo cur putemus hebdomadas prophetae Danielis, vel propter dierum breuiationem fuisse turbatas, vel illo iam tempore non fuisse completas, sed in fine seculi esse completas. Non enim ante passionem domini impletae sunt. Quod qui putant, rectissime tua sententia refelluntur, quia dixisti, Haec ergo abominatio si iam completa fuerat, quomodo dominus monet & dicit: Cum videritis abominationem desolationis, quod dictum est per Danielem prophetam, stantem in loco sancto, qui legit intelligat? His verbis beatitudinis tuae illi merito corrigendi sunt, qui dicunt eam cum haec dominus loqueretur, vel ante passionem resurrectionemque eius fuisse completam. Qui autem dicunt, sicut apertissime etiam Lucas Euangelista testatur, tunc fuisse factam quando euersa est Hierusalem, quid eis respondeatur videre debent, qui in fine seculi vel circa finem existimant haec futura: quanquam ipsa desolationis abominatio propter obscuritatem dicti non vno modo ab hominibus potuerit intelligi. Et quod dictum est, Qui est in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam, potest congruentius intelligi spiritaliter, quod in tribulationibus omnibus est cauendum, ne quisque de uictus ad carnalem vitam de spiritali sublimitate descendat, aut qui profecerat in anteriora se extendens, deficiendo in posteriora respiciat. Quod si in omni tribulatione, quantum magis in illa cauendum praecipitur, quae talis futura praedicta est illi in ciuitate, qualis non fuit ab initio neque fiet: Et si in ista, quanto magis in illa quae nouissima futura est orbi terrae, id est, ecclesiae toto orbe diffusa? Na & ipse Lucas, non quidem quando a discipulis suis de aduentu suo dominus interrogatus est, ubi hoc Matthaeus commemorauit & Marcus, sed alio loco ubi Pharisei quaesierunt ab illo, quando veniet regnum dei, tale aliquid eum dixisse narravit: In illa, inquit, hora, qui fuerit in tecto & vasa eius in domo, & qui in agro similiter non redeat retro. Sed nunc propter computationem temporum de Danielis hebdomadibus agitur, quae si circa tempora primi aduentus domini completae non sunt, atque in fine completae sunt, Apostolos hoc ignorasse, vel scisse quidem, sed docere prohibitos fuisse quis credat? Quanquam si hoc ita est, vtiliter nesciunt gentes quod dominus docere prohibuit eos, quos gentium voluit esse doctores. Si autem iam completae sunt, quia iam est vnctus sanctus sanctorum, iam occisus est Christus ut non esset ciuitatis eius, iam de templo illo sublatum est sacrificium, sublata est vnctio, merito Apostolis de fine quaerentibus responsum est, Non est vestrum scire tempora quae pater in sua potestate posuit: quoniam tempora quae per Danielis prophetiam scire poterant, non ad finem seculi

Rom. 13.

1. Tim. 4.

2. Timot. 3. Χαλεπὰ.

A. 30. 1.

I. 1. 1.

Ioan. 6.

Matth. 24.

L. Matth. 26.

Esa. 5.

M.

Marc. 13.

Matth. 24. Lucae 21.

Iosephus.

Matth. 24.

Matth. 24. Marci. 13.

Lucae. 17.

G de quo quæserant pertinebant. Signa verò de cælo & terra, nunquid maiora nos vidimus, quàm qui fuerunt ante nos? Nõne si gentium legatur historia, tanta mira reperiuntur extitisse de cælo terræque, vt aliqua etiam non credantur? Sed vt multa omittam, quæ profèqui longum est, Duos Soles quãdo nos vidimus? quos visos literis mandauerunt, qui tunc fuerunt antequàm dominus venisset in carne. Quãdo nos vidimus Solem sic obscuratum quemadmodum obscuratus est cum lumen mundi penderet in ligno? nisi fortè defectus solis & lunæ, quos consueuerunt computatores syderũ annotare atq; prædicere, inter cælestia prodigia numerabimus, quia Lunam sæpius in sua plenitudine, Solem verò rarius: sed tamen vidimus in fine Lunæ secundum eorum computum defecisse. Non erat talis Solis ille defectus quando crucifixus est Christus, & ideo verè mirabilis erat & prodigiosus. Pascha quippe fuerat Iudæorum, quod non nisi in plenitudine lunæ celebratur. Secundum Astrologorum autem numeros certum est solè quando luna plena est non posse deficere, sed quando finis est lunæ, non quidem semper, sed aliter nunq̃ cum secũdum illos numeros deficit. Quid ergo tale vnquã quisquã meminuit apparuisse de cælo ex quo dominus illa prædixit, quale apparuit quando passus est? Quare sic apparebunt etiam talia, si non spiritaliter potius intelligenda sunt? Tunc apparebunt, quando finis sic appropinquabit vt debeant apparere. Bellis autè per diuersa intervalla temporum & locorum quando nõ terra contrita est? Nam vt nimis antiqua præteream, sub imperatore Galieno, cum Romanas provincias Barbaries vsquequaq; peruaderet, quã multos fratres nostros, qui tunc erant in carne, putam? propinquum finem credere potuisse, quoniã longè post ascensionem domini factum est: ac per hoc etiam ista qualia futura sint, cum fuerit omnino finis proximus, ignoramus: si tamen hæc non ita prædicta sunt, vt in ecclesia potius intelligi debeant. Duæ quippe gentes sunt, & duo regna, vnũ scilicet Christi, alterum diaboli, de quibus dici potuit: Exurget gens contra gentem, & regnum super regnum: quod non definit fieri, ex quo dictum est, Agite pœnitentiam, appropinquauit enim regnum cœlorum. Quod vide quando dictum est, & ex illo quot anni transierunt, & tamen verissime dictum est. Nouissimis enim diebus dominus per virginem venit. Nec diceretur ista hora nouissima, nisi regno appropinquate cœlorum, per quam totam horam sunt, quæ dominus propinquante suo regno futura prædixit. Sed hæc hora quanto spatio pro tendatur, si Apostolis dictum est: Non est vestrum scire: quanto magis quilibet homo, qualis ego sum, modum suum debet agnoscere, ne plus sapiat quàm oportet sapere? Sed confiteri nos iniquis, pœna nostra compellit, ad esse iam finem dum impletur quod præ nunciatum est: Arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi. Nullam inquis patriam, nullum locum nostris temporibus non affligi aut tribulari certum est, sicut dictum est: Præ timore & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi. Si ergo ista mala quæ nunc patitur genus humanum, certa sunt indicia iam dominum esse venturum, quid est quod ait Apostolus: Cum dixerint pax & securitas? Cum enim dixisset Euangelium, Arescentibus hominibus præ timore & expectatione, cõtinuo subiunxit, Nam virtutes cœlorum mouebuntur, & tunc videbunt filium hominis venientem in nu-

be cum potestate magna & maiestate. Videamus itaque, ne forte melius intelligatur, nõ eo modo impleri, quæ prædicta sunt illis verbis, sed tunc potius esse ventura quando sic erat tribulatio vniuerso orbi, vt ad ecclesiam pertineat quæ vniuerso orbe tribulabitur, non ad eos qui tribulabunt eam. Ipsi enim dicturi sunt, Pax & securitas, vt repentinus illis superueniat interitus, & eos aduentus domini sicut fur in nocte comprehendat, quando è contrario gaudebunt & exultabunt, qui diligunt manifestationem domini. Nunc autem ista mala quæ tanquam summa & extrema creduntur, vtrique genti, & vtrique regno, & Christi scilicet & diaboli videmus esse communia. Pariter quippe his & boni affligimur & mali, nec est qui dicat, pax & securitas vbiunque contingunt, vel metuitur ne contingant. Inter quæ tamen mala adhuc vsquequaque frequentantur luxuriosa conuiuia, feruet ebriositas, auaritia grassatur, perstrepunt lasciuu cantus, organa, tibia, lyra, cithara, tessera, multa & varia genera sonorum atque ludorũ. Hoc cene est arescere præ timore, an potius madescere præ libidine? Sed hæc filij tenebrarum abundantius habebunt, & exercebunt cum dixerint, pax & securitas. Quid ipsi filij lucis & filij dei, qui non sunt in tenebris, vt eos tanquam fur dies ille comprehendat? Nõne adhuc vtuntur hoc mundo quando veniat? Quia & si ante multos annos Apostolorum temporibus dictum est, pia tamen sollicitudine cogitant quod dictum est, Tempus breue est. Nõne à maxima parte eorum nouellatur, edificatur, emitur, possidetur, geruntur adhuc honores, ducuntur vxores: de iis loquitur qui expectates dominum suum, quando veniat à nuptiis, non se l tamen abstinere à carnalibus nuptiis, sed obedientissima charitate audiunt Apostolum præcipientem, quemadmodum viuere debeant vxores cum viris, viri cum vxoribus, filij cum parentibus, parentes cum filiis, serui cum dominis, domini cum seruis. Nõne hi omnes in his omnibus vtuntur hoc mundo? Arant, nauigant, cõparant, generant, militant, administrant. Puto quod non erunt sic quando erunt quæ in Euangelio prædicta sunt signa in sole & luna & stellis, & in terris presura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuũ, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superueniet vniuerso orbi, nam virtutes cœlorum mouebuntur. Hæc quippe in ecclesia melius existimo intelligi, ne dominus Iesus appropinquante secundo aduentu suo ea pro magno prædixisse videatur, quæ huic mundo, & ante primum eius aduentum consueuerant euenire, & irrideamur ab eis qui hæc quæ velut nouissima & omnium maxima horrescimus, plura in historia gentium, & multa maiora legerunt. Ecclesia est enim sol & luna & stellæ, cui dictum est: Speciosa sicut luna, electa sicut sol. Ab hac adoratur Ioseph noster in hoc mundo velut in Aegypto ex humillimo sublimatus. Nam illum Ioseph mater certe adorare non potuit, quæ antè defuncta est quàm Iacob venisset ad filium, vt illius somnij prophetici veritas adimplenda Christo domino seruaretur. Quando enim sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo & virtutes cœlorum commouebuntur, sicut ab aliis duobus Euangelistis hic locus commemoratus est, ecclesia non apparebit, impiis tunc persecutoribus vltra modum satientibus, & remoto timore tanquam arridente mundi felicitate dicentibus: Pax & securitas: tunc stellæ cadet de cælo & virtutes cœlorum commouebuntur: quoniam multi qui gratia fulgere videbantur,

A videbantur persequentibus, cedent & cadet, & quidam fideles firmissimi turbabuntur. Idem autem secundum Mattheum & Marcum, post tribulationem dierum illorum dicitur hoc futurum, non quia transacta tota illa persequutione accident ista, sed quia præcedet tribulatio, vt sequatur quorundam defectio: & quia per omnes dies illos ita fiet, propterea post tribulationem dierum illorum, sed tamen in eisdem diebus fiet.

Lucæ. 21. Quod ergo dictum est secundum Lucam, Et in terris pressura gentium, gentes voluit intelligi non pertinentes ad semen Abraham, in quo benedicentur omnes gentes, sed gentes quæ ad sinistram stabunt, quando congregabuntur ante iudicem viuorum & mortuorum omnes gentes. Vtraque pars enim erit in omnibus gentibus, vna quæ premit, altera quæ prematur. Vna quæ dicat, Pax & securitas: altera in qua sol obscuretur, & non det luna lumen suum, & de qua cadent stellæ, & in qua virtutes cœlorum moueantur: & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate. Quod video duobus modis accipi posse, sive in ecclesia tanquam in nube venientem, sicut etiam nunc venire non cessat, secundum id quod ait, A modo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis, & venientem in nubibus cœli. Sed ideo tunc cum potestate magna & maiestate, quia maior potestas & maiestas illius apparebit sanctis, quibus magnam virtutem dabit, ne tanta persequutione vincantur: Sive in corpore suo, in quo sedet ad dexteram patris, in quo etiam mortuus est, & resurrexit, & ascendit in cœlum, secundum quod scriptum est in actibus Apostolorum, His dictis nubes suscepit eum & sublatus est ab eis. Et quia illic etiã dictũ est ab angelis: Sic veniet, quemadmodũ vidistis eũ euntem in cœlum: merito credendus est, non solum in eodem corpore, verũ etiam in nubeventurus: quoniam sic veniet sicut abiit, & nubes eum suscepit abeuntem. Sed horum duorum quid hic potius eligendum sit, indicare difficile est. Promptior quidem sensus est, vt quisque cum audierit vel legerit, Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate: ipsum prorsus accipiat eius aduentum, non per ecclesiam, sed per seipsum, quando venturus est ad viuos & mortuos iudicandos. Sed quoniam scripturæ scrutandę sunt, nec earum superficie debemus esse cõtenti, quæ ad exercitationem nostram ita modificatę sunt, vt altius se penetrari velint, diligenter sunt inspicienda sequentia. Cum enim dixisset: Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate, adiunxit atque ait: His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam & omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniã prope est aestas: Ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum dei. Cum ergo dicit, Cum videritis hæc fieri: quæ intelligere poterimus, nisi ea quæ supra commemorata sunt? In his est autem etiam quod ait: Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate. Proinde etiam hoc cum visum fuerit, non iam erit regnum dei, sed prope erit. Hunc ordinem videmus & duos alios Euangelistas tenere. Apud Marcum enim cum dictum esset, Et virtutes quæ sunt in cœlis mouebuntur. Et tunc, inquit, videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa & gloria. Deinde subiungit, quod Lucæ. 21. Tõrnus secundus.

cas non dixit, Et tunc mittet angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis, à summo terra vsque ad summum cœli: quod ille de ficu & de aliis arboribus, iste de sola ficu ponens. A ficu autem discite, inquit, parabolam, cum iam ramus siccus tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit aestas: sic & vos cum videritis hæc fieri, scitote quod in proximo sit in ostiis. Quid est, cum videritis hæc fieri, nisi ea quæ supra dixit? In quibus est etiã illud quod ait, Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa & gloria: Et tunc mittet angelos suos & congregabit electos suos. Non itaque tunc erit finis, sed tunc erit in proximo. An dicendum est, non omnia quæ supra commemorata sunt esse intelligenda, vbi ait, Cum videritis hæc fieri, sed aliqua eorum, hoc videlicet excepto quod dictum est: Et tunc videbunt filium hominis venientem: & cætera. Ipse quippe finis erit, non tunc proximus erit. Sed Mattheus aperuit, nullis exceptis, esse accipiendum, quod possumus est, Cum videritis hæc fieri. Nam & apud ipsum cum dictum esset, Et virtutes cœlorum mouebuntur, & tunc apparebit, inquit, signum filij hominis in cælo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli in virtute multa & maiestate, & mittet angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cœlorum vsque ad terminos eorum. Ab arbore autem ficu discite parabolam, Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est aestas: Ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Tunc ergo scimus prope esse cum viderimus, non aliqua eorum sed hæc omnia, in quibus & hoc est quod videbitur filius hominis veniens, & mittet angelos suos, & de quatuor mundi partibus, id est de toto orbe terrarum congregabit electos suos: quod tota hora nouissima facit, veniens in suis membris tanquam in nubibus, vel in tota ipsa ecclesia quod est corpus eius, tanquam in nube magna fructificante atque crescente in vniuerso mundo, ex quo cœpit prædicare & dicere: Agite pœnitentiam, appropinquauit enim regnum cœlorum, Ita vt fortasse omnia quæ ab his tribus Euangelistis dicta sunt de eius aduentu, diligentius inter se collata atque discussa, inueniantur ad hoc pertinere, quod quotidie venit in corpore suo, quod est ecclesia. De quo aduentu suo dixit: A modo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis, & venientem in nubibus cœli, exceptis his locis, vbi ab eo ille aduentus vltimus in seipso, quando est viuos iudicaturus & mortuos, ita promittitur vt propinquare dicatur. Et quod in vltimo sermonis secundum Mattheum ipse omnino aduentus euidenter exprimitur, cuius superius quibusdam signis propinquitas intelligenda monstratur. Ad hoc quippe apud Mattheum sermo ipse concluditur: Cum autem venerit filius hominis, inquit, in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes: & cætera vsque ad illud, vbi ait, Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Hoc enim nullus ambigit de Christi aduentu nouissimo, & de fine seculi prædictum fuisse. Nã & illas quinque & quinque virgines, nõ defuerunt qui nõ contemptibili disputatione docere voluerint, ad huc eius aduentũ, qui nunc fit per ecclesiam, pertinere. Sed hæc nõ sunt temere pollicenda, ne aliquid occurrat quod valide cõtradicat, præsertim quia in

Marc. 13.

Matth. 24.

Act. 17.

Lucæ. 21.

1. Theosal. 5.

L.

M.

Cant. 6.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

Matth. 24.

G quia in talibus diuinorum eloquiorum obscuritatibus, quibus nostras intelligentias deo placuit exercere, non solum alius alio mouetur acutius eorum qui scripturas sanctas non improbabiter tractant, sed etiam quilibet vnus illorum, aliquando minus, aliquando melius intelligit. Nescio tamen vtrum intueri aliquid certius in hac quaestione possemus, si vlla ratione seu facultate possemus, quam illud quod in epistola priore iam posui, quando Euangelio mundus vniuersus impleatur. Quod enim putat venerabilitas tua, iam hoc per ipsos Apostolos factum, non ita esse certis documentis probaui. Sunt enim apud nos, hoc est, in Aethiopia, Barbararum innumerabiles gentes, in quibus nondum esse praedicatum Euangelium, ex iis qui ducuntur inde captiui, & Romanorum seruitus iam miscetur, quotidie nobis addiscere in promptu est. Pauci tamen anni sunt, ex quo quidam eorum rarissimi atque paucissimi, qui pacati Romanis finibus adherent, ita vt non habeant reges suos, sed super eos praefecti a Romano constituantur imperio, & illi ipsi eorum praefecti Christiani esse coeperunt. Interiores autem, qui sub nulla sunt potestate Romana, prorsus nec religione Christiana in suorum aliquibus detinentur, nec vllomodo recte dici potest, istos ad promissionem dei non pertinere. Non enim Romanos, sed omnes gentes dominus semini Abrahamae, media quoque iuratione promissit. Ex qua promissione iam factum est, vt nonnullae gentes, quae non tenentur ditione Romana, reciperent Euangelium, & adiungerentur ecclesiae, quae fructificat & crescit in vniuerso mundo. De quo crescat, donec fiat quod de Christo in Salomonis figura prophetatum est: Dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum. A flumine scilicet, vbi baptizatus est, quia inde coepit Euangelium praedicare. A mari autem vsque ad mare totus est orbis cum omnibus gentibus, quoniam mari Oceano cingitur vniuersus. Quomodo autem implebitur aliter illa prophetia: Omnes gentes quotquot fecisti, venient, & adorabunt coram te domine? Non enim de locis suis migrando venient, sed in locis suis crededo. De creditibus quippe dominus dixit: Nemo potest venire ad me, nisi datum fuerit ei a patre meo. Propheta autem dicit: Et adorabunt eum vnusquisque de loco suo, omnes insulae gentium. Omnes insulae dixit, tanquam diceret, etiam omnes insulae, hinc ostendens quod nulla pars relinquatur orbis terrarum, vbi non sit ecclesia, quando nulla relinquitur insularum, quarum nonnullae etiam in Oceano sunt constitutae, & quasdam earum Euangelium iam suscepisse didicimus: atque ita & in insulis singulis quibusque impletur quod dictum est, Dominabitur a mari vsque ad mare, quo vnaquaeque insula cingitur, sicut in vniuerso orbe terrarum, quae tanquam omnium quodammodo maxima est insula, quia & ipsam cingit Oceanus, ad cuius litora in occidentalibus partibus ecclesiam peruenisse iam nouimus, & quocumque litorum leuius nondum peruenit, peruentura est vtiq; fructificando atque crescendo. Si ergo quia prophetia veritatis mentiri non potest, necesse est vt omnes gentes quotquot fecit deus adorent eum, quomodo adorabunt eum nisi in uocent eum? Quomodo autem inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quae non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante? Aut quomodo praedicabunt nisi mittantur? Mittit enim angelos suos & congregat electos suos a quatuor ventis, id est ab vniuerso orbe terrarum. In quibus ergo gentibus

nondum est ecclesia, oportet vt sit, non vt omnes qui ibi fuerint, credant: Omnes enim gentes promissae sunt, non omnes homines omnium gentium. Non enim omnium est fides. Credit itaque omnis gens in omnibus qui electi sunt ante constitutionem mundi, in ceteris non credit & credentes odit. Quomodo enim & illud implebitur, Eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum: nisi in omnibus gentibus sint, & qui oderint, & quos oderint? Quo pacto igitur ab Apostolis est praedicatio ista completa, quando adhuc vsque sunt gentes, quod certissimum est nobis, in quibus modo coepit, & in quibus nondum coepit impleri: Non itaque sic dictum est Apostolis, Eritis mihi testes in Hierusalem & in tota Iudaea & Samaria & vsque in extremum terrarum, tanquam ipsi soli quibus tunc loquebatur, tantum munus fuerint impleturi: sed sicut eis solis videtur dixisse quod dixit, Ecce ego vobiscum sum vsque in consummationem seculi: quod tamen cum vniuersae ecclesiae promissae, quae aliis morientibus aliis nascentibus hic vsque in seculi consummationem futura est, quis non intelligat: sicut eis & illud ait quod ad eos omnino non pertinet, & tamen sic dictum est, tanquam ad solos etiam pertineret. Cum videritis haec omnia, scitote quia prope est in ianuis. Ad quos enim hoc pertinet, nisi ad eos qui in carne tunc erunt cum omnia complebuntur? Quanto magis illud quod ex magna parte per eos agendum fuit, quauis & posteris eorum eadem actio seruaretur: Quod autem dixit Apostolus: Nunquid non audierunt, in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrarum verba eorum: quauis loquutus sit praeteriti temporis verbis, tamen quod futurum fuerat dixit, non quod iam factum atque completum: sicut ipse propheta, quo vsus est teste, non ait, in omnem terram exiturus, sed exiit, inquit, sonus eorum, quod vti que nondum factum erat: quale est etiam illud, Foderunt manus meas & pedes meos: quod tam longe postea factum nouimus. Sed ne istas tantum propheticas loquutiones non & Apostolicas fuisse credamus, nonne idem Apostolus ait, Quae est ecclesia dei viui columna & firmamentum veritatis. Et sine dubio magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est in gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria, Nempe manifestum est hoc quod in extremo posuit, etiam nunc nondum esse completum, quanto magis tunc quando ista dicebantur ecclesia, quippe tunc assumetur in gloria quando dicitur, Venite benedicti patris mei percipite regnum: & tamen tanquam factum fuisse, hoc dictum est quod certo sciebatur futurum. Multo minus mirandum est, quod etiam verbis praesentis temporis vsus est in eo, quod illum idem dixisse memorasti, propter spem quae reposita est nobis, quae ante audistis in verbo veritatis. Euangelij, quod aduenit in vos, sicut & in omni mundo est fructificans & crescens, quis Euangelium nondum mundum habebat vniuersum: sed fructificare illud in vniuerso mundo dixit & crescere, vt ita significaret, quousque fuisse fructificando & crescendo venturum. Si ergo latet quando ecclesia fructificante atque crescente vniuersus omnino a mari vsque ad mare orbis implebitur, proculdubio latet quando finis erit, ante quippe non erit. Vt autem tibi tanquam sancto homini dei, & sincerissimo fratri aperiatur de hac quaestione quid sentiam, error quidem in vtroque vitandus est, quantum ab homine vitari potest, siue citius siue tardius quam futurum est, dominus venturus esse credatur. Sed mihi quisquam non videtur errare, cum aliquid

A aliquid nescire se scit, sed cum se putat scire quod nescit. Remoueamus itaque de medio seruum illum malum, qui dicens in corde suo, Mora facit dominus me venire, dominatur conseruis suis, & ebriosis conuiuendo miscetur: iste quippe proculdubio domini sui odit aduentum. Quo seruo malo remoto, constituamus ante oculos tres seruos bonos, familiam dominicam diligenter sobrietas tractantes, aduentum domini sui sitienter desiderantes, vigilanter expectantes, fideliter amantes. Si vnus eorum citius, alter tardius dominum putat esse venturum, tertius vero suam de hac re ignorantiam confitetur, quoniam omnes consonent Euangelio, quia omnes diligunt manifestationem domini, & eam desideranter & vigilanter expectant, videamus tamen quis amplius consonet. Vnus dicit: vigilemus & oremus, quia citius venturus est dominus. Alter dicit, vigilemus & oremus, quia breuis & incerta est vita, quauis tardius venturus sit dominus. Tertius dicit, vigilemus & oremus, quia & breuis & incerta est ista vita, & nescimus tempus quando venturus est dominus. Euangelium dicit, Videte, vigilate & orate, nescitis enim quando tempus sit. Obsecro te quid aliud dicere audimus hunc tertium quam quod dicere audimus Euangelium? Omnes quidem praedecere regni dei hoc volunt esse verum quod putat primus, sed hoc secundus negat, tertius vero non negat aliquid horum, sed ignorare se fatetur, quis verum dicat illorum. Proinde si hoc factum fuerit quod praedixerat primus, gaudebunt cum illo secundus & tertius. Omnes enim manifestationem domini diligunt. Exultabunt itaque citius venisse quod diligunt. Si autem factum non fuerit, & apparere coeperit, hoc potius esse verum quod dicebat secundus, metuendum est, ne inter ipsas moras perturbentur, qui crediderant quod dixerat primus, & incipiant domini aduentum non tardum putare sed nullum, qui vides quantum sit interitus animarum. Quod si tantae fidei fuerint, vt se ad secundi praedicta conuertant, & dominum etiam tardatim fideliter & patienter expectent, abundabunt tamen opprobria & insultationes atque irrisiones inimicorum multos infirmos a Christiana fide auertentium, dicendo tam fallaciter eis regnum esse promissum, quam fallaciter dicebatur cito esse venturum. Qui autem credunt quod secundus dicit, tardius dominum esse venturum, si falsum fuerit inuentum citius domino veniente, nullo modo qui ei crediderant turbabuntur in fide, sed inopinato gaudio perfuerunt. Quapropter qui dicit dominum citius esse venturum, optabilius loquitur, sed periculosius fallitur. Vtinam ergo sit verum, quia erit molestum si non erit verum. Qui autem dicit dominum tardius esse venturum, & tamen credit, sperat, amat eius aduentum, profecto de celeritate eius, etiam si fallitur, foeliciter fallitur. Habebit enim maiorem patientiam, si hoc ita erit: maiorem latitiam, si non erit. Ac per hoc ab eis qui diligunt manifestationem domini, ille auditur suauius, isti creditur tutius. Qui autem quid horum sit verum ignorare se confitetur, illud optat, hoc tolerat, in nullo eorum errat, quia nihil eorum aut affirmat aut negat. Obsecro te vt me talem non spernas, quia & ego te diligo id affirmantem quod verum esse desidero, & tanto magis nolo fallaris, quanto magis amo quod polliceris, & quanto magis video periculosum si falleris. Da veniam qui onerosus fui sanctis sensibus tuis. Quanto enim rarius prouenit, tanto me tecum saltem per literas loqui diutius delectauit.

Augustinus Eudoxio Abbati monachorum insulae Caprarie, exhortans ut ocio ad pietatem non ad ignauitiam utantur, & sicubi ecclesia requirat illorum operam, ne deirectent. Epistola. LXXXI. Omino dilecto & exoptatissimo fratri & coepresbytero Eudoxio, & qui tecum sunt fratres, in domino salutem. Quando quietem vestram cogitamus quam habetis in Christo, etiam nos, quauis in laboribus variis asperisq; versemur, in vestra charitate requiescimus. Vnum enim corpus sub vno capite sumus, vt & vos in nobis negociosi, & nos in vobis ocioosi simus. Quia si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Et si gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Admonemus ergo & petimus & obsecramus per Christi altissimam humilitatem & misericordissimam celsitudinem, vt nostri memores sitis in sanctis orationibus vestris, quas vos vigilantiores & magis sobrias habere credimus: Nostras enim sepe fauciat & debilitat caligo & tumultus secularium actionum, quas etsi nostras non habemus, eorum tamen qui nos angariant mille passus, & iubemur ire cum eis alia duo, tantae nobis ingeruntur, vt vix respirare possimus. Credentes tamen quod ille in cuius conspectu intrat gemitus compeditorum, perferentes nos in eo ministerio, in quo dignatus est collocare cum promissa mercede, adiuantibus orationibus vestris ab omni angustia liberabit. Vos autem fratres exhortamur in domino, vt propositum vestrum custodiatis, & vsque in finem perseueretis. Ac si qua operam vestram mater ecclesia desiderauerit, nec elatione auida suscipiatis, nec blandiente desidia respiciatis, sed miti corde obtemperetis deo, cum mansuetudine portantes eum qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos vias suas. Nec vestrum ocio necessitatibus ecclesiae praepontatis, cui parturienti si nulli boni ministrare vellet, quomodo nasceremini non inueniretis. Sicut autem inter ignem & aquam tenenda est via, vt nec exuratur homo nec demergatur: sic inter apicem superbiae & voraginem desidia iter nostrum temperare debemus, sicut scriptum est, Non declinantes neque ad dexteram neque ad sinistram. Sunt enim qui dum nimis timent, ne quasi in dexteram rapti extollantur, in sinistram lapsi demerguntur. Et sunt rursus qui dum nimis se auferunt a sinistra, ne torpida vacationis mollitie sorbeantur, ex altera parte iactantiae fastu corrupti atque consumpti in fauillam fumumq; vanescunt. Sic ergo dilectissimi diligite ocium, vt vos ab omni terrena delectatione refrenetis, & memineritis nullum locum esse, vbi non possit laqueos tendere qui timet ne reuolentur ad deum, & inimicum omnium bonorum cuius captiui fuimus vindicemus: nullamq; nobis esse perfectam requiem cogitemus, donec transeat iniquitas, & in iudicium iustitia conuertatur. Item cum aliquid strenue atque alacriter agitis & impigre operamini, siue in orationibus, siue in ieiuniis, siue in elemosynis, vel tribuentes aliquid indigentibus, vel donantes iniurias, sicut & Deus in Christo donauit nobis, siue edomantes perniciosas consuetudines castigantesq; corpus, & seruituti subicientes, siue sufferentes tribulationem, & ante omnia vos ipsos inuicem in dilectione: Quid enim sufferat qui fratrem non suffert, siue prospicientes astutiam atque insidias tetatoris, & scuto fidei iacula eius ignita repellentes & extinguentes, siue cantantes & psallentes in cordibus vestris domino,

Psalm. 71.

Psalm. 85.

Ioan. 6.

Rom. 10.

Math. 24.

Acto. 1.

Math. 28.

Luc. 12.

Marci. 13.

J dicit.

Rom. 10.

Psalm. 21.

1. Tim. 3.

M

Math. 25.

D

1. Cor. 12.

E

Math. 5.

16. questi. 11. vos autem fratres.

* Scriptum erat opera vestra, parum laum.

Opera sunt se scriptum colligitur ex decretis, vbi glossa habet: Si clericus se ite operas aliquas, illas tenetur prestare &c. Pro. 4.

F

vel

G vel vocibus a corde non diffinis, omnia in gloriam dei facte, qui operatur omnia in omnibus. Ita feruentes spiritu, ut in domino laudetur anima vestra: ipsa est enim actio recti itineris, quae oculos semper habet ad dominum, quoniam ipse euellit de laqueo pedes. Talis actio nec frangitur negotio, nec frigida est ocio, nec turbulenta, nec marcida est, nec audax, nec fugax, nec praecipit, nec iacens. Hac agite, & deus pacis erit vobiscum. Nec importunum me existimet charitas vestra, quia vobis vel per epistolam loqui volui. Non enim hoc vos moui, quod vos non arbitror facere, sed credidi me non parum commendari deo a vobis, si ea quae munere illius facitis, cum allocutionis nostrae memoria faciatis. Nam & ante iam fama & nunc fratres qui venerunt a vobis, Eustathius & Andreas, bonum Christi odorem de vestra sancta conuersatione ad nos attulerunt. Quorum Eustathius in eam requiem praecipit, quae nullis fluctibus sicut insula tunditur, nec Capriam desiderat, quia nec cilicio iam quaerit indui.

2. Cor. 13.

Alia Eustathius.

Augustinus Largo diu peripesso, admonet ut vel ex afflictione reddatur melior. Epistola. LXXXII.

DOMINO insigni & praestantissimo & desiderantissimo filio Largo, Augustinus in domino salutem. Accepi literas eximietatis tuae, quibus me ad te petis. ut scriberem. Quod quidem non desiderares, nisi & hoc quod me posse scribere existimasti, gratum haberes atque iucundum. Id autem est, ut vana seculi huius si in experta concupisti, experta contemnas. Fallax est enim in eis suauitas etiam, & infructuosus labor, & perpetuus timor, & periculosa sublimitas. Initium sine prudentia, & finis cum poenitentia. Ita se habent omnia quae in ista mortalitatis erumna cupidius quam prudetius appetuntur. Alia est autem spes piorum, alius laboris fructus, alia periculorum merces. Nam in hoc mundo non timere, non dolere, non laborare, non periclitari, impossibile est. Sed plurimum interest, qua causa, qua expectatione, quo termino ista quisque patiat. Ego quidem cum amator seculi huius intueor, nescio quando possit esse ad eorum animos sanandos opportuna sapientia. Quando enim res velut prosperas habent, fastu respiciunt salubres monitus, & quasi anilem reputant cantilenam: Quando autem in aduersis agunt, magis cogitant eadem vnde ad praesens anguntur, quam capere vnde curretur, & vnde perueniant ubi angini omnino non possint. Aliquando tamen quidam cordis aures admouet, atque adhibent veritati, rariis inter prospera, crebrius inter aduersa, sed tamen pauci sunt, ita enim praedicti sunt inter quos te esse cupio, quia veraciter diligo dominum insigni & praestantissime ac desiderantissime fili. Hac admonitio tibi sit mea resalutatio, quia & si te deinceps talia perpeti qualia pertulisti nolo, plus tamen doleo hac ipsa te sine aliqua in melius vitae mutatione fuisse peripessum.

anguntur.

Augustinus Chryfino, consolans ne deficiat in aduersis. Epistola. LXXXIII.

DOMINO vere ac merito charissimo & praedicando fratri Chryfino, Augustinus in domino salutem. Rumor ad me detulit, deus faciat ut non sit, te animo perturbatum: ut multum mirer prudetiam tuam, & Christianum animum parum cogitare rerum terrenarum conditionem, nullo modo aequari posse caelestibus, ubi cor nostrum & spes nostra collocanda est. Vir cordate, nunquid aut totum bonum tuum in his rebus erat, quas nunc videris amittere aut

tam magnum bonum illic deputabas, ut eo subtracto sic tenebre sciat mens nimia tristitia, quasi lumen eius, non deus, sed terra sit? Audiui enim, iam dixi, deus faciat ut falsum audierim, quod tibi manus etiam velles inferre, quod melius non credo, aut ascendisse in cor tuum, aut exisse de ore tuo. Sed tamen quia ita perturbatus es, ut hoc de te dici potuerit, grauius de te contristatus, hoc literarum alloquio putavi consolandam charitatem tuam: quanquam non dubitem dominum deum nostrum, in corde tuo loqui meliora. Noui enim quam pio studio semper audieris verbum eius. Erige itaque animum frater in Christo charissime, deus non perit a suis, nec perdet suos, vult autem monere nos quam sint haec fragilia & incerta, quae nimis diligunt homines, ut soluamus ab eis vinculum cupiditatis, per quod implicatos nos trahunt, & totum amorem nostrum consuefaciamus in eum currere, in quo nulla damna timeamus. Ipse te hortatur per ministerium nostrum, viriliter cogites te fidelis esse Christianum, & eius redemptum esse sanguine, qui non solum aeterna sapientia, sed etiam per mala praesentia, docuit nos temperanter prospera seculi huius contemnere, & fortiter aduersa tolerare, eius foelicitatis mercedem pollicens, quam nemo possit a nobis auferre. Scripsi sane etiam ad virum laudabilem comitem, quam epistolam in tuo arbitrio sit si dare velis. Nam per quem detur non dubito deesse, non posse, & adiuuante domino vel episcopum vel presbyterum vel quemlibet.

vt soluit a nobis.

falsis. in tuo erit arbitrio veri dari velis.

Augustinus Caio, quem sua disputatione traxerat ad ecclesiam. Mittit illi suos libros legendos & iudicandos, adhortans ut perseueret in bono proposito. Epistola. LXXXIII.

CAIO Augustinus. Ut abs te abcessimus, dici non potest quanta suauitate nos perfrueret recordatio tua, ac sepe perfundat. Recordamur enim ardore inquisitionis tuae, cum esset mirabilis, non fuisse perturbatam modestiam disputandi. Nam neque flagrantius percitantem, neque tranquillius audientem, quenquam facile inuenimus. Vellem itaque tecum multum loqui, non enim multum esset, quantumcunque esset, si tecum loquerer. Sed quia difficile est, quid opus est causas quarere? Prorsus difficile est, erit fortasse aliquando, facillimum, ita deus velit, nunc certe aliud est. Dedi ergo negotium fratri, per quem literas misi, ut omnia nostra legenda praebet prudentissimam charitati tuae. Non enim aliquid meum inculcabit inuito. Noui enim quid benignitatis in nos animo geras, quae tamen lecta probaueris, vera perueris, nostra esse non putes, nisi quia data sunt, eoque te conuertat licet, vnde tibi quoque est ut ea probares datum. Nemo enim quod legit, in codice ipso cernit verum esse, aut in eo qui scripserit, sed in seipso potius, si eius menti quoddam non vulgariter candidum, sed a sece corporis remotissimum lumen veritatis impressum est. Quod si falsa aliqua atque improbanda compereris, de humano nubilo irrorata scias, & ea vere nostra esse non dubites. Hortarer autem te ad quaerendum, nisi videre mihi viderer hiantia quadam ora cordis tui, hortarer etiam, ut quod verum cognoueris viriliter teneas, nisi patefaceres euidentissimum robur animi & consilij tui. Totum enim se mihi breui tempore discussis corporis tegumentis, quod in te tempore aperuit. Neque vilo modo siuerit domini nostri misericordissima prouidentia, ut catholico Christi gregi tu vir tam bonus & egregie cordatus alienus sis.

Augustinus

Augustinus Consentio, respondet deum omnium rerum esse simplicissimum, minimeque corporeum aut materidem. Epistola. LXXXV.

Augustinus Consentio. Cogitationis carnalis compositionem vanumque figmentum, ubi vera ratio labefactare incipit, continuo illo intus adiuuante atque illuminante, qui cum talibus dolis in cordibus nostris habitare non vult, ita ista confringere atque a fide nostra quodammodo excutere festinamus, ut ne puluerem quidem vllum phantasmatum illic remanere patiamur. Quamobrem nisi rationem disputationis qua forinsecus admoniti, ipsa intrinsecus veritate lucente haec falsa esse perspiciamus, fides in corde nostro antecessisset, quae nos indueret pietate, incassum quae vera sunt audire. Ac per hoc quoniam id quod ad eam pertinere fides egit, ideo subsequens ratio aliquid eorum quae inquirebat inuenit: falsa itaque rationi, non solum ratio vera, qua id quod credimus intelligimus, verum etiam fides ipsa rerum nondum intellectarum sine dubio praerenda est. Melius est enim quantumvis nondum visum credere quod verum est, quam putare te verum videre quod falsum est. Habet namque fides oculos suos, quibus quodammodo videt verum esse quod nondum videt, & quibus certissime videt nondum se videre quod credit. Porro autem qui vera ratione iam quod tantummodo credebat intellegit, profecto praeposendus est ei qui cupit adhuc intelligere quod credit: si autem nec cupit, & ea quae intelligenda sunt, credenda tantummodo existimat, cui rei fides profit ignorat. Nam pia fides sine spe & sine charitate esse non vult. Sic igitur homo fidelis debet credere quod nondum videt, ut visionem & speret & amet. Et visibilibus quidem rerum praeritarum quae temporaliter transferunt sola fides est, quoniam non adhuc videnda sperantur, sed facta & transacta creditur: sicut est illud quod Christus semel pro peccatis nostris mortuus est & resurrexit, nec iam moritur, & mors ei ultra non dominabitur. Ea vero quae nodum sunt, sed futura sunt, sicut nostrorum spiritualium corporum resurrectio, ita creditur ut etiam videnda sperentur, sed ostendi modo, nullo possunt modo. Quae vero ita sunt, ut neque praeriteant neque futura sint, sed aeterna permanent, partim sunt inuisibilia, sicut iustitia, sicut sapientia, partim visibilia, sicut Christi immortale iam corpus. Sed inuisibilia intellecta conspiciuntur, ac per hoc & ipsa modo quodam sibi congruo videntur: & cum videntur, multo certiora sunt quam ea quae corporis sensus attingit: sed ideo dicuntur inuisibilia, quia oculis istis mortalibus videri omnino non possunt. At illa quae visibilia sunt permanentia, possunt si ostendantur etiam his mortalibus oculis conspici, sicut se discipulis post resurrectionem dominus ostendit, sicut & iam post ascensionem Apostolo Paulo & Stephano diacono. Proinde ista visibilia permanentia credimus, ut etiam si non demonstrarentur, speremus ea nos quandoque visuros. Nec ea tenemur ratione intellectuque comprehendere, nisi vt ea quia visibilia sunt ab inuisibilibus distinctius cogitemus: & cum cogitatione qualia sint imaginamur, satis utique nouimus ea nobis nota non esse. Nam & Antiochiam cogito incognitam, sed non sicut Carthaginem cognita. Illam quippe visionem cogitatio mea fingit, hanc recoli: nequaquam tamen dubito siue quod de illa testibus multis, siue quod de ista meis aspectibus credidi. Iustitiam vero & sapientiam, & quicquid eiusmodi est,

Fides adhaeret charitati.

1. Pet. 3. Rom. 6.

Rom. 7.

non aliter imaginamur, aliter contuemur: sed haec inuisibilia simplici mentis atque rationis intentione intellecta conspiciuntur, sine vllis formis & molibus corporalibus, sine vllis limitamentis figurisque membrorum, sine vllis localibus finibus, sine spatij infinitis. Ipsumque lumen quo cuncta ista discernimus, in quo nobis satis apparet, quid credamus incognitum, quid cognitum terreamus, quam formam sensu corporis recordemur, quam cogitatione fingamus, quid corporis sensus attingat, quid imaginetur animus simile corpori, quid certum & omnium corporum dissimile intelligentia contempletur. Hoc ergo lumen ubi haec cuncta diuiscantur, non utique sicut huius Solis & cuiusque corpori luminis fulgor per localia spatia circueque diffunditur, mentemque nostram quasi visibili candore illustrat, sed inuisibiliter & ineffabiliter, & tamen intelligibiliter lucentemque nobis certum est, quam nobis efficit certa quae secundum ipsum cuncta conspiciuntur. Cum igitur tria sint rerum genera quae videntur, vnum corporaliu, sicut hoc caelum & terra, & quicquid in eis corporeus sensus cernit & tangit. Alterum simile corporalibus, sicut sunt ea quae spiritu cogitata imaginamur, siue recordata vel oblata quasi corpora contuemur: vnde sunt etiam visiones quae vel in somnis, vel in aliquo mentis excessu his localibus quantitatibus ingertuntur. Tertium ab utroque discretum, quod neque sit corpus, neque habeat vllam similitudinem corporis: sicut est sapientia, quae mente intellecta conspicitur, & in cuius luce de his omnibus veraciter iudicatur, in quo istorum genere credendum est esse istam quam nosse volumus trinitatem. Profecto aut in aliquo, aut in nullo. Si in aliquo, eo utique quod est aliis duobus praestantius, sicut est sapientia. Quod si donum eius in nobis est, & minus est quam illa summa & incommutabilis quae dei sapientia dicitur, puto quod non debemus dono suo inferius cogitare donantem. Si autem aliquis splendor eius in nobis est, quae nostra sapientia dicitur, quantumque eius per speculum & in enigmate capere possumus, oportet eam & ab omnibus corporum similitudinibus fecernamus. Si autem in nullo istorum genere esse putanda est ista trinitas, & sic est inuisibilis ut nec mente videatur, multo minus de illa huiusmodi opinionem habere debemus, ut eam rebus corporalibus vel corporalium rerum imaginibus similem esse credamus. Non enim corpora pulchritudine molis aut magnitudine superat, sed dissimilitudine aut disparitate naturae. Et si discreta est a comparatione bonorum animi nostri, qualia sunt sapientia, iustitia, charitas, & caetera talia, quae profecto non mole corporis pendimus, nec eorum quasi corporeas formas cogitatione figuramus, sed ea quando recte intelligimus sine aliqua corpulentia vel similitudine corpulentiae in luce mentis aspiciuntur, quanto est ab omnium qualitarum & quantitatuum corporalium comparatione discretior: non eam tamen a nostro intellectu omnino abhorre. Apostolus testis est, ubi ait, Inuisibilia enim a constitutione mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus ac diuinitas. Ac per hoc cum eadem trinitas fecerit & corpus & animam, sine dubitatione est utroque praestantior. Anima ita considerata maxime humana & rationalis atque intellectualis, quae ad eius imaginem facta est, si cogitationes nostras & intelligentias non euicerit, sed eius quod habet praecipuum, id est, ipsam mentem atque intelligentiam mente atque intelligentia potuerimus apprehendere, non erit fortassis

12. de Gd. ad literam. ca. 6. & 7.

E

F

Gratissimum absurdum, ut eam ad summum quoque creatorem intelligendum ipso adiuvante meditemur attollere. Si autem in seipsa deficit sibi succumbit, pia fide contenta sit quando peregrinatur a domino, donec fiat in homine quod prerogatum est, faciente illo qui potens est, sicut ait Apostolus, facere supra quam petimus aut intelligimus. Restat itaque ut ita credamus unius substantia trinitatem, ut ipsa essentia non aliud sit quam ipsa trinitas. Ad quam videndam quantumlibet in hac vita proficiamus, per speculum erit & in enigmate quod videbimus. Cum vero quod in resurrectione promittitur spiritale corpus habere coperimus, siue illa mente, siue mirabili modo, quoniam ineffabilis est spiritalis corporis gratia, & corpore videamus, non tamen per locorum intervalla, nec in parte minore, in parte maiorem, quoniam non est corpus, & ubique tota est, pro nostra capacitate videbimus. Quod vero posuisti in epistola tua, videri tibi, vel potius quod videbatur tibi, nihil viuum secundum substantiam inesse iustitia, ideoque non posse adhuc deum, id est, viventem naturam iustitia similem cogitare: quia iustitia sicut dicis, non in se sed in nobis vivit, immo nos potius secundum illam vivimus, ipsa vero per se iustitia nequaquam vivit. Ad hoc ut tibi ipse respondeas, illud intuere, utrum recte dici possit, vitam ipsam non vivere, qua fit ut vivat quicquid non falso dicimus vivere. Puto enim absurdum tibi videri, ut per vitam vivatur, & vita non vivat. Porro si vita ipsa precipue vivit, qua vivit omne quod vivit, recole obsecro quas dicit scriptura divina animas mortuas, profecto invenies iniustas, impias, infideles. Nam licet per illas vivant corpora impiorum, de quibus dictum est, quod mortui sepeliant mortuos suos, & ibi intelligatur etiam iniquae animae non esse sine aliqua vita. Non enim aliter ex eis possent corpora vivere, nisi qualicumque vita qua omnino animae carere non possunt, unde immortales merito vocantur: non tamen ob aliud amissa iustitia dicuntur mortuae, nisi quia & animarum, licet immortaliter vita qualicumque viventium, verior & maior vita iustitia est tanquam vitarum: Quae cum sunt in corporibus, etiam ipsa corpora viva sunt, quae per seipsa vivere nequeunt. Quapropter si animae non desinant vivere. Ea porro iustitia quae vivit in seipsa, proculdubio deus est atque incommutabiliter vivit. Sicut autem cum sit in seipsa vita, etiam nobis fit vita cum eius efficiamur participes: ita cum in seipsa sit iustitia, etiam nobis fit iustitia, cum ei cohaerendo iuste vivimus: & tantomagis minusve iusti sumus, quanto magis illi minusve cohaeremus. Unde scriptum est de unigenito filio dei, cum sit utique patris sapientia atque iustitia, & semper in seipso sit, quod factus sit nobis a deo sapientia & iustitia, & sanctificatio & redemptio. Unde quemadmodum scriptum est, qui gloriatur in domino gloriatur. Quod quidem & ipse vidisti addendo atque dicendo, nisi forte non hac humanae aequitatis, sed illa quae deus est, sola esse asseratur iustitia. Est plane ille summus deus vera iustitia, vel ille verus deus summa iustitia, quam profecto esurire & sitire debemus, ea nostra est in hac peregrinatione iustitia, & quae postea saturari, ea nostra est in aeternitate plena iustitia. Non ergo deum nostrae iustitiae similem cogitemus,

sed cogitemus nos potius tanto similiores deo, quanto esse poterimus eius participatione iustiores. Si ergo cavendum est ne iustitiae nostrae similem putemus deum, quoniam lumē quod illuminat, incomparabiliter, excellentius est illo quod illuminatur: quantomagis cavendi oportet, ne aliquid inferius & quodammodo decoloratius eum esse credamus, quam est nostra iustitia. Quid est autem aliud iustitia cum in nobis vel quolibet virtus qua recte sapienterque vivitur, quam interioris hominis pulchritudo? Et certe secundum hanc pulchritudinem magis quam corporis, facti sumus ad imaginem. Unde nobis dicitur, Nolite conformari huic saeculo, sed renouamini in novitate mentis vestrae, ad probandum vos quae sit voluntas dei, quod bonum & beneplacitum & perfectum. Si ergo non in mole neque in distantibus per loca sua partibus sicut corpora siue cernuntur siue cogitantur, sed in virtute intelligibili qualis est iustitia, mentem dicimus seu novimus seu volumus pulchram, & secundum hanc pulchritudinem reformamur ad imaginem dei, profecto ipsius dei qui nos reformavit & reformat ad imaginem suam, non aliqua mole corporea suspicanda est pulchritudo, eoque iustorum mentibus credendus est incomparabiliter pulchrior, quo est incomparabiliter iustior.

Augustinus Casulano presbytero, de ieiunio sabbati ac reliquorum dierum adversus Urbicum quendam, qui stultissime de hac re scripserat. Epi. LXXXVI.

DILECTISSIMO & desideratissimo fratri & copresbytero Casulano, Augustinus in domino salutem. Nescio unde sit factum, ut primis tuis literis meas non redderem, non tamen tui contemptu id me fecisse scio. Nam & studiis tuis & ipso sermone delector, teque in ista aetate iuvenili proficere in verbo dei & abundare ad aedificationem ecclesiae, & opto & exhortor. Nunc vero scriptis tuis alteris sumptis, quibus tibi tandem aliquando respondeam iure charitatis, in qua unum sumus, fraterno & aequissimo flagitio, differendum tuae dilectionis ulterius desiderium non putavi, & inter arctissimas occupationes meas suscepi isto me debito apud te absolvere. Quod ergo me consulis, utrum liceat sabbato ieiunare, Respondeo, si nullo modo liceat, profecto quadraginta continuis dies, nec Moyses nec Helias, nec ipse dominus ieiunasset. Verum ista ratione concluditur etiam dominico die non illicitum esse ieiunium. Et quisquis tamen hunc diem ieiunio decernendum putaverit, sicut quidam ieiunantes sabbatum observant, non parvo scandalo erit ecclesiae. Nec immerito: In his enim rebus de quibus nihil certi statuit scriptura divina, mos populi dei vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt. De quibus si disputare voluerimus, & ex aliorum consuetudine alios improbare, oriatur interminata luctatio, quae labore sermocinationis cum certa documenta nulla veritatis insinuet, utique cavendum est, ne tempestate contentio nis serenitas charitatis obnubiletur. Quod periculum vitare neglexit, cuius mihi proximam disputationem ut ei responderem cum tuis prioribus literis existimasti esse mittendam. Non autem usque adeo mihi spatia temporum larga sunt, ut ea resellendis singulis sententiis eius impendā, quae aliis operibus magis vigen tibus explicandis habeo necessaria. Sed de eo quo te mihi in tuis epistolis ostendis ingenio quod in te donum dei admodum diligo, eundem sermonem cuiusdam ut scribis Urbici paulo diligentius in se confydera, & videbis eum penē univērsam ecclesiam Christi, ab ortu

A ab ortu solis usque ad occasum scilicet verbis iniuriosissimis nequaquam lacerare timuisse. Nec dixerim penē univērsam, sed planē univērsam. Nam neque ipsi quorum consuetudinem sibi videtur defendere, inveniuntur pepercisse Romanos, sed quomodo in eos quoque redundet conviciorum eius impetus nescit, quoniam non advertit. Nam cum eum argumenta deficiunt quibus probet sabbato ieiunandum, in luxurias epularum & temulenta conviviū & nequissimas ebrietates insul tabundus invehitur, quasi non ieiunare, hoc sit inebriari. Quod si hoc est, quid ergo prodest Romanis sabbato ieiunare: quandoquidem aliis diebus quibus non ieiunant, necesse est eos secundum disputationem huius ebriosos & ventricolas iudicari. Porro si aliud est gravare corda in crapula & ebrietate, quae semper est malum, aliud est autem modestia & temperantia custodita relaxare ieiunium, quod certe cum sit die dominico reprehensorem non habet Christianum, prandia prius sanctorum ad voracitate & ebriositate ventricolarum iste discernat, ne Romanos episcopos quando non ieiunant ventricolas faciat, & tunc inquirat, non utrum liceat inebriari sabbato, quod nec die dominico licet, sed utrum nec sabbato ieiunandum sit, sicut dominico non solet. Quod utinam sic quereretur, aut sic affirmaret, ut toto terrarum orbe diffusam, exceptis Romanis, & adhuc paucis Occidentalibus, apertissime non blasphemaret ecclesiam. Nunc vero quis ferat per omnes Orientales, & multos etiā Occidentales populos Christianos de tot tantisque famulis famulabusque Christi, sabbato sobrie modestaque prandentibus, ab isto dici, quod in carne sint & deo placere non possint, & quod de illis sit scriptum: Recedant iniqui a me, viam eorum nescire nolo, & quod sint ventricolae, Iudaeam ecclesiae praepo nentes, & ancillae filios, & lege non iusta, sed voluptuaria, consulentes ventri, non disciplinae succumbentes, & quod caro sint, & mortem sapiant, & caetera huiusmodi. Quae si de vno quopiam dei famulo diceret, quis eum audire, quis non deuitare deberet? Cum ergo his opprobriis atque maledictis infestatur ecclesia per totum mundum fructificantem atque crescentem, & die sabbati penē ubique prandente, admoneo quisquis est, ut sese cohibeat. Nā cuius me nomen ignorare voluisti, profecto de illo me iudicare noluisti. Filius hominis, inquit, sabbati dominus est. In quo maxime bene quam male facere licet. Si ergo male facimus quando praedemus, nullo die dominico bene vivimus. Quod autem fatetur Apostolos sabbato manducasse, & dicit ut tunc ieiunaretur temporis non fuisse, propter quod ait dominus: Venient dies ut auferatur sponsus ab eis, & tunc ieiunabunt filii sponsi, quia tunc tempus gaudij, & nunc tempus est luctus. Primum attendere debuit, quod illic dominus de ieiunio non de sabbati ieiunio loquebatur. Deinde cum vult intelligi luctum ieiunio, cibo gaudium deputandum, cur non cogitat quicquid est illud quod significare deus voluit in eo quod scriptum est, eum die septimo requieuisse ab omnibus operibus suis, non ibi luctum significatum esse sed gaudium: nisi forte dicturus est, in illa requie dei & sanctificatione sabbati gaudium Iudaeis, luctum significatum esse Christianis. Et tamen nec quando sanctificavit deus diem septimum, quia in illo requieuit ab omnibus operibus suis, aliquid de ieiunio vel praedio sabbati expressit: nec cum postea populo Hebraeo de ipsius diei observatione mandavit, aliquid de alimentis vel sumendis vel non sumendis locutus est. Vacatio tantum homi-

num a suis, vel a servilibus operibus imperatur, quam prior populus in umbra accipiens futurorum, sic vacavit ab operibus, quemadmodum nunc Iudaeos vacare conspiciamus, non, ut putatur, Iudaeis carnalibus non recte intelligentibus quod non recte intelligunt Christiani. Neque enim melius hoc intelligimus quam prophetae, qui tamen in eo tempore quo ita fieri oportuit, servauerunt hanc sabbati vacationem, quam Iudaei putant adhuc esse servandam. Unde illud est, quod lapidare deus hominem iussit, qui sabbato ligna collegerat: nusquam autem legimus lapidatum, vel aliquo digno supplicio iudicatum, siue ieiunatem sabbato siue prandentem. Quid tamen horum duorum quieti coeniat, quid labori, iste ipse viderit, qui gaudium manducantibus, luctum ieiunantibus deputavit, l vel intellexit a domino deputari? Vbi de ieiunio respondens ait: Non possunt lugere filii sponsi quando cum eis est sponsus. Quod autem propterea dicit sabbato Apostolos manducasse, quia nondum erat tempus ut sabbato ieiunarent, quod scilicet veterum traditio prohibebat. Nunquid ergo erat tempus ut sabbato non vacarent? Nonne & hoc traditio veterum prohibebat, & vacare cogebat, & tamē eo ipso sabbato die, quo Christi legimus manducasse discipulos, vulserunt utique spicas quod sabbato non licebat, quia veterum traditio prohibebat: Videat igitur ne congruentius ei respondeatur. Ideo dominum die illo a discipulis haec duo fieri voluisse: vnum de spicis vellendis, alterum de alimentis sumendis: ut illud esset adversus eos qui sabbato volunt vacare, hoc autem adversus eos qui cogunt sabbato ieiunare: cum illud mutato tempore iam superstitiosum esse significasset: hoc autem utroque tempore liberum esse voluisset. Neque id confirmando dixerim, sed quid ei multo aptius, quam sunt ea quae loquitur responderi possit ostenderit. Quomodo, inquit, non cum pharisaeo damnabimur bis in sabbato ieiunantes: tanquam pharisaeus ideo damnetur, quia bis in sabbato ieiunabat, & non quia super publicanum se tumidus extollebat. Potest autem iste dicere etiam illos qui omnium fructuum suorum decimas dant pauperibus cum pharisaeo damnari, quia hoc quoque ille inter sua opera praedicabat, quod cupimus a multis fieri Christianis, & vix paucissimos invenimus: Aut vero qui non fuerit iniustus, adulter & raptor, cum pharisaeo damnabitur, quia ille se talem non esse iactabat, quod certe quisquis sentit, insanit. Porro si haec sine dubio bona quae sibi pharisaeus inesse commemorabat, non habenda sunt cum superbiēte iactantia quae in illo apparebat, sed tamen habenda sunt cum pietate humili, quae in illo non erat: sic & bis in sabbato ieiunare in homine qualis fuerat ille pharisaeus, infructuosum est: in homine autem humiliter fideli vel fideliter humili, religiosum est, quoniam Evangelica scriptura, non dixerit damnatum pharisaeum, sed magis iustificatum dixit publicanum. Verum si hoc modo putat iste intelligendum quod ait dominus: Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam scribarum & pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum, ut nisi amplius quam bis in sabbato ieiunemus, hoc praecceptum non possimus implere bene, quod septem dies sunt qui volumine temporum per sua vestigia reuocantur. Cum ergo ex his biduum quisque detraxerit, ne sabbato dominicoque ieiunet, remanent dies quinque, in quibus pharisaeum superare possit bis in sabbato ieiunantem. Puto enim quod si ter in sabbato quis ieiunat, iam superat pharisaeum qui bis in sabbato

1. Cor. 5.
Eph. 3.

Matth. 8.

1. Cor. 1.
Hier. 9.
2. Cor. 10.

Rom. 15.

1. ipso.

L.

M.

Disti. 11. ca.
in his.

1. prolissam.

Matth. 12.

Matth. 9.

Ges. 22.

Nu. 15.

Matth. 9.

Matth. 12.

E.

Luc. 11.

F.

Matth. 5.

G bato ieiunabat. Quod si & quater, vel etiam vt nullus dierum excepto sabbato & dominico prætermittatur, in hebdomade quinquies ieiunatur, quod multi in vita sua faciunt, maxime in monasteriis constituti, non solum pharisæus qui bis in sabbato ieiunabat, verum etiam Christianus qui quarta & sexta feria & ipso sabbato ieiunare cõsuevit, quod frequenter Romana plebs facit, in labore ieiunij superabitur: & tamen nescio quis iste, vt dicit, Vrbicus disputator, etiam si quis quinque continuis præter sabbatum & dominicum diebus ita ieiunet, vt nullo die omnino reficiat corpus, eum carnalem vocat, quasi cibus & potus cæteris diebus non pertineat ad carnem: & ventricolam iudicat, quasi solius sabbati prandium descendat in ventrem. Huic fame non sufficit quod ad vincendum pharisæum iam sufficit, vt ter in sabbato ieiunetur, sed excepto dominico sex cæteris diebus ita ieiunare compellit, vt dicat, antiqua remota labe, duo in carne vna Christi iam sub disciplina manentes, non debent cum filiis sine lege & cum principibus Sodomorum, & cum plebe Gomorræ sabbatorum voluptaria conuiuia exercere, sed cum sanctimoniam incolis ac deo deuotis solenni & ecclesiastico iure magis ac magis legitime ieiunare, vt sex dierum vel leuis error, ieiunij, orationis & elemosynæ fontibus abluatur, quo possimus dominica alogia refecti omnes æquali corde digne cantare: Saturasti domine animam inanem, & potasti animam sitientem. Ista dicens & a frequentia ieiunandi solum diem dominicum excipiens, non tantum Orientis & Occidentis populus Christianos in quibus sabbato nemo ieiunat, verum & ipsam Romanam ecclesiam improvidus & incautus accusat. Cum enim dicit: sub disciplina Christi manentes non debere cum filiis sine lege, cum principibus Sodomæ, cum plebe Gomorræ voluptaria sabbatorum exercere conuiuia, sed cū sanctimoniam incolis ac deo deuotis, solenni & ecclesiastico iure magis ac magis legitime ieiunare: I ac deinde definiens quid sit legitime ieiunare, I subiungit & dicit, vt sex dierum vel leuis error, ieiunij, orationis & elemosynæ fontibus abluatur: profecto eos qui minus quam sex diebus in hebdomade ieiunant, non putat legitime exercere ieiunium, nec deo esse deuotos, nec maculas erroris, quæ de ista mortalitate contrahuntur, abluere. Videant ergo Romani quid agant, quia etiam ipsi nimium contumeliose huius disputatione tractantur, apud quos omnibus istis sex diebus præter paucissimos clericos aut monachos quotus quisque inuenitur qui frequenter quotidiana ieiunia, maxime quia ibi ieiunandum quinta sabbati non videtur. Deinde quero: si vnus cuiusque diei vel leuis error ipsius diei ieiunio soluitur vel abluatur. Sic enim dicit, vt sex dierum vel leuis error ieiunij quoque fontibus abluatur: quid faciemus de illo errore qui subreperit dominico die, in quo scandalum est ieiunare? Aut si die ipso nullus Christianis error obrepit, videat homo iste qui ventricolas tanquam magnus ieiunator accusat, quantum honoris & vtilitatis ventribus tribuat, si tunc non erratur quando prandetur. An forte in ieiunio sabbati tantum bonum constituit, vt aliorum sex dierum, hoc est ipsius etiam dominici, vel leuem sicut dicit ergo rem solum ieiunium sabbati possit abolere, & solo ipso die nõ erretur, quo toto vtique ieiunatur? Quid est ergo quod diem dominicum sabbato velut Christiano iure præponit? Ecce secundum ipsum dies sabbati multo sanctior inuenitur, in quo & non erratur cum eius

toto spatio ieiunatur: & eodem ieiunio sex cæterorum dierum, ac per hoc ipsius dominici error abluatur: puto quod tibi nõ placet ista præsumptio. Iam verò cum se hominem spiritalem videri velit, & tanquam carnales pransores sabbati accuset, attende quemadmodum dominici diei non parco prandio reficiatur, sed alogia delectetur. Quid est autem * alogia, quod verbum ex Græca lingua vsurpatum est, nisi cum epulis indulgetur vt à rationis tramite deuietur? Vnde animalia ratione carentia dicuntur aloga, quibus similes sunt ventri dediti, propter quod immoderatum conuiuium, quo mens in qua ratio dominatur ingurgitatione, vescendi ac bibendi quodammodo obruitur, alogia nuncupatur. Insuper etiam propter cibum ac potum non mentis sed ventris alogia diei dominici dicit esse cõtandum, Saturasti domine animam inanem, & potasti animam sitientem. O virum spiritalem, O carnalium reprehensorem, O magnum ieiunatorem & non ventris cultorem. Ecce qui nos admonet ne lege ventris, legem domini corrumpamus, ne panem celi vendamus esca terrena. Et adiungit: Quia esca Adam paradiso perit, esca Esau primatus amisit. Ecce quid dicit: Est enim satana vñtata calumnia, tentatio ventris, cui modicum suadet vt auferat totum. Et horum inquit interpretatio præceptorum ventricolas minus incuruat. Nõne his verbis suis id agere videtur, vt etiã die dominico ieiunetur? Alioquin sanctior erit sabbati dies, quo dominus in monumento requieuit, quam dominicus quo à mortuis resurrexit. Sanctius est enim profecto sabbatum, si secundum verba huius in sabbato per ieiunium peccatum omne vitatur, & quod diebus aliis contractum est, aboletur: In dominico autem per escam ventris tentatio non cauetur, & diabolica calumnia locus datur, & paradiso peritur, & primatus amittitur. Quid ergo est quod rursus sibi ipse contrarius admonet, vt non prandio modesto, sobrio, Christiano, reficiatur dominico die, sed in alogia lætantes plaudentesq; cantemus: Saturasti domine animam inanem, & potasti animam sitientem? Nempe si tunc non erramus quando ieiunamus, & aliorum sex dierum errores tunc abluimus cum sabbato ieiunamus, nullus erit die dominico deterior, nullus sabbato melior. Crede dilectissime frater, nemo legẽ sicut iste intelligit, nisi qui non intelligit. Si enim Adam non cibus sed prohibitus cibus perdidit, & Esau nepotem sancti Abraham non esca, sed vsque ad contemptum sacramenti, quod in primatu suo habuit, concupita esca damnauit: sic à sanctis & fidelibus pie prandetur, quemadmodum à sacrilegis & incredulis impie ieiunatur. Præponitur ergo dies dominicus sabbato fide resurrectionis, non consuetudine refectionis, aut etiam violentæ licentia cantionis. Moyses, inquit, quadraginta diebus panem non manducauit, nec bibit aquam. Cur autem hoc dixerit subiunxit atq; ait: Ecce Moyses amicus dei, nubis inquilinus, delator legis, & populi dux, ter bina sabbata ieiunio celebrans, non offensam, sed meritum collocavit. Nunquid attendit quid huic possit cõsequenter opponi? Quia vtique si Moysi ieiunantis propterea ponit exemplum, quoniam in illis quadraginta diebus, ter bina, sicut loquitur, sabbata ieiunauit, & ex hoc vult persuadere, vt sabbato ieiunetur: ex hoc ergo persuadeat, vt & dominico ieiunetur, quia in illis quadraginta diebus nihilominus Moyses ter binos dominicos ieiunauit. Sed addit ac dicit: Et adhuc cum Christo dominicus dies imminenti ecclesiæ seruabatur.

* & λογία. Apparct hoc scribit vñt accidisse, qui ex logia fecerit alogia, deceptus sono productæ vocalis quæ præcedit in dominica. vñt hoc verbo. Paulus. 1. Corin. 16.

A uabatur. Quod cur dixerit nescio. Si enim propterea quia multo magis ieiunandum est, postea quam venit cum Christo dominicus dies: ergo, quod absit, etiam ipso dominico ieiunetur. Si autem timuit ne propter dierum quadraginta ieiunium obiceretur etiam dominico ieiunandum, & ideo addidit, quod adhuc cum Christo imminenti ecclesiæ dies dominicus seruabatur, vt videlicet ea causa intelligatur ieiunasse Moyses etiam die qui sequitur sabbatum: quia nondum venerat Christus, per quem factus est ipse dies dominicus, quo non expedit ieiunari. Cur ipse Christus quadraginta diebus similiter ieiunauit? Cur non in illis diebus quadraginta ter binis qui sequebantur sabbatum, ieiunium soluit, vt iam dominici diei prandium commendaret etiam ante resurrectionem suam, sicut sanguinem suum potandum dedit ante passionem? Vides certe dierum quadraginta ieiunium, quod iste commemorat, sic ad rem non pertinere vt sabbato ieiunemus, quomodo ad rem non pertinet vt dominico ieiunemus. Prorsus non attendit, quid ei de die dominico possit opponi, quando sicut accusanda sunt ebriosa conuiuia, & omnis vorax ac temulenta luxuries, sic accusat prandia sabbatorum, cum possint & ipsa esse modestorum atque sobriorum. Et ideo non est illi ad singula respondendum, quoniam pro sabbati prandio vitia luxuriæ reprehendendo, eadem atque eadem sibi dicit, aliud non inueniendo quod dicat, nisi quod inaniter & ad rem non pertinens dicit. Vtrum non sit sabbato ieiunandum queritur, non vtrum sabbato non sit luxuriandum: quod nec dominico faciunt qui deum timent, quantum in illo vtique nõ ieiunent. Quis autem diceret quod iste ausus est dicere? Quomodo, inquit, pro nobis, aut per nos rata erunt deo aut digna, quæ nos sanctificata die ad peccatum cogunt? Sanctificatam diem sabbati constituetur, & ad peccatum dicit cogi homines quia prandetur. Ac per hoc secundum istum, aut dies dominicus sanctificatus non est, & incipit esse sabbatum melius: aut si est & dominicus dies sanctificatus, ad peccatum coguntur, quia prandemus: & conatur testimoniis probare diuinis, sabbato ieiunandum. Sed vnde hoc probet omnino non inuenit. Manducauit, inquit, & bibit Iacob vinum & satiatum est, & recessit à deo salutari suo, & ceciderunt vna die viginti tria milia: quasi dictum sit, Prandit sabbato Iacob, & recessit à deo salutari suo. Et Apostolus quando commemorauit cecidisse tot milia, non ait, Neque prandeamus sabbato sicut illi pranderunt, sed ait, Neque fornicemur sicut quidam eorum fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria milia. Quid sibi etiam vult quod ait, Sedit autem populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Posuit quidem & Apostolus hoc testimonium, sed vt à seruitute idolorum non à sabbati prandio prohiberet. Sabbato autem illud factum esse iste non probat, sed vt libitum est suspicatur. Sicut autem fieri potest vt ieiunetur, & cum ieiunium soluitur si quis ebriosus est, tunc inebrietur. Ita fieri potest vt non ieiunetur, & si temperantes sunt homines, modestissime prandantur. Quid est ergo quod sabbati volens persuadere ieiunium, adhibet Apostolum, testem dicentem, Nolite inebriari vino in quo est omnis luxuria: quasi diceret, Nolite prandere sabbato, quia ibi est omnis luxuria. Sicut autem hoc præceptum Apostolicum ne inebrientur vino in quo est omnis luxuria, obseruatur à Christianis deum timentibus quando prandetur

† hæp.

Exo. 32. Deu. 32.

1. Corin. 10.

Ephc. 5.

die dominico, ita obseruatur quando prandetur & sabbato. Vt expressius, inquit, errantibus contradicam, nemo ieiunio & si non promeretur offendit, porro & non offendere promereri est. Quis hoc diceret nisi qui nollet cõsiderare quid diceret? Ergo Pagani quando ieiunant, non ideo magis offendunt deum? Aut si de Christianis voluit quod dixit intelligi, quis non deum offenderet, si velit cum scandalo totius quæ vbi que dilatata est ecclesiæ, die dominico ieiunare? Deinde subiicit testimonia de scripturis ad causam quam suscepit nihil valentia. Ieiunio, inquit, Helias paradiso donatus in corpore regnat: quasi ieiunium non prædicent qui sabbato non ieiunant, sicut ieiunium prædicant, qui tamen die dominico non ieiunant. Aut Helias eo tempore ieiunauerit, quo populus dei etiam sabbato ieiunabat. Quod autem respondimus de quadraginta diebus ieiunij Moysi, hoc deputa esse respondendum & de quadraginta diebus Helia. Ieiunio, inquit, Daniel leonum siccam rabiem illæsus euasit: quasi legerit quod sabbato ieiunauerit, aut etiam cum ipso leonibus sabbato fuerit, vbi tamen legitimus quod & pranderit. Ieiunio, inquit, trium fida germanitas ignibus coruscanti carceri dominata regi hospitio susceptum dominum adorauit. Hæc exempla sanctorum, nec ad persuadendum cuiusunque diei ieiunium valent, quantum inus sabbati, quandoquidem non solum non legitur tres viros sabbato fuisse missos in caminum ignis ardentem, sed ne illud quidem legitur, tantum illic eos fuisse, vt possit quisquam dicere eos ieiunasse, immo verò vix vnus horæ spatium est, quo eorum confessio hymnusq; cantatur. Nec amplius inter illas flammæ innoxias deambulauerunt quam cantum illud terminauerunt. Nisi forte ab isto etiã vnus horæ spatium ieiunio deputatur. Quod si ita est, non habet quod succenseat pransoribus sabbati. Vsq; ad horam enim prandij multo quam in illo camino prolixius ieiunatur. Adhibet & illud Apostoli testimonium, vbi ait: Non est regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax, & gaudium in spiritu sancto. Et regnum dei ecclesiã vult intelligi in qua dominus regnat. Obsecro te, nunquid hoc agebat Apostolus, cum ista loqueretur, vt sabbato à Christianis ieiunaretur? Sed nec de ipso cuiusunque diei ieiunio loquebatur cum hæc diceret. Dictum est enim aduersus eos qui more Iudaorum secundum veterem legem in obseruatione quorundam ciborum putabant esse munditiam, & ad eorum fratrum admonitionem, per quorum escam & potum indifferenter acceptum scandalizabantur infirmi. Ideo cum dixisset: Noli illum in esca tua perdere pro quo Christus mortuus est. Et, non ergo blasphemetur bonum nostrum, tunc adiunxit: Non enim est regnum dei esca & potus, & cætera. Nam sicut verba hæc Apostoli intelligit, vt regnum dei quod est ecclesiã, non sit in esca & potu, sed in ieiunio: non dico sabbatis ieiunare, sed nunquam omnino cibum ac potum sumere deberemus, ne de isto dei regno vnquam recederemus. Puto autem quia isto conferente aliquanto religiosius die dominico ad ecclesiã pertinemus, quando tamen & ipso concedente prandemus. Cur, inquit, sacrificium potiori domino charum murmuramus? offerre, quod spiritus desyderat & angelus laudat? Deinde adiungit angeli testimonium dicentis: Bona est oratio cum ieiunio & elemosyna. Quid dixerit, potiori domino, nescio, nisi forte scriptor errauit, & te fugit, vt quod mihi legendum misisti non emendares. Sacrificiũ

Rom. 14.

† consentit

† curamus.

Tobia. 12.

G Sacrificium ergo domino charum ieiunium vult intelligi, quasi de ieiunio veretur hæc quaestio, & non de ieiunio sabbati. Neque enim dominicus dies sine sacrificio quod deo charum est peragitur, quia non ieiunatur. Sequitur adhuc, & ingerit testimonia à causa quam defendendam suscepit penitus aliena. Immola, inquit, deo sacrificium laudis, & istam vocem diuini psalmi, volens ad quod agitur nescio quomodo connectere: vtique inquit, non sanguinis aut ebrietatis conuiuium, quo non laudes debita deo, sed blasphemiam diabolo suffragante syluefcunt. O improuidam praesumptionem. Non ergo immolatur sacrificium laudis dominico die quia non ieiunatur, sed agitur ebrietatis conuiuii, & blasphemiam diabolo suffragante syluefcunt. Quod si nefas est dicere, intelligat non ieiunium significare in eo quod scriptum est, Immo la deo sacrificium laudis. Ieiunium quippe certis diebus & maxime festis non agitur. Sacrificium verò laudis ab ecclesia toto orbe diffusa diebus omnibus immolatur. Alioquin quod nullus, non dico Christianus, sed nec infans dicere auderet, dies illi quinquaginta post Pascha vsque ad Pentecostem, quibus nō ieiunatur, erunt secundum istum à sacrificio laudis alieni, quibus tantummodo diebus in multis ecclesiis, in omnibus autem maxime cantatur halleluia: quam vocem laudis esse nullus Christianus quilibet imperitus ignorat. Constat tamen etiam ipso die dominico non in ebrietate, sed in iucunditate pranderi, cum dicit, debere nos ex Iudæis & gentibus multis Christiani nominis fide paucos electos, vespertino sabbatorum incenso, pro pecudum victimis ieiunium deo placitum laudibus immolare, cuius seruire cremata deficiant opera delictorum. Et mane, inquit, exaudiet nos à nobis auditus, & erunt nobis domus ad manducandum & bibendum, non in ebrietate, sed in iucunditate dominica celebrata perfecta. Tunc enim eulogia, non, vt superius ait, alogia celebratur. Sed quid eum offendit sabbati dies, quem dominus sanctificauit, ignoro, vt in eo non putet posse manducari & bibi cum tali iucunditate quæ careat ebrietate, cum sic ante sabbatum ieiunare possimus, quomodo dicit ante dominicum sabbato ieiunandum: an continuo biduo pranderi nefas esse arbitratur? Videat ergo quanta afficiat contumelia ipsam quoque Romanam ecclesiam, vbi & his hebdomadibus, in quibus quarta & sexta & sabbato ieiunatur, tribus tamen diebus continuis, dominico scilicet ac deinde secunda & tertia pranditur. Quum vitam certum est, inquit, arbitrio pendere pastorum. Sed vae qui dicunt, quod bonum malum, & tenebras lucem, & lucem tenebras, & amarum dulce, & dulce amarum. Quid sibi velint hæc verba eius, non satis intelligo. Si enim hæc scribis sicut Vrbicus dicit, in vrbe plebs pendens ex pastoris arbitrio cum episcopo suo ieiunat sabbato. Si autem ad te ista scripsit, quia in Epistola tua & ipse quiddam tale scripsisti, non tibi persuadeat vrbe Christianam sic laudare sabbato ieiunantem, vt cogaris orbem Christianum damnare prandentem. Cum enim dicit: Vae qui dicunt quod bonum malum, & tenebras lucem, & lucem tenebras, & amarum dulce, & dulce amarum: ieiunium sabbati volens intelligi bonum & lucem & dulce: prandium verò malum & tenebras & amarum, quis eum dubitat in omnibus Christianis sabbato prandentibus vniuersum orbem damnare terrarum? Nec seipse respicit, nec quibus dicat attendit, vt scriptis suis ab ista præcipiti co-

hibeatur audacia? Continuo quippe subiunxit: Nemo ergo vos iudicet in esca, aut in potu: quod ipse vtique facit qui sabbato fumentes escam potumq; sic arguit: quantum erat vt hinc ei veniret in mentem, etiam illud quod idem Apostolus alibi dicit: Qui manducat non manducantem non spernat, & qui non manducat manducantem non iudicet. Isto modo hoc temperamentum quo scandala deuitaret inter ieiunantes sabbato & manducantes teneret, vt & ipsum non manducantem manducans quisque non sperneret, & ipse non manducans manducantem non iudicaret. Petrus etiam, inquit, Apostolorum caput, coeli ianitor & ecclesiae fundamentum, extincto Simone, qui fuerat diaboli non nisi ieiunio vincendi figura, id ipsum Romanos edocuit, quorum fides annunciat vniuerso orbis terrarum. Nunquid ergo ceteri Apostoli prandere Christianos contra Petrum docuerunt in vniuerso orbe terrarum? Sicut itaque inter se vixerunt concorditer Petrus & condiscipuli eius, sic inter se concorditer viuunt sabbato ieiunantes quos plantauit Petrus: & sabbato prandentes, quos plantauerunt condiscipuli eius. Est quidem & hæc opinio plurimorum, quanuis eam perhibeant esse falsam pleriq; Romani, quod Apostolus Petrus cum Simone mago die dominico certaturus, propter ipsum magnæ tentationis periculum, pridie cum eiusdem vrbe ecclesia ieiunauerit, & consecuto tam prospero gloriosoq; successu, eundem morem tenuerit, cumq; imitata sint nonnulla Occidentis ecclesiae. Sed sicut iste dicit, Simon magus figura erat diaboli: non planè sabbatarius aut dominicarius, sed quotidianus est ille tentator. Nec tamen aduersus eum quotidie ieiunatur, quando & diebus dominicis omnibus, & quinquaginta post Pascha, & per diuersa loca diebus solennibus martyrum & festis quibusque pranditur: & tamen diabolus vincitur, si oculi nostri sint semper ad dominum, vt ipse euellat de laqueo pedes nostros: & siue manducamus, siue bibimus, siue quodcumque facimus, omnia in gloriam dei faciamus, & quantum in nobis est sine offensione simus Iudæis & Græcis & ecclesiae dei. Quod parum cogitant qui cum offensione manducant, vel cum offensione ieiunant, & per vtramlibet intemperantiam scandala concitant, quibus non superatur diabolus, sed laetatur. Quod si respondetur, hoc docuisse Iacobum Hierosolymis, Ephepsi Ioannem ceterosq; aliis locis, quod docuit Romæ Petrus, id est, vt sabbato ieiunetur: sed ab hac doctrina terras ceteras deuiasse, atque in ea Romam stetit. Et e contrario refertur Occidentis potius aliqua loca, in quibus Roma est, non seruasse quod Apostoli tradiderunt. Orientis verò terras, vnde cepit ipsum Euangelium prædicari, in eo quod ab omnibus simul cum ipso Petro Apostolis traditum est, ne sabbato ieiunetur, sine aliqua varietate mansisse. Interminabilis est ista contentio generans lites, non finiens quaestiones. Sit ergo vna fides vniuersæ quæ vbique dilatatur ecclesiae, tanquam intus in membris, etiam si ipsa fidei vnitas quibusdam diuersis obseruationibus celebratur, quibus nullo modo quod in fide verum est, impeditur. Omnis enim pulchritudo filiae regis intrinsecus, illa autem obseruationes, quæ varia celebrantur, in eius veste intelliguntur. Vnde ibi dicitur, In fimbriis aureis circumamicta varietate. Sed ea quoque vestis ita diuersis celebrationibus varietur, vt non aduersis contentionibus dissipetur. Postremo, inquit, si Iudæus sabbatum colendo dominicum negat, quomodo Christianus

K Col.2.

Rom.14.

Sabbati ieiunium vnde.

Psal.24. 1. Cor.10.

M

Psal.44. Hoc nunc fit.

A stianus obseruat sabbatum? Aut simus Christiani & dominicum colamus, aut simus Iudæi vt sabbatū obseruemus: Nemo enim potest duobus dominis seruire. Nonne ita loquitur tanquam sabbati alius dominus sit, alius dominici? Nec illud audit quod & ipse commemorauit, Dominus est enim sabbati filius hominis. Quod autem ita nos vult esse à sabbato alienos, sicut Iudæi sunt à dominico alieni, nonne tantum errat vt possit etiam dicere, ita nos non debere accipere legem nec Prophetas, sicut Iudæi non accipiunt Euangelium nec Apostolos? Quod qui sapit, quid mali sapiat vtique intelligis. Sed vetera, inquit, omnia transierunt, & in Christo facta sunt noua. Hoc verum est. Nam propterea sicut Iudæi sabbatis non vacamus, etiam si ad significandam requiem, qua illo die significata est, Christiana sobrietate & frugalitate seruata, ieiunij vinculum relaxamus. Et si aliqui fratres nostri requiem sabbati relaxatione ieiunij significandam esse non putant, nequaquam de vestis regiae varietate litigamus, ne ipsius reginae vbi vnam fidem etiam de ipsa requie retinemus, interiora membra vexemus. Est enim quia vetera transierunt, cum eis transit etiam carnalis vacatio sabbati: non tamen quia sabbato & dominico sine superstitione vacatione prædemus, ideo duobus dominis seruiamus, quia & sabbati & dominici vnus est dominus. Iste autem qui vetera transiisse sic dicit, vt in Christo cederet ara altari, gladii ieiunio, precibus ignis, pani pecus, poculo sanguis, nescit altaris nomen magis legis & Prophetarum literis frequentatū, & altare deo prius in tabernaculo, quod per Moysen factum est collocatum: Aram quoque in Apostolicis literis inueniri vbi martyres clamant sub ara dei. Dicit cessisse ieiunio gladium, non recordans illum quo milites Evangelici armantur ex vtroque testamento gladium bis acutum. Dicit cessisse precibus ignem, quasi non & tunc preces deferbantur in templum, & nunc à Christo ignis est missus in mundum. Dicit cessisse pani pecus, tanquam nesciens & tunc in domini mensa panes propositionis poni solere, & nunc se de agni immaculati corpore partem sumere. Dicit cessisse poculo sanguinem, non cogitans etiam nunc se accipere in poculo sanguine. Quanto ergo melius & congruentius vetera transiisse, & noua in Christo facta esse, sic diceret, vt cederet altare altari, gladius gladio, ignis igni, panis pani, pecus pecori, sanguis sanguini. Videmus quippe in his omnibus carnalem vetustatem spiritali cedere nouitati. Sic ergo intelligendum est, siue in isto die volubili septimo prandatur, siue à quibusdam etiā ieiunetur, tamen sabbato spiritali sabbatū carnale cessasse, quando in isto sempiterna & vera requies concupiscitur, in illo vacatio temporalis iam superstitione contemnitur. Cetera quæ sequuntur quibus suam dispositionem iste concludit, sicut alia quadam quæ inde commemoranda non arbitratus sum, multo magis ad causam non pertinent, in qua de ieiunio sabbati vel prædio disputatur. Sed ea tibi ipsi maxime, si in iis quæ à me dicta sunt aliquid admiraris, aduertenda & iudicanda dimitto. Si autem quoniam huic quantum potui sufficienter respondi me puto, de hac re sententiam meam quæris, ego in Evangelicis & Apostolicis literis, totoq; instrumento quod appellatur testamentū nouum, animo id reuoluens, video præceptum esse ieiunium. Quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, præcepto domini vel Apostolorum non inuenio definitum. Ac per hoc sentio, non

Math.6.

Luc.6.

B

C

Instrumentū.

quidem ad obtinendam quæ fides obtinet iustitiam, in qua est pulchritudo filiae regis intrinsecus, sed tamē ad significandam requiem sempiternam, vbi est verū sabbatum relaxationē, quam contritionem ieiunij aptius conuenire. Verū tamen in huius sabbati ieiunio siue prædio, in his nihil mihi videtur tutius pacatisq; seruari, quam vt qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem nō iudicet: quia neq; si manducauerimus abundabimus, neq; si nō manducauerimus egebimus: custodita scilicet eorū inter quos viuimus, & cum quibus deo viuimus, in his rebus inoffensa societate. Sicut enim quod ait Apostolus verū est, malū esse homini qui per offensionē manducat, Ita malum est homini qui per offensionem ieiunat. Nō itaq; simus eis similes, qui videntes Ioannē nō manducantem nec bibentem dixerunt: Dæmonium habet. Sed ne rursus eis qui videntes Christum manducantem & bibentem dixerunt: Ecce homo vorax & vinosus, amicus publicanorū & peccatorum. Rem quippe valde necessariam his dictis dominus ipse subiicit atq; ait: Et iustificata est sapientia in filiis suis: Qui sunt autem isti, si requiris, lege quod scriptum est: Filij sapientiae etiam iustorū, ij sunt qui quādo manducant, nō manducantes non spernunt, quando non manducant manducantes nō iudicant: sed eos planè qui per offensionem nō manducant, siue manducant, vel spernant, vel iudicant. Et de die quidem sabbati facilior causa est, quia & Romana ieiunat ecclesia, & aliae nonnullae, etiā si pauca siue illi proximæ siue longinquæ: Die autē dominico ieiunare scandalum est magnū, maxime postquam innotuit detestabilis multumq; fidei catholicae scripturisq; diuinitus apertissime cōtraria hæresis Manichæorum, qui suis auditoribus ad ieiunandū istum tanquam constituerunt legitimum diem, per quod factum est, vt ieiunium diei dominici horribilius haberetur. Nisi forte aliquis idoneus sit nulla refectioe interposita vltra hebdomadam perpetuare ieiunium, vt ieiunio .xl. dierum quantum poterit appropinquet, sicut aliquos fecisse cognouimus. Nam & ad ipsum quadragenarium numerum peruenisse quendā à fratribus fide dignissimis nobis asseueratum est. Quemadmodum enim veterum patrum temporibus, Moyses & Helias nihil contra prandia sabbatorum fecerunt, cum diebus quadraginta ieiunauerunt: Ita qui poterit septem dies ieiunando transire, non sibi ad ieiunandum eligat dominicum diem, sed in iis eum inuenit quos ieiunaturū se vult plurimos dies. Ieiunium tamen etiam continuatum, si in hebdomade soluendum est, nullo congruentius quam dominico die soluitur. Si autem post hebdomadem corpus reficitur, non vtique ad ieiunandum dies dominicus eligitur, sed in numero quem voueri placuit inuenitur. Nec illū moueat quod Priscillianistæ Manichæorum simillimi ad ieiunandum die dominico solent testimonium de Apostolorum actibus adhibere, cum esset Apostolus Paulus in Troade. Sic enim scriptum est: In vna autem sabbati congregatis nobis frangere panem. Paulus disputabat illis Ieiunaturus alia die, produxitque sermonem vsque ad medium noctis. Deinde cum descendisset de cœnaculo, vbi congregati erant ad resuscitandum adolefcentem, qui grauatus somno de fenestra ceciderat & mortuus ferebatur, de ipso Apostolo scriptura sic loquitur, Ascendens autem, inquit, cum fregisset panem atque gustasset satisque esset alloquutus vsque ad diluculum, sic profectus est: absit vt hoc sic acci-

D

scilicet ieiunium.

Rom.14.

Math.11.

E

scilicet ecclesiae.

Manichæi ieiunant die dominico.

F

Ieiunium volunt multorum dierum.

Acto.20.

Psal.49.

H

Esa.5.

G piatur, tanquam solerent Apostoli dominico die solē-
niter ieiunare. Quia enim sabbati tunc appellabatur
dies, qui nunc dominicus appellatur, quod in Euange-
liis apertius inuenitur. Nam dies resurrectionis do-
mini, prima sabbati à Matthæo, à cæteris autem tri-
bus, vna sabbati dicitur: quem constat eum esse, qui
dominicus postea appellatus est. Aut ergo post pera-
ctum diem sabbati, noctis initio fuerant congregati,
quæ utique nox iam ad diem dominicum, hoc est, ad
vnam sabbati pertinebat: & ita eadem nocte fractur-
us panē sicut frangitur in sacramento corporis Chri-
sti, produxit sermonem vsque ad medium noctis, vt
post sacramenta celebrata, rursus vsque ad diluculum
alloquens congregatos, quoniam multum festinabat
lucescere proficisceretur dominico die. Aut certe si
in vna sabbati non per noctem sed per diem hora do-
minici fuerant congregati, eo ipso quod dictū est, Pau-
lus disputabat illis exiturus alia die, expressa est cau-
sa producendi sermonis, quia fuerat exiturus, & eos suf-
ficienter instruere cupiebat. Non ergo solenniter die
dominico ieiunabant, sed necessarius sermo, qui studij
feruentissimi audiebatur ardore, reficiendi corporis
causa interrumpendus esse non visus est profecturo
Apostolo, qui eos propter alios suos vsquequaque di-
scursus, vel aliās nūquam, vel rarissime visitabat, præ-
sertim quia tunc ex illis terris sicut consequentia doc-
cent, ita discēssurus erat, vt iam non esset eos in carne
visurus. Ac per hoc magis ostēditur dominicis diebus
solita illis non fuisse ieiunia, quia ne hoc crederetur
curauit scriptor libri causam producendi sermonis
exponere: vt sciremus si aliqua necessitas oriatur, vr-
gentiori actioni non esse prandium præferendum:
quanuis ab istis audivisse audientibus, & ipsum fon-
tem cogitantibus profecturum, atque ideo magna si-
ti non aquæ, sed verbi sine satietate, quicquid influe-
bat haurientibus, non tantum carnale prandium, ve-
rumetiam cœna contempta est. Sed tunc quanuis do-
minico die solita illis ieiunia non fuissent, non erat ta-
men ecclesiæ tam insignis offensio, si aliqua tali ne-
cessitate, qualem Apostolus Paulus habuit, die toto do-
minico, vsque ad medium noctis, vel etiam vsque ad
diluculum reficere corpora non curarent. Nunc ve-
rò postea quam hæretici maximè impiissimi ieiu-
nii diei dominici nō aliqua necessitate occurrēti per-
agere, sed quasi sacra solennitate statuta dogmati-
zare cœperunt, & innotuerunt populis Christianis,
profecto nec tali necessitate qualem Apostolus ha-
buit, existimo faciendum esse quod fecit: ne maius ma-
lum incurratur in scandalo, quam bonum percipia-
tur ex verbo. Quicquid tamen causæ vel necessita-
tis extiterit, cur homo Christianus die dominico iei-
unare cogatur, sicut etiam illud in actibus Aposto-
lorum inuenimus, in naufragij periculo, vbi & ipse
Apostolus nauigabat, quatuordecim diebus, ac per hoc
duplus dominicis ieiunatum, nullo modo dubitare
debemus, dominicum diem quando non plures dies
sine vlla refectione continuandi vouentur, inter iei-
uniorum dies non esse ponendum. Cur autem quar-
ta & sexta maxime ieiunet ecclesiæ, illa ratio reddi
videtur, quod consyderato Euangelio, ipsa quarta
sabbati, quam vulgo quartam feriam vocant, consili-
um reperitur ad occidendum dominum fecisse Iu-
dæi. Intermissio autem vno die, cuius vespera domi-
nus Pascha cum discipulis manducauit, qui finis fuit
eius diei, quem vocamus quintam sabbati: deinde

traditus est ea nocte, quæ iam ad sextam sabbati, qui
dies passionis eius manifestus est, pertinebat. Hic di-
es primus azymorum fuit à vespera incipiens. Sed
Matthæus Euangelista, quintam sabbati dicit fuisse
primam diem azymorum, quia eius vespera sequen-
te futura erat cœna Paschalis, qua cœna incipiebat
azymum & ouis immolatio manducari. Ex quo col-
ligitur, quartam sabbati fuisse, quando ait dominus:
Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius homi-
nis tradetur vt crucifigatur. Ac per hoc dies ipse iei-
unio deputatus est: quia sicut Euangelista sequitur
& dicit, Tunc congregati sunt principes sacerdo-
tum & seniores populi in atrium principis sacerdo-
tum, qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerunt, vt
Iesum dolo tenerent & occiderent. Intermissio au-
tem vno die, de quo dicit Euangelium: Prima autem
azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes:
Vbi vis paremus tibi comedere pascha? Hoc ergo
die intermisso passus est dominus, quod nullus am-
bigit, sexta sabbati: quapropter & ipsa sexta rectè iei-
unio deputatur. Ieiunia quippe humilitatem signifi-
cant. Vnde dictum est: Et humiliabam in ieiunio
animam meam. Sequitur sabbatū, quo die caro Chri-
sti in monumento requieuit, sicut in primis operibus
mundi requieuit deus l illo die Iab omnibus operibus
suis. Hinc exorta est ista in regia illa veste varietas,
vt alij sicut maxime populi Orientis propter requiem
significandam mallent relaxare ieiunium: alij pro-
pter humilitatem mortis domini ieiunare, sicut Ro-
mana & nonnullæ Occidentis ecclesiæ. Quod qui-
dem vno die quo Pascha celebratur propter renouan-
dam rei gesta memoriam, quia discipuli humanitus
mortem domini doluerunt, sic ab omnibus ieiuna-
tur, vt etiam illi sabbati ieiunium deuotissime cele-
brent, qui cæteris per totum annum sabbatis prandēt,
vtrumque videlicet significantes, & in vno annueria-
rio die luctum discipulorum, & cæteris sabbatis quietis
bonum. Duo quippe sunt, quæ iustorum beatitudi-
nem & omnis miserix finem sperari faciunt, mors
& resurrectio mortuorum. In morte requies est, de
qua dicitur per prophetam: Plebs mea intra in cella-
ria tua, abscondere pusillum, donec transeat ira domi-
ni, In resurrectione autem in homine toto, id est, in
carne & spiritu perfecta felicitas. Hinc factum est vt
horum duorum vtrumque non significandum puta-
retur labore ieiunij, sed potius refectionis hilaritate,
excepto Paschali vno sabbato, quo discipulorum, sicut
diximus, luctus propter rei gesta memoriā fuerat ieiu-
nio prolixiore significandus. Sed quoniam non inue-
nimus, vt iam supra commemorauimus, in Euangelicis
& Apostolicis literis quæ ad noui testamenti reuela-
tionem proprie pertinent, certis diebus aliquibus eui-
denter præceptum obseruanda esse ieiunia: & ideo res
quoque ista sicut aliæ plurimæ, quas enumerare dif-
ficile est, inuenit in veste illius filix regis, hoc est, eccle-
siæ varietatis locum, indicabo tibi quid mihi de hoc
requerenti responderit venerandus Ambrosius, à quo
baptizatus sum, Mediolanensis episcopus. Nam cum
in eadem ciuitate mater mea mecum esset, & nobis
adhuc catechumenis, parum ista curatibus, illa solici-
tudinem gereret, vtrum secundum morem nostræ ci-
uitatis sibi esset sabbato ieiunandum, an ecclesiæ Me-
diolanensis more prandendū, vt hac eam cūctatione li-
berarem, interrogauit hoc supradictum hominem dei.
At ille, Quid possū, inquit, hinc docere amplius quam
ipse fa-

A ipse facio? Vbi ego putaueram nihil eum ista respon-
sione præcepisse, nisi vt sabbato præderem? Hoc quip-
pe ipsum facere sciebam, sed ille secutus adiecit. Quan-
do hic sum non ieiuno sabbato, quando Romæ sum
ieiuno sabbato: & ad quancunque ecclesiam veneritis,
inquit, eius morem seruate, si pati scandalum non vul-
tis aut facere. Hoc responsum retuli ad matrem, ei-
que suffecit, nec dubitauit esse obediendum, hoc etiam nos
secuti sumus. Sed quoniā contingit maxime in Aphri-
ca, vt vna ecclesia vel vnus regionis ecclesiæ: alios ha-
beant sabbato prandentes, alios ieiunantes, mos eorum
mihi sequendus videtur, quibus eorum populorum cō-
gregatio regenda commissa est. Quapropter si consi-
lio meo, præsertim quia in hac causa plus fortè quam
satis fuit te petente atque vrgete locutus sum, libenter
acquiescis, episcopo tuo in hac re non resistere, & quod
facit ipse, sine vilo scrupulo vt disceptatione sectare.

Augustinus Felicitati & Rustico de malis & fraterna
correptione patienter tolerandis.

Epistola. LXXXVII.

BILECTISSIMAE & sanctissime matri Fœ-
licitati, & fratri Rustico, & sororibus quæ vo-
bis cum sunt, Augustinus & qui mecum sunt
in domino salutē. Bonus est dominus & misericor-
dia eius vbique diffusa, quæ nos de vestra charitate in
suis visceribus consolatur. Quātum enim diligit cre-
dentes & sperantes in se, & illum atque inuicem dili-
gentes, & quid eis in posterum seruet, hinc maxime o-
stendit, cum infidelibus & desperatis, & peruersis qui-
bus in mala voluntate vsque in finem perseueranti-
bus, ignem cum diabolo æternum minatur, in hoc ta-
men seculo bona tanta largitur: qui facit oriri solem
suum super bonos & malos, & pluit super iustos, & in-
iustos: breuiter lenim, aliquid dictum est vt plura co-
gitentur: Quam multa enim habeat impij in hac vi-
ta munera & dona gratuita ab illo quem cōtempnunt,
enumerare quis potest? Inter quæ illud magnum, quod
exemplis interpositarum tribulationū, quas huius se-
culi dulcedini tanquam bonus medicus miscet, admo-
net eos si attendere velint, fugere ab ira ventura, & cū
in via sunt, id est, in hac vita, concordare cum sermo-
ne dei, quem sibi aduersarium habent male viuendū.
Quid ergo non misericorditer præstat hominibus
à domino deo, à quo etiam tribulatio beneficium est:
Nam res prospera donum est consolantis, res autem
aduersa donum est admonentis dei. Et si hæc præstat
vt dixi etiam malis, quid præparat sustinentibus sei-
quorum in numero vos per illius gratiam congrega-
tos esse gaudere, sustinentes inuicem in dilectione, stu-
dentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Non
enim deerit quod in vobis inuicem sufferatis, nisi cum
vos ita portauerit dominus absorpta morte in victo-
riam, vt sit deus omnia in omnibus. Dissensiones au-
tem nunquam debent amari, sed aliquando tamen aut
à charitate nascuntur, aut charitatem probant. Quis
enim facile inuenitur qui velit reprehendi? & vbi est
ille sapiens de quo dictum est: Corripe sapientem &
amabit te? nunquid tamen ideo non debemus repre-
hendere & corripere fratrem, ne securus tēdat in mor-
tem? Solet enim fieri & frequenter accidit, vt ad ho-
ram contristetur cum reprehenditur & resistat & con-
tendat, & tamen postea consyderet secum in silentio,
vbi nemo est nisi deus & ipse, & timet displicere homi-
nibus, quia corripitur, sed timet displicere deo, quia
Tomus secundus.

non corrigitur, & deinceps non faciat illud in quo iu-
ste reprehensus est, & quantum odit peccatum suum,
tantum diligit fratrem, quem sensit hostem peccati
sui. Si autem de illo numero est, de quo dictū est, Cor-
ripi stultum & adiciet vt oderit te, non de charitate
illius dissensio nascitur, sed tamen charitatem repre-
hensoris sui exercet & probat, quia non ei rependitur
odium, sed dilectio, quæ cogit reprehendere, impertur-
bata perdurat, etiam cum ille qui reprehensus est odit.
Si autem ille qui corripit, reddere vult malum pro ma-
lo ei qui corripienti indignatur, non fuit dignus qui
corriperet, sed dignus planè qui etiam ipse corripī de-
beret. Hæc agite vt inter vos aut nō existant indigna-
tiones, aut exorta statim celerrima pace perimantur.
Maiorem date operam concordandis vobis quam re-
darguendis: quia sicut acetum corrumpit vas, si diu-
tius ibi fuerit, sic ira corrumpit cor, si in alium diem
durauerit. Hæc ergo agite, & deus pacis erit vobiscum,
orantes simul & pro nobis, vt ea quæ bene monemus,
alacriter impleatis.

Hilarius Augustino proponens illi quæstiones aliquot, de
quibus cupit edoceri.

Epistola. LXXXVIII.

DOMINO sancto iure ac merito venerabili,
& per omnia colendo Augustino episcopo,
Hilarius. Sanctitatis tuæ gratia, quæ om-
nibus nota est, paruitati meæ persuasit, vt vestris de
Syracusano Hipponem remeantibus, has ad laudan-
dam mihi venerabilitatem tuam literas erogarem,
poscens summam trinitatem, vt incolumis & vege-
tus dei nostri fauore hoc meum scriptum ad recenten-
dum suscipias, domine sancte iure ac merito venera-
bilis, & per omnia colende. Proinde rogo vt mei me-
mor in sanctis orationib⁹ tuis esse digneris, atque im-
pēritiam nostram informare de eo, quod quidā Chri-
stiani apud Syracusas exponunt, dicentes: posse esse
hominem sine peccato, & mandata dei facile custodi-
rē si velit. Infantem non baptizatum morte præuen-
tum non posse perire merito, quoniam sine peccato
nascitur. Diuitem manentem in diuitiis suis, regnum
dei non posse ingredi, nisi omnia sua vendiderit, nec
prodesse eidem posse, si fortè ex ipsis diuitiis fecerit
mandata. Non debere iurare omnino. Et de ecclesiis
quæ sit de qua scriptum est, non habere rugam neque
maculam, vbi hæc sit, an in qua nunc congregamur,
an illa quam speramus. Quidam autem putant, eccle-
siam hanc esse, quæ nunc frequentatur populis, & sine
peccato esse non posse. De his omnibus rogo quantis
valeo precibus sanctitatem tuam, vt iubeas nos aper-
tius instrui, quō nouerimus, quatenus sentire debea-
mus. Dei nostri misericordia sanctitatem tuam in-
columen cōseruet annis innumeris opto, domine san-
cte iure ac merito venerabilis & per omnia colende.

Augustinus Hilario respondens ad illius percontationes.
Epistola. LXXXIX.

AVGVSTINVS episcopus seruus Christi
& eius ecclesiæ, dilectissimo filio Hilario in
domino salutem. Ex literis tuis didici, nō
solum incolumitatem tuam, sed etiam religiosum stu-
dium tuum circa verbum dei, & piam curam pro salu-
te tua quæ est in Christo Iesu domino nostro. Vnde
gratias deo agens non distuli rescripta persolvere.
Si ergo quæris in hac vita, vtrum quisquam ita iusti-
tix perfectione proficiat, vt hic sine vilo viuat omni-
bus.

Quæstio. 2.
vna.

Gno peccato: attende quid dixerit Ioannes Apostolus, quem dominus inter discipulos suos praecipue diligebat. Si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus: & veritas in nobis non est. Si ergo illi de quibus mihi scripsisti, se dicunt esse sine peccato, vides quia se ipsos decipiunt, & veritas in eis non est. Si autem se esse peccatores fatentur ut dei misericordiam possint mereri, compescant se ab aliis etiam decipiendis, quibus hanc superbiam persuadere conantur. Omnibus enim necessaria est oratio dominica, quam etiam ipsis arietibus gregis, id est, Apostolis suis dominus dedit, ut unusquisque deo dicat: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Cui enim haec in oratione verba necessaria non fuerint, ipse hic sine peccato vivere pronuntiandus est. Quales si aliquos futuros dominus praevideret, meliores utique quam exciterunt eius Apostoli, aliam orationem illos doceret, qua non peterent dimitti sibi peccata, quibus in baptismo fuerant omnia iam dimissa. Nam si Daniel sanctus non coram hominibus quasi humilitate fallaci, sed coram deo, id est, in oratione qua deum precabatur, non solum peccata populi sui, sed etiam sua constebatur, sicut eius ore veridico expressum est: nihil aliud mihi videtur dicendum istis, nisi quod per prophetam Ezechielem cuidam superbo dominus mandat: Nunquid tu sapientior quam Daniel? Sed plane qui misericordia dei adiutus & gratia se ab eis peccatis abstinerit, quae etiam crimina vocantur, atque illa peccata sine quibus non hic vivitur mundare operibus misericordiae & piis orationibus non neglexerit, merebitur hinc exire sine peccato, quantum cum hic viveret habuerit nonnulla peccata: quia sicut ista non defuerunt, ita etiam remedia quibus purgarentur affuerunt. Quisquis autem hac velut occasione comperta, cum audierit neminem hic arbitrio suo sine peccato vivere, dederit se libidinibus, & criminibus nephariis obligaverit, atque in his criminosis conceleratisque moribus usque in diem suum ultimum perduraverit, qualibet inter haec eleemosynas faciat, & infeliciter ducit vitam, & infelicis finit. Sed isti utcumque tolerandi sunt, quando dicunt vel esse vel fuisse hic aliquem praeter unum sanctum sanctorum qui nullum haberet omnino peccatum. Illud vero quod dicitur sufficere homini liberum arbitrium ad dominica praeccepta implenda, etiam si dei gratia & spiritus sancti dono ad opera bona non adiuvetur, omnino anathematizandum est, & omnibus execrationibus detestandum. Qui enim hoc asserunt, a gratia dei penitus alieni sunt: qui ignorantes dei iustitiam, sicut de Iudaeis dicit Apostolus, & suam volentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti: Plenitudo quippe legis non est nisi charitas. Et utique charitas dei diffusa est in cordibus nostris, non per nos ipsos nec viribus propriae voluntatis, sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Valet itaque liberum arbitrium ad opera bona, si divinitus adiuvetur, quod sit humiliter petendo & faciendo. Desertum vero divino adiutorio qualibet scientia legis excellat, nullo modo habebit iustitiae sollicitudinem, sed inflationem impiae superbiae, & exitiosum tumorem. Docet hoc eadem ipsa dominica oratio. Frustra enim rogantes deum dicimus: Ne nos inferas in tentationem, si hoc in nostra sic positum est potestate, ut nullo illius adiutorio id valeamus adimplere. Dicitur enim: Ne nos inducas in tentationem: quod intelligitur ne nos inferri deferendo permittas. Fidelis enim deus, ait Apostolus, qui

non vos permittit tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere. Ut quid hoc dixit deum facere, si hoc sine ipsius adiutorio in sola nostra est potestate? Nam & ipsa lex in hoc adiutorium data est illis, qui ea legitime utuntur, ut per illam sciant, vel quid iustitiae iam acceperint, unde gratias agant, vel quid adhuc eis desit, quod instanter petant. Qui autem sic audiunt quod ait lex: Non concupisces, ut hoc quia didicerint, sufficere sibi arbitrentur, nec adiutorio gratiae dei ad faciendum quod iustum est dari sibi virtutem credant & petant, ad hoc eis lex subintravit, ut abundaret delictum, quod dictum est de Iudaeis: Parum enim est, quia non implent quod praecipit lex. Non concupisces, sed insuper superbiunt, & ignorantes dei iustitiam, id est, quam deus dat, qui iustificat impium, & suam volentes constituere tanquam suae voluntatis viribus facta, iustitiae dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti, qui utique ideo venit, ut ubi abundavit delictum, superabundet gratia. Cui gratia si fuerunt inimici, dei ignorantes iustitiam, & suam volentes constituere, quare sunt & isti inimici, si in eum crediderunt, quem illi occiderunt: An ut illi accipiant praemium, qui occiso Christo suam impietate accusaverunt, & se illius gratiae cognita subdiderunt: & isti portent iudicium, qui sic in Christum volunt credere, ut eius ipsam gratiam conentur occidere? Ad hoc quippe in eum credunt qui recte credunt, ut esuriant sitiuntque iustitiam, & eius gratia saturentur. Omnis enim, sicut scriptum est, qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Non utique salute corporis quam multi habent, & qui non invocant nomen domini, sed illa salute de qua ipse dicit: Non est opus sanis medicus sed aegrotantibus: & quid dixerit consequenter exponens, Non veni, inquit, vocare iustos sed peccatores. Iustus ergo sanos, peccatores autem dixit aegrotos. Non itaque de suis viribus praesumat aegrotus, quia in multitudine virtutis suae non erit saluus. Nam si inde praesumat, videat ne vires istae non sint quales solent esse sanorum, sed quales solent esse phreneticorum: qui cum sint insani, adeo se sanos putant, ut nec medicum quaerant, & tanquam importunum insuper cedant: sicut isti Christum insana superbia quodammodo caedunt, cuius gratiae tam benignum adiutorium ad faciendam iustitiam dato legis praeccepto necessarium non esse contendunt. Desinant ergo sic insanire, & ad hoc se intelligant habere quantum possunt liberum arbitrium, non ut superba voluntate respuant adiutorium, sed ut pia voluntate inuocent dominum. Haec enim voluntas libera tanto erit liberior, quanto sanior: tanto autem sanior, quanto diuinae misericordiae gratiaque subiectior. Ipsa quippe fideliter orat & dicit: Itinera mea dirige secundum verbum tuum, & ne dominetur mihi omnis iniquitas. Quomodo enim libera est, cui dominatur iniquitas? Ut ei autem non dominetur, vide ab illa quis inuocetur. Non enim ait: Itinera mea dirige secundum liberum arbitrium, quia non dominatur mihi omnis iniquitas: sed, Itinera mea, inquit, dirige secundum verbum tuum, & ne dominetur mihi omnis iniquitas. Precatur, non pollicetur: consistitur, non proficitur: optat plenissimam libertatem, non iactat propria potestatem. Non enim omnis qui viribus suis confidit, sed omnis qui inuocat nomen domini, saluus erit. Quomodo autem inuocabatur, inquit, in quem non crediderunt? Ad hoc ergo credunt, qui recte credunt ut inuocent in quem crediderunt, & valeat facere quod in praecipis

Aptis legitimis acceperunt: quoniam id quod lex imperat, fides impertiat. Nam ut interim omittamus legis multa praeccepta, & hoc inde commemoremus, quod ad commemorandum elegit Apostolus, cum dicit lex, Non concupisces: quid videtur aliud imperare, nisi ab illicitis cupiditatibus continentiam? Animus quippe velut pondere, amore fertur quocumque fertur. Iubemur itaque detrahere de pondere cupiditatis, quod accedat ad pondus charitatis, donec illud consumatur, hoc perficiatur. Plenitudo enim legis est charitas, & tamen de ipsa continentia vide quid scriptum sit: Et cum scirem, inquit, quia nemo potest esse continens nisi deus det: & hoc ipsum erat sapientiae, scire cuius esset hoc donum, ad id dominum & deprecatus sum illum. Nunquid dixit: Et cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi per proprium liberum arbitrium, & hoc ipsum erat sapientiae, scire a meipso esse hoc bonum? Non plane hoc dixit, quod quidam in sua vanitate dicunt, sed quod fuit in sancta scriptura veritate dicendum. Cum scirem, inquit, quia nemo potest esse continens, nisi deus det. Iubet ergo deus continentiam, & dat continentiam: iubet per legem, dat per gratiam: iubet per literam, dat per spiritum. Lex enim sine gratia facit abundare delictum, & litera sine spiritu occidit. Iubet ideo, ut facere iussa conati, & in nostra infirmitate sub lege fatigati, adiutorium gratiae poscere nouerimus, & si quid facere poterimus operis boni, ei qui adiuuat, non simus ingrati, hoc & iste fecit. Id enim eum sapientia docuit cuius esset hoc donum. Neque enim voluntatis arbitrium ideo tollitur, quia iuuatur: sed ideo iuuatur, quia non tollitur. Qui enim deo dicit, adiutor meus esto, consistetur se velle implere quod iussit, sed ab eo, qui iussit, adiutorium poscere, ut possit. Sic & iste, cum sciret neminem esse posse continentem, nisi deus det, adiit dominum, & deprecatus est: utique volens adiit, volens deprecatus est, nec petisset nisi esset voluntas. Sed nisi petisset, quantum posset voluntas? Quia & si possit antequam petat, quid ei prodest, nisi illi agat gratias ex eo quod potest, a quo petendum est quod nondum potest? Unde etiam qui iam continens est, non habet utique continentiam, nisi ad se voluitas: sed nisi accepisset, quid haberet voluitas? Quid enim habes, inquit, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? Id est, quid gloriaris quasi a teipso habeas: quod si non accepisses, a teipso habere non posses. Hoc autem dictum est, ut qui glorietur, non in seipso, sed in domino glorietur: & qui nondum habet unde glorietur, non a seipso speret, sed dominum precetur. Satius est enim minus quicquam habere quod a deo petat, quam plus habere quod sibi tribuat: quoniam expedit ab imo surgere, quam ex alto cadere. Deus enim, scriptum est, superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Ad abundantiam igitur delictorum lex nos docet quid velle debeamus, nisi adiuuet gratia, ut quod volumus, valeamus: & quod valuerimus, impleamus. Adiuuabit autem, si non de nostris praesumentes, alta sapiamus, sed humilibus consentientes, & de iis quae iam possumus, gratias agamus, & pro iis quae nondum possumus, deum suppliciter inhiante voluntate poscimus, adimiculantes orationem nostram nunc fructuosos operibus: dando, ut detur nobis: dimittendo, ut dimittatur nobis. Quod autem dicitur infantem morte praeventum, non baptizatum perire non posse, quoniam sine peccato nascitur: non hoc dicit Apostolus: & arbitrator esse melius ut Apostolo potius quam istis credamus. Dicit enim ille doctor gentium, in quo Christi

stus loquebatur: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Et paulo post dicit: Nam iudicium quidem ex vno delicto in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Proinde isti, quem forte inuenerint infantem non ex illius unius hominis concupiscentia procreatum, ipsum dicant illi donationi non esse obnoxium, nec per Christi gratiam ab illa donatione esse liberandum. Quid est enim ex vno delicto in condemnationem, nisi illo delicto quo deliquit Adam? Et quid est ex multis delictis in iustificationem, nisi quia Christi gratia non solum illud delictum soluit, quo obstringuntur infantes, ex illo vno homine procreati, sed etiam multa delicta, quae cum creuerint homines, addunt malis moribus suis? Tamen & illud unum quo est obligata propago carnalis, quae ab illo primo homine originem ducit, sufficere dicit ad condemnationem. Ideo non est superfluum baptismus paruulorum, ut qui per generationem illi condemnationi obligati sunt, per regenerationem ab eadem condemnatione liberentur. Et sicut non inuenitur homo, qui ab eadem condemnatione soluitur, sic non inuenitur homo, qui praeter Christi spiritaliter regeneretur. Carnalis autem generatio delicto illo vni & damnationi eius obnoxia est: spiritualis vero regeneratio non solum illud unum, propter quod baptizantur infantes, sed multa delicta facit aboleri, quae homines male viuendo ad illud in quo generati sunt addiderunt. Ideo sequitur & dicit: Si enim ob vnius delictum mors regnavit per unum, multo magis qui abundantiam gratiae & iustitiae accipiunt, in vita regnabunt per unum Iesum Christum. Itaque sicut per vnius delictum in omnes homines ad condemnationem, ita per vnius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vita: sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per vnius obedientiam iusti constituuntur multi. Quid ad ista dicturi sunt, aut quid eis restat, nisi ut Apostolum errasse contendant? Clamat vas electionis, doctor gentium, tuba Christi, iudicium ex vno in condemnationem. Et reclamant isti, asserentes paruulos, quos ex illo vno homine, de quo loquitur, ducere propaginem consistunt, non ire in condemnationem, etiam si non fuerint baptizati. Iudicium, inquit, ex vno in condemnationem. Quid dicit ex vno, nisi delicto? Sequitur enim: Gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Ergo inde iudicium etiam ex vno delicto ducit in condemnationem: hinc autem gratia etiam ex multis delictis ducit in iustificationem. Quapropter si non audent resistere Apostolo, exponant nobis quare iudicium ex vno delicto ducit in condemnationem, cum ex multis delictis homines danandi veniant ad iudicium? Aut si propterea ita dictum putant, quia initium peccati ex Adam factum est, quod imitati ceteri sunt, ut sic ex vno illo delicto in iudicium condemnationemque traherentur, qui cum imitando multa peccauerunt, Cur non etiam de gratia & iustificatione sic dictum est? Cur non dicit similiter: Et gratia ex vno delicto in iustificationem? Sicut enim hominum multa delicta, inter illud unum quod imitati sunt, & iudicium quo puniuntur, media reperiuntur: ab vno quippe ad multa venerunt, ut a multis ad iudicium damnationemque ducerentur: sic eadem multa delicta inter hoc ipsum unum, cuius imitatione commissa sunt, & gratiam qua dimittuntur, eodem modo media sunt, quoniam ex illo vno ad multa ve-

1. Ioan. 1.

Math. 6.

An beata virgo orauerit.

Ezech. 28.

Secunda de libero arbitrio.

Rom. 10.

Rom. 13. Rom. 5.

† soliditate.

Math. 6.

† inferas.

1. Cor. 10.

Rom. 7.

Hoc aliter exponunt quidam.

Iohel. 2. Rom. 10.

Math. 9.

Psalm. 32.

1. Cor. 4.

M

Psalm. 118.

Rom. 10.

† impetrat.

Rom. 13. Sapient. 8.

1. Cor. 3.

Iaco. 4.

Questio tertiana de peccato originis.

Rom. 5.

† solentur: E

† alia, sicut enim non inuenitur homo qui praeter Adae carnaliter generetur, sic, &c.

Rom. 5.

E

Gnerunt, vt ex multis ad gratiam iustificandi venirent. Cū ergo in vtroq; id est, & iudicio & gratia, quod attinet ad vñū & multa delicta, vna eademq; ratio sit, dicant isti nobis quare iudicium dixerit ex vno delicto ducere in condemnationem, gratiam verò ex multis delictis in iustificationem: aut acquiescant ideo sic esse dictum, quia in hac causa duo constituuntur homines: Adam, ex quo consistit generatio carnalis: & Christus, ex quo regeneratio spiritalis. Sed quia tantum ille homo, iste autem & deus & homo, nō quomodo illa generatio vno delicto obligat, quod est ex Adam, ita ista regeneratio vñū delictum solū soluit, quod est ex Adā. Sed illi quidem generationi sufficit ad condēnationē vnius delicti cōnexio: quicquid enim postea homines ex malis suis operibus addunt, nō pertinet ad illam generationem, sed ad humanā conuersationem: huic autem regenerationi non sufficit illud delictū tantūmodo soluere, quod ex Adam trahitur, sed quicquid etiā postea ex iniquis operibus humanā cōuersationis accedit. Ideo iudicium ex vno in condēnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim ob vnius delictum mors regnauit per vñū, à quo delicto paruuli per baptismum expiantur, multo magis qui abundantiam gratiæ & iustitiæ accipiunt, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum: multo magis vtiq; in vita regnabunt, quia æternæ vitæ regnū erit, mors autem in eis temporaliter transit, non in æternū regnabit. Itaque sicut per vnius delictum in omnes homines ad condēnationem, de qua cōdēnatione paruuli per sacramentum baptismi liberandi sunt, ita per vnius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitæ. Et hic omnes dixit, & ibi, non quia omnes homines venirent ad gratiam iustificationis Christi, cum tam multi alienati ab illa, in æternum moriantur: sed quia omnes qui renascuntur in iustificationem, non nisi per Christū renascuntur: sicut omnes qui nascuntur in condēnationem, non nisi per Adam nascuntur. Nemo quippe est in illa generatione, præter Adam: nemo in ista regeneratione, præter Christum: ideo omnes & omnes, eisdē autem omnes etiā multos postea dicit, adiungens: Sicut enim per inobediētiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, sic & per vnius hominis obediētiam iusti cōstituuntur multi. Qui multi: nisi quos iā paulo ante oēs dixerat. Vide quemadmodū commendat vñū & vnum, id est Adam & Christum: illum ad condēnationem, hunc ad iustificationem, cum tanto post Adam venerit Christus in carne, vt sciamus etiam antiquos iustos, quicumq; esse potuerunt, non nisi per eandem fidem liberatos, per quā liberamur & nos, fidē scilicet incarnationis Christi, quæ illis prænucciabatur, sicut à nobis facta annūciatur: Ideo idem Christum hominem dicit, cum sit & deus, ne quis existimet antiquos iustos per deum tantummodo Christum, id est, per verbum quod erat in principio, non etiam per fidem incarnationis eius, quæ & homo Christus dicitur, potuisse liberari. Sententia quippe ista destrui non potest, de qua & alibi dicit: Per vnum hominem mors, & per vnum hominē resurrectio mortuorū. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Vtiq; resurrectionem dicit iustorū, vbi est vita æterna: non resurrectionem iniquorū, vbi mors erit æterna. Ideo ait viuificabuntur, quia illi dānabuntur. Hinc & in veterib; sacramētis circumcisio paruulorū octaua die fieri præcepta est, quoniam Christus, in quo sit delicti carnalis

expoliatio, quam significat circumcisio, die dominico K resurrexit, qui post septimū sabbati octauus est. Hęc ergo fides etiam antiquorū iustorum fuit. Vnde & Apostolus dicit: Habentes autem eūdem spiritū fidei, propter quod scriptum est: Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus propter quod & loquimur: nō diceret eundem spiritum fidei, nisi admonens etiam antiquos iustos habuisse ipsum spiritū fidei, hoc est, incarnationis Christi. Sed quia illis futura prænucciabatur, quæ iam facta à nobis annunciat, & tempore veteris testamēti velabatur, quæ tempore noui testamēti reuelatur, ideo eius sacramēta variata sunt, vt alia essent in veteri testamēto, alia in nouo, cum fides varia nō sit, sed vna sit: quia sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Quod vero illis verbis quæ tractabamus adiungit & dicit: Lex autem subintravit, vt abūdaret delictū, iam nō pertinet ad illud delictū, quod trahitur ex Adā, de quo dicebā superiorius, Mors regnauit per vñū: legē quidem siue naturalē intelligamus, quæ in eorū appareret ætatibus, qui iam ratione vti possint: siue cōscriptā, quæ data est per Moysen, quia nec ipsa viuificare potuit, & liberare à lege peccati & mortis, quæ tracta est ex Adā, sed magis addidit præuaricationis augmenta: Vbi enim lex nō est, ait idē Apostolus, nec præuaricatio. Proinde quoniam lex est etiam in ratione hominis, qui iam vtitur arbitrio libertatis naturaliter in corde cōscripta, qua suggeritur ne mali & aliquid faciat quisque alteri, quod pati ipse nō vult: secundū hanc legem præuaricatores sunt omnes, etiam qui legē per Moysen datam nō acceperunt, de quibus in psalmo legitur: Præuaricatores æstimauit omnes peccatores terræ. Non enim omnes peccatores terræ legē per Moysen datam præuaricarunt, sed tamē nisi aliquam præuaricassent, nō appellarentur præuaricatores. Vbi enim lex nō est, nec præuaricatio. Præuaricata ergo lege, quæ in paradiso data est, nascitur homo ex Adam cū lege peccati & mortis, de qua dicitur. Video aliā legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuū me ducentem in legē peccati, quæ est ex mēbris meis: quæ tamē nisi mala postea cōsuetudine roboretur, facilius vincitur, non tamen nisi gratia dei: lege autē alia præuaricata, quæ est in vsu rationis animæ rationalis in ætate hominis iam ratione vtentis, præuaricatores sunt omnes peccatores terræ: præuaricata verò lege etiā illa, quæ data est per Moysen, multo amplius abundat delictū. Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed cōclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Hęc verba si agnoscis, Apostolica sunt, de qua lege iterum dicit: Lex præuaricationis gratia posita est, donec veniret semen, cui promissum est dispositū per angelos in manu mediatoris: Christum cōmendans, cuius gratia salui sunt omnes siue paruuli à lege peccati & mortis, cum quæ nati sumus: siue maiores, qui male vtentes arbitrio voluntatis, præuaricati sunt legem naturalem ipsius rationis: siue qui legē acceperunt, quæ data est per Moysen, eamq; præuaricantes litera occisi sunt. Cum verò etiam euangelica præcepta homo præuaricatur, velut quatruiduanus mortuus putet: nec de illo tamen desperandū est propter eius gratiā, qui nō lente dixit, sed magna voce clamauit: Lazare veni forās. Lex ergo subintravit vt abundaret delictum, siue cum homines negligunt, quod deus iubet, siue cum de suis viribus præsumentes, adiutorium gratiæ non implorant, & addūt infirmitati

A infirmitati superbiam. Cum autem vocatione diuina intelligant cur sit ingemiscendum, & inuocant eum in quem rectē credunt, dicentes: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et, Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam, quia peccauit tibi: in tua iustitia viuifica me. Et, Viā iniquitatis amoue à me, & lege tua miserere mei. Et, Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatorum non moueant me. Et, Itinera mea dirige secundum verbum tuum, & ne dominetur mei omnis iniquitas. A domino enim gressus hominis diriguntur, & viam eius vult. Et alia multa, quæ propterea scripta sunt, vt nos admonerent ad implenda ea quæ nobis iubentur, l ab illo petendū adiutorium à quo iubentur. Cum ergo se homo ad illum extendit, & sic ingemuerit, fiet quod sequitur. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Et dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et diffunditur in corde charitatis dei, vnde, fiat legis plenitudo non per vires arbitrij, quod est in nobis, sed per spiritum sanctū, qui datus est nobis. Nouerit quippe ille legem, qui dicebat: Condelector enim legi dei secundum interiorē hominem: & tamen adiungebat, Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrū. Cur non dixit potius, per meum liberum arbitrium, nisi quia libertas sine gratia non est libertas, sed contumacia. Cum ergo dixisset Apostolus: Lex subintravit vt abundaret delictum: vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia. Secutus adiunxit: Vt quemadmodum regnauit peccatum in morte, sic & gratia regnet per iustitiam in vita æterna per Iesum Christum dominum nostrum. Modo cum dixisset, vt quemadmodum regnauit peccatum in morte, non ait, per vnum hominem, l aut per primum hominem, l aut per Adam, quia iam dixerat: Lex subintravit vt abundaret delictum, quæ abundantia delicti non pertinet ad primi hominis propaginem, sed ad conuersationis humanæ præuaricationem, quæ illi vni delicto, quo solo obstricti tenentur infantes, iam in maioribus ætatibus ex abundantia iniquitatis adiecta est. Sed quoniam hoc totum, etiam quod non pertinet ad illius vnius delicti originem, tamen idonea est soluere gratia Saluatoris. Ideo cum dixisset: Sic & gratia regnet per iustitiam in vita æterna: addidit, per Iesum Christum dominum nostrum. Nulla itaque argumentationes contra hæc Apostolica verba prolata, impediunt paruulos ad salutem, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Tantomagis enim pro eis loqui debemus, quanto ipsi pro se loqui nō possunt. Per vnum hominem intravit peccatum in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Sicut ab illo vno homine, sic ab eodem peccato infantes immunes esse non possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum resoluantur. Vique enim ad legem peccatum in mundo fuit. Non quia deinceps in nemine fuit, hoc dictum est, sed quia non poterat per literam legis auferri, quod solo poterat spiritu gratiæ. Ne quisquam ergo fidens de viribus non dico voluntatis, sed potius vanitatis suæ putaret libero arbitrio legem potuisse sufficere, & Christi gratiam derideret, ideo ait Apostolus: Vtiq; enim ad legē peccatū in mundo fuit: peccatum autem non deputa-

batur, cū lex nō esset. Non dixit, non erat, sed non deputabatur: quia lex non erat qua arguente demonstraretur, siue lex rationis in paruulo, siue lex literæ in populo. Sed regnauit, inquit, mors ab Adā vsque ad Moysen, quia nec lex data per Moysen potuit regnū mortis auferre, quod sola Christi abstulit gratia. In quos autē regnauerit vide: in eos, inquit, qui non peccauerunt in similitudine præuaricationis Adæ. Regnauit ergo & in eos qui non peccauerunt. Sed cur regnauerit, ostendit cum ait, In similitudine præuaricationis Adæ. Iste est enim melior intellectus horum verborum, vt cum dixisset: Regnauit mors in eos qui non peccauerunt, quasi nos moneret, quare in eos regnauerit qui nō peccauerunt, addidit, in similitudine præuaricationis Adæ, id est, quia inerat eorum in membris similitudo præuaricationis Adæ. Potest & sic intelligi: Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, & in eos qui non in similitudine præuaricationis Adæ peccauerunt, quia in semetipsis cum iam nati essent, nec ratione adhuc vtentur, qua ille vtebatur quando peccauit: nec preceptum accepissent quod ille transgressus est, sed solo originali vitio tenerentur obstricti, per quod eos regnum mortis traheret ad condēnationem. Quod regnum mortis in eis tantum non est, qui Christi gratia renati, ad eius regnum pertinent: quoniam mors temporalis, quamuis & ipsa de originali delicto propagata sit, corpus in eis interimit: animam verò ad pœnam non trahit, vbi voluit regnū mortis intelligi: vt anima renata per gratiam, iam non moriatur in gehennam, id est, à vita dei non alienetur, non separatur. Temporalis autem mors corporis etiam in iis qui Christi morte redimuntur, relinquatur interim ad exercitationem fidei, & agonem præsentis luctationis, in quo & martyres certauerunt: absumat verò & ipsa in renouatione corporis, quam resurrectio pollicetur. Ibi enim penitus absorbetur mors in victoriam, cui modo gratia Christi adimit regnum, ne suorū animas ad pœnas tartari trahat. Nonnulli sanè codices nō habent, In eos qui nō peccauerunt, sed in eos qui peccauerunt in similitudine præuaricationis Adæ. Quibus quidem verbis nullo modo iste sensus auferitur: secundū hoc quippe intelliguntur peccasse in similitudine præuaricationis Adæ, secundū quod supra dictū est, In quo oēs peccauerunt. Sed tamē Græci codices, vnde in Latinū scriptura trāsata est, illud plures habēt quod diximus. Quod non iudicium de Adam, qui est forma futuri. Neq; hoc vno intelligitur modo: Aut enim forma Christi à cōtrario est, vt quæadmodū in illo omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificentur: & quomodo per ipsius inobediētiam peccatores cōstituti sunt multi, sic per istius obediētiam iusti cōstituuntur multi. Aut formā futuri eum dixit, quod ipse inflixerit formā mortis posteris suis. Ille tamē est melior intellectus, vt à cōtrario forma esse credatur, quā multum cōmēdat Apostolus. Deniq; ne omnino ex æquo in hac forma eadē contraria pēsentur, adiungit & dicit: Sed non sicut delictum ita & donatio. Si enī ob vnius delictū multi mortui sūt, multo magis gratia dei, & donū in gratia vnius hoīs Iesu Christi in multos abūdabit: vt intelligat nō in magis multos, cū iniqui magis multi sint, qui dānabuntur, sed magis abundabit: quod in iis qui per Christū redimuntur, tēporaliter valet forma mortis ex Adam: in æternum autē valebit vitæ forma per Christū. Quāuis ergo, inquit, Adā futuri forma sit à cōtrario, plus tamen præstat Christ⁹ regeneratis, quam eis nocuerat ille ge-

Rom. 5.

1. Cor. 15.

2. Cor. 4.

Psal. 50.

Psal. 40.

Psal. 118. & 35.

Psal. 36.

Rom. 5.

Luc. 7.

Rom. 7.

Rom. 5.

Psal. 118.

M

Gala. 3.

Ioan. 11.

Græci codices.

ces.

F

verò

Rom. 5.

Gneratis: & non sicut per vnū peccantem, ita est & do-
peccatum num. Nam iudicium quidem ex vno in condēnatio-
 nem, gratia autem ex multis delictis in iustificatiōe.
 Non solum in hoc, inquit, non æqualis est forma, quia
 ille temporaliter nocuit eis, quos in æternū Christus
 redemit: verum etiam quia illius vno delicto posteri
 nisi à Christo redimantur, traduntur in condēnatio-
 nem. Christi autē redemptio etiam multa delicta dis-
 soluit, quæ illi vni abundantia præuaricatrici iniqui-
 tatis adiecit, vnde iam superius disputauimus. Contra
 hæc Apostoli verba sanumq; intellectum nemini ac-
 quiescas, si vis Christo & in Christo viuere. Nam si,
 quemadmodū illi dicunt, propterea ista commemo-
 rasset Apostolus, vt intelligeremus ad primum homi-
 nem peccatores ideo pertinere, quia non delictum ex
 illo nascendo traximus, sed eum imitatio peccauimus,
 diabolus potius poneret: quia & prior peccauit, & de
 quō nullam substantiæ propaginem traxit genus hu-
 manū, sed eum sola imitatio subsecuta est: vnde dicitur
 pater impiorum, sicut noster dicitur pater Abrahæ
 propter imitationem fidei, non propter originem car-
 nis. Nam ideo de ipso diabolo dictum est: Imitantur
H autem illū, qui sunt ex parte ipsius. Deinde si propter
 imitationem hoc loco Apostolus commemoraret pri-
 mum hominem, quia primus peccator in hominibus
 fuit, vt ideo ad illum omnes homines peccatores diceret
 pertinere, cur non secundum Abel posuit, qui pri-
 mus in hominibus iustus fuit, ad quem iusti omnes
 propter imitationem iustitiæ pertinerent, sed posuit
 Adam, contra quem non posuit nisi Christum? Quia
 sicut ille homo delicto suo vitauit posteritatem suā,
 sic iste deus homo iustitia sua saluauit hereditatem
 suam. Ille traiciendo carnis immunditiam quod non
 poterat impius diabolus, ille donādo spiritus gratiam
 quod poterat Abel iustus. Multa de iis quæstionibus in
 aliis nostris opusculis & ecclesiasticis sermonibus di-
 ximus, quoniam fuerunt etiam apud nos quidam, qui
 vbiunque poterant hæc sui erroris noua semina spar-
 gerēt, quorum nonnullos per ministerium nostrū fra-
 trumq; nostrorum misericordia domini ab illa peste
 sanauit. Nec tamen hic deesse aliquos arbitror, maxi-
 me apud Carthaginem, sed iam occulte mussitant
 timentes ecclesiæ fundatissimam fidem. Nam vnus eo-
 rum nomine Cœlestius in eiusdem ciuitatis ecclesia
 iam ad presbyterij honorem surrepere cœperat, sed fi-
 delissima libertate fratrum propter has ipsas contra
 Christi gratiam disputationes vsque ad iudicium epi-
 scopale perductus est, tamen coactus est confiteri pro-
 pter baptizandos paruulos, quod & ipsis redemptio sit
 necessaria. Vbi quanquam voluerit de originali pec-
 cato aliquid expressius disceret, tamen ipso redem-
 ptionis nomine non parum sibi præscripsit. Vnde e-
 nim redimendi sunt nisi à diaboli potestate, in qua ef-
 se non possent, nisi originalis obligatione peccati? Aut
 quo precio redimuntur, nisi Christi sanguine, de quo
 apertissimè scriptum est, quod in remissionem effu-
 sus sit peccatorum? Sed quia magis conuictus & ab ec-
 clesia detestatus, quam correctus & pacatus abcessit,
 veritus sum, ne fortè ibi sit ipse qui nostrā fidem per-
 turbare conatur. Ideo nominis ipsius commemoratio-
 nem putauit esse faciendam. Sed siue ipse sit siue alij
 consortes eius erroris, plures enim sunt quam sperare
 possumus, & vbi non redarguuntur, etiam alios ad su-
 am sectam seducunt, & sic crebescunt vt nesciam quō
 sint erupturi: nos tamen malumus eos in ecclesiæ com-
 munitate sanari, quàm ex illius corpore velut insanabilia
 membra rescari, si tamen hoc permittit ipsa necessi-
 tas. Timendum est enim, ne plura putrescant dum pu-
 tribus parcitur. Potens est autem misericordia domini
 nostri, quæ potius eos ab hac peste liberet, quod sine du-
 bio faciet, si fideliter aduertant teneantque quod scri-
 ptum est: Qui innocauerit nomen domini saluus erit.
 Audi iam pauca de diuitibus, quod in epistola tua se-
 quitur inquirendum. Hoc enim posuisti illos dicere:
 Diuitem manentem in diuitiis suis, regnum dei non
 posse ingredi, nisi omnia sua vendiderit, nec ei pro-
 desse, si fortè ex ipsis diuitiis mandata fecerit. Euase-
 runt istorum disputationes, patres nostri Abraham &
 Isaac, & Iacob, qui tanto ante ex hac vita migrarunt.
 Habebant quippe hi omnes non paruas diuitias, sicut
 fidelissima scriptura testatur: multos tamen venturos
 ab Oriente & Occidente, & non supra ipsos vel extra
 ipsos, sed cum ipsis recubituros in regno cœlorum, ille
 ipse qui propter nos factus est pauper cum verè diues
 esset, veracissima promissione prædixit. Et quanuis
 superbus diues, qui induebatur purpura & bysso, & e-
 pulabatur quotidie splendide, mortuus apud inferos
 torqueretur, tamen si pauperis vlcerosi, qui ante ianuā
 eius contemptus iacebat misertus fuisset, mereretur &
 ipse misericordiam. Et si pauperi illi meritum esset
 inopiā non iustitia, non vtique ab angelis in Abra-
 hæ gremiū, qui diues hic fuerat, tolleretur. Sed vt no-
 bis ostenderetur nec in isto paupertatem per seipsam
 diuinitis honoratam, nec in illo diuitias fuisse dam-
 natas, sed in isto pietatem, in illo impietatem suos
 exitus, habuisse, sic suscepit impium diuitem cruciatus
 ignis, vt tamen piū pauperem susciperet sinus diui-
 tis. Qui sanè cum hic diues viueret, diuitias sic ha-
 bebat, & eas præ dei præceptis tam paruipendebat, vt
 etiam cū ipsius filij immolatione nollet offendere deū
 iubentem, quem suarum diuitiarum & sperabat & o-
 prabat hæredem. Hic vtique dicunt, ideo patres anti-
 quos non vendidisse omnia quæ habebant, & dedisse
 pauperibus, quia hoc eis non præceperat dominus. Nō-
 dum enim reuelato testamento nouo, quod non fieri
 nisi plenitudine temporis oportebat, nec eorum virtus
 fuerat reuelanda, qua virtute hoc eos facillimè posse,
 deus in eorum cordibus nouerat, qui testimonium illis
 tam insigne perhibebat, vt cum sit omnium sanctorū
 deus, tanquam de præcipuis amicis suis dicere digna-
 retur: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob,
 hoc mihi nomen est in æternum. Postea verò quàm
 magnum pietatis sacramentum manifestatum est in
 carne, & vocandis omnibus gentibus Christi aduentus
 illuxit, in quem etiam illi patres crediderant, sed hu-
 ius fidei oliuam suo tempore manifestandam, in illius
 arboris, de qua Apostolus loquitur tanquam radice ser-
 uabant, dictum est diuiti: Vende omnia quæ habes, &
 da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlis, & veni
 sequere me. Hæc si dicant, videntur aliquid rationa-
 biliter dicere. Sed totum audiant, totum aduertant,
 non in parte aures aperiant, in parte surdescant. Cui
 enim dominus hæc præcepit? Profecto illi diuiti, qui
 vitæ æternæ consequendæ consilium quærebant acci-
 pere. Hoc enim domino dixerat: Quid faciam vt vi-
 tam æternam consequar? Ille autem non ei respondit:
 Si vis venire ad vitam, vade vende omnia quæ habes,
 sed: Si vis venire ad vitam, serua mandata. Quæ iuue-
 nis cū sibi à domino ex lege commemorata se seruasse di-
 xisset, & quæssisset quid adhuc illi deesset, respōsum acce-
 pit: Si

K **I**oelis. 2. Quæstio. 4. de relinquē. dis facultatibus.
Matth. 9. **Lucæ. 16.** **L** **M** **Exodi. 5.** **Matth. 19.** **Matth. 19.**

A pit: Si vis perfectus esse, vade vende omnia quæ habes,
 & da pauperibus. Et ne se illa quæ multum amabat,
 hoc modo perdere existimaret: Et habebis, inquit, the-
 saurum in cœlis. Deinde addidit: Et veni sequere me,
 ne cuiquam, cū hæc fecerit, aliquid prodesse existime-
 tur, si nō sequitur Christum. At ille quidem tristis ab-
 scessit, qui viderit quemadmodum illa legis mandata
 seruauerat. Puto enim quod se arrogantius quàm ve-
 rius seruasse respōderat. Veruntamen magister bonus
 mandata legis ab ista excellentiore perfectione distin-
 xit. Ibi enim dixit: Si vis venire ad vitam, serua man-
 data: hic autē: Si vis perfectus esse, vade vende omnia
 quæ habes, & cætera. Cur ergo negamus diuites, quan-
 uis ab illa perfectione absint, venire tamen ad vitam,
 si mandata seruauerint, & dederint vt detur illis, & di-
 miserint vt dimittatur illis: Credimus enim ministrū
 noui testamenti fuisse apostolum, cum scribens ad Ti-
 motheum diceret: Præcipe diuitibus huius mundi non
 superbe sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed
 in deo viuo, qui præstat nobis omnia abundantanter ad
 fruendum. Bene faciant diuites, sint in operibus bonis,
 facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi funda-
 mentum bonum in futurum, vt apprehendant veram
 vitam, de qua & illi adolescenti dictum est: Si vis ve-
 nire ad vitam. Puto quod ista præcipiens, diuites in-
 struebat, non fallebat Apostolus: l qui non ait, * Præ-
 cipere diuitibus huius mundi, vt vendant omnia quæ ha-
 bent, dent pauperibus, & sequantur dominum: Sed non
 superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. Ista
 superbia diuitem illum, qui iacentem ante ianuam suā
 contemnebat pauperem iustum, & ista spes in incerto
 diuitiarum, qua se propter purpuram, byssum & epulas
 splendidas beatum putabat, non ipsæ diuitiæ perduxerunt
 ad inferni tormenta. An forte quia dominus ad-
 iunxit: Amen dico vobis, difficile diues intrabit in re-
 gnum cœlorum: Et iterum dico vobis: Facilius intrabit
 camelus per foramen acus, quàm diues in regnum cœ-
 lorum: ideo putant isti diuitem, etiam si faciat ista quæ
 diuitibus præcipienda scripsit Apostolus, in regnum
 cœlorum intrare non posse: Quid ergo est? Vtrū Apo-
 stolus contra dominum loquitur, an isti nesciunt quid
 loquantur? Quid horum credat, eligat Christianus. Pu-
 to melius nos credere istos nescire quid loquantur,
 quàm Paulum contra dominum loqui. Deinde cur nō
 in consequentibus etiam ipsum dominum audiunt di-
 centē discipulis pro miseria diuitum cōtristatis: Quod
 hominibus impossibile est, deo facile est: Sed ideo, in-
 quiūt, hoc dictum est, quia futurū erat, vt audito Euan-
 gelio, diuites vendito patrimonio, erogatoq; pauperi-
 bus, dominum sequerentur, & intrarent in regnum cœ-
 lorum, atque ita fieret quod difficile videbatur, non vt
 manentes in diuitiis suis, præcepta Apostoli custodiendo,
 id est, non superbe sapiendo, neque sperando in in-
 certo diuitiarum, sed in deo viuo, benefaciendo, facile
 tribuendo & communicando indigentibus, veram ap-
 prehendant vitam, sed etiam ista præcepta Apostolica,
 venditis omnibus suis rebus impleant. Hæc si dicunt,
 Scio quippe eos illa dicere, non attēdunt primitus quæ-
 admodum dominus contra eorum dogma, suam gra-
 tiam prædicauerit. Nō enim ait: Quod hominibus im-
 possibile videtur, facile est hominibus si voluerint: sed
 quod hominibus, inquit, impossibile est, deo facile est:
 ostendens quando ista recte fiunt, nō fieri hominis po-
 tentia, sed dei gratia. Hæc ergo attendant isti, & si re-
 prehendant eos, qui gloriantur in diuitiis suis, caueant

ipsi in sua virtute cōfidere. Simul enim vtique repre-
 henduntur in psalmo, qui cōfidunt in virtute sua, &
 qui in abundantia diuitiarum suarum gloriantur. Au-
 diant itaque diuites: Quod hominibus impossibile est,
 deo facile est, & siue manentes in diuitiis suis, l atque
 ex eis bona opera facientes, siue illis venditis, & per
 indigentias pauperum distributis intrent in regnum
 cœlorum, gratiæ dei tribuant, non propriis viribus bo-
 num suum. Quod enim hominibus impossibile est, nō
 hominibus sed deo facile est. Audiant hoc & isti, & si
 iam omnia sua vendiderunt, & pauperibus tribuerunt,
 vel adhuc id agunt atque disponunt, & hoc modo præ-
 parant intrare in regnum cœlorum, non hoc tribuant
 virtuti suæ, sed eidem gratiæ diuinæ: Quod enim ho-
 minibus impossibile est, non ipsis quia & ipsi homines
 sunt, sed deo facile est. Hoc quippe illis & Apostolus
 dicit: Cum timore & tremore vestram ipsorum salutē
 operamini. Deus enim est, qui operatur in nobis, & vel-
 le & operari pro bona voluntate. Certe ideo se dicunt
 de suis rebus vendendis perfectionis à domino suscepisse
 se consilium vt sequatur dominum, quoniam illic ad-
 ditū est: Et veni sequere me. Cur ergo in iis bonis, quæ
 faciunt, de sua tantum voluntate præsumunt, nec au-
 diunt dominum, quem sequi se dicunt increpantē atq;
 testantem: Sine me nihil potestis facere: Si autē Apo-
 stolus ita dixit: Præcipe diuitibus huius mundi nō su-
 perbe sapere, neque l sperare l in incerto diuitiarum, vt
 vendant omnia quæ possident, & ea precia distribuendo
 indigentibus, faciant quod sequitur: Facile tribuant
 communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonū
 in futurum, & aliter eos in regnum cœlorum intrare
 posse non credit. Fallit ergo eos quorū domos tam di-
 ligenter doctrinæ sanitate cōponit, admonens & præ-
 cipiens quales se præbere debeat vxores viri, viri vxo-
 ribus, filij parentibus, parentes filiis, serui dominis, do-
 mini seruis. Nam quomodo hæc agi possunt sine do-
 mo, & sine aliqua re familiari? An hoc eos mouet quod
 ait dominus: Quicumque dimiserit omnia sua propter
 me, accipiet in hoc l seculo centuplum, & in futuro
 vitam æternam possidebit. Aliud est dimiserit, aliud est
 vendiderit. Nam & in iis quæ dimittenda mandauit,
 etiam vxor commemorata est, quam nullis humanis
 legibus licet videri, Christi autem legibus nec dimitte-
 re, excepta causā fornicationis. Quid sibi ergo volūt
 ista præcepta? Non enim possunt inter se esse contra-
 ria, nisi quia occurrit aliquando necessitatis articulus,
 vbi aut vxor dimittatur, aut Christus: vt alia omittam,
 si ipsi vxori maritus displicerit Christianus, eiq; pro-
 posuerit aut à se diuertium aut à Christo: Hic ille quid
 eligat nisi Christum, & dimittat vxorem laudabiliter
 propter Christum? Ambobus quippe Christianis do-
 minus præcepit ne quisquam dimittat vxorē, excepta
 causā fornicationis. Vbi autem quælibet ex eis persona
 infidelis est, consilium Apostoli attendatur: Vt si infi-
 delis consentit habitare cum viro fidei, vir nō dimittat
 vxorem. Similiter & vxor fidelis virum, si cum illa
 habitare consenserit. Quod si infidelis, inquit, discedit,
 discedat. Non est enim seruituti subiectus frater aut so-
 ror in huiusmodi, id est, si infidelis noluerit esse cū con-
 iuge fidei, hic agnoscat fidelis suam libertatem, ne ita
 se subiectum deputet seruituti vt ipsam dimittat fidē,
 ne coniugem amittat infidelem. Hoc & de filiis atq;
 parentibus, hoc de fratribus & sororibus intelligitur,
 propter Christum omnes esse dimittēdos, cum propo-
 nitur ista cōditio vt Christum dimittat, si illos secum
 habere

G habere desiderat. Hoc ergo & de domo atq; agris, hoc & de iis rebus quæ iure pecuniario possidentur hoc loco accipiendum est. Simul enim etiam de his non ait: Quicumque vendiderit propter me quicumque licitum est vendere: sed, quicumque dimiserit. Fieri enim potest vt dicatur Christiano ab aliqua potestate, aut Christianus non eris, aut si in hoc permanere volueris, domum possessionesq; non habebis. Cum verò etiam illi diuites qui in suis diuitiis sic statuerant permanere, vt ex earum bonis operibus promerentur deum, hæc dimittant potius propter Christum, quam propter hæc Christum, vt accipiant in hoc seculo centuplum, cuius numeri perfectione significatur oia: fidei quippe homini totus mundus diuitiarum est, suntq; hoc mundo, quasi nihil habentes & omnia possidentes, vt in futuro seculo possideant vitam æternam, ne propter ista dimisso Christo in mortem præcipitentur æternam. Hac quippe lege & conditione, non illi tantum qui mentis excellentia perfectionis consilium receperunt, vt vendita sua, pauperibus distribuerent, & humeris ab omni seculi huius sarcina liberioribus leuem Christi sarcinam ferrent, sed etiam quisquis infirmior, & illi gloriosissima perfectioni minus idoneus, qui tamē se meminit veraciter esse Christianum, cum audierit sibi proponi, quod nisi hæc omnia dimiserit, dimissurus est Christum, apprehendet potius turrim fortitudinis à facie inimici: quia cum eam in sua edificaret fide, computauit sumptus quibus perfici posset: id est, eo animo accessit ad fidem, vt huic seculo non solum verbis renunciat: & si emit aliquid, tanquam non possidens erat: & si vtebatur hoc mundo, tanquam non vtens erat, non sperans in certo diuitiarum, sed in deo viuo. Cum enim omnis qui renunciat huic seculo, sine dubio renunciet omnibus quæ sunt eius, vt possit Christi esse discipulus: ipse enim, cum de sumptibus ad turris ædificium necessariis, & de bello aduersus regem alterum præparando, similitudines præmiserit, adiunxit sic: Qui non renunciat omnibus quæ sunt eius, non potest meus esse discipulus: profecto renunciat etiam diuitiis suis, si quas habet: aut sic vt eas omnino non diligens, totas distribuat indigentibus, & superfluis exoneretur sarcinis: aut sic, vt pius diligens Christum, spē ab eis transferat in ipsum, atque ita vtatur illis, vt facile tribuens & communicans, thesaurizat in celo: paratusq; sit quemadmodum parentes & filios & fratres & uxorem, hoc modo & istas relinquere, si talis conditio propoſita fuerit, vt nisi dimisso Christo, eas habere non possit. Nam si aliter huic seculo renunciat, quando accedit ad fidei sacramentum, facit quod de lapsis beatus Cyprianus ingemuit, dicens: Seculo verbis solis renunciantes & nō factis. De hoc quippe dicitur, cum veniente tentatione, magis ista metuit amittere, quam Christum negare: Ecce homo qui cepit edificare, & non potuit perficere. Ipse est etiam, qui cum adhuc longè esset aduersarius eius, misit legatos quærens pacem: id est, nondum affligente, sed adhuc imminente ac minante tentatione, vt iis non careat quæ plus diligit, ad relinquendum Christum negandumq; consentit. Et multi sunt tales, qui etiam putant sibi ad augendas opes suas & multiplicanda delectamenta terrena, religionē suffragari debere Christianam. Sed nō sunt tales diuites Christiani, qui licet ista teneant, non tamē ab eis ita tenentur, vt hæc Christo anteponant, quia veraciter corde seculo renunciant, vt nullam spem in talibus ponant. Hi uxores & filios vniuersasq; fami-

lia ad Christianam religionem tenendam sana erudiunt disciplina. Horum domus hospitalitate feruentes, recipiunt iustum in nomine iusti, vt mercedē iusti accipiant. Frangunt esurienti panem suum, nudum vestiunt, captiuum redimunt, thesaurizant sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Et si fortè pro fide Christi pecuniaria damna perpetienda sunt, oderunt diuitias suas: si suorum orbitates vel separationes pro Christo minatur hic mundus, oderunt parentes, fratres, filios, uxores: postremò si de ipsa huius corporis vita cum aduersario paciscendum est, ne desertus deserat Christus, oderunt insuper animam suam. De iis quippe omnibus mandatum acceperunt, quod aliter discipuli Christi esse non possunt. Nec tamen quia præceptum est eis, vt oderunt pro Christo & animas suas, vendendas eas habent, aut illatis sibi manibus effundendas: sed parati sunt eas amittere pro Christi nomine moriendo, ne mortui viuāt Christum negando. Sic etiam diuitias, ad quas vendendas parati non fuerunt monente Christo, ad perdendas eas debent parati esse pro Christo, sine cum eis pereat perditio Christi: habemus hinc vtriusque sexus diuites clarissimasq; personas martyrij gloria sublimatas. Ita multi, quos rerum suarū venditione piguerat antè perfici, Christi imitata passione sunt repente perfecti: & qui nonnullam infirmitatem carnis & sanguinis suis diuitiis perfecerunt, subito aduersus peccatum pro fide vsq; ad sanguinem certarunt. Quibus autem non prouenit corona martyrij, neq; illius perfectionis de vendendis rebus suis, consilium tam grande tamq; præclarum receperunt, & tamen à dānabilibus immunes criminibus esurientem Christum pauperunt, scienti potū dederunt, nudum vestierunt, peregrinantē susceperunt non sedebunt quidem cum Christo sublimiter iudicaturi, sed ad ipsius dexteram stabunt misericorditer iudicandi. Beati enim misericordes, quoniam ipsorum miseretur deus. Et iudicium sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam. Superexultat autē misericordia iudicio. Proinde isti desinant cōtra scripturas loqui, & in suis exhortationibus ad maiora sic excitent, vt minora non damnant. Non enim & sancta virginitatem aliter exhortando persuadere possunt, nisi coniugalia vincula dānauerint, cum docēte Apostolo, vniquisq; donū propriū habeat à deo, alius sic, alius autem sic. Ambulent itaq; perfectionis viam, venditis omnibus suis rebus & misericorditer erogatis. Sed si verè pauperes Christi sunt, & non sibi sed Christo colligunt, infirmiora eius membra quare puniunt, anteq; sedes iudicarias acceperint? Si enim tales erunt qualibus dominus dicit: Sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israël: & de qualibus Apostolus dicit, Nescitis quoniam angelos iudicabitis? Preparat potius non criminosos sed religiosos diuites recipere in tabernacula æterna, à quibus amici facti sunt de mammona iniquitatis. Puto enim quod quidā eorum qui hæc impudenter atq; imprudenter garrunt, ad diuitibus Christianis & piis in suis necessitatibus sustentantur. Habet enim ecclesia quodammodo suos milites, & quodammodo prouinciales. Vnde dicit Apostolus: Quis militat suis stipendiis vnquam? Habet & vineam & plantatores, habet gregē & pastores. Vnde consequenter dicit: Quis plantat vineā, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non percipit? Quauis talia disputare qualia isti disputant, non sit militare sed rebellare, non sit plantare vineam

K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z

A eradicare, non sit pascendos cōgregare, sed perdendos à grege separare. Sicut autem ipsi qui diuitum religiosus obsequiis aluntur atq; vestiuntur: neque enim ad suas necessitates nihil accipiunt, nisi ab eis qui res suas vendunt, non tamen iudicantur atq; damnantur ab excellentioribus Christi membris, qui maiori virtute, quā multum cōmendat Apostolus, suis se manibus transigunt: sic nec isti damnare debent infirmioris meriti Christianos, quorum operibus transiguntur, sed rectè viuendo & rectè docendo magis eis dicere, Si nos vobis, spiritalia seminauimus, magnum est si vestra carnalia metamus: Multo quippe minori impudētia ferui dei, qui manuum suarum honestis operibus veditis viuunt, damnant istos à quibus nihil accipiunt, quā isti qui propter aliquam corporis infirmitatem nō valentes manibus operari, damnant eos ipsos de quorū facultatibus viuunt. Ego qui hæc scribo perfectionem de qua dominus locutus est, quando ait diuiti adolescenti: Vade, vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni sequere me: vehementer adamaui, & non meis viribus, sed gratia ipsius adiuuante sic feci. Neque enim quia diues non fui, ideo minus mihi imputabitur. Nam neq; ipsi Apostoli qui priores hoc fecerunt, diuites fuerunt. Sed totum mundum dimittit, qui & illud quod habet, & quod optat habere dimittit. Quantum autem in hac perfectionis via profecerim, magis quidem noui ego, quā quicumque alius homo: sed magis deus quā ego. Et ad hoc propositum quantis possim viribus alios exhortor, & in nomine domini habeo consortes, quibus hoc per meum ministerium persuasum est: sic tamen vt precipue sana doctrina teneatur, nec eos qui ista non faciunt, vana contumacia iudicemus, dicentes leuissimum prodesse quod pudice quauis cōiugaliter viuunt, quod domos suas & familias Christiane regunt, quod operibus misericordiae sibi thesaurizant in posterum, ite ista disputado non scripturarum sanctarum tractatores, sed eorum accusatores inueniamur. Quod ideo cōmemorari, quoniam isti quando talia dicere prohibentur ab eis qui hoc domini consilium non ceperunt, respondent eos talia disputari nolle, quoniam vitiis suis fauent, & dominica præcepta implere detrectant: quasi non, vt de iis taceam qui licet infirmiores, religioſe tamen vtuntur diuitiis, etiam ipsi cupidi & auari male his vtentes, & in terreno thesauro cor luteum figētes, quia & ipsos necesse est vsque ad finē portet ecclesia, sicut illa retia vsq; ad littus pisces malos, tolerabiliores in ea quā isti sunt, qui talia sermocinando & disseminando, ita se videri magnos volunt, quia diuitias suas, vel quātulacūq; patrimonia ex præcepto domini vendiderunt, vt eius hereditatem, quæ vsque ad fines terræ dilatatur atq; diffunditur, hac doctrina non sana perturbare atque euertere moliantur. Vnde quia ex hac quidem occasione, sed tamen iam breuiter dixi quid etiam de ecclesia Christi in hoc seculo sentiam, id est, quia vsque ad finem huius seculi necesse est portet bonos & malos, quoniā & hoc inter tuas quæstiones interrogasti: prolixam epistolam iam tandem aliquando concludam: Iurationem caue quantum potes. Melius quippe nec verum iuratur, quā iurandi consuetudine, & in periuriū sepe caditur, & semper periurio propinquatur. Sed illi, quantum aliquos eorum au diui, quid sit iurare prorsus ignorant: putant enim se non iurare, quando in ore habent, Scit deus: & Testis est deus: & Testem deum inuoco super animā meam:

D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z

† modo.

Lucæ. 14.

† plus

Cyprianus.

Lucæ. 14. † consilium. marc.

Math. 19.

Augustinus omnia dimisit.

Math. 5.

Iaco. 2.

1. Cor. 7.

M

Math. 19.

1. Cor. 6.

*† aliās iudicabimus.

1. Cor. 9.

Questio. 5. de non iurando.

Patres concilij Carthagenſis, Innocentio Pontifici Romano de actis aduersus Pelagium & Cœlestium. Epistola. XC.

DOMINO beatissimo & honoratissimo fratri sancto Innocentio papa, Aurelius, Mundiſtius, Rusticanus, Fidentius, Euagrius, Antonius, Palatinus, Adeodatus, Vincētius, Publianus, Theodotus, Tutus, Panthionius, Victor, Restitutus, Rusticus, Fortunatianus, alius Restitutus, Ampelius, Animus, Felix, Donatianus, Adeodatus, Octavianus, Serotinus, Maiorinus, Posthumanus, Trispulus, Victor, alius Victor, Leucius, Macianus, Fructuosus, Faustianus, Quodvultdeus, Candorius, Maximus, Megarius, Rusticus, Rufianus, Proculianus, Thomas, Ianuarius, Octavianus, prætextatus, Sixtus, Quodvultdeus, Pethadius, Quodvultdeus, Cyprianus, Seruilius, Pelagius, Marcellus, Venantius, Didymus, Saturninus, Tiazacenus, Germanus, Germanianus, Inuentius, Maiorinus, Inuentius, Candidus, Cyprianus & Emilianus, Romanus, Africanus, & Marcellinus, qui in concilio ecclesie Carthagenſis affuimus. Cum ex more ad Carthagenſem ecclesiam solenniter veniremus, atque ex diuersis causis cōgregata ex nobis synodus haberetur, compresserunt nos Orosius nobis literas sanctorum fratrum & confessorum nostrorum dedit Herodis & Lazari, quarum formam his constituimus esse subdendam. His ergo lectis, Pelagium & Cœlestium auctores nepharij prorsus, & ab omnibus nobis anathematizandi erroris aduertimus. Vnde factum est, vt recensendum peteremus, quid ante ferme quinquennium super Cœlestij nomine hic apud ecclesiam Carthagenſem fuerit agitatum. Quo recitato, sicut ex subsequētibus mantere poterit sanctitas tua, quauis iudicatio manifesta cōstaret, quia illo tempore episcopali iudicio excisum hoc vulnus tantum ab ecclesia videretur, nihilominus tamen id cōmuni deliberatione censuimus, & huiusmodi persuasionis auctores, quauis ad presbyterium idem Cœlestius postea peruenisse dicitur, nisi hæc apertissime anathematizauerint ipsos anathematizari oportere, vt si ipsorum non potuerit, saltem eorum qui ab eis decepti sunt, vel decipi possunt, cognita sententia

1. Cor. 15.

† in veritate

2. Retrac. 33. & 50.

G sententia quæ in eos lata est, sanitas procuratur. Hoc itaque gestum domine frater sancte, charitati tuæ intimandum duximus, vt statutis nostræ medio charitatis etiam Apostolicæ sedis adhibeatur autoritas, pro tuenda salute multorum, & quorundam peruersitate etiam corrigenda. Id enim agunt isti damnabilibus disputationibus suis, vt non defendendo, sed potius in superbiam sacrilegam extollendo liberum arbitrium, nullum relinquunt locum gratiæ dei qua Christiani sumus, qua & ipsum nostræ volutatis arbitriū vere sit liberum, dum à carnalium concupiscentiarum dominatione liberatur, dicente domino, Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis, quod auxilium fides impetrat, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Isti autem asserunt sicut à fratribus qui etiam eorum libros legerunt, cognouimus, in eo dei gratiam deputadam, quod talem hominis instituit creauitque naturam, quæ per propriam voluntatem legem dei possit implere, siue naturaliter in corde conscriptam, siue in literis datam. Eandem quoque legem ad gratiã pertinere, quod illam deus in adiutorium hominibus dedit. Illam vero gratiam qua, vt dictum est, Christiani sumus, cuius Apostolus prædicator est dicens, Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuam me in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, nolunt omnino cognoscere, sed nec aperte quidem oppugnare audent. Sed quid aliud agunt, cum hominibus animalibus non percipientibus quæ sunt spiritus dei, persuadere non cessant ad operandam perficiendamque iustitiam, & dei mandata complenda, solam sibi humanam sufficere posse naturam, non attendentes quod scriptum est, Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Et, Non volentis est neque currentis, sed miserentis est dei. Et quod vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, habentes dona diuersa secundum gratiam quæ data est nobis. Et, Gratia dei sum, id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed plus omnibus illis laboraui, non ego autem, sed gratia dei mecum. Et, Gratias deo qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Et, Quia non idonei sumus cogitare aliquid quasi ex nobismet ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Et, Habemus thesaurum istum in vas fictilibus vt eminentia virtutis sit dei & non ex nobis. Et innumerabilia quæ de scripturis omnibus si colligere velimus, totum non sufficit. Et veremur ne apud te ista commemorando quæ maiore gratia de sede Apostolica prædicat, inconuenienter facere videamur. Sed ideo facimus, quia eò quod infirmiores sumus, quaquaerum quisque nostrum verbo dei prædicando putatur atteritur, crebrius eos patimur & audacius insurgentes. Si ergo Pelagius episcopalis gestis quæ in oriente confecta dicuntur, etiam tuæ venerationi iuste visus fuerit absolutus, error tamen ipse & impietas quæ tam multos assertores habet, per diuersa dispersos, etiam auctoritate Apostolicæ sedis anathematizanda est. Consideret ergo sanctitas tua, & pastoralibus nobis copariatur visceribus, quam sit pestiferum & exitiabile ouibus Christi, quod istorum sacrilegas disputationes necessitudo sequitur, vt nec orare debeamus, nec iniremus in tentationem, quod dominus & discipulos monuit, & posuit in oratione quam docuit, aut ne deficiat fides

nostra, quod pro Apostolo Petro se rogasse ipse testatus est, Si enim possibilitate naturæ, & arbitrio voluntatis in potestate sunt constituta, quis non ea videat à domino inaniter peti, & fallaciter orari, cum orando poscuntur quæ naturæ nostræ iam ita condita sufficientibus viribus obtinentur? Nec debuisse dicere dominum Iesum, Vigilate & orate: sed tantummodo, Vigilate ne intretis in tentationem: nec beatissimo Petro primo Apostolorum, Rogauit pro te, sed moneo te, vel imperio ac præcipio ne deficiat fides tua. Contradicitur etiam istorum contentione benedictionibus nostris, vt in cassum super populum dicere videamur, quicquid eis à domino precamur, vt rectè ac pie viuendo illi placeant: & illa quæ pro fidelibus precatur Apostolus dicens, Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in celo & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ virtute corroborari per spiritum eius. Si ergo voluerimus benedicendo super populum dicere, Da illis domine virtute corroborari per spiritum tuum: istorum nobis disputatio contradicit, affirmans negari liberum arbitrium, si hoc à deo poscitur quod in nostra est potestate. Virtute enim corroborari si volumus, inquit, possumus ea possibilitate naturæ quam non nunc accipimus, sed cum crearemur accepimus. Paruulos etiã propter salutem quæ per saluatorem Christum datur, baptizandos negant, ac sic eos mortifera ista doctrina in æternum necant: promittentes etiam si non baptizentur, habituros vitam æternam, nec pertinere ad eos, de quibus dominus ait, Venit enim filius hominis querere & saluare quod perierat: quia isti, inquit, non perierant, nec est quod in eis saluetur, vel tanto precio redimatur: quia nihil est in eis vitiatum, nihil tenetur sub diaboli potestate captiuum, nec pro eis fufus est sanguis qui fufus esse in remissionem legitur peccatorum: quanquam per baptismum Christi etiam paruulorum fieri redemptionem libello suo Cælestius in Carthaginensi ecclesia iam confessus est. Sed multi qui eorum perhibetur esse vel fuisse discipuli, hæc mala quibus fundamenta Christiana fidei conantur euertere, quantuncunque possunt affirmare non cessant. Vnde etiam si Pelagius Cælestiusque correcti sunt, vel se ista nunquam sensisse dicunt, & quacunq; scripta contra eos prolata fuerint, sua esse negabunt: nec est quemadmodum de mendacio conuincantur, generaliter tamè quicunque dogmatizat & affirmat, humanam sibi ad vincenda peccata & dei mandata faciendam sufficere posse naturam, & eo modo gratiæ dei quæ sanctorum euidetius orationibus declarat, aduersarius inuenitur. Et quicquid negat paruulos per baptismum Christi, à perditione liberari, & salutem percipere sempiternam, anathema sit. Quacunq; autem alia ab eis obiciuntur, non dubitamus venerationem tuam cum gesta episcopalia perspexerit quæ in Oriente in eadem causa confecta dicuntur, id iudicaturam vnde omnes in dei misericordia gaudeamus. Ora pro nobis domine beatissime papa.

Innocentius Romanus Pontifex superiori respondit epistole.

Epistola. XCI.

INNOCENTIVS, Aurelio & omnibus sanctis episcopis, vel cæteris qui in concilio Carthaginensi affuerunt ecclesiæ, dilectissimis fratribus in domino salutem. Inquirendis de his rebus quas omni cum sollicitudine decet à sacerdotibus, maxime

A bus, maxime à vero iustis; & catholico tractari concilio, antiquæ traditionis exempla seruantes & ecclesiastica memores disciplinæ, vestra religionis vigorem non minus nunc in consulendo, quàm antea cum pronunciaris vera ratione firmatis, qui ad nostrum referendum approbatis esse iudicium, scientes quid Apostolice sedi, cum omnes hoc loco positi ipsum sequi desyderemus Apostolum, debeat, à quo ipse episcopatus, & tota autoritas nominis huius emerfit. Quem sequentes, tam mala iam damnare nouimus quàm probare laudanda: vel id verò quod patrum instituta sacerdotali custodientes officio non censetis esse calcanda, quod illi non humana, sed diuina decreuere sententia, vt quicquid de diuinitate remotis; prouinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad huius sedis noticiam perueniret: vbi tota huius autoritate iusta quæ fuerit pronuntiatio firmaretur, indeque sumerent cæteræ ecclesiæ, velut de natali suo fonte, aquæ cunctæ procederent & per diuersas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ manerent, quid præcipere, quos abluere, quos velut in cæno inmundabili fordidos mundis digna corporibus vnda vitaret. Gratulor igitur fratres charissimi, quod per fratrem & coepiscopum nostrum Iulium literas ad nos destinatis, & cum illis curam geritis, quibus præsidetis ecclesiis, sollicitudinem vestram pro omni vtilitati monstratis, & per cunctas totius orbis terrarum ecclesias omnibus vnâ quod proficit decernendum esse deposcitis: vt suis costabilitate regulis ecclesiæ, ex hoc quod illos caueat pronuntiationis iusta firmata decretalibus pauere non possit, qui peruersis instructi verborum argutiis, sub imagine catholice fidei disputantes, velut pestiferum exhalantes virus, vt hominum rectè sententiam in deteriorem partem corda corrumpant, totam veri dogmatis quarunt euertere disciplinam. Hæresibus pullulantibus est celeriter obuiandum, sanandum ergo celerius ne longius execratus animis morbus inserpit, vt si medicus cum viderit huius terreni corporis aliquem esse languorem, magnam suæ artis æstimat documentum, si cito quis illius interuentu desperatus euadat: vel cum putre vulnus aspexerit, adhibet fomenta vel cætera quibus illud possit quod natum fuerat vulnus obducere: ac si id manens sanari non poterit, ne corpus reliquum sua tabe corrumpat, ferro amputat quod nocebat, quod reliquum integrum est, seruat intactum. Præcidendum id ergo est quod velut puro sanoque nimium corpori vulnus obrepit, ne cum tardius abstergitur, in ipsis penè visceribus huius mali non exhaurienda post sentina considat. Nam quid nos de his posthac rectum mentibus existimemus, qui sibi se putant debere quod boni sunt, nec illud considerant cuius quotidie gratiam consequuntur? Sed item isti qui tales sunt, nullam dei gratiam consequentur, qui sine illo tantum se assequi posse confidunt, quantum vix illi qui ab illo postulant & accipiunt promerentur. Quid enim tam iniquum potest esse, tam Barbarum, tam totius religionis ignarum, tam Christianis mentibus inimicum, quàm huic te negare debere quicquid in quotidiana gratia consequeris, cui te ipse confiteris debere quod natus es: Ergo eris tibi in prouidendo præstantior, quàm potest in te esse qui te vt esses effecit: Et cui putas debere quod viuus, quomodo te non putas illi debere quod quotidiana eius consequendo gratiam taliter viuus: Et qui nos adiutorio negas indigere diuino, quasi ex nostra in totum possibilitate perfecti: quomodo verò adiutorium in nos, cum tales à nobis etiam esse possemus, prouoca

mus? Qui enim adiutorium dei negat, vellem interrogare quid dicat, nos non mereri, an illum hoc non posse præstare: An nihil esse propter quod vnusquisque hoc debeat postulare: Possit hoc deum, opera ipsa testantur: & adiutorio quotidiano nos egere negare non possumus. Hoc enim, seu bene viuimus, precamur, vt melius sanctiusque viuamus, seu praua sentientes, à bonis auertimur, vt ad rectam redeamus viam eius auxilio plus egemus: Nam quid tam mortiferum, tam præceps videatur ad casum, tam expositum ad omnia pericula, si hoc solum nobis putantes posse sufficere, quod liberum arbitrium cum nasceremur accepimus, vitra iam à domino nihil queramus: Id est, auctoritas nostri obliti, eius potentiam vt nos ostendamus liberos, abiuremus, quasi iam amplius quod possit dare non habeat, qui te in tuo ortu liberum fecit: nescientes quod nisi magnis precibus gratia in nos implorata descendat, nequaquam terrenæ labis & mundani corporis vincere conemur errores, cum pares nos ad resistendum non liberum arbitriū sed dei solum facere possit auxilium. Nam si ille clamat adiutorio sibi opus esse diuino, qui digne hoc non quereret, si cui liberum arbitrium plus prodesset, quippe eum vir beatus & iam electus à domino nihil egeret, tamen ita deum deprecatur postulans: Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me deus salutaris meus. Nos nobis liberum arbitrium, ille deum postulat adiutorem: quod nati sumus posse sufficere nos dicimus, ille deum ne derelinquatur exorat: Nos ergo dicimus manifeste, quid oremus: cum ille tantopere beatus, vt supra diximus, vir ne despiciatur exorat. Illi enim necesse est ita arguant, qui ista confirmant. Dauid enim orationis ignarus, & suæ naturæ nescius accusatur: qui cum sciat tantum in sua inesse natura, adiutorem sibi deum & aspidum adiutorem, nec illi sufficit assiduū, sed ne aliquid quando illum despiciat orationibus pronus exoptat, & per corpus omne psalterij hoc & prædicat & clamat. Si ergo hoc illi tam magnum sit, vt assidue diceret, ita necessarium est confessus vt doceret, quemadmodum Pelagi Cælestiusque seposita omni responsione psalmorem, talique abdicata doctrina suasuros se aliquibus esse confidunt, nos adiutorium dei nec debere querere nec egere, cum omnes sancti nihil se sine hoc agere posse testentur. Liberum enim arbitrium olim ille perpeffus, dum suis inconsultius vtitur bonis, cadens in præuaricationis profunda demersus, nihil quemadmodum exinde surgere posset inuenit, suaque in æternam libertate deceptus, huius ruinæ iacuisse oppressus, nisi eum post Christi pro sua gratia reuelasset aduentus: qui per nouæ regenerationis purificationem, omne præteritum vitium sui baptismatis lauacro purgauit, & eius firmans statum quo rectius stabiliusque procederet, tamen suam gratiam in posterum non negauit. Nam quauis redemisset hominem à præteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse peccare, ad reparationem sibi, quemadmodum posset illum & post ista corrigere, multa seruauit: quocirca præstat ille remedia, quibus nisi freti confisique nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores. Necesse est enim vt quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur. Sed possem plura dicere, nisi vos constaret cuncta dixisse. Quisquis ergo huic assentens videtur esse sententiæ, quo dicat adiutorio nobis non opus esse diuino, inimicum se catholicæ fidei & dei beneficiis profitetur ingratus. Nec nostra comunione sunt digni, quam prædicando taliter polluerunt. Sic enim sua sponte dum sequuntur illa quæ dicunt, longius

† nostre mediocritatis. Apostolica sedes.

Ioan. 8.

† testis. Rom. 7.

R. 8. 9. 12.

† abundantia. 1. Cor. 15.

2. Cor. 3. 4.

† tempus.

2. Retrac. 47.

† iam.

Matth. 6.

K

March. 26.

Lucæ. 22.

Ephes. 3.

L

Lucæ. 19.

M

2. Retrac. 50.

† dei.

Sedes Apostolica.

* Apparet hæc in margine fuisse.

D

E

Psalm. 26.

* Inuocat aut simile quippa deus est.

F

† non.

G longius à vera religione fugerunt. Cum enim hoc totum in nostra professione consistat, quotidianisq; precibus nihil agamus, nisi quemadmodum dei misericordiam consequamur, quemadmodum ferre possimus ista iactantes? Quis rogo tantus illorum pectora error obsecat, vt si nullam gratiam sentiunt, quia nec digni sunt, nec merentur, nec de aliis cōsiderent quid quotidie singulis gratia diuina largitur? Sunt quidem isti omni cecitate dignissimi, qui nec hoc sibi reliquerunt, vt se auxilio credant reuocari ab erroribus posse diuino. Negantes enim adiutorium, non aliis sed sibi hoc penitus abstulerunt, qui auellendi sunt longius, & ab ecclesie procul remouendi visceribus, ne diutius multa occupas insanabilis post error increseat. Si enim diu fuerint in hac impunitate versati, necesse est multos in hanc suam prauitatem metis inducant decipiãq; innocentes, vel potius imprudetes, qui fidem catholicam non sequuntur. Putabunt enim eos recte sentire, quos adhuc viderint in ecclesia perdurare. Separetur ergo à sano corpore vulnus insanum, remotiq; morbi facientis afflatu cautius quæ sunt sincera perdurent, & grex purior ab hac mali pecoris contagione purgetur. Si totius corporis illibata perfectio, quam vos sequi & tenere hac in illos pronuntiatione cognouimus, & vnâ vobiscum pari assensione seruamus. Qui si tamen aliquod in se dei adiutorium quod hucusque negauerunt prouocauerint, & opus sibi eius auxilium esse cognouerint, vt de hac labe in qua sui cordis incuruatione corruerant liberentur, quasi in lucē de fœda tracti caligine, remotis abdicatisque omnibus quibus totus ne verū aspiceret fœdabatur & caligabat aspectus, damnent hæc quæ hucusque senserunt, & aliquando animum rectis disputationibus commodantes, ab hac aliquantulum labe correcti, veris se sanandos cōciliis tribuant atque submittant. Quod si fecerint, erit in potestate pontificum, istis aliquatenus subuenire, & talibus aliquam curam præstare vulneribus, quam solet lapsis cum respuerint ecclesia non negare: vt à suis reuocati præcipitiis, intra ouile domini redigantur, ne foris positi, & tâto præsidio à fide munitiois exclusi, periculis omnibus exponantur, deuorandi luporum dentibus atq; vexadi, quibus obsistere hac qua illos in se irritauerant doctrinâ perversitate non possunt. Sed satis vestris monitis, & sic satis abundantibus nostræ legis exemplis probatur esse responsum, nec quicquam superesse duximus quod dicamus, cum nihil prætermisimus à vobis, nihil constet esse suppressum, quo illi refutati & penitus cognoscantur esse conuicti. Ideoq; à nobis testimonia nulla ponuntur, quia & his plena relatio est, & satis constat vt doctissimos sacerdotes cuncta dixisse, nec decet credere vos aliquid quod ad causam possit proficere, præterisse. Et alia manu, Bene valete fratres. Et ad latus. 5. Calendas. I.

H *pro aliquo dyca.*

Augustinus ex ceteri episcopi Mileuitani concilij, Innocentio, de cohibendis Pelagianis.

Epistola. XCIII.

DOMINO beatissimo meritoq; venerabili & in Christo honorando papæ Innocentio, Siluanus, Valentinus, Aurelius, Donatus, Restitutus, Lucianus, Alipius, Augustinus, Placētius, Severus, Fortunatus, Possidius, Nouatus, Secundus, Maurētius, Leo, Faustianus, Cresconius, Malcus, Littorius, Fortunatus, Donatus, Pōticanus, Saturninus, Christonius, Honorius, Lucius, Adeodatus, Processus, Cresconius Secundus, Felix, Asiaticus, Rufinianus, Faustinus,

Seruus, Terentius, Cresconius, Sperantius, Quadratus, K Lucillus, Sabinus, Faustinus, Cresconius, Victor, Gignatius, Possidonius, Antoninus, Innocētius, Præsidius, Crescentius, Felix, Antonius, Victor, Honoratus, Donatus, Petrus, Præsidius, Cresconius, Lampadius, Delphinus, ex cōcilio Mileuitano in domino salutem. Quia te dominus gratiæ suæ præcipue munere in sedē Apostolica collocavit, talemq; nostris temporibus præstitit, vt nobis potius ad culpam negligentie valeat, si apud tuam venerationem, quæ pro ecclesia suggerenda sunt, tacuerimus, quam ea tu possis vel fastidiose vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastorem diligentiam quæsumus adhibere digneris. Noua quippe hæresis & nimium perniciofa tempestas surgere inimicorum gratiæ Christi cepit, qui nobis etiam dominicam orationem impiis dispositionibus conantur auferre. Cum enim dominus docuerit vt dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Isti dicunt posse hominem in hac vita præceptis dei cognitis ad tantam perfectionem iustitiæ sine adiutorio gratiæ Saluatoris, per solum liberum voluntatis arbitrium peruenire, vt ei non sit iam necessarium dicere, Dimitte nobis debita nostra. Illud verò quod sequitur, Ne nos inferas in tentationem, non ita intelligendum tanquam diuinum adiutorium postulare debeamus, ne in peccatum tentati decidamus, sed hoc in nostra esse positum potestate, & ad hoc implendum solum sufficere volūtatem hominis, tanquam frustra Apostolus dixerit, Non volentis neque currentis, sed miserentis est dei: Et fidelis deus qui non permittet vos tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, vt possitis sustinere: frustra etiã dominus dixerit Apostolo Petro, Rogauit pro te, ne deficiat fides tua. Et omnib; suis, Vigilate & orate ne intretis in tentationem, si hoc totum est potestatis humana. Pueros quoq; paruulos, si nullis innoventur Christianæ gratiæ sacramentis, habituros vitam æternam, nequam præsumptione contendunt, euacuantes quod dicit Apostolus, Per vnum hominem peccatū intrauit in mundū, & per peccatū mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Et alio loco, Sicut in Adam omnes moriūtur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Vt ergo alia omittamus, quæ contra sanctas scripturas plurima disserit, hæc interim duo, quibus omnino totū quod Christiani sumus nituntur euertere, quæ fidelia corda sustinet, non esse rogandū deum, vt contra peccati malum atq; ad operandā iustitiam sit noster adiutor: & nō opitulari paruulis ad consequendam vitam æternam Christianæ gratiæ sacramentū: hæc insinuantes Apostolico pectori tuo, non opus habemus multa dicere, & tantam impietate verbis exaggerare, cum proculdubio te ita permoueat, vt ab eis corrigendis ne latius serpent multosq; cōtaminent, vel potius interimant, dum sub nomine Christi, à gratia Christi penitus alienat, omnino dissimulare non possis. Huius autem perniciosissimi erroris authores esse perhibetur, Pelagius & Cælestius, quos quidē in ecclesia sanari maluimus, quam desperata salute ab ecclesia rescari, si necessitas nulla compellat. Quorum vnus, id est, Cælestius etiam ad presbyterium in Asia dicitur peruenisse. De quo ante paucos annos quid gestū fuerit sanctitas tua de Carthaginensi ecclesia melius instruetur. Pelagius verò sicut à quibusdā fratribus nostris missæ loquuntur epistolæ, Hierosolymis constitutus nonnullos fallere asseritur,

Matth. 4.

Rom. 9. 1. Cor. 10.

Luc. 22. Matth. 26.

Rom. 5. 1. Cor. 5. M

A feritur, veruntamen multo plures qui eius sensus diligentiū indagare potuerunt, aduersus eum pro gratia Christi & catholica fidei veritate confligunt, præcipue sanctus filius tuus frater & compresbyter noster Hieronymus. Sed arbitramur, adiuuante misericordia domini dei nostri Iesu Christi, qui te & regere consulentem, & orantem exaudire dignatur, auctoritati sanctitatis tuæ, de sanctarum scripturarum auctoritate depromptæ, facilius eos qui tam peruersa & perniciofa sentiunt esse cessuros, vt de correctione potius eorum congratulemur, quam contristemur interitu. Quodlibet autem ipsi eligant, ceterè vel alios quos plurimos possunt si ab eis dissimuletur suis laqueis implicare, cernit venerabilitas tua instatè & celeriter prouidendum. Hæc ad sanctitatem tuam de cōcilio Numidiæ scripta direximus, imitantes Carthaginensis ecclesiæ, & Carthaginensis prouinciæ cōepiscopos nostros, quos ad sedem Apostolicam, quam beatus illustras de hac causâ scripsisse comperimus. Et alia manu, Memor nostri in deum gratia augearis domine beatissime, meritoque venerabilis, & in Christo honorande sanctæ pater.

Innocentius Ro. Pont. patribus concilij Mileuitani comprobans illorum acta aduersus Pelagianos.

Epistola. XCIII.

INNOCENTIVS, Siluano seni, Valentinio, & ceteris qui in Mileuitana synodo interfuerunt, dilectissimis fratribus in domino salutem. Inter ceteras Romanæ ecclesiæ curas, & Apostolicæ sedis occupationes, quibus diuersorum cōsulta fideli ac modica disceptatione tractamus, frater & cōepiscopus noster Iulius, dilectionis vestræ literas, quas ex Mileuitano cōcilio cura fidei propensiore misistis, mihi inopinanter ingressit, Carthaginensis etiam synodi querelæ parilis scripta subiungens. Nimirum exultat ecclesia tantâ sollicitudinem cōmissis gregibus exhibere pastores, vt non solum ex his non patiantur errare: sed si quas magis obsecræ delectationis herba seduxit, si in errore permanserint, aut segregari penitus velint, aut illicenter dudum petita vitantes, custodia pristina circumspectione tutari, in vtraq; parte videlicet cōsules, ne vel suscipiendo tales simili ceteræ ducant exemplo, vel spernedo redeuntes luporum moribus videantur ingestæ. Prudens admodū & catholica fidei plena consolatio. Quis enim aut tolerare possit errantem, aut nō recipere corrigentem? Nam vt durum arbitror cohibentiam præbere peccantibus, ita impium iudico manum negare cōuersis. Diligenter ergo & congrue Apostolico consulitis honori, honori in quâ illius, quæ præter illa quæ sunt extrinsecus, sollicitudo manet omnium ecclesiarum, super anxius rebus quæ sit tenenda sententiæ, antiqua scilicet regulæ formâ secuti, quâ toto semper ab orbe mecū noctis esse seruata. Verū hæc missa facio: neq; enim hoc vestræ credo latere prudentiam. Quid etiã actione firmastis, nisi scientes quod per omnes prouincias de Apostolico fonte petentibus responsa semper emanent: præsertim quotiens fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres & cōepiscopos nostros, non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris authorē referre debere, velut nūc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit omnibus ecclesiis in cōmune prodesse. Fiant enim necesse est cautiore, cum inuentores malorū ad duplicis relationem synodi sententiæ vestræ statutis viderint

Romana ecclesia.

in neminem.

D ab ecclesiastica cōmunionē seiuictos. Gemino igitur bono charitas vestra fungitur. Nam & canonū potimini gratia seruatorū, & beneficio vestro totus orbis vtetur. Quis enim catholicorū virorū cum aduersariis Christi velit vterius miscere sermonē: quis saltem ipsam lucem vitæ cōmunionē partiri? Noui hæreseos nimirum fugiatur authores. Quid enim acerbius in deū fingere potuerunt, quam cū adiutoria diuina cassarent, causamq; diuinā, id est, quotidianæ precationis auferrent, hoc est, dicere: quid mihi opus deo? Merito in hoc dicat hymnicus: Ecce homines qui non voverunt deum adiutorē sibi. Negates ergo auxiliū dei, inquit, hominem sibi posse sufficere, nec gratia hunc egere diuina, qua priuatus necesse est diaboli laqueis irretitus occumbat, dum ad omnia vitæ perficienda mandata, sola tantūmodo libertate contendat. O prauissima metium peruersa doctrina. Aduerte tandem quod primū hominem ita libertas ipsa decipit, vt dum indulgentius frenis eius vtitur, in præuaricationē præsumptione cōciderit, nec ex hac potuit erui, nisi ei prouidentia regenerationis statū pristina libertatis Christi domini reformasset aduentus: Audi David dicentem: Adiutoriu nostrum in nomine domini. Et, Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neq; despicias me deus salutaris me: quæ incassum dixit, si tantū in eius erat positū voluntate, quod à domino flebili sermone poscebat. Quæ cū ita sint, cum in omnibus diuinis paginis voluntati liberæ non nisi adiutorium dei legamus esse neccndū, eamq; nihil posse cœlestib; auxiliis destitutā, quo nam modo huic soli possibilitatē hanc pertinaciter vt asseritis defendentes, sibi met, imò, quod est dignum dolore cōmuni, plurimis Pelagius Cælestiusq; persuadet. Multifariis equidem ad destruendū tale magisterium vti possemus exemplis, nisi sciremus sanctitatem vestram ad plenum scripturas omnes callere diuinas, præsertim cum vestra relatio tantis ac talibus testimoniis sit referta, vt his solis valeat præsens dogma rescindi, opusq; non esse reconditis, cum ex iis quæ facile vobis occurrerit posuistis, nec audeant obuiare nec possint. Ergo dei gratiam conantur auferre, quæ necesse est etiam restituta nobis status pristini libertate quarā: quippe nec alias diaboli machinas, nisi eadem possumus inuante, vitare. Illud verò quod eos vestra fraternitas asserit prædicare, paruulos æternæ vitæ gratiam etiam sine baptismatis gratia posse donari, per fatuū est. Nisi enim manducauerint carnem filij hominis, & biberint sanguinem eius, non habebunt vitam in semetipsis. Qui autem hanc eis sine regeneratione defendunt, videntur mihi ipsum baptismū velle cassare, cum prædicant hos habere quod in eos creditur nō nisi baptismatē conferendum. Si ergo nihil volunt officere non renasci, fateantur necesse est nec regenerationis sacramenta prodesse. Verū vt superfluum hominū præua doctrina celeri veritatis possit ratiōe discindi, proclamatum hoc dominus in Euangelio dicens: Sinite infantes venire ad me, & nolite eos prohibere: taliū est enim regnum cœlorū. Quare Pelagium Cælestiumq; id est, inuentores vocum nouarū, quæ sicut dixit Apostolus, adificationis nihilū, sed magis vanissimas cōsueuerunt parere quæstiones, ecclesiastica cōmunionē priuari, Apostolici vigoris auctoritate censemus, donec respiciant de diaboli laqueis, à quo captiui tenentur secundum ipsius voluntatē, eosq; interim dominico ouili nō recipi, quod ipsi peruersæ vitæ secuti tramitem deserere voluerūt. Abscindendi sunt enim qui vos cōturbāt, & volunt

Pal. 123. 26.

Ioan. 6.

Luc. 18.

2. Tim. 2.

Trigoris.

G & volunt conuertere Euangelium Christi. Simul autem precipimus vt quicumque id pertinacia simili defendere nituntur, par eos vindicta constringat. Non solum enim qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, quia non multum interesse arbitror, inter committentis animum, & consentientis fauorem. Adde amplius, Plerumque dediscit errare, cui nemo consentit. Hac igitur fratres charissimi in supradictos maneat fixa sententia, absint atriis domini, careant custodia pastoralis, ne duarum ouium dira contagia serpent forsitan per vulgus incautum, rapacisque lupus corde letetur intra ouile dominicum tantas ouium fusas cateruas, dum a custodibus dissimulanter habetur vulnus duarum. Prospiciendum est ergo ne permittendo lupos mercenarij magis videamur esse quam pastores. Iubemus sane, quoniam Christus dominus propria voce significauit, nolle se mortem morientis, tantum vt reuertatur & uiuat, si vnquam sani deposito prauo dogmatis errore respuerint, danarintque ea, quorum se ipsi prauaricatione damnarunt, eis medicinam solitam, id est, receptaculum suum ab ecclesia non negari: ne dum eos redeuntes forsitan prohibemus, vere extra ouile remanentes, expectantis hostis rabidis faucibus glutiantur, quos in semetipsis spiculis mala disputatiois armavit. Bene valete, Datum. V. I. Calen. Februariarum. Honorio & Costantio viris clarissimis consulibus.

Augustinus Hilario de Pelagio duobus concilijs dānato. Epistola. XCIII.

DOMINO beatissimo & in Christi veritate venerando fratri & cōsacerdoti Hilario, Augustinus in domino salutem. Honorabilis filius noster Palladius, cum de nostralittore nauigaret, beneficium poscendo magis dedit, vt non solum enim benignitati tuae, verum etiam me ipsum tuis orationibus comendare, domine beatissime & in Christi charitate venerande frater. Quod cum facio, profecto & sanctitas tua faciet, quod de te ambo presumim? Quae autem circa nos sint, quoniam scio dilectione vestra pro nobis, sicut & nostra pro vobis esse sollicitam, a memorato perlatoe audiet sinceritas tua. Verūtamē quod maxime necessarium est breuiter dicam: Noua quaedam haereticis inimica gratia Christi contra ecclesiam Christi conatur exurgere, sed nodum euidenter ab ecclesia separata est, hominum scilicet qui tantum audent infirmitati humanae tribuere potestatis, vt hoc solum ad dei gratiam pertinere contendant, quod cum libero arbitrio & non peccandi possibilitate creati sumus, & dei mandata, quae a nobis implerentur accepimus. Caterum ad eadem mandata seruanda & implenda nullo diuino adiutorio nos egere. Necessariam verò nobis esse remissionem peccatorum, quia ea quae a nobis in praeteritum malefacta sunt, infecta facere non valemus: Cauendis autē futuris vincendisque peccatis, omnibusque tentationibus virtute superandis, sine villo deinceps adiutorio gratiae dei naturali possibilitate humanam sufficere voluntatem: nec paruulos indigere gratia Saluatoris, qua per eius baptismum a perditione liberentur, eo quod nullum ex Adam contagium damnationis traxerint. Quam sint haec inimica gratia Christi, quae per Iesum Christum dominum nostrum humano generi indulta est, & quae admodum torius fidei Christianae fundamenta euertere moliantur, I peruidet nobiscum venerabilitas vestra, neque lapud vos tacere debuimus, vt eiusmodi homines, quos quidem sanari in ecclesia quam ex illa rescari magis volumus & optamus,

cura pastorali caueatis. Iam enim cum ista scriberem cognoueramus in ecclesia Carthaginensi aduersus eos episcopalis concilij cōditum fuisse decretum, per epistolam sancto & venerabili papae Innocentio dirigendum, & nosde concilio Numidia ad eandem Apostolicam sedem iam similiter scripseramus. Omnes enim qui spem habemus in Christo, huic pestiferi impietati resistere, eamque concorditer damnare & anathematizare debemus: quae cōtradicit etiam orationibus nostris, cōcedens quidem vt dicamus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & hoc ita concedens, vt asserat hominem in hoc corruptibili corpore, quod aggrauat animam, posse suis viribus ad tantam iustitiam peruenire, vt neque hoc illi sit dicere necessarium: Dimitte nobis debita nostra. Ilud verò quod sequitur, Ne nos inferas in tentationem: non sic accipiunt, tanquam deus orandus sit, quo nos ad superandas tentationes adiuet peccatorum, sed ne quisquam irruens corporaliter nos humanus casus affligat, quoniam peccatorum tentationes vincere ita sit iam in nostra positum potestate possibilitate naturae: vt hoc inaniter impetrandum orantibus arbitremur. Non possumus vna epistola breui omnia vel plurima tantae impietatis argumeta colligere, praesertim quia cum ista cōscriberem, perlatores nauigaturi me immorari diutius non sinebant. Puto autem onerosum me non fuisse sanctis sensibus tuis, quod de tanto malo omniumque vigilantia domino adiuuante vitando tacere non potui.

Aurelius aliqui episcopi, inter quos Augustinus, Innocentio Papae, de Pelagio quem audierat iam ad presbyterij honorem euectum. Videtur Augustinus, cuius haud dubie huius epistolae stylus est, velle mitigare sententiam in Pelagium latam, ne irritatus excitaret manus incedendum: ostendit autem quibus modis mederi posset scandalo per ipsum exorto, vel negando librum esse ipsius, vel dicendo quaedam ab alijs admixta, vel explicando quae discipuli perperam interpretabantur.

Epistola. XCV.

DOMINO beatissimo meritoque honoratissimo fratri Innocentio Papae, Aurelius, Alipius, Augustinus, Euodius, & Possidius salutem. De concilijs duobus provinciae Carthaginensis atque Numidia, ad tuam sanctitatem a non paruo episcoporum numero subscriptas literas misimus, contra inimicos gratiae Christi, qui cōfidunt in virtute sua, & creatori nostro quodammodo dicunt, Tu nos fecisti homines: iustos autem ipsi nos fecimus. Qui naturam humanam ideo dicunt liberam, ne quarant liberatorem, ideo saluam vt superfluum iudicent saluatorem. Tantum enim dicunt valentem, vt suis viribus in origine suae creationis acceptis, possit per liberum arbitrium, nihil vltcrius adiuuante illius gratia qui creauit; domare & extingueret omnes cupiditates tentationisque superare. Multique eorum insurgunt aduersum nos, & dicunt animam nostram non est salus illi in deo eius. Familia Christi quae dicit, quum infirmior tunc potens sum, & cui dicit dominus eius: Salus tua ego sum, suspensio corde cum timore & tremore adiutorium domini etiā per charitatem tuae venerationis expectat. Audiui enim esse in vrbe Roma, vbi ille diu vixit, nonnullos, qui diuersis causis ei faueant, quidam scilicet quia vos talia persuasisse perhibent: plures verò qui eum talia sentire non credunt, praesertim quia in Oriente vbi degit, gesta ecclesiastica facta esse iactantur, quibus putatur esse purgatus: vbi quidem si episcopi eum catholicum

A licum pronunciarunt, non ob aliud factum esse credendum est, nisi quia se dixit dei gratiam conseruare, & ait posse hominem suo labore ac voluntate iuste viuere, vt ad hoc adiunari dei gratia non negaret. His enim auditis verbis, catholici antistites nullam aliam dei gratiam intelligere potuerunt, nisi quam in libris dei legere & populis dei praedicare consueuerunt: Eam utique de qua dicit Apostolus: Non irritam facio gratiam dei: Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est: sine dubio gratiam qua iustificamur ab iniquitate, & qua saluamur ab infirmitate, non qua creati sumus cum propria voluntate. Nam si intellexissent illi episcopi eam illum dicere gratiam, quam etiam cum impijs habemus, cum quibus homines sumus, negare vero eam qua Christiani & filij dei sumus, quis eum patienter catholicorum sacerdotum non dicimus audiret, sed ante oculos suos ferret? Quapropter non culpandi sunt iudices, quia ecclesiastica cōsuetudine nomen gratiae audierunt, nescientes quid huiusmodi homines, vel in sua doctrinae libris, vel in suorum solent auribus spargere. Non agitur de vno Pelagio qui iam fortasse correctus est, quod vtinam ita sit, sed tam multis, quibus loquaciter contententibus, & infirmas atque ineruditas animas velut conuictas trahentibus, firmas autē & in fide stabiles ipsa contentione fatigantibus vsquequaque iam plena sunt omnia. Aut ergo a tua veneratione accendendus est Romam, & diligenter interrogandus, quā dicat gratia quae fateatur, si tamen iam fateatur, ad non peccandum iustaque viuendum homines adiuuari. Aut hoc ipsum cum eo per literas agendum, & cum inuentus fuerit hanc dicere, quam docet ecclesiastica & Apostolica veritas, tunc sine villo scrupulo ecclesiae, sine latibulo ambiguitatis vilius absoluedus est, tunc est re vera de eius purgatione gaudendum. Siue enim gratiam dixerit esse liberum arbitrium, siue gratiam esse remissionem peccatorum, siue gratiam esse legis praecipuum, nihil eorum dicit quod per submistracionem spiritus sancti pertinet ad concupiscentias tentationesque vincendas, quae ditissime effudit in nos, qui ascendit in caelum, & captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus. Hinc enim oramus vt peccatorum tentationem superare possimus, vt spiritus dei, vnde pignus accepimus, adiuuet infirmitatem nostram. Qui autem orat & dicit: Ne nos inferas in tentationem: non utique id orat vt homo sit quod est natura: neque id orat vt habeat liberum arbitrium quod iam accepit cum crearetur ipsa natura: neque orat remissionem peccatorum, quia hoc superius dicitur. Dimitte nobis debita nostra: neque orat vt accipiat mandatum. Si enim in tentationem inductus fuerit, hoc est, in tentatione defecerit, facit utique peccatum quod est contra mandatum. Orat ergo vt non peccet, hoc est, ne quid faciat mali, quod pro Corinthiis orat Apostolus Paulus, dicens: Oramus autem ad dominum ne quid faciatis mali. Vnde satis apparet quod ad non peccandum, id est, ad non male faciendum, quauis esse non dubitetur arbitrium voluntatis, tamen eius potestas non sufficiat, nisi adiuuetur infirmitas. Ipsa igitur oratio, clarissima est gratiae testificatio. Hanc ille confiteatur, & eum gaudebimus, siue rectum siue correctum. Distinguenda est lex & gratia. Lex iubere nouit, gratia iuuare. Nec lex iuberet nisi esset voluntas, nec gratia iuuaret si lat esset voluntas. Iubetur vt habeamus intellectum, vbi dicitur: Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: & tamen oramus vt habeamus intellectum, vbi dicitur: Da mihi intellectum vt discam mandata tua. Iubetur vt habeamus sapientiam, vbi dicitur: Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat & dabitur ei. Iubetur vt habeamus continentiam, vbi dicitur: Cum scire quia nemmo potest esse continens nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientia scire cuius esset hoc donum, adij dominum & deprecatus sum eum. Postremo ne nimium longum sit cuncta percurrere, iubetur vt non faciamus malum, vbi dicitur: Declina a malo: & tamen oratur vt non faciamus malum, vbi dicitur: Oramus autem ad dominum ne quid faciatis mali. Iubetur vt faciamus bonum, vbi dicitur: Et fac bonum: & tamen oramus vt faciamus bonum, vbi dicitur: Non cessamus pro vobis orantes & postulantes. Atque inter caetera pro illis orans dicit: Vt ambuletis digne deo in omni placitum, in omni opere & sermone bono. Sicut ergo agnoscimus voluntatem cum haec praecipitur, sic & ipse agnoscat gratiam cum petuntur. Misimus reuerentiae tuae librum, quem dederunt quidam religiosi & honesti adolecentes serui dei, quorum etiam nomen non tacemus. Nam Timasius & Iacobus vocantur: qui sicut audiuius etiam nosse dignaris ipsius Pelagij exhortatione spem quam habebant in seculo, reliquerunt, & nunc continenter deo seruiunt. Qui cum eodem errore tandem aliquando per qualemcumque operam nostram domino inspirante caruissent, protulerunt eundem librum Pelagij esse dicentes, & vt ei responderetur impendit rogauerunt. Factum est. Ad eisdem rescripta est ipsa responsio. Agetes gratias rescripserunt. Vtrumque misimus, & cui responsum est, & quod responsum est. Et ne nimium essemus onerosi, signa fecimus his locis, vbi petimus inspicere non graueris, quemadmodum sibi obiecta quaestione, quod gratiam dei negaret, ita respondit, vt eam esse non diceret nisi naturam in qua nos condidit deus. Si autem hunc esse suum librum negat, aut eadem in libro loca, non contendimus, anathematizet ea, & illam confiteatur apertissime gratiam, quam doctrina Christiana demonstrat, & praedicat esse propriam Christianorum, quae non est natura, sed qua saluatur natura, non auribus sonante doctrina vel aliquo adiuuamento visibili, sicut planatur quodammodo & irrigatur extrinsecus, sed submistracione spiritus & occulta misericordia, sicut facit ille qui dat incrementum deus. Et si enim quadam non improbanda ratione dicitur gratia dei, qua creati sumus, vt non nihil essemus, nec ita essemus aliquid vt cauer quod non viuit, & arbor quae non sentit, aut pecus quod non intelligit, sed homines qui essemus, & viueremus, & sentiremus, & intelligeremus, & de hoc tanto beneficio creatori nostro gratias agere debeamus: vnde merito & ista gratia dici potest, quia non praecedentium aliquorum operum meritis, sed gratuita dei bonitate donata est: alia est tamen qua praedestinati vocamur, iustificamur, glorificamur, vt dicere possimus. Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio suo proprio non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. De hac gratia quaestio vertebatur, quando ab iis quos Pelagius grauius offendeat atque turbabat, dicebatur ei quod eam suis disputationibus oppugnaret: quibus assereret non solum ad faciendam, verum etiam ad perficiendam mandata diuina per liberum arbitrium humanam sibi sufficere naturam. Hanc Apostolica doctrina gratiam isto nomine appellat, qua saluamur & iustificamur ex fide Christi. De hac scriptum est, Non irritam facio gratiam dei. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est: De hac scriptum est: Euar-

beamus sapientiam, vbi dicitur: Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat & dabitur ei. Iubetur vt habeamus continentiam, vbi dicitur: Cum scire quia nemmo potest esse continens nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientia scire cuius esset hoc donum, adij dominum & deprecatus sum eum. Postremo ne nimium longum sit cuncta percurrere, iubetur vt non faciamus malum, vbi dicitur: Declina a malo: & tamen oratur vt non faciamus malum, vbi dicitur: Oramus autem ad dominum ne quid faciatis mali. Iubetur vt faciamus bonum, vbi dicitur: Et fac bonum: & tamen oramus vt faciamus bonum, vbi dicitur: Non cessamus pro vobis orantes & postulantes. Atque inter caetera pro illis orans dicit: Vt ambuletis digne deo in omni placitum, in omni opere & sermone bono. Sicut ergo agnoscimus voluntatem cum haec praecipitur, sic & ipse agnoscat gratiam cum petuntur. Misimus reuerentiae tuae librum, quem dederunt quidam religiosi & honesti adolecentes serui dei, quorum etiam nomen non tacemus. Nam Timasius & Iacobus vocantur: qui sicut audiuius etiam nosse dignaris ipsius Pelagij exhortatione spem quam habebant in seculo, reliquerunt, & nunc continenter deo seruiunt. Qui cum eodem errore tandem aliquando per qualemcumque operam nostram domino inspirante caruissent, protulerunt eundem librum Pelagij esse dicentes, & vt ei responderetur impendit rogauerunt. Factum est. Ad eisdem rescripta est ipsa responsio. Agetes gratias rescripserunt. Vtrumque misimus, & cui responsum est, & quod responsum est. Et ne nimium essemus onerosi, signa fecimus his locis, vbi petimus inspicere non graueris, quemadmodum sibi obiecta quaestione, quod gratiam dei negaret, ita respondit, vt eam esse non diceret nisi naturam in qua nos condidit deus. Si autem hunc esse suum librum negat, aut eadem in libro loca, non contendimus, anathematizet ea, & illam confiteatur apertissime gratiam, quam doctrina Christiana demonstrat, & praedicat esse propriam Christianorum, quae non est natura, sed qua saluatur natura, non auribus sonante doctrina vel aliquo adiuuamento visibili, sicut planatur quodammodo & irrigatur extrinsecus, sed submistracione spiritus & occulta misericordia, sicut facit ille qui dat incrementum deus. Et si enim quadam non improbanda ratione dicitur gratia dei, qua creati sumus, vt non nihil essemus, nec ita essemus aliquid vt cauer quod non viuit, & arbor quae non sentit, aut pecus quod non intelligit, sed homines qui essemus, & viueremus, & sentiremus, & intelligeremus, & de hoc tanto beneficio creatori nostro gratias agere debeamus: vnde merito & ista gratia dici potest, quia non praecedentium aliquorum operum meritis, sed gratuita dei bonitate donata est: alia est tamen qua praedestinati vocamur, iustificamur, glorificamur, vt dicere possimus. Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio suo proprio non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. De hac gratia quaestio vertebatur, quando ab iis quos Pelagius grauius offendeat atque turbabat, dicebatur ei quod eam suis disputationibus oppugnaret: quibus assereret non solum ad faciendam, verum etiam ad perficiendam mandata diuina per liberum arbitrium humanam sibi sufficere naturam. Hanc Apostolica doctrina gratiam isto nomine appellat, qua saluamur & iustificamur ex fide Christi. De hac scriptum est, Non irritam facio gratiam dei. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est: De hac scriptum est: Euar-

Infirmitas.

Sanctitas.

Math. 6.

L.

Retrac. 6.

M.

Psal. 3.

1. Cor. 11.

Psal. 34.

Galat. 2.

Math. 6.

2. Cor. 13.

Psal. 31. 18.

D. Iacobi.

Sapient. 3.

Psal. 36.

Colos. 1.

E.

Gratia natura dicitur.

F.

Rom. 8.

Galat. 2. 5.

Guati estis in Christo, qui in lege iustificamini à gratia excidistis. De hac scriptum est: Si autè gratia iam non ex operibus, alioquin gratia non est gratia. De hac scriptum est: Ei autem qui operatur merces nò imputatur secundum gratiã, sed secundum debitum. Ei autem qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiã. Et multa alia, quæ melius potes ipse meminisse, & intelligere prudētius & illustrius prædicare. Illam verò gratiam qua creati sumus homines, etiã si ita appellandam nò immeritò intelligimus, mirum est tamen si ita appellatã in vllis legitimis, prophetis, Enãgelicis, Apostolicisq; literis legimus. Cũ itaq; de hac gratia Christianis fidelibus catholicisq; notissima, illi obiiceretur quæstio, vt eã opugnare desineret, quid est quod cum hac sibi in libro suo velut aduersante persona idem ipse obieisset, vt se respondendo purgaret, nihil aliud respondit, nisi naturam creati hominis referri gratiã creatoris: atq; ita se dicere sine peccato implere posse iustitiam per liberum arbitrium cū adiutorio diuinæ gratiæ, quod deus hoc dederit homini ipsa possibilitate naturæ: Cui meritò responderetur. Ergo euacuatum est scandalum crucis, ergo Christus gratis mortuus est. Non enim si non moreretur propter delicta nostra, & resurgeret propter iustificationem nostrã, nec ascendens in altum captiuans captiuitatem daret dona hominibus, ista naturæ possibilitas quam defendit, in hominibus non esset. An forte dei mandatum deerat, & ideo Christus mortuus est: imò iam & hoc erat sanctum & iustũ & bonũ. Iam dictum fuerat. Non concupisces. Iam dictũ fuerat: Diliges proximũ tuum tanquã teipsum. In quo sermone Apostolus omnem legẽ dicit impleri. Et quoniam nisi diligat deũ nemo diligit seipsum: ideo dominus in iis duobus præceptis, totã legem prophetasq; dicit pẽdere. Quæ duo præcepta iam erant hominibus diuinitus data. An æternum præmium iustitiæ promissum nondum erat? Hoc ipse non dicit, qui in suis literis posuit etiam in veteri testamento regnum celorum esse promissum. Si ergo ad faciendam perficiendamq; iustitiam, iam erat naturæ possibilitas per liberum arbitrium, iam erat legis dei sanctum & iustum bonumq; mandatum, iam erat promissum præmium sempiternum, ergo Christus gratis mortuus est. Ergo neque per legem iustitia neque per naturæ possibilitatem, sed ex fide & dono dei per Iesum Christum dominum nostrum, vnum mediatorem dei & hominum: qui nisi in plenitudine temporis mortuus esset propter delicta nostra, & resurrexisset propter iustificationem nostram, profecto & antiquorũ fides euacuaretur & nostra. Fide verò euacuata, quæ homini iustitia remaneat, cum iustus ex fide viuat? Ex quo enim per vnũ hominem peccatũ intravit in mũdum, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertrãsit, in quo omnes peccauerunt, proculdubio à corpore mortis huius vbi alia lex repugnat legi mentis, neminẽ liberauit aut liberat sua possibilitas, quæ perdita redemptore indiget, saccia saluatore: sed gratia dei per fidẽ vnus mediatoris dei & hominum, hominis Christi Iesu, qui & deus cum esset, hominẽ fecit, & manens deus, homo factus refecit ipse quod fecit. Puto autẽ quod eum lateat fidem Christi, quæ postea in reuelationem venit, in occulto fuisse temporibus patrum nostrorũ, per quam tamen etiam ipsi dei gratia liberati sunt, quicunq; omnibus generis temporibus liberari potuerunt, occulto iudicio dei, non tamen vituperabili. Vnde dicit Apostolus. Habentes

autem spiritum fidei, vtiq; eundem quẽ & illi secundum quod scriptũ est. Credidi propter quod & locutus sum, & nos credimus propter quod & loquimur. Inde est quod ait ipse mediator, Abraham pater vester cõcupiuit videre diẽ meum, & vidit & gauisus est. Inde Melchisedech prolato sacramento mensę dominicæ, nouit æternum eius sacerdotium figurare. Iam verò data in literis lege, quam dicit Apostolus subintrasse vt abundaret delictum, & de qua dicit: Si ergo ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abraham autem per promissionẽ donauit deus. Quid autem lex? Transgressionis gratia proposita est, donec veniret semen, cui promissum est dispositum per angelos in manu mediatoris. Mediator autẽ vnus non est, deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Nonne satis ostenditur hoc actum esse per legem, vt peccatum agnosceretur & præuaricatione aueretur? Vbi enim lex non est, nec præuaricatio, & sic aduersus victoriam peccati ad diuinam gratiam quæ in promissionibus est confugeretur: atq; ita lex non esset aduersus promissa dei, quia ideo per illam fit cognitio peccati, & ex præuaricatione legis abundantia peccati, vt ad liberationẽ quarantur promissiones dei, quod est gratia dei, & incipiat esse in homine iustitia, nò sua sed dei, hoc est, data dono dei. Quã etiam nunc quidam sicut tunc de Iudæis dictum est. Ignorantes dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitię dei non sunt subiecti. Per legem quippe & illi iustificari se arbitrantur, sufficiente sibi ad eam custodiendam libero arbitrio, hoc est, iustitia sua prolata ex natura humana, non donata ex gratia diuina, propter quod iustitia dei dicitur. Vnde item scriptum est. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legem & prophetas. Cũ dicit manifestata est, ostendit quia tunc erat, sed tanquã illa pluuia, quam Gedeon impetrauit, tunc velut in vellere occulta, nunc autem velut in area manifestata. Cũ ergo lex sine gratia non mors peccati potuisset esse, sed virtus: sic enim dictum est: Aculeus mortis peccatum, virtus autem peccati lex. Sicut confugiunt multi à facie regnantis peccati ad gratiam velut aream nunc patentem, ita pauci ad eam confugebant velut in vellere tunc latentem. Hac verò temporum distributio refertur ad altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, de qua dictum est, Quam inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius. Quapropter si & ante tempus legis & tempore ipso legis iustos patres, & ex fide viuentes, non possibilitas naturæ infirmæ & indignæ ac viciatæ & sub peccato venundatæ, sed dei gratia per fidẽ iustificat. Anathemet ergo Pelagius scripta sua, vbi contra eam, & si non per contumaciam, tamen per ignorantiam disputat, possibilitatẽ defendendo naturæ ad vincenda peccata & implenda mandata. Aut si sua esse negat, aut scriptis suis ab inimicis suis dicit immissa quæ sua negat, anathemet ea tamẽ & damnet paterna exhortatione, & autoritate sanctimoniarũ tuarũ. Si vult, ergo onerosum sibi, & perniciosum ecclesiæ discat scandalum auferre, quod scandalum auditores & in peruersum dilectores eius vsquequaq; spargere nò quiescunt. Si enim cognouerint eundem librũ, quem illius vel putant esse vel norunt, episcoporum catholicorum autoritate & maxime

A maxime sanctitatis tuæ, quam apud eum esse maioris ponderis minime dubitamus, ab eodem ipso anathematatum atque damnatum, non eos vltius existimamus ausuros loquendo cõtra gratiam dei, quæ reuelata est per passionem & resurrectionem Christi, peccata fidelia & simpliciter Christiana turbare: sed potius adiuuante misericordia domini, concertantibus nobis cum charitate ac pietate flagrantibus orationibus tuis, non solum vt in æternum beati, verum etiam iusti & sancti sint, non in sua virtute, sed in eadem gratia confisuros. Vnde & ad ipsum scriptam ab vno nostrũ epistolam, ad quem per quendam Orientalem diaconum, ciuem autem Hipponensem tanquam purgationis suę quædam scripta transmisit, tuæ beatitudini potius credimus dirigendam, melius iudicantes & petentes vt eam ei mittere ipse digneris. Sic enim eam legere potius non dedignabitur, magis in illa eũ qui militat quam qui scripsit attendens. Illud verò quod dicunt posse hominem esse sine peccato, & mandata dei facile custodire si velit, quauis cum hoc per adiutorium gratiæ, quæ tamen per incarnationem vnigeniti eius reuelata atque donata est dicitur, tolerabilis dici videatur: tamen quoniã nò immeritò mouere potest, vbi & quando per eandem gratiam id efficiatur in nobis, vt sine vilo profus peccato simus, vtrum in hac vita quando caro concupiscit aduersus spiritum, an in illa cum fiet sermo qui scriptus est: Vbi est mors victoria tua, vbi est mors aculeus tuus? aculeus enim mortis est peccatum: diligentius pertractandum, propter alios quosdam qui senserunt, atque in suis literis memoriæ mandauerunt, etiam in hac vita esse posse homines sine peccato, non ab initio natiuitatis suæ, sed conversione à peccatis ad iustitiã, & à vita reprobã ad bonã vitam. Sic enim intellexerunt quod de Zacharia & Helizabet scriptum est, ambulasse eos in omnibus iustificationibus domini sine querela. Hoc quod dictum est, sine querela, sine peccato dictum acceperunt, non quidem negãtes, imò etiam quod aliis locis in literis eorũ inuenitur, pie confitentes adiutorium gratiæ domini nostri, non per naturalem spiritum hominis, sed per principalem spiritum dei, qui parum videntur considerasse ipsum Zachariam fuisse vtique sacerdotem. Omnes autem tunc sacerdotes necesse habebant ex lege dei primitas pro peccatis suis offerre sacrificium, deinde pro populo, sicut nunc per orationis sacrificiũ conuincimur, non esse sine peccato, quoniã iussi sumus dicere: Dimitte nobis debita nostra. Ita & tunc per sacrificia victimarum animalium conuincabantur, sacerdotes sine peccato non esse, qui pro suis peccatis iubebãtur offerre. Quod si res ita se habet, vt per gratiã Saluatoris proficiamus quidem in hac vita, deficiente cupiditate, crescente charitate, perficiamur autẽ in illa vita, cupiditate extincta, charitate completa, profecto illud quod scriptum est: Qui natus est ex deo non peccat: secundum ipsam charitatem dictum est, quæ sola non peccat. Ad natiuitatem quippe, quæ ex deo est, augenda & perficienda pertinet charitas, non ea quæ minuenda est & consumenda cupiditas, quæ tamen quandiu est in membris nostris, lege quadam sua repugnat legi mentis. Sed natus ex deo, nec obediens desiderijs eius, nec exhibens membra sua arma iniquitatis peccato, potest dicere: Iam nò ego operor illud, sed illud quod habitat in me peccatũ. Sed quoquomodo se habeat ista quæstio, quia & si non inuenitur homo in hac vita sine peccato, id tamen dicitur posse fieri per adiutorium gratiæ & spiritus dei:

quod vt fiat conandum atq; poscendũ est, tolerabiliter in id quisque fallitur: nec diabolica impietas, sed error humanus est, elaborãda & optanda affirmare, etiam si quod affirmat non possit ostẽdere. Id enim credit fieri posse quod certe laudabile est velle. Nobis autem sufficit quod nullus in ecclesia dei fidelium reperitur in quolibet profectu, excellentia atq; iustitia, qui sibi audeat dicere non necessariã precationem orationis dominicæ: Dimitte nobis debita nostra, & dicat se nò habere peccatum, ne seipsum decipiat, & veritas in eo nò sit, quauis iam sine querela viuat. Nò enim qualecunq; etiam tetationis humanæ, sed graue peccatũ est quod in querelã venit. Cetera quæ illi obiecta sunt, sicut gestis defensa peruiderit, ita de his proculdubio tua beatitudo iudicabit. Dabit sanẽ nobis veniam suauitatis mississimæ cordis tui, quod prolixiorẽ epistolam fortassis quãm velles tuæ missimus sanctitati. Non enim riuum largi tuo fonte augẽdo refundimus, sed in hac nò parua tentatione tẽporis vnde nos liberet, cui dicimus: Ne nos inferas in tetationem: vtrum etiam noster licet exiguus ex eodem quo etiã tuus abundans emanet capite fluentorũ, hoc à te probari volumus, tuisq; rescriptis de cõmuni participatione vnus gratiæ consolari.

Innocentius superiori respondet. ~~Epistola ad Pelagium~~

Epistola. XCVI.

INNOCENTIVS Aurelio, Alipio, Augustino, Euodio, Possidio, episcopis salutem. Fraternitatis vestrę literas plenas fidei totoq; religionis catholicæ vigore firmatas à duobus missas concilijs per fratrem & cõepiscopum nostrum Iulium pergrato suscepimus animo, quod earũ tenor omnisq; contextio est in consideratione quotidianæ gratiæ dei, & in eorum correctione, qui contrã sentiunt, integra ratione consistit, vt & illis omnem tollere possit errorem, & idoneũ dato cuius nostræ legis exemplo, quem sequi debeat dignum possint præbere doctorem. Sed de his iam satis, vt opinor, supra diximus, cū vestris relationibus respondentes rescripsimus, quid vel de illorum perfidia, vel de vestra sententiã sentiremus. Sed subiude contra eos subuenit & suppeditat quod dicitur, nec potest aliquando esse quod vincat, cum tam miserũ impiũq; sit quod nostræ fidei virtute & ipsa plenius veritate vincatur. Qui enim omnem vitæ spem respuit, atq; contempsit, inimica dånabili cor suũ disputatione confundens, cum credit nihil esse quod à deo accipiat, nec aliquid superesse quod petat ad sanandũ se, qui sibi hoc abstulit vltius quid relinquit? Si ergo sunt aliqui quos in sui defensionem perueritas tanta deuinxit, qui huic se dogmati dant atq; coniugant, sperantes hoc ad catholicam pertinere doctrinam, quod abhorrens longius & penitus approbatur aduersum, infecti illorum & monitis & verbis vt laberentur inducti, quatenus ad rectum viæ tramitem redeant festinabunt, ne diutius mentem obsidens, velut eorum sensibus passus error inuadat. Nam si Pelagius quocunq; restitit loco, eorum animos qui faciliẽ vel simpliciter crederent disputanti hac affirmatione decepti: seu hac illi in vrbe sint, quod nescientes nec manifestare possumus, nec negare, cum & si sunt lateant, nec aliquando audeant, vel illum prædicantem ista defendere, vel talia aliquo nostrorum præsentẽ iactare, & in tanta populũ multitudinem deprehendi aliquis faciliẽ, nec alicubi possit agnosci: siue in quouis terrarum loco degant, dei nostri misericordia gratiaq; credimus, quod facile

Rom. 4.

Psal. 67.

Exo. 20. Leuiti. 19. Math. 22.

Abachuc. 2. Rom. 5.

1. Cor. 4.

K

Ioan. 8.

Gen. 14.

Gal. 3.

Roma. 4.

L

Roma. 10.

Roma. 3.

1. Cor. 15.

M

Roma. 11.

Matth. 5.

Roma. 7.

Error tolerabilis.

Math. 6. 24. 27. 70.

Retra. 50.

F

G corriganur, audita eius damnatione, qui fuerit perti-
 max & resistens huius dogmatis author inuentus: nec
 interest ubi isti fuerint, dum vbiunque inueniri po-
 tuerint, sint sanandi. Nobis tamen nec persuaderi po-
 test eum esse purgatum; quantum ad nos à nostris qui-
 busdam laicis sint gesta perlata, quibus ille auditum se
 crederet & absolutum: que vtrum vera sint dubitamus,
 quod sub nulla illius prosecutione venerunt, nec eorū
 aliquas accepimus de hac re literas apud quos istius rei
 iste præstitit causas. Quod si de sua ille potuisset purga-
 tione cōfiderē, hoc magis credimus quod egisset, quod
 multo verius esse potuerat, ut illos cogeret epistolis suis
 quid iudicauerunt indicare verum: cum sint aliqua in
 ipsis posita gestis, quæ obiecta partim ille vitando sup-
 pressit, partim multa in se verba retorquendo tota ob-
 scuritate confudit, aliqua magis falsis argumētis quam
 vera ratione, ut ad tempus poterat videri, purgavit ne-
 gando, alia falsa interpretatione vertendo. Sed uti-
 nam; quod optandum magis est, etiam se ille ad ve-
 ram fidei viam, ab illo sui tramitis errore conuertat,
 ut cupiat veliq; purgari, considerans quotidianam dei
 gratiam, adiutoriumq; cognoscens, ut videatur verum
 H & approbetur ab omnibus manifesta ratione corre-
 ctus, non gestorum iudicio, sed ad catholicam fidem
 orbe conuerso. Vnde non possumus illorum nec cul-
 pare nec approbare iudicium, cum nesciamus vtrum
 vera sint gesta, aut si vera sunt, illum constet magis
 subterfugisse, quam se tota veritate purgasse. Qui si
 confidit, nouitq; non nostra dignum esse damnatione,
 quod dicat iam totum hoc se refutare quod dixerat,
 non à nobis accersiri, sed ipse debet potius festinare ut
 possit absolui. Nam si adhuc taliter sentit, quando se
 nostro iudicio quibusuis acceptis literis cum sciat dam-
 nandum esse, committet? Quod si accersendus esset,
 ab iis melius fieret, qui magis proximi & non longo
 terrarum spatio videntur esse disiuicti: sed non deerit
 cura, si medicina præbeat ille materiam. Potest enim
 damnare quæ senserat, ac datis literis erroris sui, ut re-
 gressum ad nos decet, veniam postulare. Librum sa-
 nē qui eius esse diceretur nobis à vestra charitate trans-
 missum euoluimus. In quo multa blasphemia, nihil
 quod placeret, nihil quod non penitus displiceret à
 quouis damnandum atque calcandum, cui similia ni-
 si qui ista scripserat, nemo alter in mentem reciperet
 I atque sentiret. Nam hoc loco latius de lege disputare
 velut coram posito repugnantēq; Pelagio necessariū
 esse non duximus, cum vobiscum totum scientibus
 pariq; nobiscum assensione gaudentibus colloquamur.
 Tunc enim melius hæc exempla ponuntur, quando
 cum iis quos harum constat rerum imprudentes esse
 tractamus. Nam de naturæ possibilitate, de libero ar-
 birrio, & de omni dei gratia & quotidiana gratia, cui
 non sit recte sentienti vberimum disputare. Anathe-
 matizet ergo ista quæ sensit, ut illi qui eius sermoni-
 bus fuerant præceptisq; collapsi, quid tandem habeat
 fides vera cognoscant. Facilius enim reuocari pote-
 runt, cum ista à suo senserint authore damnari. Quod
 si ille pertinaciter in hac voluerit impietate persistere,
 agendum est qualiter vel iis possit subueniri, quos non
 scelus huc sed magis error induxit: nec & illis hæc me-
 dicina pereat, cuius iste talem non admittit nec postu-
 lat curā. Deus vos incolumes custodiat fratres cha-
 rissimi. Datum. V. Kalend. Februarias.

Innocentius Augustinum salutem tantum.
 Epistola. XC VII.

INNOCENTIVS Aurelio & Augustino K
 episcopis. Acceptissimi mihi germani cō-
 presbyteri illo recursus vacuus officio vestro
 esse non debuit. Per charos enim salutare charissimos,
 naturale quodammodo videtur & cōsequens. Gaudere
 ergo in domino vestra germanitate amantissimi cupi-
 mus, & pro nobis paria ad deum vota rependere precā-
 mur, quia ut bene nostis, communibus & alternis plus
 agimus orationibus quam singularibus aut priuatis.

Euodius Augustino proponit aliquot questiones.

Epistola. XC VIII.

EVODIVS episcopus, Augustino episcopo.
 Pridem quæstiones misi ad sanctitatem
 tuam. Vnam de ratione & deo, [puto] per
 lobinum & qui seruit ancillis dei. & Alteram de corpore
 saluatoris, de quo æstimatur quod substantiam dei
 videat. Tertiam dico nunc. Anima rationalis, quam
 saluator cum corpore assumpsit, vtrum in vna de opi-
 nionibus est illis quæ proponuntur, cum de animæ ori-
 gine queritur, si qua ibi potest veritate fulciri: an quan-
 quam rationalis sit, non tamen ex iis speciebus quæ de
 animalium anima dicuntur, & sed in alia habetur. & Quar-
 tam interrogo, qui sunt illi spiritus de quibus in epi-
 stola sua ponit Petrus testimonium de domino dicens:
 Mortificatus carne, viuificatus spiritu, in quo & eis qui
 in carcere erant spiritibus veniens prædicauit, & cetera:
 hoc inserens quod in inferno fuerunt, & descendens
 Christus omnibus euangelizauit, omnesq; à tenebris &
 pœnis per gratiam liberauit, ut à tempore resurrectionis
 domini, iudicium expectetur exinanitis inferis. Quid
 ergo in hac re sanctitati tuæ videatur, cupio nosse.

Augustinus Euodio, respondens ad duas questiones, quarum
 altera est de loco obscuro, primæ Petri tertio cap. altera de
 anima Christi. Epistola. XC IX.

DOMINO dilectissimo fratri & coepiscopo
 Euodio, Augustinus in domino salutem.
 Quæstio, quam mihi proposuisti ex epistola
 Apostoli Petri, solet nos ut te latere non arbitror, ve-
 hementissime commouere, quomodo illa verba acci-
 pienda sint tanquam de inferis dicta. Replico ergo
 tibi eandem quæstionem, ut siue ipse potueris, siue ali-
 quem qui possit inueniri, auferas de illa atque finias
 dubitationem meam. Quod si prior potuero cum id
 donauerit dominus, tibi que impartiri valero, non
 fraudabo dilectionem tuam: nunc autem quæ me ibi
 moueant intimabo, ut secundum hæc de illis verbis
 Apostolicis, vel ipse cogites, vel quem idoneum re-
 pereris consulas. Quum dixisset Christum mortifica-
 tum carne, viuificatum spiritu, continuo subiicit in
 quo & iis qui in carcere erant conclusi spiritibus ve-
 niens prædicauit, qui increduli fuerunt aliquando, quā-
 do expectabat dei patientia in diebus Noë, cum fabri-
 caretur arca, in qua pauci, id est octo animæ saluæ
 factæ sunt per aquam. Deinde subiunxit & ait: quod
 & vos nunc simili forma baptisma saluos fecit. Mouet
 itaque si apud inferos dominus quando mortuus est
 in carcere conclusis spiritibus prædicauit, quid boni
 soli meruerint, ut dominus ad inferna descenderet: &
 de istis tantum duobus dictum fuisse illi diuini. Inter
 vos & nos chaos magnum firmatum est, ut ij qui vo-
 lunt hinc transire ad vos non possint, neque inde huc
 transire: nescio vtrum quisquam sit cui non videatur
 absurdum. Porro si plures quam duo ibi erant, quis
 audeat dicere non ibi fuisse patriarchas & propheta-
 tas, quibus in scripturis dei iustitia pietatisq; tam in si-
 gne te-

1. Petri, 3.
 7. aliis, in eo
 ipso spiri-
 tibus qui
 in carcere
 erant conclu-
 si adueni-
 si prædicasse,
 qui spiritus
 aliquando in-
 creduli fue-
 rant, cui fuisse
 taret in die-
 bus in quib;
 adhuc exp-
 dabat &c.
 Lucæ. 16.

A gne testimonium perhibetur, qui tunc infideles fuerunt,
 cum fabricaretur arca: Etenim post temporā Noë, mul-
 ta milia tot gentium vsque ad passionem Christi mor-
 tua sunt, quæ potuit apud inferos inuenire: Non utiq;
 eorum qui in deum crediderant, sicut propheta & pa-
 triarche de stirpe Abrahæ, sicut ipse retro Noë & tota do-
 mus eius, quæ salua facta est per aquam, excepto for-
 tassis vno filio, qui postea reprobatus est, sicut etia præ-
 ter progeniem Iacob: alij fuerunt credentes in deum si-
 cut Iob, sicut ciuitas Ninive, & si qui alij sunt qui vel
 apparent in scripturis, vel in genere humano latent:
 sed eorum dico multa milia hominum, qui deū igno-
 rantes, & dæmonum vel simulacrorum cultui dediti
 à temporibus Noë vsque ad passionem Christi, ex hac
 vita emigrarunt, quos apud inferos Christus inueniēs,
 quomodo illis non prædicauit, sed illis tantum qui in
 diebus Noë increduli fuerunt cum fabricaretur arca:
 Aut si omnibus prædicauit, cur illos solos Petrus com-
 memorauit, prætermissa multitudinem tam innumera-
 bili cæterorum: Et dominum quidem carne mortifica-
 tum venisse in infernum satis constat. Neque enim
 B contradici potest, vel prophetiæ quæ dixit: Quoniam
 non derelinques animam meam in inferno. Quod ne
 aliter quisquam sapere audeat, in actibus Apostolo-
 rum, idem Petrus exponit: Vel eiusdem Petri & illis
 verbis, quibus eū asserit soluisse inferni dolores, in qui-
 bus impossibile erat eum teneri. Quis ergo nisi infide-
 lis negauerit fuisse apud inferos Christum? Quod si
 mouet aliquem, quemadmodum accipiendum sit in-
 ferni ab illo solutos dolores. Neque enim coepert in
 eis esse tanquam in vinculis, & sic eos soluit tanquā si
 catenas soluisset, quibus fuerat alligatus, facile est in-
 telligere sic eos solutos, quemadmodum solui possunt
 laquei venantium, ne teneant, non quia tenuerunt. Po-
 test & sic, ut eos dolores eum soluisse credamus qui-
 bus teneri ipse non poterat, sed quibus alij tenebantur,
 quos ille nouerat liberandos. Verum qui nam isti sint,
 temerariū est definire. Si enim omnes omnino dixe-
 rimus tunc esse liberatos qui illic inuenti sunt, quis nō
 gratuletur si hoc possumus ostendere, præsertim propter
 quosdā, qui nobis literario labore suo familiariter in-
 notuerunt, quorum eloquium ingeniumq; miramur,
 non solum poetas & oratores, qui eisdem ipsos falsos
 deos gentium, multis opusculorum suorum locis con-
 temnendos ridendosq; monstrarunt, & aliquando etiā
 C vnum deum verumq; confessi sunt, quāuis illa super-
 stitiosa cum cæteris colerent: verum etiam illos qui hæc
 non cantando vel declamando, sed philosophando di-
 xerunt. Multos etiam quorum literas non habemus;
 sed in illorum literis didicimus secundum quandam
 modum laudabiles vitas, ut excepto dei cultu, in quo
 errauerunt, colentes vana quæ publice colenda fue-
 rant instituta, & creaturæ potius quam creatori ser-
 uientes: in cæteris moribus parsimonia, continen-
 tiæ, castitatis, sobrietatis, mortis pro patriæ salute
 contemptu, seruatiq; fidei, non solum ciuibus, verum
 & hostibus imitandi merito proponantur. Quæ qui-
 dem omnia, quando non referuntur ad finē rectæ ve-
 ritatis, sed ad fastum inanem humanæ laudis &
 gloriæ, etiam ipsa inanes sunt quodammodo, steriliaq;
 redduntur: veruntamen quadam indole animi ita de-
 lectant, ut eos in quibus hæc fuerunt vellemus vel
 præcipue vel cum cæteris ab inferni cruciatibus libe-
 rari, nisi aliter se haberet sensus humanus, aliter iusti-
 tia creatoris. Quæ cum ita sint, si omnes inde soluti
 Tomus secundus.

saluator, & sicut requirens scripsisti exinanuit infer-
 na, ut deinceps iudicium iam expectaretur extremum:
 hæc sunt quæ in hac re non immerito mouent, quæ
 mihi interim cogitanti solent occurrere. Primum qua
 autoritate firmetur ista sententia. Quod enim scri-
 ptum est in morte Christi factum solutis doloribus
 inferni, vel ad ipsum potest intelligi pertinere, quod
 eos hæcenus soluerit, hoc est, irritos fecerit, ne ab eis
 ipse teneretur, præsertim quia sequitur: In quibus impos-
 sibile erat teneri eū. Vel si causa queritur cur voluerit
 venire in infernum, ubi dolores illi essent, quibus te-
 neri omnino nō poterat, quia erat, ut scriptum est, in-
 ter mortuos liber, in quo princeps & præpositus mor-
 tis non inuenit aliquid quod supplicio deberetur, hoc
 scilicet quod scriptum est, Solutis doloribus inferni, nō
 in omnibus, sed in quibusdam accipi potest, quos ille
 dignos ista liberatione iudicabat: ut neque frustra il-
 luc descendisse existimetur, nulli eorum profuturus qui
 ibi tenebantur inclusi: nec tamen sit cōsequens, ut quod
 diuina quibusdam misericordia iustitiæque concessit,
 omnibus concessum esse putandum sit. Et de illo qui-
 dem primo homine patre generis humani, quod eum
 ibidem soluerit, ecclesia ferè tota consentit: quod eam
 non inaniter credidisse credendum est, vnde eun-
 que hoc traditum sit, etiam si canonicarum scripturarum
 hinc expressa non proferatur autoritas: quoniam
 illud quod in libro Sapientiæ scriptum est: Hæc illum
 qui primus factus est patrem orbis terrarum, cum so-
 lus esset creatus, custodiuit & eduxit illum à delicto
 suo, & dedit ei virtutem continendi omnia: magis pro
 hac sententia quam pro vlllo alio intellectu facere vi-
 deatur. Addūt quidam hoc beneficium antiquis etiam
 sanctis fuisse concessum. Abel, Seth, Noë, & domui
 eius, Abrahæ, Isaac & Iacob, alijsq; patriarchis & prop-
 hetis, ut cum dominus in infernum venisset, illis do-
 loribus soluerentur. Sed quo nam modo intelligatur
 Abrahæ, in cuius sinum pius etiam pauper ille susce-
 ptus est, in illis fuisse doloribus, ego quidem non vi-
 deo: explicant fortasse qui possunt. Solos autem duos,
 id est, Abrahæ & Lazarum, in illo memorabilis quie-
 tis sinu fuisse, antequam dominus in inferna descen-
 deret: & de istis tantum duobus dictum fuisse illi diui-
 ni. Inter vos & nos chaos magnum firmatum est, ut ij
 qui volunt hinc transire ad vos non possint, neq; inde
 huc transire, nescio vtrum quisquam sit cui non vi-
 deatur absurdum. Porro si plures quam duo ibi erant,
 quis audeat dicere nō ibi fuisse patriarchas & prophe-
 tas, quibus in scriptura dei iustitiæ pietatisq; tam in si-
 gne testimonium perhibetur: Quid is ergo præstiterit,
 qui dolores soluit inferni, in quibus illi non fuerunt,
 non dum intelligo: præsertim quia nē ipsos quidem in-
 feros vsquam scripturarum locis in bono appellatos po-
 tui reperire. Quod si nusquam in diuinis authoritati-
 bus legitur, non vti que sinus ille Abrahæ, id est, secreta
 cuiusdam quietis habitatio, aliqua pars inferorum esse
 credenda est: quoniam in his ipsis tantis magistris ver-
 bis, ubi ait dixisse Abrahæ, Inter vos & nos chaos ma-
 gnum firmatum est, satis, ut opinor, appareat non esse
 quandam partem, & quasi membrum inferorum tan-
 tæ illius felicitatis sinum. Chaos enim magnum, quid
 est nisi quidam hiatus, multum ea separans, inter que
 non solum est, verum etiam firmatus est: Quapropter
 si in illum Abrahæ sinum Christum mortuum venisse
 sancta scriptura dixisset, non nominato inferno eiusq;
 doloribus, miror si quisquam ad inferos eum descendit
 m iij se asse-

Psal. 87.
 in mortuis

E

Sap. 10.

Lucæ. 16.

Lucæ. 16.

G se afferere auderet. Sed quia euidentia testimonia & infernum commemorant & dolores, nulla causa occurrat, cur illò credatur venisse saluator, nisi ut ab eius doloribus saluos faceret. Sed vtrū omnes quos in eis inuenit, an quosdam quos illo beneficio dignos iudicauit, adhuc requiro. Fuisse tamen eum apud inferos, & in eorum doloribus constitutis hoc beneficium præstitisse non dubito. Vnde illis iustis qui in sinu Abraæ erant, cum ille in inferna descenderet, nondum quid contulisset inueni, à quibus eum secundum beatificam præsentiam suæ diuinitatis nunquam video recessisse. Sicut etiam eodem ipso die quo mortuus est, promisit latroni, quod cum illo in paradiso fuisset futurus, quando ad soluendos inferni dolores fuerat descensurus. Profecto igitur in paradiso atque sinu Abraæ, etiam ante iam erat beatificante sapientia, & apud inferos iudicante potentia. Vbi enim non est, nullo loco obfessa diuinitas: veruntamen secundum creaturam, quam ex quodam tempore suscipiendo manens deus, homo factus est, hoc est, secundum animam eum fuisse apud inferos, aperte scriptura declarat, & per prophetiam præmissa, & per Apostolicum intellectum satis exposita, qua dictum est. Non derelinques animam meam in inferno. Scio quibusdā videri, morte domini Christi iam talem resurrectionem præstitam iustis, qualis nobis in fine promittitur, quoniam scriptum est, illo terræ motu, quo in eius passione petra scissæ & monumenta aperta sunt, multa corpora resurrexerunt iustorum, & visa cum illo quando resurrexit in sancta civitate: Qui vtiq; si non iterum repositis corporibus dormierunt, videndum est quemadmodum intelligatur Christus primogenitus à mortuis, si eum in illa resurrectione tot præcesserunt, Quod si responderetur hoc dictum esse per anticipationem, vt monumenta quidem illo terræ motu aperta intelligantur, cum Christus in cruce penderet, resurrexerunt autem iustorum corpora non tunc, sed cum ille prior resurrexisset, quantum tunc vt dixi, anticipando fuisset adiunctum, vt & Christus primogenitus à mortuis sine ambiguitate credatur, & illis iustis continuo concessum, vt ipso præeunte in æternam incorruptionem atque immortalitatem resurgerent, illud adhuc restat quod moueat, quomodo à Petro dici poterit, quod vtiq; verissime dictum est, quando per illam prophetiam non de Dauid, sed de Christo asseruit fuisse prædictum, carnem eius non vidisse corruptionem, & quod adiunxit de Dauid, apud eos esse monumentum eius: vnde illos vtiq; non conuincebat, si corpus eius ibi iam non erat, quia etsi ante in recenti sua morte resurrexisset, nec caro eius vidisset corruptionem, posset nihilominus illud monumentum manere. Durum autem videtur, vt Dauid non fuerit in illa resurrectione iustorum, si eis iam æterna donata est, cuius Christus ex semine tam crebro, & tanta euidentia, tantaq; honorificetia commendatur. Periclitabitur etiam illud quod ad Hebræos de iustis antiquis dicitur: Quia pro nobis meliora prouiderunt, ne sine nobis perfecti perficerentur, si iam in illa resurrectione incorruptione constituti sunt, quæ nobis perficiendis in fine promittitur. Cur ergo petrus eos tantum commemorare voluerit, quibus in carcere inclusis Euangelium prædicatum est, qui in diebus Noë cum fabricaretur arca increduli fuerunt, vides quam latebrosam sit, & quæ me moueat, ne affirmare hinc aliquid audeam. Huc accedit, quia cum dixisset Apostolus, quod & vos nunc simili forma baptismi saluos facit, non car-

nis depositio sordium, sed consciētia bonæ interrogatione in deum per resurrectionem Iesu Christi, qui est in dextera dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur, profectus in cælos subiectis sibi angelis & potestatibus & virtutibus, continuo subiecit. Christo igitur in carne passo, & vos eadem scientia armamini, quia qui passus est in carne desit à peccatis, in hoc, vt iam non hominū desyderiis, sed voluntate dei quod reliquum est in carne viuat tempus. Deinde ait, Sufficit enim præteritū tempus ad voluntatem hominum consummatum ambulantes in libidinibus & concupiscētis & ebrietate, comestationibus, potationibus, & illicitis idolorū seruitutibus, in quo stupescunt non concurrere vos in eandem luxuriæ confusionem blasphemantes, quoniam reddent rationem ei qui paratus est iudicare viuos & mortuos. His dictis subnectit, Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est, vt iudicentur quidem secundum homines in carne, viuant autem secundum deum spiritu. Quem nō moueat ista profunditas: Mortuis dicit euangelizatum, quos profecto si intellexerimus, qui de corpore exierunt, illi opinor erunt, de quibus supra dixit. Qui increduli fuerunt in dieb⁹ Noë, aut certe omnes quos apud inferos Christus inuenit. Quid sibi ergo vult vt iudicentur quidem secundum homines in carne, viuant autem secundum deum spiritu? Quomodo iudicantur in carne, quæ non habent, si apud inferos sunt, vel quam nondum receperunt, si etiam à doloribus inferni soluti sunt? Neq; enim si vt quæredo dicis, exinaniti sunt inferi, omnes etiam qui tunc ibi fuerunt in carne resurrexerunt crededi sunt: aut qui resurgentes apparuerunt cum domino, ad hoc carnem receperunt, vt in ea iudicarentur secundum hominem: quod nec de illis video quomodo accipi possit, qui increduli fuerunt in diebus Noë: non enim eos in carne vixisse scriptum est, aut credi potest ideo solutos dolores inferni, vt qui inde liberarentur, carnem ad luendam pœnam reciperent. Quid est ergo vt iudicentur secundum homines in carne, viuant autem secundum deum spiritu? An forte hoc præstitum est eis, quos apud inferos Christus inuenit, vt per Euangelium viuificarentur spiritu, quantum futura resurrectione in carne iudicandi sint, vt per aliquam carnis pœnā transeant in regnum dei? Quod si ita est, cur hoc tantum de illis qui quondam non crediderunt in diebus Noë, ac non etiam de cæteris, quos illi Christi visitatio cõperit per Euangelij prædicationem spiritu reuixerunt, postea transitoria pœna in carne iudicandi: Quod si de omnibus acceperimus, manet quæstio, quare Petrus eos tantum commemorauit qui tunc increduli fuerunt, cum fabricaretur arca? Mouet etiam illud, quod ij qui de hac re conantur reddere rationem, ideo dicunt Christo ad inferos descendentem, ius qui ibi inuenti sunt illa loca pœnalia tanquam carceres exinanitos, quia non audierant Euangelium, quod illis viuentibus nondum toto orbe terrarum prædicabatur, & iustas habebant causas cur non credidissent, quod eis non fuerat annūciatum: deinceps autem non habituros excusationem, qui prædicationem Euangelij per omnes gentes celebratam diffusamq; cõtemnunt, & ideo illis tunc euacuatis carceribus iam iustum restare iudicium, quo contumaces & infideles etiam æterno igne puniantur. Nec attendunt qui hoc sentiūt hanc excusationē habere posse omnes, qui etiam post resurrectionem Christi, antequam ad eos Euangelium perueniret ex hac vita emigrarunt. Neq; enim postea q̄ domin⁹ remeauit ab inferis, nemo pmis-

K

Evvo. xi.

i. Petri. 4.

L

M

Ita speradū

sus est

A sus est iterum ire ad inferos, nisi audito Euangelio, cum tam multi moreretur in toto orbe terrarum, antequam ad eos hæc annūciatio perueniret, qui omnes habebunt excusationem, quæ ablata dicitur eis, quibus dominus cum venisset, qui ante non audierant in inferno dicitur prædicasse. Vbi forte dicatur etiam istos, qui post domini resurrectionem, nondum sibi annūciato Euangelio mortui sunt siue moriuntur, illic apud inferos audire potuisse vel posse, vt illic credant quod de Christi veritate credendum est, & habeant etiā ipsi remissionem ac salutem, quam illi meruerunt, quibus ipse Christus annūciavit. Neque enim quia rursus ascendit Christus ab inferis, ideo ibi fama eius extincta est, nam & hinc ascendit in cœlum, & tamen eius annūciatione, qui in eum crediderint salui erunt. Ideo quippe exaltatus est, & donatum est ei nomen quod est super omne nomen, vt in nomine eius omne genu flectatur, non solum cœlestium & terrestrium, verum etiā infernorum. Sed hanc opinionem si admittimus, quæ putari potest homines, qui cum viuerent minime crediderunt, posse in Christum apud inferos credere, quis ferat? Quæ cõsequenter absurda fideiq; contraria: Primum ne frustra dolere videamur eos qui sine ista gratia de corpore exierunt, frustra q; curam gerere atque instāter hortari, vt eam homines priusquam moriantur percipiant, ne sempiterna morte puniantur: Aut si illi tantum apud inferos inutiliter atque infructuose credunt, qui Euangelio sibi annūciato hic credere noluerunt, illis autem proderit credere, qui non hic contempserunt quod audire minime potuerunt: aliud sequitur absurdus, vt hic non sit Euangelium prædicandum: quoniam omnes vtiq; morituri sunt, & sine vilo reatu contempti Euangelij venire ad inferos debet, vt eis prodesse possit, cum ibi crediderint. Quod sentire impiæ vanitatis est. Quamobrem teneamus firmissime quod fides habet fundatissima auctoritate firmata, quia Christus mortuus est secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, & cætera quæ de illo testante veritate cõscripta sunt. In quibus etiam hoc est, quod apud inferos fuit solutus eorum doloribus, quibus cum erat impossibile teneri, à quibus etiam recte intelligitur soluisse & liberasse quos voluit, corpusq; quod in cruce reliquerat in sepulchro positum recepisse. In illa vero, quæ proposuisti de verbis Petri Apostoli quæstione, quoniam quæ me moueat perspicis, & alia fortasse si diligentius discutiantur possunt mouere, vel apud nos, ea cogitando, vel quos dignum est, & si possumus consulendo quæramus. Considera tamen ne forte totum illud, quod de conclusis in carcere spiritibus, qui in diebus Noë non crediderant, Petrus Apostolus dicit, omnino ad inferos non pertineat, sed ad illa potius tempora, quorum formam ad hæc tempora transtulit. Illa quippe res gesta, forma fuerat futurorū, vt ij qui modo non credunt Euangelio, dum in omnibus gentibus ædificatur ecclesia, illis intelligantur esse similes, qui tunc non crediderunt cum fabricaretur arca. Illi autem qui crediderunt, & per baptismum salui sunt, illis comparerentur, qui tunc in eadē arca salui facti sunt per aquā. Vnde ait: Sic & vos simili forma baptismi saluos facit. Ad hanc igitur formam similitudinem, cætera etiam de incredulis coaptemus, & nō suspicemus quod apud inferos ad faciendos fideles atque liberandos Euangelium prædicatum sit, vel adhuc etiam prædicetur, quasi & ibi sit ecclesia constituta. Ad illum ergo sensum

Phil. 2.

† testati-
ma.

Tomus secundus.

qui te mouet, ideo videntur attracti qui hoc Petrus sen-
d
fisse crediderunt, quia dixit, conclusis in carcere spiri-
tibus prædicatum, quasi animæ non possint intelligi
spiritus, qui tunc erant in carcere, & atque ignorantia
tenebris velut carcere clauderantur. De quali carcere
† carne.
se desiderat liberari ille qui dicit: Educ de carcere ani-
mam meam, vt confiteatur nomini tuo: quæ alibi vmbra
Psal. 147.
mortis appellatur. De qua non vtiq; apud inferos, sed hic liberati sunt, de quibus scriptū est: Qui se-
Esa. 9.
debant in vmbra mortis, lumen ortum est eis. Illis autem in diebus Noë frustra prædicatum est, quia non crediderunt, cum expectaret eos dei patientia per tempus cœtum annorum, quibus arca eadem fabricata est. Nam eius etiam fabricatio quodammodo prædicatio fuit. Sicut modo similes eorum non credunt, qui sub eadem forma ignorantia tenebris, velut carcere concluduntur, frustra intuentes ecclesiam toto mundo cõstrui imminente iudicio tanquam diluuium, quo tunc
Luc. 17.
omnes increduli perierunt. Ait quippe dominus: Sicut in diebus Noë, ita erit & in diebus filij hominis. Manducabant, bibebant, nubebant, vxores ducebant, donec intrauit Noë in arcam, venit diluuium & perdidit omnes. Sed quia ea res gesta etiam futuram rem significabat, ideo ibi diluuiū & baptismum significauit fidelibus, & infidelibus pœnā. Sicut in figura nō rei gestæ, sed tantummodo dictæ, quod de lapide scriptum est, quo significatus est Christus: duo quædam prænunciata sunt, & infidelibus offendiculum, & fidelibus edificium. Aliquādo autem in eadem figura vel gesta vel dicta, etiam duæ res aliquid vnum significant: sicut fideles significauerunt ligna, quæ in arca fabricam coaptata sunt, eisdemq; etiam animæ octo, quæ in eadem arca liberatæ sunt: quomodo in illa Euangelica similitudine de ouili, idem ipse Christus est & pastor & ianua. Nec moueat ad impediendum istum intellectum, quod eundem Christum dixit Apostolus Petrus prædicasse illis in carcere conclusis, qui quondam nō crediderant in diebus Noë, vt ideo non arbitremur hoc intelligendum, quia illo tempore nondum venerat Christus. Nondum enim venerat scilicet in carne, sicut venit quando post hæc in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est. Veruntamen ab initio generis
Baruch. 3.
humani, vel ad arguēdos malos, sicut ad Cain, ac prius ad ipsum Adam vxoremq; eius, vel ad consolandos bonos, vel ad vtroscq; admonēdos, vt alij salutē suam crederent, alij ad pœnā suam non crederent, ipse vtiq; non in carne, sed in spiritu veniebat, visis congruis alloquens quos volebat sicut volebat. Quod autem dixi in spiritu veniebat. Et ipse quidem filius in substantia deitatis, quoniam corpus nō est, vtiq; spiritus est. Sed quid facit filius sine spiritu sancto, vel sine patre, cum inseparabilia sunt omnia opera Trinitatis: Ipsa quoq; scripturæ verba, de quibus agitur, satis hoc vt puto indicant eis qui diligenter attendunt: Quia Christus, inquit, semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustus, vt nos adducat deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu. In quo & iis qui in carcere conclusi erant spiritibus adueniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquādo, quando expectabat dei patientia in diebus Noë, cum fabricaretur arca. Iam vt
† ordo.
arbitror attenditur forma verborum, Christus mortificatus carne, viuificatus autem spiritu. In quo spiritu adueniens prædicauit & illis spiritibus qui increduli fuerat aliquādo in diebus Noë: quoniam priusquam veniret in carne pro nobis moriturus, quod semel fecit, sepe

m iij antea

G antea veniebat in spiritu ad quos volebat, visis eos ad-
monens sicut volebat utique in spiritu, quo spiritu &
vivificatus est, cum in passione esset carne mortificatus.
Quid est enim quod vivificatus est spiritu, nisi quod
eadem caro qua sola fuerat mortificatus, vivificante spi-
ritu resurrexit? Nam quod fuerat anima mortificatus
Iesus, hoc est, eo spiritu qui hominis est, quis audeat di-
cere: cum mors animæ non sit nisi peccatum, à quo ille
omnino immunis fuit cum pro nobis carne mortifi-
catus? Si enim omnium hominum animæ ex illa vna
sunt quæ insufflata est primo homini per quem peccatum
intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita
in omnes homines pertransiit: aut non est inde anima
Christi, quoniam nullum habuit omnino peccatum, vel
originale, vel proprium, propter quod ei mors debita
videretur, pro nobis eam quippe quam non debebat
exoluit, in quo princeps mundi mortisq; præpositus ni-
hil inuenit. Neque enim absurdum est, ut qui primo
homini animam creavit, crearet & sibi: aut si & ipsa inde
est, eam suscipiendo mundavit, ut sine vilo prorsus pec-
cato, vel perpetrato, vel traducto, ad nos veniens de vir-
gine nasceretur. Si autem animæ non ex illa vna pro-
pagatur, & sola ex Adam caro trahit originale pecca-
tum, ita sibi creavit animam dei filius, ut cæteris creat,
quam non tamè carni peccati miscuit, sed similitudi-
ni carnis peccati. Sumpsit enim ex virgine veram qui-
dem carnis substantiam, non tamen peccati carnem,
quia non ex carnali concupiscentia, siue seminatam
siue cõceptam, mortalem sanè ac per ætates mutabilem,
tãquam carni peccati sine peccato simillimam. Ac per
hoc quæcunque de anima opinio vera sit, quarum nul-
lam temere affirmare adhuc audeo, nisi tantum illam
repudiare qua creduntur animæ pro meritis nescio
quorum superiorum actuum suorum, singule in singu-
la corpora tanquã in carceres trudi. Certe anima Chri-
sti non solum immortalis secundum ceterarum natu-
ram, sed etiam nulla mortificata peccato vel dama-
natione punita est: quibus duabus causis mors animæ in-
telligi potest, & ideo non secundum ipsam dici potuit
Christus vivificatus spiritu. In ea re quippe vivificatus,
est in qua fuerat mortificatus: ergo de carne dictus est:
Ipsa enim renixit anima redeunte, quia ipsa erat mor-
tua anima recedente. Mortificatus ergo carne dictus est,
quia secundum solam carnem mortuus est: vivificatus
autem spiritu, quia illo spiritu operante in quo ad quos
veniebat & prædicabat, etiam ipsa caro vivificata sur-
rexit, in qua modo ad homines venit. Proinde etiã il-
lud quod postea dictum est de incredulis, qui reddant
rationem ei qui paratus est vivos & mortuos iudicare,
non est consequens, ut eos hic intelligamus mortuos
qui de corpore exierunt. Fieri enim potest ut mortuos
dixerit infideles, hoc est in anima mortuos, de quibus
dicitur. Dimitte mortuos ut sepeliant mortuos suos.
Vivos autem qui credunt in eum non frustra audien-
tes. Surge qui dormis & exurge à mortuis, & illumina-
bit te Christus. De quibus etiam ipse dominus dicit:
Veniet hora & nunc est, quando mortui audient vocem
filij dei, & qui audierint vivent. Proinde etiam quod
sequitur & dicit Petrus. Propter hoc & mortuis euan-
gelizatum est, ut iudicentur quidem secundum homi-
nes in carne, vivant autem secundum deum spiritu, nõ
cogit apud inferos intelligi. Propterea enim in hac vi-
& mortuis evangelizatum est, id est, infidelibus &
iniquis, ut cum crederint, iudicentur quidem secun-
dum homines in carne, hoc est, in diuersis tribulatio-

Rom. 5.
Questio. 2.
de anima
Christi vna
de sit.

Matth. 8.

Ephe. 5.

Ioan. 5.

1. Petri. 4.

nibus, & in ipsa morte carnis. Vnde idem Apostolus
alio in loco dicit, tempus esse ut iudicium incipiat à do-
mino domini: vivant autem secundum deum spiritu,
quia & in ipso fuerant mortificati, cum morte infide-
litas & impietatis detineretur. Hæc expositio verbo-
rum Petri cui displicet, vel cui etiã non displicet, non
tamen sufficit, quærat ea secundum inferos intelligere:
qui si valuerit illa quibus me moveri supra cõmemo-
raui ita soluere ut eorum auferat dubitationem, impar-
tiat & mihi: quod si factum fuerit, poterunt illa verba
vtrouque modo intelligi: ista sententia de nulla falsitate
conuincitur. Ad illas autem quæstiones, quas ante misi-
sti, excepta dei visione per corpus, vnde maius opus mo-
liendum est, ut potui respondi, & per Afellum diaconum
misi, quod te accepisse iam puto. In recenti autem cõ-
monitorio tuo, cui nunc respondi, duo quæsieras, quo-
rum vtrunque tractatum est, vnum latius, alterum bre-
uius, de Petri scilicet Apostoli verbis, & de anima do-
mini. Exemplum sanè literarum tuarum, quæ continent
interrogationem, vtrum dei substantia corporaliter vel-
ut in loco videri possit, & apud nos nescio quomodo
aberrauerunt, nec inueniri cum diu quæreretur potue-
runt, iterum admoneo mittere ne graueris.

Augustinus Evodio, de anima soluta corpore, & de visis
prodigiis. Epistola. C.

DOMINO beatissimo & venerabili fratri ac
consecratori meo Evodio, & qui tecum sunt
fratribus, Augustinus & qui tecum sunt fra-
tres in domino salutem. Frater iste nomine Barba-
rus seruus dei, iam diu apud Hipponem constitutus, &
verbi dei feruidus ac studiosus auditor, desideravit ad
tuam sanctitatem literas nostras, in quibus tibi eum in
domino cõmendamus, tibiq; per eum salutem debitam
dicimus. Literis autem sanctitatis tuæ, quibus ingentes
texuisti quæstiones, respondere operosissimum est, etiã
ociosis & multo maiore quàm nos sumus præditis fa-
cultate differendi & acrimonia intelligendi. Duarum sa-
nè epistolarum tuarum, quibus multa & magna conqui-
ris, vna nescio quomodo aberravit, & diu quæsitã non
potuit reperiri. Altera verò, quæ inueta est habet com-
mendationem suauissimam serui dei & boni & casti ado-
lescentis, quomodo ex hac vita migraverit, & quibus
visionum fraternarum attestationibus meritum eius
nobis insinuari potuerit. Deinde ex hac occasione pro-
ponis, & versas de anima obscurissimam quæstionem,
vtrum cum aliquo corpore egrediatur è corpore, quo
possit ad corporalia loca ferri, vel locis corporalibus cõ-
tineri. Huius igitur rei tractatus, si tamen ad liquidum
à talibus quales nos sumus examinari potest, curam
atq; operam negotiosissimam postulat, ac per hoc men-
tem ab his occupationibus ociosissimam. Si autem bre-
uiter vis audire quid mihi videatur, nullo modo arbi-
tror animam è corpore exire cum corpore: visiones au-
tem illarum futurorumq; prædictiones quomodo fiant, il-
le iam explicare conetur, qui nouit qua vi efficiantur
in vnoquoque animo tanta cõ cogitat. Videmus enim
planèq; cernimus in eo fieri rerum multarum visibi-
lium, & ad cæteros corporis sensus pertinètiarum, innu-
merabiles imagines: quæ non interest quàm ordinate
vel turbide fiant, sed tantum quia sunt, quod manife-
stum est, qua vi & quomodo fiat quisquis potuerit ex-
plicare, quæ omnia certe quotidiana sunt atque conti-
nua, audeat præsumere aliquid ac definire, etiam de il-
lis rarissimis visis. Ego autem tanto minus hoc audeo,
quanto minus id quoque in nobis quod vita continua
vigilantes

A vigilantes dormientesq; experimur, quo pacto fiat ex-
plicare sufficio. Nam cum ad te dictarem hanc episto-
lam, te ipsum animo contuebar, te utique absente at-
que nesciente, & quomodo possis his verbis moueri se-
cundum notitiã quæ mihi de te inest imaginabar, atq;
id quo nam modo in animo meo fieret, capere ac in-
uestigare non poteram, certus tamen non fieri corpo-
reis molibus, nec corporeis qualitibus cum corpori si-
millimum fieret. Hoc interim habeas, ut ab occupato
& festinante dictatum. In duodecimo autem libro eor-
um quos de Genesi scripsi, versatur hæc quæstio vehe-
menter, & ex multis rerum expertarum atq; credibili-
ter auditarum exemplis disputatio illa syluescit. Quid
in ea potuerimus vel effecerimus cum legeris iudicabis
si tamen dominus dignabitur donare, ut eos mihi li-
bros quantum possum congruenter emendatos iam li-
ceat adere multorum fratrum expectationi, non iam
longa disputatione suspendere. Narrabo autem vnum
aliquid breuiter vnde cogites: Frater noster Genadius
notissimus, ferè omnibus, nobisq; charissimus medicus
qui nunc apud Carthaginem degit, & Romæ suæ artis
exercitatione præpolluit, ut hominem religiosum no-
sti, atque erga pauperum curam impigra misericordia
facillimòq; animo benignissimò: dubitabat tamen ali-
quando vt modo nobis retulit, cum adhuc esset adole-
scens & in his elemosynis feruentissimus, vtrum esset
vlla vita post mortem. Huius igitur mentem & opera
misericordie quoniam deus nullo modo desereret, ap-
paruit illi in somnis conspicuus iuuenis & dignus in-
tendi, eiq; dixit, Sequere me: quem dum sequeretur ven-
nit ad quandam ciuitatem, vbi audire cepit à dextera
parte sonos suauissimæ cantilenæ vltra solitam notãq;
suauitatem. Tunc intento, quid nam esset, ait, hymnos
esse beatorum atque sanctorum. Sinistra autem parte
quid se vidisse retulit, non satis memini. Enigilauit, &
somnia vt fuit, tantumq; de illo, quantum de som-
nio cogitauit. Alia verò nocte, ecce idem ipse iuuenis
eidem rursus apparuit, atq; ab illo vtrum cognoscere-
tur interrogauit, Respondit iste, quod eum bene planèq;
cognosceret. Tunc ille quæsiuit vbi se nosset. Nec me-
morie defuit quod iste identidem responderet, totuq;
visum illud hymnosq; sanctorum ad quos audiendos
eo duce venerat, quæ recentissimos recordabatur facili-
tate narrauit. Hic ille percontatus est, vtrum nam id
quod narrauerat in somnis vidisset, an vigilas? Respo-
dit in somnis. At ille, Bene inquit recolis, verum est in
somnia illa vidisti. Sed etiam nunc in somnis te vide-
re scias. Hic cum audisset ista, ita esse credidit, atque id
responsione firmavit. Tunc qui hominem docebat, ad-
iecit & ait: vbi est modo corpus tuum? Ille respondit, in
cubiculo meo. Scis ne inquit ille in eodem corpescu-
lo nunc illigatos esse & clausos & ociosos oculos tuos,
nihilq; illis oculis te videre? Respondit, scio. Tunc ille,
Qui sunt ergo inquit isti oculi quib' me vides? Ad hoc
iste nõ inuenies quid responderet, obtinuit. Cui hæstan-
ti, ille quod his interrogationibus docere moliebatur
aperuit, & continuo sicut, inquit, illi oculi carnis tuæ
utique in dormiente atque in lectulo iacente nunc van-
cant, nec aliquid operantur, & tamen sunt isti quibus
me intueris, & ista vteris visione: ita cõ defunctus fue-
ris, nihil agètib' oculis carnis tuæ vita tibi inerit qua
vivas sensusq; quo sentias. Caue iam deinceps ne dubi-
tes vitam manere post mortem. Ita sibi homo fidelis a-
blatam dicit huius rei dubitationem. Quo docente, ni-
si prudentia & misericordia dei? Ista narratione di-

De cura pro
mortuis.
cap. 11.

de Gene. ad
liter. lib. 12.

Visio.

Videntur de-
esse, putauit
aut vt som-
nium fuit.
¶ alius &
sonu fugit.

herit aliquis tantæ rei nos nõ soluissè, sed auxisse quæ-
stionem: veruntamen cum his verbis credere vel nõ
credere, liberu cuiq; sit, seipsum qsq; habet quod se auo-
cet ad profundissimam quæstionem. Et vigilat homo,
& dormit homo, quotidie, & cogitat homodicit vn-
de fiant ista similia formis, similia qualitibus, similia
motibus corporum, nec tamen materie corporali, dicat
si potest. Si autem non potest, quid se præcipitat de ra-
rissimis aut inexpertis quasi definitam ferre sententiã,
cum continua & quotidiana non soluat? Ego autè quã-
uis quomodo fiant ista veluti corporea siue corpore,
verbis prorsus explicare non possum, tamen sicut scio
non ea corpore fieri, vtinam sic scirem quomodo dis-
cernerentur quæ videntur aliquando per spiritum, &
per corpus videri putantur: quò ve modo distinguan-
tur visa eorum, quos error vel impietas plerunq; delu-
dit, quando visis piorum atq; sanctorum similia plera-
que narrantur: quorum exempla si commemorare vo-
luissè, tempus mihi potius quàm copia defuisset. In
domini misericordia vegeteris domine beatissime &
venerabilis, & desiderabilis frater.

Augustinus Evodio, quomodo anima cernat sine corpore,
& de visis prodigiis. Epistola. C. I.

DOMINO beatissimo & venerabili fratri &
cõepiscopo sancto Evodio, & tecum fratri-
bus, Augustinus & mecum fratres in domino
salutem. Multa quæris ab homine multum occupato,
& quod est grauius ea putas præcipitari debere dictan-
do, quæ sunt tam difficilia, vt cum magna diligetia di-
ctata vel scripta vix perducere possint ad intellectum, e-
tiam talium qualis ipse es. Huc accedit, quia non tu &
tales tantummodo cogitãdi estis lecturi esse quod scri-
bimus, sed utique & illi qui minus acuto minusq; exer-
citato ingenio præditi, eo tamen studio feruntur ad co-
gnoscendas literas nostras, siue amico siue inimico a-
nimo, vt eis subtrahi omnino non possint. Ista cogitãti
cernis quanta cura in scribendo esse debeat, præsertim
de rebus ita magnis, vt in eis & magni laborent. Si au-
tem cum aliquid in manibus habeo, intermittendum
est & differendum, vt ad ea potius respõdeatur quæ su-
peruenientia requiruntur, quid fiet si etiam ipsi dũ re-
spõdetur alia superuenerint? Num placet vt etiam his
omissis illa suscipiantur, & semper priora fiant quæ po-
steriora oboriuntur, eaq; sola terminare cõtingat, qui-
bus cum scribuntur nõ superuenerit aliquid quod quæ-
ratur? Quod vt mihi accidat difficillimum est, sed non
opinor tibi hoc placere. Non ergo debui alia interrum-
pere cum tua superuenerint, sicut nec tua si alia rursus
irruerint, & tamen seruare hanc iustitiam non sinor.
Nam ecce vt tibi hæc ipsa rescriberem, quibus id ad-
monerem, intermisi quæ agebam, & animum meum
ad hanc epistolam ab alia magna intentione detorsi,
Facile autem fuit hanc excusationem vt arbitror non
iniquam literis inditam tibi remittere, respondere au-
tè inquisitionibus tuis non ita facile est, et puto in ipsis
opusculis quæ me nunc intentissimum detinent, non
defutura quædam loca vbi hæc ipsa expediam quæ re-
quiris, si dominus fauerit. Iam etiam ex iis quæstioni-
bus quas modò misisti, multa soluta sunt in eis libris
quos nondum edidi, siue de Trinitate siue de Genesi:
quæquam & illa si relegas quæ tibi iam diu nota sunt,
vel nisi fallor, fuerunt, quia ea fortasse oblitus es quæ
te conferente mecum ac sermocinante conscripsi, siue
de Anima quæritate, siue de Libero Arbitrio, inuenies
vnde dissoluas, & sine mea opera, dubitationes tuas,
adhuc

2. Retra. ca.
15. & 24.

G adhibito scilicet nonnullo labore cogitationis, vt iis
qua l'ibi l' ad intellectum liquidum certumq; perdu-
cta sunt consequentia neantur. Habes etiam in libro
de Vera religione, quem si recoleris atque perspiceres,
nūquam tibi videretur ratione cogi deum esse, vel ra-
tiocinando effici deum esse debere. Quandoquidem in
ratione numerorum, quam certè in vsu quotidiano ha-
bemus, si dicimus septem & tria decem esse debent, mi-
nus considerate loquimur, non enim decè esse debent,
sed decem sunt. De quibus itaque rebus rectè dicatur,
quod esse debeant, siue iam sint, siue vt sint, satis quan-
tum arbitrator disputauimus in eis libris quos comme-
morauimus. Homo enim sapiens esse debet, si est vt mane-
at, si nondum est vt fiat: deus autem sapiens non esse
debet, sed est. Illa quoque de visis qua tibi nuperrimè
scripsi, & ea commemoras implicasse, recense etiam atque e-
tiam, & cogita diligentius, nec pertransseat sed habitet
in eis consideratio tua, & inde fortasse vt cun- que con-
iicies, quomodo sit anima præsens vel absens. In eis
quippe visis demoratur in somnis, cum abest à sensu
præsentiaq; cernendi, quam præbet oculis vigilans: hanc
l' autem l' ab oculis, hoc est, tanquā à luminaribus cor-
poris animæ absentiam, quæ est cum dormimus, si vis
maior augeat, vt totū quod est inde subtrahatur, mors
est. Sicut ergo à cernendi sensu ad visā somniorum,
non cum aliquo corpore abscedit, nisi fortè illa quæ vi-
dentur in somnis corporea, nosq; ipsos inter illa ferri
ac referri cū aliquo corpore existimabimus, quod iam
tibi arbitrator non videri. Ita si tota penitus abstrahatur
atque absit, quod sit in morte, non secum putanda est
auferre aliud corpus ex corpore. Nā si auferret, pro-
fecto etiam cum dormin⁹ & abscedit ab oculis, in qua-
rum eos relinquit, intantum oculos secū auferret qua-
libet subtiliores, corporeos tamen, quod non facit: ve-
runtamen auferit secū quosdam simillimos, sed nō cor-
poreos, quibus visā simillimam cernit in somnis, sed nec
ipsa corporea. Porro si aliquis cum credit etiam visā
somnia, quæ similia corporibus apparent, non esse
nisi corporea, videatur sibi aliquid dicere, nec ista inge-
nij tarditas facile conuincitur, multorū quippe est etiā
non mediocriter acutorum, quoniam parum attendūt
quantum videant imagines corporum, quæ sunt in
spiritu, nec omnino sunt corpora. Cum verò eas cogū-
tur intueri, si rectè aduerterint, atque compererint non
eas esse corporeas, sed corporum simillimas, rationem
tamen de his non continuo valent reddere, quibus cau-
sis & quemadmodū fiant, qua demique natura sua sub-
sistant, vel in quo subiecto sint: vtrū ita in animo fi-
ant, vt in membrana ex atramento literæ, vbi vtraque
substantia est membrana scilicet & atramentum: an
sicut sigillum in cera, vel figura quælibet, cui cera subie-
ctum est illa in subiecto: an vtroque modo fiant ista in
spiritu nostro, aliquando sic, aliquando autem sic: Mo-
uent enim non solum l' vt cogitemus l' ea, quæ absunt
à sensibus corporis, & in nostra reperiuntur memoria,
vel quæ nos ipsi vt libitum est, facim⁹, disponimus, au-
gemus, minuiamus, l' sed etiam l' situ, habitu, motu, innu-
merabilibus qualitatib⁹ formisq; variamus. Talia sunt
fortassis etiam illa quibus deludimur dormientes, quā-
do non diuinitus admonemur, nisi quod hæc volentes
agimus, illa præter arbitriū patimur. Non solum hæc
mouent, quæ in animo de ipso animo fieri nō absurde
quis putat, quanuis & hoc causis occultioribus quibus
agitur vt istud potius quàm illud in conspectu animi

ueniat, sed etiam quod ait propheta: Et dixit mihi an-
gelus qui loquebatur in me. Neq; enim forinsecus vo-
ces ad aures corporeas prophetæ venisse credendū est,
cum dicit, loquebatur in me, non ad me: vtrum voces
erant de spiritu factæ, corporalibus similes quales agi-
mus cum apud nos taciti multa memoriter, plerunq;
etiam cantando trāscurrimus, sed tamen editæ ab an-
gelo sibi suggerēte: Et quod in Euangelio scriptum est,
Ecce angelus dei apparuit illi in somnis dicens, Quo-
modo enim apparuerit, vel corpus angelicum oculis
clusis: Abrahæ quippe vigilāti sic apparuerunt, vt eos
etiā cum pedes lauit eis contrectando sentiret: vel spi-
ritus spiritui dormientis in specie aliqua simili corpo-
ri, sicut nos ipsi nobis videmur tali figura etiam per lo-
ca moueri somniantes, longè aliter quàm membra in
stratis iacencia mouentur. Hæc & ideo mira sunt, quia
oculiosem habent rationem quàm vt videri vel reddi
ab homine homini possit. Nam istæ causæ sunt admi-
rationis, cum vel ratio cuiusq; rei latet, vel eadem res
visitata non est, quod aut singularis, aut rara est. Ex il-
la ergo causa latentis rationis, ego dixi in epistola, quā
te legisse commemoras, cum eis responderem qui ne-
gant esse credendum, quod Christum virgo peperit,
virgo permāserit. Si ratio quaeritur, non erit mirabile.
Hoc enim dictum est, nō quod ratione res careat, sed
quod eos lateat, quibus hoc deus voluit esse mirabile.
Ex alia verò admirationis causa, quæ ideo est, quia in-
solitum aliquid occurrit, scriptum est de domino, quod
miratus sit Centurionis fidem. Neque enim eum rei vl-
lius ratio potuit latere, sed admiratio pro laude posita
est eius, cuius par in populo Hebræo non apparuerat.
Vnde ipsa admiratio satis exposita est, cum dominus
ait: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Is-
raēl. Quod autem adieci in eadem epistola, Si exem-
plum poscitur, non erit singulare: frustra tibi visus es
velut exempla inuenisse de vermiculo qui in pomo na-
scitur, & aranea quæ filum textrinae suæ corpore velut
integro parit. Dicuntur enim aliqua argute cuiusdā si-
militudinis gratia, alia remotius, alia congruentius, sed
solus Christ⁹ natus est ex virgine: vnde iam intelligis,
quantum existimo cur hoc esse dixerim sine exemplo.
Habent itaq; omnia causas suas, atq; rationes rectas &
inculpabiles, quæ deus vel visitata vel inuisitata opera-
tur. Sed hæc causæ atque rationes cum latent, miramur
quæ sunt: cum autem patent, consequenter ea vel con-
uenienter fieri dicimus, nec mirandum esse, quia facta
sunt, quæ ratio exigebat vt fierent. Aut si miramur nō
inopinata stupēdo, sed excellentia laudando miramur.
Quo genere admirationis Centurio ille laudatus est.
Nec ideo reprehendenda est sententia, qua dictum est,
Si ratio quaeritur non erit mirabile, quoniam est aliud
genus admirationis etiam cum ratio manifesta est ad-
miranti. Neque enim propterea culpatur sententia qua
dictum est: Deus neminem tentat, quoniam est aliud
genus tentationis: propter quod rectè itidem dictum
est, Tentat, vos dominus deus vester. Nec quisquam
existimet ideo meritò posse dici, corporeis oculis à fi-
lio patrem videri, ac non potius sic, vt à patre filium
quia illic qui hoc putāt cum in reddenda ratione de-
fecerint, possunt & ipsi dicere, si ratio quaeritur, non e-
rit mirabile: hoc enim dictum est, non quia non est ra-
tio, sed quia latet, Illius autem non miraculi, sed erro-
ris, demonstrare debet nullam esse rationem, quis quæ
id opinātes refellere aggreditur. Sicut enim nulla ratio
est, qua dei natura moriatur, aut corrumpatur, aut pec-
cet, &

A cec, & cum hoc deum non posse dicimus, non deroga-
mus potestati eius, sed æternitatem veritatemq; lauda-
mus. Ita cum dicimus nō posse videri oculis corporeis,
non latet sed patet ratio bene intelligentibus, qua per-
spicuum est deum corpus non esse, nec aliquid corpo-
reis oculis cerni posse, nisi quod alicuius intervalli in-
terpositione cernatur. Id autè nō nisi corpus esse, eamq;
substantiam quæ minor sit in parte quàm in toto, quod
de deo credere nefas esse debet, etiam iis qui hoc intel-
ligere nondum valent. Latet ratio diuersarū commu-
tationum: Hinc est omnium visibilium sylua miracu-
lorum. Nunquid tamen ideo latet esse corpora, habere
nos corpus, nullum esse, quantum cun- que corpusculū
quod non pro suo modo loci occupet spatium? Nec in
eo quod occupat vbiq; sit totum, sed minus sit in par-
te quàm in toto: Hæc quoniam non latent, his conte-
xenda sunt consequentia, quod nunc facere nimis lon-
gum est, quibus ostendatur non rationem latere, sed ra-
tionem omnino nullam esse qua credi debeat, vel pos-
sit intelligi, deum qui vbiq; totus est, per spatia loco-
rū corporea mole diffundi, in qua necesse habeat par-
tibus maioribus minoribusq; constare, cerni corporeis
oculis posse. Vnde plura dicerem si hoc in epistola ista
suscepissē, in cuius longitudinem, non sentiens pro-
gressus sum, penè oblitus occupationum mearum, ita
vt fortasse, quod non arbitrabar, attentioni tuæ satisfac-
cerim, qui potes paucis admonitus plura cogitare quæ
competunt. Sed non etiam eorum in quorum manus
non inaniter venire ista possunt, si diligētius & copio-
& breuia non valent intelligere, prolixa non amant le-
gere. Laborant itidem in docendo, qui & pauca tardis,
& multa pigris frustra ingerunt. Mitte & illius epi-
stolæ exemplum, quæ apud nos aberrans, non potuit
inueniri.
August. Evodio, de quaestionibus ad salutem non necessa-
riis, de similitudinibus nō per omnia congruentibus rebz
diuinis, de sacrosancta trinitate quid credere sufficiat.
Epistola. CII.
AVGVSTINVS episcopus, Evodio episco-
po. Si ea quæ me magis occupant, à quibus
in aliud auerti nolo, sanctitas tua nosse tanti
habet, mitte aliquem qui tibi describat. Iam enim plu-
ra perfecta sunt, quæ hoc anno ante Pascha propin-
quante quadagesima à nobis fuerant inchoata. Nam
tribus illis libris de ciuitate dei cōtra dæmonicos ini-
micos eius, duos alios addidimus, quibus quinque libris
satis disputatū arbitrator aduersus eos, qui propter præ-
sentis vitæ felicitatem deos colēdos putant, eamq; fœ-
licitatem à nobis impediri opinantes, Christiano nomi-
ni infesti sunt. Deinceps dicendum est, sicut primo li-
bro polliciti sumus, aduersus eos qui propter vitā post
mortem futuram necessarium existimant cultū deorū
suorum, propter quam vitam nos Christiani sumus.
Dictaui etiā trium psalmorum expositionem, nō par-
uis voluminibus, sexagesimi & septimi, septuagesimi &
primi, septuagesimi & septimi. Reliqui nondum dicta-
ti neque tractati, vehementer à nobis expectantur at-
que flagitantur. Ab his me reuocari & retardari irruē-
tibus de transfuerso quibuslibet quaestionibus nolo ita
vt nec libros de Trinitate, quos diu in manibus verso,
nondumq; compleui, modo attendere velim, quoniam
nimis operosus sum, & à paucis eos intelligi posse arbi-
tror, vnde magis virgēt quæ pluribus vitilia fore spera-
mus. Non enim, vt scribis, qui ignorat ignorabitur, de

hac re dixit Apostolus, tanquā ista pena ille plectēdus
fir, qui non valet intelligentia sic discernere inestabile
trinitatis vnitate, sicut discernit in animo nostro me-
moria, intellectus, voluntas. Aliunde hoc dicebat Apo-
stolus: Lege, & videbis quod ea loquebatur, quæ fidem
vel mores multorum edificarent, non quæ vix ad pau-
corum, eamq; exiguam, quantum lacun- que in hac vita de
re tanta esse potest, intelligentiam peruenirent, id est,
vt linguis propheta præponeretur, vt non perturbationē
illa gererentur, quasi prophetiæ spiritus etiam inuitos
loqui cogeret, vt mulieres in ecclesia tacerēt, vt omnia
honeste & secundum ordinem fierent. Hæc cum age-
ret, ait: Si quis videtur esse propheta aut spiritalis, co-
gnoscat quæ scribo vobis, quia domini est mandatum:
si quis autem ignorat, ignorabitur. His verbis coercens
& ad pacificum ordinem reuocans inquietos, tanto ad
seditionem faciliores, quanto sibi videbātur spiritu ex-
cellere, cum superbiendo cuncta turbarent. Si quis er-
go videtur propheta esse aut spiritalis, cognoscat, in-
quit, quæ scribo vobis, quia domini est mandatum. Si
quis videtur esse, & vtiq; non est: nam qui est, sine du-
bitatione cognoscit, nec admonitione & cohortatione
opus habet, quia omnia iudicat, & a nemine iudicatur.
Illi ergo seditiones & perturbationes in ecclesia facie-
bant, qui videbantur esse in ecclesia, quod non erant.
Hos docet cognoscere domini esse mandatū, quia non
est seditionis deus sed pacis. Si quis autē ignorat, igno-
rabitur, id est, improbabitur. Non enim deus, si ad scien-
tiam referas, ignorat eos, quibus dicturus est, Non no-
ui vos, sed eorum improbitio hoc verbo insinuata est.
Cum autem dominus dicat: Beati mundo corde, quon-
iam ipsi deum videbunt: ea q; visio nobis in fine sum-
mum præmium promittatur, omnino t est metuendū,
si nunc ad liquidū quæ de dei creatura credimus con-
spicere non valemus, ne inde sit dictum. Qui ignorat,
ignorabitur: quia enim in sapientia dei non cognouit
mundus per sapientiam deum, placuit deo per omnia
prædicationis saluos facere credētes. Hæc stulti-
tia prædicationis ac stultū dei, quod sapiētius est homi-
nibus, multos contrahit ad salutem, vt non solum qui
nondum certa valent intelligentia cōspicere naturam
dei, quam fide tenent, verum etiam qui nondum in ip-
sa anima sua ita incorpoream substantiam à corporis
generalitate discernunt, quemadmodum certi sunt se
viuere, nosse, velle, ideo sint alieni à salute, quam stulti-
tia illa prædicationis fidelibus confert. Nam si propter
eos solos Christus mortuus est, qui certa intelligentia
possunt ista discernere, penè frustra in ecclesia labora-
mus: si autem, quod veritas habet, infirmi populi credē-
tium ad medicum currunt, sanandi per Christum, &
hunc crucifixum, vt vbi abundauit peccatum, supera-
būdet gratia, miris sit modis per altitudinem diuinā
sapientiæ & scientiæ dei, & per insensurabilia iudicia e-
ius, vt & nonnulli à corporibus incorporea discernen-
tes, cum sibi ex hoc magni videntur, & irrident stulti-
tiā prædicationis, qua salui sunt credentes, ab vnicauia
longè exirent, t quæ ad vitam æternam sola perducit,
& multi in cruce iusti t gloriantes, & ab eadem via nō
recedentes, etiā si ista quæ subtilissime differuntur igno-
rant, quia non perit vnus ex illis pro quibus mortuus
est, ad eandem perueniant l' æternitatem, * I veritate,
charitatem, id est, ad stabilem, certam, plenamq; fœli-
citatē, vbi manentibus, videntibus, amantibus, sunt
cuncta perspicua. Proinde in vnum deum patrem & fi-
lium & spiritum sanctum firma pietate credamus: ita
vt nec

1. Retra. 7. 3
1. Retra. 12.

H

I

K Zacharię. 4

Math. 11

Gene. 18.

L

Lucę. 7

M

Iacobi. 1.

Deut. 19.

γνωμη.

1. Cor. 14.

E

1. Cor. 14
Math. 5.

† non.
† natura.
1. Cor. 11.

Stultitia dei.
το μωσοφι.

F

† diuitiarū.

† aliā ex-
curren-
† Christi.

* Stabilitatē
aut simile
verbi vide-
tur deesse.

G vt nec filius credatur esse qui pater est, nec pater qui filius est, nec pater nec filius qui vtriusque spiritus est. Nihil putetur in hac trinitate temporibus locis distare, sed hæc tria equalia esse & coeterna, & omnino esse vna natura: non à patre aliam, & à filio aliam, & à spiritu sancto aliam conditam esse creaturam, sed omnia & singula, quæ creata sunt vel creantur, trinitate creante subsistere: nec quenquam liberari à patre sine filio & spiritu sancto, aut à filio sine patre & spiritu sancto, aut à spiritu sancto sine patre & filio: sed à patre & filio & spiritu sancto vno, vero, verèque immortalis, id est, omnimodo incommutabili solo deo. Multa autem etiam separatim in scripturis de singulis dici, vt insinuetur, quauis inseparabilis trinitas, tamen trinitas: vt quemadmodum simul dici non possunt, cum sonis corporalibus commemorantur, quauis simul sint inseparabiliter. Ita & quibusdam scripturarum locis, & per quasdam creaturas sigillatim vicissimè monstratur. Sicut pater in voce, qua sonuit. Tu es filius meus: & filius in homine, què suscepit ex virgine: & spiritus sanctus in corpore speciei corporali. Hæc separatim quidem, sed nullo modo separata tria illa demonstrant. Ad hoc vtriusque intelligendū assumimus memoriā, intelligentiam, voluntatē. Quauis enim hæc suis separatimque temporibus sigillatim singula enunciemus, nihil tamen horum sine aliis duobus agimus aut dicimus. Nec ideo putanda sunt hæc tria trinitati sic comparata, vt omni ex parte conueniant. Cui enim similitudini in disputando conuenientia tanta conceditur, vt ei rei cui adhibenda est, ex omni parte coaptetur, vel quando ex creatura ad creatorē aliquid simile assumitur? Primo ergo in hoc inuenitur lista similitudo dissimilis, quod tria hæc, memoria, intelligentia, voluntas animæ insunt, non eadem tria, est anima. Illa vero trinitas non inest, sed ipsa deus est. Ideo ipsa mirabilis simplicitas commendatur, quia non ibi aliud est esse, aliud intelligere, vel si quid aliud de dei natura dicitur. Anima vero quia est, etiā dum non intelligit, aliud est quidē esse, aliud est quod intelligit. Deinde quis audeat dicere patrem non intelligere per seipsum, sed per filium sicut memoria non intelligit per seipsam, sed per intellectum: vel potius anima ipsa, cui hæc insunt, per intellectum tantummodo intelligit, sicut per memoriā tantummodo meminit, & per voluntatē tantummodo vult: Ad hoc ergo adhibetur ista similitudo, vt quoquo modo intelligatur, quemadmodū horū triū in anima, cū singula nomina enunciantur, quibus eadem singula demonstrantur: tamen vnumquodque nomen his tribus cooperantibus enunciat, cū et reminiscendo & intelligendo & volendo dicitur. Ita nullā esse creaturam, in qua vel solus pater, vel solus filius, vel solus spiritus sanctus demonstratur, quā simul trinitas operetur, quæ inseparabiliter operatur. Ac per hoc nec vocem patris, nec animam, & carnē filij, nec columbam spiritus sancti esse factā, nisi eadem cooperante trinitate. Nec sanè sonus ille vocis, qui continuo esse desinit, coaptatus est in vnitatē patris. Nec illa columbæ species corporalis coaptata est vnitatē personæ spiritus sancti. Nam ipsa quoque, sicut nubes illa lucida, quæ operuit in monte cum tribus discipulis saluatorem, vel potius sicut ille ignis, qui eundem spiritum sanctum demonstrauit, officio significationis implero, mox esse desinit: sed solus homo, quia propter ipsam naturam liberādam illa omnia fiebant, in vnitatem personæ verbi dei, hoc est, vnicū filij dei mirabili & singulari susceptione coaptatus

ὁμοιομορφία

per

Coaptatus pro vnitus Sap. 7.

tus est, permanente tamen verbo in sua natura incommutabiliter, in qua nihil compositi cum quo subsistat vlla phantasia humani animi suspicandū est. Legitur quidem & spiritus sapientia multplex, sed rectè dicitur etiam simplex. Multiplex enim, quoniam multa sunt quæ habet: simplex autem, quia non aliud quàm quod habet est. Sicut dictus est filius habere vitā in semetipso, & eadem vita ipse est: homo autem verbo accessit, non verbum in hominē conuertibiliter accessit: atque ita & filius dei simul cum homine suscepto dicitur vnde idem filius dei incommutabilis est atque coæternus patri, sed in verbo solo: & sepultus est filius dei, sed in carne sola. Proinde quæ de filio dei verba dicuntur, videndum est secundū quid dicantur. Non enim hominē assumpto personarum numerus auctus est, sed eadē trinitas mansit. Nam sicut in homine quolibet præter vnum illū, qui singulariter susceptus est, anima & corpus vna persona est, ita in Christo verbū & homo vna persona est. Et sicut homo, verbi gratia, philosophus non vtique, nisi secundū animam dicitur: nec ideo tamen absurde, sed congruentissima & vltatissima loquutione dicimus philosophum cæsum, philosophū mortuum, philosophum sepultum, cum totum secundū carnem accidat, non secundū illud quod est philosophus: ita Christus deus dei filius, dominus gloriæ, & si quid huiusmodi secundum verbum dicitur, & tamen rectè dicitur deus crucifixus, cum hoc eum secundum carnem passum esse, non secundum illud quo dominus gloriæ est, non habeatur incertum. Sonitus autem ille vocis & columbæ species corporalis, & lingua diuisa velut ignis, qui insedit super vnumquodque eorum, sicut illa in monte Syna, quæ terribili specie facta sunt, & sicut columna illa nubis per diem, & flammæ per noctem, significantia operatione acta atque transacta sunt. Illud in his maxime cauendum est, ne cuiquam dei natura vel patris vel filij vel spiritus sancti commutabilis & conuertibilis esse credatur. Nec moueat quod aliquando res, quæ significat nomen eius rei quam significat accipit. Spiritus sanctus dictus est corporali specie tanquam columba descendisse & mansisse super eum. Sic enim & petra Christus, quia significat Christum. Miror autem tibi videri sonitum vocis illius, qua dictum est, Tu es filius meus, non mediante anima, sed diuino nutu sola corporali natura sic fieri potuisse: & non tibi videri eodem modo posse fieri animantis cuiuslibet speciem corporalem motūque viuenti similem diuino nutu, nullo animali interposito spiritu. Si enim obtemperat deo creatura corporea sine viuificantis animæ ministerio, vt ædantur soni quales ædi ex corpore animato solent, vt forma loquutionis articulata auribus inferatur, cur non obtemperet, vt sine animæ viuificantis ministerio figura motusque volucris, eadem potentia creatoris, ingeratur aspectibus? An sensus audiendi hoc mereri potest, videndi non potest, cum ex iacenti materia corporis vtrūque formetur, & quod insonat auribus, & apparet aspectibus, & vocis articuli, & lineamenta membrorum, & audibilis & visibilis motus, vt & verum sit corpus quod sentitur corporis sensu, & nihil sit amplius quàm quod sentitur corporis sensu? Anima enim in illo sensu corporis vel in aliquo animante sentitur. Non igitur est opus querere, quomodo apparuerit columbæ species corporalis, sicut non querimus quomodo sonuerint voces articulati corporis. Si enim potuit anima non esse media, vbi vox non quasi vox dicitur facta: quantum magis potuit vbi

Simile.

Lucæ. 3. Acto. 2. Exo. 19. Exo. 13.

M

sem nullo.

A tuit vbi dicitur columba, hoc verbo significata sola specie corporali oculis reddita, non natura viuentis animantis expressa. Hoc modo etiam illud dicitur: Factus est subito de celo sonus quasi ferretur flatus vehemens, & visa sunt illis lingua diuisa velut ignis, vbi dicitur species quædam quasi flatus, & velut ignis sensibilis vilitatis similis notisque naturis, non ipsæ visitatæ notæ; naturæ ad tempus factæ significari videtur. Si autem subtilior ratio vel excellentior rei vestigatio demonstrat eam naturā, quæ nec temporaliter nec localiter mouetur non moueri, nisi per illam quæ temporaliter tantum, non localiter moueri potest: consequens erit vt omnia illa per ministerium creaturæ viuentis effecta sint, sicut per angelos sunt. Vnde diligentius differere & longum est, & non necessarium. Huc accedit, quia non sunt visiones quæ apparent spiritui tanquam corporis sensibus, non solum dormientibus vel furantibus, sed aliquando sanæ mentis vigilantibus: non per fallaciam illudentium dæmonum, sed per aliquam reuelationem spiritalem, quæ fit per formas incorporeas corporibus adiutoris: quæ discerni omnino non possunt, nisi diuino adiutorio plenius reuelentur, & mentis intelligentia diiudicentur, vix aliquando cum fuerint, sed plerunque postea cum transferint. Quæ cum ita sint, siue in naturis corporeis, siue sola specie corporali, natura autem spiritali nostro spiritui tanquam sensibus corporis apparere videantur, quādo hæc sacra scriptura commemorat, cuius istorum duorū generis sint, & vtrum mediante viuâ creatura fiant, si corpore sūt, iudicare temere non debemus: dum tamen creatoris, hoc est, summæ atque ineffabilis trinitatis inuisibilem, incommutabilemque naturam, & à mortalium carnalium sensibus, & ab omni conuertibilitate siue in melius, siue in deterius, siue in quolibet aliud atque aliud, remotam atque discretam vel sine vlla dubitatione credamus, vel qualicumque etiam intelligentia capiamus. Hæc tibi de duabus quæstionibus, hoc est, de trinitate & colūba, in qua spiritus sanctus non sua natura, sed significantia specie demonstratus est, sicut & filius dei non sua natiuitate, de qua pater dixit: An te luciferum genui te: sed in homine suscepto ex vtero virginis, à iudæis crucifixus est, videris quàm ocioso ego tamen occupatissimus scribere potui. Nec putauit omnia pertractanda quæ posuisti in literis tuis, verum ad illa duo, quæ ex me audire voluisti, nec respondi, & si non sufficienter audiatu tuæ, tamen charitati obedienter existimo. Præter autem illos duos libros, quos tibi me adiunxisse supra commemoravi, & trium psalmorum expositionem, scripsi etiam librum ad sanctum presbyterum Hieronymum de animæ origine, consulens eum quomodo defendi possit illa sententia, quam religiosæ memoriæ Marcellinō suam esse scripsit, singulas animas nouas nascentibus fieri, vt non labefactetur fundatissima ecclesiæ fides, qua incōcusse credimus, quod in Adam omnes moriuntur, & nisi Christi gratia liberentur, qui per suum sacramentum etiam in paruulis operatur, in condemnationem trahuntur. Scripsi alium ad eundem, quomodo illi videatur accipiendum esse quod scriptum est in epistola Iacobi: Quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Sed in hoc dixi etiam quid mihi videatur: in illo autem de animæ origine tantū quid ei videatur, consultatoria quadam disputatione quæsiui: Occasionem quippe cuiusdam sanctissimi & studiosissimi iuuenis presbyteri Oro-

Acto. 2.

Psalm. 109.

1. Retra. 45.

Iacob. 2. 2. Retra. 45.

si, qui ad nos ab vltima Hispania, id est, ab Oceani litore solo sanctarum scripturarum ardore inflammatus aduenit, amittere nolui, cui vt ad illum quoque pergeret, persuasi, huic etiam ipsi. Orofio ad quadam interrogata, quæ illum de Priscillianistarum hæresi, & Origenis quibusdam opinionibus, quas non recepit ecclesia, permouebant vno libro non grandi, quanta potuit breuitate & perspicuitate respondi. Scripsi etiam grandem quendam librum aduersus Pelagij hæresim, cogentibus nonnullis fratribus, quibus contra gratiani Christi opinionē perniciosissimā ille persuaserat. Hęc omnia si habere volueris, aliquem mitte qui tibi cuncta describar. Me autem permitte his vacare querendis atque dictandis, quæ quoniā multis sunt necessaria, præponenda esse arbitror ad valde paucos pertinentibus inquisitionibus tuis. Augustinus Quintiano, commendat matrem viduam cum filia uirgine, quæ deferebant reliquias Stephani martyris. Epistola. CIIII. DOMINO Beatissimo & merito venerabili fratri & coepiscopo Quintiano, Augustinus in domino salutem. Honorabiles dei familias, & præcipua Christi membra Galliam viduam sancti propositi, & eius filiam, Simpliciolam virginem sacram, matri etate subdita, sanctitate prælatā, quas verbo domini aluimus vt potuimus, venerationi tuæ in Christi dilectione commendo, & tanquam mea manu per hanc epistolam trado consolandas, & in omnibus adiuuandas, quæ utilitas earum vel necessitas postulat, quod & sine mea commendatione proculdubio faceret sanctitas tua. Si enim nos propter supernam Hierusalem, cuius nos omnes ciues sumus, & in qua concipierunt habere excellentioris sanctitatis locum, non solum ciuicum, verum etiam fraternum eis debemus affectum: quāto magis vos, apud quos earū etiam carnalis est patria, in qua secularem nobilitatem pro Christi amore contemnunt dominæ illæ. Officiū quoque salutationis per illas meū ea charitate peto digneris sumere qua dixi: & meminisse nostrū in orationibus tuis. Portant sanè secum reliquias beatissimi & gloriosissimi martyris Stephani, quas non ignorat sanctitas vestra, sicut & nos fecimus, quā conuenienter honorare debeatis. Augustinus Sixto presbytero, qui contra Pelagianos scripsit, ut pergat impudentes cohibere, dissimulatus meri. Epistola. CIIII. DOMINO venerabili & in Christi charitate suscipiēdo sancto fratri & copresbytero Sixto, Augustinus in domino salutem. Ex quo Hipponem literæ benignitatis tuæ per sanctū fratrem nostrū Firmum presbyterū directæ me absente venerunt, postea quā illas cū remeassem, quauis iam inde profecto earū perlatores legere potui, hæc prima eademque gratissima rescribendi occurrit occasio per dilectissimum filium nostrum Albinū acoluthū. Quod autē, quibus simul scripsi, tunc non eramus simul, ideo factū est, vt singulorum singulas non vnam amborū epistolā sumeres. A me quippe digressus est perlator huius per venerabilem fratrem & coepiscopum meum Alipium qui tuæ sanctitati aliam rescriberet transiturus, ad quæ etiam ipsas, quas ego iam legerā, literas tuas ipse portauit. Quæ nos quanta lætitia perfuderint, quid hominatur loqui quod non potest eloqui: nec te ipsum fatis nosse arbitror, sed nobis crede, quantum boni feceris talia nobis scripta mittendo. Sicut enim tu testis es animi

Verera habet Quintiano. Preciosa.

F

2. Retra. 43.

G animi tui, ita nos nostri, quemadmodum sit affectus illarum sinceritate liculentissima literarum. Si enim breuissimam epistolam tuam, quam de hac ipsa re ad beatissimum senem Aurelium per Leonem acoluthum direxisti, exultanti alacritate descripsimus, & quibus poteramus magno studio legebamus, ubi nobis exposuisti, quid de illo perniciosissimo dogmate, vel quid contra de gratia dei, quam pusillis magnisque largitur, cui est illud inimicissimum sentias: quanta nos putas ista tua proluxiora scripta, vel exultatione legisse, vel cura vel legantur, quibus valuimus aliis obtulisse, atque adhuc quibus valeamus offerre. Quid enim gratius legi vel audiri potest, quam gratia dei tam pulchra defensio aduersus inimicos eius, ex ore eius, qui eorundem inimicorum magni momenti patronus ante iactabatur? Aut vnde vberiores deo debemus agere gratias, quam quod eius sic defenditur gratia, ab eis quibus datur aduersus eos, quibus vel non datur, vel ingraturum est quod datur? Quia ut eis gratum sit, occulto & iusto iudicio dei non datur. Quapropter domine venerabilis & in Christi charitate suscipiende sancte frater, quantum optime facias, cum de hac re scribis ad fratres, apud quos se illi de tua solent efferre amicitia, tamen hanc curam maior tibi restat, ut non solum salubri severitate pleantur, qui errorem illum Christiano infestissimum non mini audent garrere liberius, sed etiam diligentissime caueantur vigilantia pastorali propter infirmiores & simpliciores dominicas ones, qui eum pressius, quidam autem timidius sed tamen insulurrare non cessant, penetrantes domos, sicut ait Apostolus, & cetera quae sequuntur exercitata impietate facientes: nec illi negligendi sunt, qui vsque ad profundum silentium suppressum timore, quod sentiant, sed tamen eandem perueritatem sentire non desinunt. Nonnulli quippe eorum, antequam ista pestilentia manifestissimo etiam sedis Apostolicae iudicio damnaretur, vobis innotescere potuerunt, quos nunc repente reticuisse perspicitis: nec vtrum sanati sint sciri potest, nisi cum non solum dogmata illa falsa tacerint, verumetiam illis vera contraria, eo quo illa solent studio defensauerint, qui tamen lenius profecto sunt tractandi. Quid enim eos terredi opus est, quos satis territos ipsa taciturnitas monstrat? Nec ideo tanquam sani praeteriendi sunt diligentia medicinae, quorum vulnus in abdito est. Et si enim terredi non sunt, tamen docendi sunt: & quantum existimo, facilius possunt, dum in eis timor severitatis doctorem adiuvat veritatis, ut opitulante domino, gratia eius intellecta atque dilecta, etiam loquendo expugnent quod iam loqui non audent.

Augustinus Sixto presbytero, instruens illum aduersus Pelagianorum argumenta.

Epi. CV.

Domino in domino dominorum dilectissimo sancto fratri & compresbytero Sixto, Augustinus in domino salutem. In epistola quam per charissimum fratrem nostrum Albinum acoluthum misi, prolixiorum me misurum esse promisi, per sanctum fratrem & compresbyterum nostrum Firmum, qui nobis literas attulit sinceritatis tuae, plenas fidei tuae, quae nobis tantum gaudium contulerunt, quantum magis possumus habere quam dicere. Quod enim fatendum est charitati tuae, tristes eramus animo, in misericordia tua fama iactaret inimicis Christianae gratiae te fauere. Sed ut hac tristitia de nostris cordibus tergeretur, primo te priorem anathema eis in populo frequentif-

time pronunciaffe eade fama non tacuit. Deinde cum literis Apostolicae sedis de illorum damnatione ad Aphricam missis, tu quoque literis ad venerabilem senem Aurelium consecutus sunt, quae tametsi breues erant, tui tamen vigorem aduersus eorum errorem satis indicabant. Nunc vero cum apertius & latius quid de illo dogmate contraque sentires, ut literis tuis fideles ipsa nobiscum ratione ecclesiae loqueretur, cui potissimum beatus Apostolus Paulus de gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, multa & multipliciter est locutus, non solum illud omne tristitia nubilum fugit de cordibus nostris, sed etiam tatum ibi latitiae lumen insulfit, ut nihil egisse in nobis videretur ille mror & timor, nisi successu horu, ampliore flagrantiam gaudiorum. Itaque te frater charissime, quamuis non videamus nos oculis carnis, animo tamen in fide Christi, in gratia Christi, in membris Christi tenemur, amplectimur, osculamur, & remeante a nobis ad te nostrorum inuicem colloquiorum sanctissimo & fidelissimo perlatore, quem voluisti esse apud nos, non solum aduectoris scriptorum tuorum, verumetiam narratorem testemque factorum, rescripta persoluiimus, & aliquanto diutius tecum sermocinamur, admonentes, ut docedis instes, quibus terendis satis quantum comperimus institisti. Sunt enim quidam, qui iustissime damnatas impietates adhuc liberius defendendas putant: & sunt qui occultius penetrant domos, & quod in aperto iam clamare metuunt, in secreto seminare non quiescunt. Sunt autem qui omnino siluerunt magno timore compressi, sed adhuc in corde retinent, quod ore iam proferre non audent: qui tamen esse possunt fratribus ex prioris ipsius dogmatis defensione notissimi. Proinde alij seuerius coercendi, alij vigilantius vestigandi, alij tractandi quidem lenius sed non segnus sunt docendi, ut si non timetur, ne perdant, non tamen negligantur ne pereant. Quod enim putant auferri sibi liberum arbitrium, si nec ipsam bonam voluntatem sine adiutorio dei hominem habere conferent, non intelligunt, non se firmare humanum arbitrium, sed impellere ut per inania feratur, non in domino tanquam in petra stabili collocetur. Paratur enim voluntas a domino. Quod autem personarum acceptorem deum se credere existimant, si credant quod sine vllis praecedentibus meritis, cuius vult miseretur, & quos dignatur vocat, & quem vult religiosum facit, parum attendunt quod debita reddatur poena damnato, indebita gratia liberato, ut nec ille se indignum queratur, nec dignum se iste gloriatur, atque ibi potius acceptionem nullam fieri personarum, ubi vna eademque massa damnationis & offensionis inuoluit, ut liberatus de non liberato discat quod etiam sibi supplicium conueniret, nisi gratia subueniret. Si autem gratia: utique nullis meritis reddita, sed gratuita bonitate donata.

Sed iniustum est, inquiunt, in vna eademque mala causa, hunc liberari, illum puniri. Nempe ergo iustum est vtrumque puniri. Quis hoc negauerit? Agamus ergo gratias saluatori, dum nobis redditum non cernimus, quod in damnatione similium etiam nobis debitum fuisse cognoscimus. Si enim vtrique liberarentur, lateret quid peccato per iustitiam debeatur: si nemo, quid gratia largiretur. Ut ergo in hac difficillima questione verbis potius utamur Apostoli: Volens deus ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia vasa irae, quae perfecta sunt in perditionem: & ut notas faceret diuitias gloriae suae in vasa misericordiae, cui non potest figmentum dicere, Quare sic me fecisti: cum ha-

A cum habeat potestatem ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Vbi quia vniuersa ista massa merito damnata est, contumeliam debitam reddit iustitia, honorem donat indebitum gratia, non meriti prerogativa, non fati necessitate, non temeritate fortunae, sed altitudine diuitiarum sapientiae, & scientiae dei, quam non aperit, sed clausam miratur Apostolus, clamans: O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius. Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum amen. Nolunt autem vt sit ipsi gloria in iustificandis impiis gratuita gratia, qui eius ignorantes iustitiam, suam volunt constituere, vel iam conclamationum religiosorum & piorum vocibus pressi, ita se fatentur ad habendam seu faciendam iustitiam diuinitus adiunari, vt prececedat aliquid meriti, quasi priores volentes dare vt retribuat eis ab illo, de quo dictum est: Quis prior dedit illi & retribuetur ei? & suo putantes praere merito illum de quo audiunt, aut potius audire nolunt, Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Quarum autem diuitiarum est altitudo sapientiae & scientiae eius, ex his sunt diuitiae gloriae eius in vasa misericordiae quae vocauit in adoptionem, quae diuitias notat vult facere etiam per vasa irae, quae perfecta sunt in perditione. Et quae sunt viae inuestigabiles, nisi de quibus in Psalmo canitur: Vniuersa viae domini misericordia & veritas: igitur inuestigabiles sunt misericordia & veritas eius: quoniam cuius vult miseretur, non iustitia sed misericordia gratia, & quem vult obdurat, non iniquitate, sed veritate vindicta. Quae tamen misericordia & veritas ita sibi occurrunt, quia scriptum est, Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: vt nec misericordia impediat veritatem, quae plectitur dignus: nec veritas misericordiam, qua liberatur indignus. Quae igitur sua merita iactaturus est liberatus, cui si digna suis meritis redderentur non esset nisi damnatus? Nullane igitur sunt merita iustorum? Sunt plane, quia iusti sunt. Sed vt iusti fierent, merita non fuerunt. Iusti enim facti sunt, cum iustificati sunt, sed sicut dicit Apostolus: Iustificati gratis per gratiam ipsius. Cum igitur huic gratiae inimici infestique sint isti, Pelagius tamen in Ecclesiastico iudicio Palaestino, (non enim aliter inde impunitus exisset) anathematizauit eos, qui dicunt gratiam dei secundum merita dari. Sed nihil aliud in eorum etiam posterioribus disputationibus inuenitur, quam meritis dari etiam gratiam. De cuius commendatione maxime ad Romanos Apostolica epistola loquitur, vt inde se praedicatio eius velut a capite orbis toto orbe diffunderet: Ea est enim qua iustificatur impius, id est, fit iustus qui prius erat impius. Et ideo percipiendae huius gratiae merita nulla praecedunt: quoniam meritis impij, non gratia sed poena debetur. Nec ista esset gratia si non daretur gratuita, sed debita redderetur. Sed cum ab istis queritur, quam gratiam Pelagius cogitaret sine vllis praecedentibus meritis dari, quando anathematizabat eos qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari: respondens sine vllis praecedentibus meritis gratiam ipsam humanam esse naturam, in qua conditi sumus. Neque enim antequam essemus, mereri aliquid poteramus vt essemus. Abijciatur ad Christianorum cordibus ista fallacia: Nam omnino non istam gratiam comendat Apostolus qua crea-

Dti sumus, vt homines essemus sed qua iustificati sumus vt homines iusti essemus. Ista est enim gratia per Iesum Christum dominum nostrum. Etenim Christus non pro nullis vt homines conderetur, sed pro impiis mortuus est vt iustificarentur: quippe homo erat qui dicebat: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Possunt quidem dicere remissionem peccatorum esse gratiam, quae nullis praecedentibus meritis datur. Quid enim habere boni meriti possunt peccatores? Sed nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat. Neque enim nullum est meritum fidei, quia fide ille dicebat: Deus propitius esto mihi peccatori, & descendit iustificatus merito fidelis humilitatus, quoniam qui se humiliat exaltabitur. Restat igitur vt ipsam fidem vnde omnis iustitia sumit initium, propter quod dicitur ad ecclesiam in cantico canticorum, Venies & pertransies ab initio fidei, non humano quo isti extolluntur tribuamus arbitrio, nec vllis praecedentibus meritis, quoniam inde incipiunt bona quaecumque sunt merita, sed gratuitum donum dei esse fateamur si gratiam veram, id est, sine meritis cogitamus. Quia sicut in eadem epistola legitur: Deus vniciueque partitur mensuram fidei. Opera quippe bona fiunt ab homine, fides autem fit in homine, sine qua illa a nullo fiunt homine. Omne enim quod non est ex fide, peccatum est, quia propter ne se vel ipsius orationis meritum extollat, etiam ad vincendas temporalium rerum cupiditates & diligenda bona aeterna, atque ipsius fontem omnium bonorum, domini adiutorium datur oranti, fides erat quae data est non oranti, quae utique nisi data esset, orare non posset. Quomodo enim inuocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo credent quem non audierunt? Quomodo audient sine praedicante? Igitur fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Proinde minister Christi huius fidei praedicator, secundum gratiam quae data est illi, plantator est & rigator. Nec tamen qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus, qui vniciueque partitur mensuram fidei. Vnde & alibi dicitur: Pax fratribus & charitas cum fide: quam ne sibi tribuerent, continuo subiunxit, A deo patre & domino nostro Iesu Christo: quia nec omnium est fides, qui audiunt verbum, sed quibus deus partitur mensuram fidei: sicut nec omnia germinant quae plantantur & rigantur, sed quibus deus dat incrementum. Cur autem ille credat, ille non credat, cum ambo idem audiunt, & si miraculum in eorum conspectu fiat, ambo idem vident: altitudo est diuitiarum sapientiae & scientiae dei, cuius inscrutabilia sunt iudicia, & apud quem non est iniquitas, dum cuius vult miseretur, & quem vult obdurat: neque enim propterea sunt ista iniusta, quia occulta. Deinde post remissionem peccatorum, nisi mundatam domum habitet spiritus sanctus, nonne cum alijs septem redit spiritus immundus, & erunt nouissima hominis illius peiora quam erant prima? Vt autem habitet spiritus sanctus, nonne vbi vult spirat, & charitas dei, sine qua nemo bene viuunt, diffunditur in cordibus nostris, non a nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis: haec enim fidem Apostolus definiuit dicens: Neque circuncisio est aliquid neque praepitium, sed fides quae per dilectionem operatur. Ista quippe fides est Christianorum non daemioniorum: nam & daemones credunt & contrémiscunt sed nunquid & diligunt? Nam si non crederent, non dicerent, Tu es sanctus dei: vel, Tu es filius dei: Si autem diligeret,

*Forte exercita pro aperta.

Lenitas in hereticos.

1. Retra. 42.

Rom. iii.

Rom. io.

Rom. ii.

Psal. 24.

Psal. 84.

Rom. 3.

Rom. 9.

Rom. 7.

Luc. 18.

Rom. 12.

Rom. 14.

Rom. io.

1. Corin. 3.

Ephes. 6.

Matth. 11. Iohan. 3.

Rom. 5.

Gal. 5.

Jacobi. 2. Luce. 4. Matth. 8.

Ioan. 6.

G diligenter, non dicerent. Quid nobis & tibi? Fides igitur ad Christum nos trahit, quæ nisi desuper gratuito munere nobis daretur, non ipse diceret: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit, me attraxerit eum. Vnde & paulo post ait: Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt, sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Deinde Evangelista subiungit: Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis esset traditurus eum. Et ne quisquam existimaret credentes sic ad eius præscientiam pertinere, quomodo non credentes, id est, vt non eis fides ipsa desuper daretur, sed tantummodo voluntas eorum prænoteretur, mox adiecit atque ait: Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Hinc erat; quod eorum qui audierunt loquentem de carne sua & sanguine suo, quidam scandalizati abcesserunt, quidam credendo manserunt: Quia nemo potest venire ad illum, nisi cui datum est à patre, ac per hoc & ab ipso filio, & à spiritu sancto. Neque enim separata sunt dona vel opera inseparabilis trinitatis, sed filius sic honorans patrem, non affert vllius distantie documentum, sed magnum præbet humilitatis exemplum. Hic iterum isti liberi arbitrii defensores, immo deceptores quia inflatores, & inflatores quia præsumptores, non aduersum nos, sed aduersum Euangelium loquenturi, quid aliud dicunt quam id quod Apostolus sibi, quasi à talibus diceretur obiecit: Dicis itaque mihi. Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Hanc contradictionem sibi metipso tanquam ab altero opposuit, velut ex eorum voce qui nolunt accipere quod superius dixerat. Ergo cuius vult miseretur, & quem vult obdurat. Talibus itaque dicamus cū Apostolo, non enim melius illo inuenire possumus quid dicamus: O homo, tu quis es qui respondeas deo? Querimus nanque meritum obdurationis, & inuenimus. Merito nanque peccati vniuersa massa damnata est, nec obdurat deus impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam. Quibus enim non impertitur, nec digni sunt, nec merentur: at potius vt non impertiat, hoc digni sunt, hoc meretur. Querimus autem meritum misericordiæ, nec inuenimus, quia nullum est, ne gratia euacuetur, si non gratis donatur, sed meritis redditur. Si enim dixerimus fidem præcessisse, in qua esset meritum gratiæ, quid meriti habebat homo ante fidem, vt acciperet fidem? Quid enim habet quod non accipit? Si autem accepit, quid gloriatur quasi non acciperit? Sicut enim non haberet homo sapientiam, intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam pietatem, timorem dei, nisi secundum propheticum eloquium accepisset spiritum sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiæ & pietatis ac timoris dei: sicut non haberet virtutem, charitatem, continentiam, nisi accepto spiritu, de quo dicit Apostolus: Non enim accepistis spiritum timoris, sed virtutis & charitatis & continentiæ: Ita non haberet fidem nisi accepisset spiritum fidei, de quo idem ipse dicit: Habentes autem eundem spiritum fidei, secundum quod scriptum est: Credidi propter quod loquutus sum, & nos credimus propter quod & loquimur. Non autem merito accepisse, sed misericordiam eius qui cuius vult miseretur, manifestissime ostendit, vbi de seipso ait: Misericordiam consequutus sum vt fidelis essem. Si dixerimus meritum præcedere orationis, vt donum gratiæ consequatur, impetrando quidem oratio quicquid impetrat, euidenter donum dei esse ostendit, ne homo existimet à seipso sibi esse, quod si in

Roma. 9.

potestate haberetur, non vtiq; posceretur: veruntamen. K ne saltem orationis putarentur præcedere merita, quibus non gratuita daretur gratia, sed iam nec gratia esset, quia debita redderetur, etiam ipsa oratio inter gratiæ munera reperitur. Quid enim oremus, ait doctor gentium, sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quid est autem interpellat, nisi interpellare nos facit? Indigentis enim certissimum indicium est interpellare gemitibus. Nullius autem rei esse indigentem fas est credere spiritum l. sanctū. Sed ita dictum est interpellat, quia interpellare nos facit, nobisq; interpellandi & gemendi inspirat affectum, sicut illud in Euangelio: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Neque enim & hoc ita fit de nobis tanquam nihil facientibus nobis. Adiuutorium igitur spiritus sancti sic expressum est, vt ipse facere diceretur, quod vt faciamus facit. Nam non esse intelligendum spiritum nostrum de quo dictum est. Interpellat gemitibus inenarrabilibus, sed spiritum sanctū quo nostra infirmitas adiuuatur, satis ipse demonstrat Apostolus. Inde enim coepit: Spiritus, inquit, adiuuat infirmitatem nostram: deinde ita subiunxit. Quid enim oremus, sicut oportet nescimus: & cætera. De hoc quippe spiritu apertius alibi dicit, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus, abba pater. Ecce hic non dixit quod ipse spiritus clamet orando, sed in quo clamamus, abba pater alio tamē loco ait: Quoniam filij dei estis, misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, abba pater. Non hic ait. In quo clamamus, sed ipsum spiritum l. sanctū. Clamantem dicere maluit, quo efficitur vt clamemus, sicut sunt illa: Ipse spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus, Et spiritus patris vestri est qui loquitur in vobis. Sicut ergo nemo recte sapit, recte intelligit, recte consilio ac fortitudine præualet, nemo scienter pius est, vel piè sciens, nemo timore casto deum timet, nisi accepit spiritum sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiæ & pietatis & timoris dei, nec habet quisquam virtutem veram, charitatem synceram, continentiam religiosam, nisi per spiritum virtutis & charitatis & continentiæ. Ita sine spiritu fidei non est recte quispiam crediturus; nec sine spiritu orationis salubriter oraturus. Non quia tot sunt spiritus, sed omnia hæc operatur vnus atque idem spiritus diuidens propria vnicuique pro vt vult: quia spiritus vbi vult spirat, sed quod fatendum est, aliter adiuuat nondum inhabitans, aliter inhabitans. Nam nondum inhabitans adiuuat vt sint fideles, inhabitans adiuuat iā fideles: Quod est ergo meritum hominis ante gratiā quo merito percipiat gratiā cum omne l. bonum. Meritum nostrum, non in nobis faciat nisi gratia, & cum deus coronat merita nostra, nihil aliud coronet quam munera sua? Sicut enim ab initio fidei misericordiam consequuti sumus, non quia fideles eramus, sed vt essemus: Sic in fine quod erit in vita æterna, coronabit nos, sicut scriptum est, in miseratione & misericordia. Non itaque frustra deo cantatur, Et misericordia eius præueniet me: Et misericordia eius subsequetur me. Vnde & ipsa vita æterna qua vtiq; in fine sine fine habebitur, & ideo meritis præcedentibus redditur, tamen quia eadem merita quibus redditur, non à nobis parata sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur, non ob aliud nisi quia gratis datur, nec

1. sen. distin. 40. cap. quinquag.

1. Cor. 4.

De gratia & lib. ar. cap. 20. & 21.

Roma. 3.

De gratia & lib. ar. ca. 30 & 31. & 32.

Rom. 8.

Interpellat.

Matth. 10.

L

Rom. 8.

Galat. 4.

M

1. Cor. 12.

Ioan. 3.

2. sen. dist. 23.

ex muneribus.

De gratia & lib. ar. cap. 15. & 16.

Psal. 102. 58. & 22.

De gratia & lib. ar. cap. 20. & 21.

Rom. 8.

Abac. 2.

1. Cor. 4.

Esa. 7.

επιστολῆς.

A nec ideo quia meritis non datur, sed quia data sunt & ipsa merita quibus datur. Vbi autem inuenimus etiam vitam æternam gratiā nuncupari, habemus apud eundem gratiæ magnificentum defensorem Apostolum Paulum: Stipendium, inquit, peccati mors est, gratia autem dei vita æterna in Christo Iesu domino nostro. Vide obsecro te, in quanta breuitate, quam vigilanter verba posuerit, quibus diligenter consideratis, quæstionis huius aliquatulum dilucescat obscuritas. Cum enim dixisset: Stipendium peccati mors: quis non congruentissime & consequenter addere iudicaret: Stipendium autem iustitiæ vita æterna? Et verum est, quia sicut merito peccati tanquam stipendium redditur mors, ita merito iustitiæ tanquam stipendium vita æterna. Aut si nollet dicere iustitiæ, diceret fidei: quoniam iustus ex fide viuunt. Vnde etiam & merces appellatur plurimis sanctarum scripturarum locis: nusquam porro dicta est merces iustitiæ vel fides, quia iustitiæ vel fidei redditur merces. Quod est autem merces operanti, hoc militanti stipendium. Sed beatus Apostolus aduersus elationem, quæ vsque adeo magis tentat irrepere, vt & sibi propter ipsam datam dicitur angelum satanæ, à quo colaphizaretur, ne verticem præsumptiōis erigeret, aduersus hanc ergo elationis pestem vigilantissime militans. Stipendium, inquit, peccati mors. Recte stipendium, quia debetur, quia digne retribuitur, quia merito redditur. Deinde ne iustitia de humano se extolleret bono merito, sicut humanum meritum malum non dubitatur esse peccatum, non à contrario retulit, dicens: Stipendium iustitiæ vita æterna, sed gratia, inquit, dei vita æterna. Et hæc ne præter mediatorem aliqua alia via quæreretur, adiecit. In Christo Iesu domino nostro: tanquam diceret, Audito quod stipendium peccati sit mors, quid te disponis extollere? O humana, non iustitia, sed nomine iustitiæ planè superbia, quid te disponis extollere, & contrariam morti vitam æternam tanquam debitum stipendium flagitare? Cui debetur vita æterna, vera iustitia est: Si autem vera iustitia est, ex te non est, desursum est descendens à patre luminum, vt haberes eam: Si tamen habes eam, profecto accepisti. Quid enim habes quod non accepisti? Quapropter o homo, si accepturus es vitam æternam, iustitiæ quidem stipendium est, sed tibi gratia est, cui gratia est & ipsa iustitia. Tibi enim tanquam debita redderetur, si ex te tibi esset iustitia cui debetur. Nunc ergo de plenitudine eius accepimus non solum gratiā, qua nunc iuste in laboribus vsque in finem viuimus, sed etiam gratiam pro hac gratia, vt in requie postea sine fine viuamus. Hoc nihil salubrius fides credit, quia nihil verius intellectus inuenit. Et debem⁹ audire prophetam dicentem: Nisi credideritis, non intelligetis: Sed excusabunt se, inquit, homines, qui nolunt recte & fideliter viuere, dicentes: Quid nos fecimus qui male viuimus, quandoquidem gratiam, vnde bene viuimus, non accepimus: Non possunt veraciter dicere nihil mali se fecisse, quia male viuunt. Si enim nihil mali faciunt, bene viuunt. Si autem male viuunt, de suo male viuunt, vel quod originale traxerūt, vel quod insuper addiderūt. Sed si vasa sunt iræ, quæ perfecta sunt ad perditionem, quæ illis debita redditur, sibi hoc impudent, quia ex ea massa facta sunt, quam propter vnius peccatum, in quo omnes peccauerunt, merito deus iustèque damnauit. Si autem vasa sunt misericordiæ, quibus ex eadem massa factis supplicium debitū reddere noluit, non se inuenit, sed ipsum glorificant, qui

Tomus secundus.

eis misericordiam non debitam præstitit, & si quid aliter sapiunt, & hoc quoque illis ipse reuelauit. Postremo quoniam se isti excusabunt modo: Nempè illo quæ breuiter tanquam ex eorum voce sibi obiecit Apostolus, vt dicant: Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Hoc est enim dicere: Quid de nobis fit querela quod deum offendamus male viuendo, cum illius voluntati nemo possit resistere, qui nos obdurauit misericordiam non præstando. Si ergo illos non pudet hac excusatione, non nobis sed Apostolo contradicere, cur nos pigeat eis quod dixit Apostolus, hoc idem atque identidem dicere: O homo tu, quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit. Quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus lutu, ex eadem massa vtiq; merito recteque damnata facere, aliud vas in honorem indebitum propter misericordiæ gratiam, aliud in contumeliam debitam propter iræ iustitiam, & vt notas faciat diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, sic ostendens quid eis largiatur, cum id supplicium recipiet vasa iræ, quod pariter omnibus debebatur. Satis sit interim Christiano ex fide adhuc viuenti, & nodum cernenti quod perfectum est, sed ex parte scienti, nosse vel credere quod neminem deus liberet, nisi gratuita misericordia per dominum nostrum Iesum Christum, & neminem damnet, nisi æquissima veritate per eundem dominum nostrum Iesum Christum. Cur autem illū potius quam illum liberet aut non liberet, scrutetur qui potest iudiciorum eius tam magnum profundum, veruntamen caueat præcipitum. Nunquid enim est iniquitas apud deum? Absit. Sed inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Et in maioribus duntaxat ætatis merito dici potest: Hi noluerunt intelligere, vt bene agerent, hi quod grauius est, intellexerunt & non obedierunt: quia sicut scriptum est: Verbis non emendabitur seruus dolosus: si enim & intellexerit, non obediunt. Vnde non obediunt, nisi sua pessima voluntate, cui grauior damnatio diuina æquitate debetur? Cui enim plus datur, plus exigitur ab eo. Istos quippe scriptura dicit inexcusabiles, quos non latet veritas, & in eis perseuerat iniquitas. Reuelatur enim ira dei de cælo, ait Apostolus, super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem in iniustitia detinent: quia quod notum est dei manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit: Inuisibilia enim eius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius ac diuinitas, vt sint inexcusabiles. Si ergo istos inexcusabiles dicit qui inuisibilia illius per ea quæ facta sunt intellecta conspicere potuerunt, nec obedierunt tamen veritati, sed iniqui & impij permanserunt. Neque enim non cognouerunt, sed cognoscentes, inquit, deum, non vt deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: quanto magis inexcusabiles sunt, qui ex lege eius instructi confidunt se ipsos duces esse cæcorum, & alios docentes, se ipsos non docent: Qui prædicant non furandum & furantur, & cætera quæ de ipsis Apostolus loquitur. Eis quippe dicit: Propterea inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim alium iudicas, te ipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas. Dicit enim ipse dominus in Euangelio: Si non venissem & eis locutus non fuisset, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Non vtiq; peccatum nullum haberet, qui pleni erant aliis magnis multisq; peccatis: sed hoc peccatum vult intel-

Rom. 9.

Proverb. 28.

1. Timotheus. Peccatum non habent.

Roma. 3.

Ioan. 15. Peccatum non habent.

n ligi

Gligi non eos habituros fuisse, si non venisset, qui cum audissent eum, non crediderunt in eum: hanc eos excusationem non habere asserit qua possint dicere, non audiuimus, ideo non credidimus. Humana quippe superbia tanquam presumens de viribus liberi arbitrii excusationem se putat, quando ignorantia non voluntatis videtur esse quod peccat. Secundum hanc excusationem, inexcusabiles dicit scriptura diuina quoscunque scientes peccare conuincit: dei tamen iustitiam iudicium, nec illis parcat, qui non audierunt. Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quantum se ipsi excusare videantur, non admittit hanc excusationem qui scit se fecisse hominem rectum, eique obedientiam dedisse preceptum, nec nisi eius quo male usus est libero voluntatis arbitrio, etiam quod transfret in posteros manasse peccatum. Neque enim damnantur, qui non peccauerunt, quandoquidem illud ex vno in omnes pertransit, in quo ante propria in singulis quibusque peccata omnes communiter peccauerunt. Ac per hoc inexcusabilis est omnis peccator, vel reatu originis, vel addimento etiam propria voluntatis, siue qui nouit, siue qui ignorat, siue qui iudicat, siue qui non iudicat: quia & ipsa ignorantia, in eis qui intelligere noluerunt, sine dubitatione peccatum est, in eis autem qui non potuerunt, poena peccati. Ergo in vtriusque non est iusta excusatio, sed iusta damnatio. Ideo autem diuina eloquia eos inexcusabiles dicunt, qui non ignorantes sed scientes peccant, ut secundum iudicium superbiae suae quo multum confidunt de viribus propriae voluntatis se inexcusabiles videant, quia de ignorantia iam non habent excusationem, & nondum est iustitia cui praesumebant sufficere voluntatem. At vero ille cui dominus & sciendi & obediendi largitus est gratiam: Per legem enim, inquit, cognitio peccati: & peccatum non cognoui, nisi per legem: Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces: nec vult intelligi hominem praepartricis legis ignarum, sed liberatricis indignum gratiae, ubi dicit: Condelector legi dei secundum interiorem hominem, & cum hac non solum scientia, verum etiam & delectatione legis, postea dicit: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Nemo itaque liberat a vulneribus illius trucidatoris, nisi huius gratia saluatoris. Nemo liberat venundatos sub peccato a vinculis captiuantes, nisi gratia redimentis: ac per hoc vniuersi, qui se in nequitia & iniquitatibus excusatos volunt, ideo iustissime puniuntur, quoniam qui liberentur, non nisi gratia liberantur. Nam si excusatio illa iusta esset, non inde iam gratia, sed iustitia liberaret. Cum vero non liberat, nisi gratia: nihil iustum inuenit in eo quem liberat, non voluntatem, non operationem, non saltem ipsam excusationem: nam si haec iusta est, quisquis ea utitur, merito non gratia liberatur. Nouimus enim liberari per gratiam Christi quosdam etiam eorum qui dicunt: Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Quae si iusta est excusatio, non iam gratuita gratia, sed propter huius excusationis iustitiam liberantur. Si autem gratia est, qua liberantur, profecto haec excusatio iusta non est. Tunc enim vera gratia est, qua homo liberatur, si non secundum debitum iustitiae retribuitur. Nihil ergo fit in eis, qui dicunt: Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? nisi quod legitur in libro Salomonis: Insuperbia viri violat vias eius, deum autem cau-

Katur in corde suo. Quantum itaque deus faciat vasa irae in perditionem, ut ostendat iram, & demostret potentiam suam, qua bene etiam utitur malis, & ut notas faciat diuitias gloriae suae in vasa misericordiae, quae fecit in honorem, non damnabilis massae debitum, sed suae gratiae largitate donatum: tamen in eisdem irae vasis propter meritum massa in contumeliam debitum factis, id est, hominibus propter naturam quidem bonum creatis, sed propter vitia supplicio destinatis, iniquitatem, quam rectissime veritas improbat, damnare nouit ipse non facere. Sicut enim voluntati eius tribuitur humana natura nullo dubitante laudanda, sic hominis voluntati culpa tribuitur nullo recusante damnanda. Quae voluntas hominis aut hereditarium vitium transmittit ad posteros, quos in se habuit cum peccaret, aut acquisiuit etiam caetera vitia, cum in seipso vnusquisque perditur viuet. Sed neque ab illo, quod originaliter contrahitur, neque ab illis, quae vnusquisque in vita propria, vel intelligendo, vel nolendo intelligere, mala congregat, vel etiam instruetus ex lege, additamento praeruaricationis exaggerat, quisquam liberatur & iustificatur, nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, non solum remissione peccatorum, sed prius ipsius inspiratione fidei & timoris dei, impartito salubriter orationis affectu & effectu, donec sanet omnes languores nostros, & redimat de corruptione vitam nostram, & coronet nos in miseratione & misericordia. Verum isti, qui personarum acceptorem fieri existimant deum, si in vna eademque causa super alios veniat misericordia eius, super alios vero maneat ira eius, nempe totas vires argumentationis humanae in paruulis perdit. Nam ut interim taceam, quod non est, praeter paruulos quamlibet materno vtero recentissimos ea poena, de qua loquens Apostolus ait: Per vnus delictum in omnes homines ad condemnationem, unde non liberat, nisi vnus ille, de quo idem ait: Per vnus iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitae: ut ergo hoc interim omittam, & hoc solum de paruulis dicam, quod ipsi quoque autoritate Euangelica terri, vel potius Christianorum populorum concordissima fidei conspiratione perfracti, sine vlla excusatione concedunt, quod nullus paruulus, nisi renatus ex aqua & spiritu, intrat in regnum caelorum: quam quae est allaturi sunt causam, quod alius sic gubernatur, ut baptizatus hinc exeat, alius infidelium manibus traditus, vel etiam fidelium, priusquam ab eis baptizandus offeratur, expiret? An hoc fato vel fortunae daturus sunt? Non opinor eos in tantam dementiae proditores, quantum cunquam nomen Christianum tenere cupientes. Cur ergo in regnum caelorum, non accepto regenerationis lauacro, paruulus nullus intrabit? Nunquid nam ipse sibi parentes infideles vel negligentes, de quibus nasseretur, elegit? Quid dicam de inopinatis & repentinis innumerabilibus mortibus, quibus saepe etiam religiosorum Christianorum praerueniuntur & baptismo praeripiuntur infantes, cum e contrario sacrilegorum & inimicorum Christi aliquo modo in Christianorum manus venientes, ex hac vita non sine sacramento regenerationis emigrēt? Quid hinc dicturi sunt, qui ut gratia dari possit nonnulla praecedere merita humana contendunt, ne sit personarum acceptor deus? Quae tandem hic merita praecesserunt? si eorundem cogitaueris paruulorum, nulla sunt propria, vtriusque est illa massa communis. Si parum attenderis, bona sunt illa quorum

Arum filij repentinis mortibus sine Christi baptismo perierunt: Mala vero illa quorum filij per Christianorum aliquam potestatem ad sacramenta ecclesiae perueniunt. Et cur providentia dei cui nostri capilli numerati sunt, sine cuius voluntate non cadit passer in terram, quae nec fato premitur, nec fortuitis casibus impeditur, nec vlla iniquitate corrumpitur, ut renascatur ad hereditatem caelestem, non consulit omnibus paruulis filiorum suorum, & nonnullis consulit etiam paruulis impiorum? Ille infans de fidelibus coniugatis ortus, laetitia parentum susceptus, matris vel nutritricis somnolentia suffocatus sit exterius? & expers suorum fidei. Ille infans de sacrilego stupro nascitur, crudeli timore matris exponitur, eorum Christiana solitudine baptizatur, sit l. eterni J. consors & particeps regni. Ista cogitent, ista considerent, hinc audeant dicere deum, vel acceptorum in sua gratia personarum, vel remuneratorem praecedentium meritorum. Nam & si conabatur maioris etatis aliqua merita suspicari, seu bona seu mala, quid de istis infantibus dicet, quorum nec iste sibi vllis propriis meritis malis potuit acquirere violentiam suffocantis, nec bonis ille diligentiam baptizantis? Nimirum vanitatis & caecitatis sunt, si etiam his consideratis nondum dignantur exclamare nobiscum: O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius. Non itaque misericordiae gratuita dei pertinacissima aduersentur insania. Sinat filium hominis in qualibet atate querere & saluum facere quod perierat. Nec de inscrutabilibus iudiciis eius audeant iudicare, cur in vna eademque causa super alium veniat misericordia eius, super alium maneat ira eius. Qui enim sunt isti qui respondeant deo, quandoquidem ille Rebecca habenti geminos ex vno concubitu Isaac patris nostri, cum illi nondum nati nihil egissent boni vel mali, ut secundum electionem propositum eius maneret, electionem scilicet gratiae non debiti, electionem qua eligendos facit ipse non inuenit, non ex operibus, sed ex vocante dicit minori seruiturum esse maiorem. In quam sententiam beatus Apostolus etiam testimonium prophetae longe posterioris assumpsit, Iacob dilexi, Esau autem odio habui: ut intelligeretur hoc apertum postea per prophetam, quod antequam illi nascerentur erat in dei praedestinatione per gratiam. Quid enim diligebat in Iacob, antequam natus fecisset aliquid boni, nisi gratuitum misericordiae suae donum? Et quid oderat in Esau, antequam fecisset aliquid mali, nisi originale peccatum? Nam neque in illo diligeret iustitiam, quam nullam ille fecerat: neque in isto odisset naturam, quam bonam ipse perfeceat. Mirum autem cum his coarctantur angustis, in quanta se abrupta praecipitent metuentes retia veritatis. Ideo, inquit, nondum natorum alium oderat, alium diligebat: quia eorum futura opera prauidebat. Quis istum acutissimum sensum defuisse Apostolo non miretur? Hoc quippe ille non vidit, quando sibi vel aduersantis obiecta quaestione, non id potius tam breue, tam apertum, tam, sicut isti putant, verum absolutumque respondit. Cum enim rem stupendam proposuisset, quomodo de nondum natis, nec aliquid agentibus boni aut mali recte dici poterit, quod vnum deus dilexerit, alium odio habuerit, ipse sibi obiecta quaestione motum exprimens auditoris. Quid ergo dicemus? inquit. Numquid iniquitas apud deum? Absit. Hic ergo erat lo-

Dcus ut diceret quod isti sentiunt. Futura enim deus operum prauidebat, quando minori maiorem seruiturum esse dicebat. Non autem hoc Apostolus dicit, sed potius ne quisquam de suorum operum audeat meritis gloriari, ad dei gratiam, & gloriam commendandam voluit valere, quod dixit. Cum enim dixisset, Absit ut sit iniquitas apud deum: tanquam ei diceremus, Vnde hoc ostendis cum asseras non ex operibus, sed ex vocante dictum esse, Maior seruiet minori: Moyses enim dicit, inquit, Miserebor cui misertus ero, & misericordiam praestabo, cui misericors fuero. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Vbi nunc merita, ubi opera vel praerita vel futura tanquam liberi arbitrii viribus adimpleta, vel adimplenda? Nonne apertam protulit Apostolus de gratuita gratia, hoc est, verae gratiae commendatione sententiam? Nonne stultam fecit deus haereticorum sapientiam? Quid autem agebatur, ut hoc Apostolus diceret, ut eorum geminorum commemoraret exemplum? Quid persuadere moliebatur? Quid inculcare cupiebat? Nempe hoc quod ipsorum oppugnet amentia, quod superbia non capiunt, quod sapere nolunt. Qui ignorantis est iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti. De ipsa quippe gratia satis agebat Apostolus, & ideo promissionis filios commedabat. Quod enim promittit deus, non facit nisi deus: habet namque aliquod rationis & veritatis, ut homo promittat & deus faciat: ut autem homo se facere dicat quod promiserit deus, superba impietatis est reprobus sensus. Commendans ergo filios promissionis, hoc primum significatum ostendit, per Isaac filium Abrahae. Euidentius namque opus dei apparet in eo, quem non genuit vltatus ordo naturae de sterilibus visceribus & senectute confectis, ut in filiis dei qui futuri praenunciabantur, hoc esset signum diuini operis non humani. In Isaac, inquit, vocabitur tibi semen, hoc est, non qui filij carnis, ij filij dei, sed filij promissionis deputantur in semine. Promissionis enim verbum hoc est: Ad hoc tempus veniam & erit Sara filius. Non solum autem illa, sed & Rebecca ex vno concubitu Iacob patris nostri quo pertinuit ut adderet ex vno concubitu, nisi ut non solum de suis, neque de parentum meritis aliorum, sed ne de ipsis quidem vnus patris, mutata forte in melius voluntate gloriaretur Iacob dicens, ideo se a creatore non derelictum, quia pater eius quando eum seminavit, melioribus laudabilior moribus fuit. Ex vno, inquit, concubitu, vnum tunc ad eos seminandos meritum patris, vnum ad concipiendos meritum matris. Quia etsi mater eos donec pareret visceribus portauit inclusos, & forte voluntates affectionesque variauit, non vni, sed ambobus utique variauit, quos pariter ventre portauit. Intentio igitur intuenda est Apostoli, quomodo propter gratiam commendandam nolit eum, de quo dictum est: Iacob dilexi: nisi in domino gloriari: ut cum ex eodem patre, eadem matre, vno concubitu, antequam aliquid egissent boni aut mali, alterum deus diligit, odit alterum, intelligat Iacob ex illa massa originalis iniquitatis, ubi fratrem suum, cum quo habuit communem causam, videt per iustitiam meruisse damnari, non nisi per gratiam se potuisse discerni. Nondum enim nascentibus, nec agentibus bonum aut malum, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus sed ex vocante dictum est ei: Maior seruiet minori. Electionem autem gratiae nullis fieri operum praecedentibus me-

Rom. 2.

πάλιν
σκληρόν.

Rom. 3.

Rom. 7.

Rom. 9.

Proverb. 19.

Psal. 102.

Rom. 5.

M

Math. 10.

*alios, ex-
fors.
jextorris.

Rom. 11.

jincompre-
hensibilia.

Luc. 19.

Rom. 9.

Malach. 1.

*alios, coar-
gantur.

Rom. 9.

Gritis, alio loco apertissime idem Apostolus ostendens, Sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Secundum hanc ergo gratiam etiam propheticum testimonium consequenter assumens. Sicut scriptum est, inquit, Iacob dilexi, Esau autem odio habui: & continuo, Quid ergo dicemus, inquit, Nunquid iniquitas est apud deum? Absit. Sed quare absit? An propter opera quæ futura præciebat amborum? Immo & hoc absit. Moyses enim dicit, Miserebor cui misericors ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Atque ut in vasis quæ perfecta sunt in perditionem, quæ damnata debita est massa, agnoscant vasa ex eadem massa in honorem facta, quid eis misericordia diuina largita sit: Dicit enim, inquit, scriptura ad Pharaonem, Quia ad hoc te excitavi ut ostendam in te potentiam meam, & ut glorificetur nomen meum in vniuersa terra. Denique ad vtrumque concludit, Ergo cuius vult miseretur, & quem vult obdurat. Hoc facit apud quem non est iniquitas. Miseretur itaque gratuito dono, obdurat autem iustissimo merito. Sed dicat adhuc vel superbi infidelis elatis, vel puniti damnabilis excusatio, Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Dicat & audiat quod conuenit homini: O homo tu quis es qui respondeas deo: & cætera, de quibus iam quantum potui satis ac sepe differui. Audiat hæc & non contemnat. Quod si contempserit, etiam ut contemneret se inueniat obduratum. Si non contempserit, etiam ut non contemneret esse credat adiutum, sed obduratum debito, adiutum gratia. Neque enim si duorum de Isaac patriarcha geminorum, quod quidem iam ostendimus quanta cæcitate dicatur, futura præuidit deus opera, quia vixerunt atque senserunt: & propterea Iacob dilexit, Esau autem odio habuit: ideo moriturorum etiam paruulorum potest quisquam dicere, ut huic ad percipiendum baptismum non consulat, illi autem consulat, deum futura eorum opera præuidere. Quomodo enim futura dicatur quæ nulla erunt? Sed deus, inquit, in eis quos hinc aufert præuidet, quemadmodum victurus esset quisque si viueret, & ideo quem nequiter nouit fuisse victurum, sine baptismo facit & mori: sic in eo puniens opera mala, non quæ fecit, sed quæ facturus fuit. Si ergo diuinitus etiam quæ commissa non sunt mala opera puniuntur. Primo attendant quam falso polliceantur in damnationem paruulos non ituros, qui sine baptismo moriuntur, qui propterea non baptizantur, quia mali victuri erant si viuerent: propter ipsam quippe malam vitam proculdubio damnabuntur, si etiam mala quæ fuerant futura damnantur. Deinde si eis ad percipiendum baptismatis consulitur sacramentum, quos nouit deus si viuerent bene fuisse victuros, cur non omnes tenentur in vita quam bonis operibus ornaturi sunt: Cur etiam eorum qui baptizantur quidam diu viuentes pessime viuunt, & vsq; ad apostasiam aliquando perueniunt? Cur ipsorum primum coniugium peccatorum, quos utique nouerat deus quoniam non de paradiso ante proiecit, ne ibi committerent quod tam sancto loco esset indignum, si iuste peccata etiam nondum commissa puniuntur? Quid denique præstatur ei qui rapitur ne malicia mutet intellectum eius, & ne fictio decipiat animam eius: si iuste etiam illa puniuntur, quæ licet non fecerit, fuerat tamen viuendo factu-

K rus? Postremo cur non ad percipiendum regenerationis lauacrum, ei magis consulitur morituro qui male fuerat victurus si viueret, ut ei peccata quæ fuerat commissurus remittantur in baptismo? Quis enim est tam vecors qui ea neget per baptismum posse dimitti, quæ sine baptismo dicit posse puniri? Sed disputando aduersus eos, qui vsquequaque conuicti etiam non commissorum peccatorum deum persuadere moliuntur vltorem, verendum est, ne nos in eos ista fingere existimemur, illi autem nullo modo tam hebetes esse credantur, ut hæc vel sentiant, vel cuiquam persuadere conentur: veruntamen nisi eos hæc dicere audissem, relenda esse non arbitrarer. Circumstantur enim & diuinarum autoritate lectionum, & antiquitus tradito & retento firmo ecclesiæ ritu in baptismo paruulorum, ubi apertissime demonstrantur infantes, & cum exorcizantur, & cum eis per eos à quibus gestantur renunciare respondent, à diaboli dominatione liberari, & non inuenientes quæ exeant, pergunt in præcipitem stultitiam dum nolunt mutare sententiam. Illud sanè sibi videtur acutissime dicere, quomodo peccatū transit in filios fidelium, quod in parentibus non dubitamus dimissum esse per baptismum, quasi propterea possit non habere generatio carnalis, quod sola tollit regeneratio spiritalis. Aut vero in baptismo concupiscentiæ carnis infirmitas continuo sanatur, sicut continuo reatus eius aboletur, sed gratia renascendi, non conditione nascendi. Vnde quisquis per hanc concupiscentiam, etiam de renato nascitur, sine dubitatione oberit nato, nisi & ipse similiter renascatur. Verum quicquid est in hac questione difficultatis, ita in agro Christi non impedit operarios eius, quo minus ab eis in remissionem peccatorum baptizentur infantes, siue de fidelibus, siue de infidelibus nati sint, sicut agricolas non impedit, quo minus ab eis inferendi cura in oleas conuertantur oleastri, siue de oleastri, siue de oleis oriantur. Nam & hoc si ut respodeat rusticoproponatur, quæ causa sit ut cum aliud sit olea, aliud oleaster, non tamen nisi oleaster de semine vtroque nascatur, non omittit inferendi curationem, etiam si non possit istam soluere questionem. Alioquin dum ex oliuæ semine exorta virgulta non aliud quam oleas esse existimat, efficit desidia vanitatis, ut totus ille ager amara sterilitate syluescat. Nam illud quod excogitauerunt cum veritatis pondere premerentur, quia fidelis dominus in verbis suis, & propterea eius ecclesia nullo modo fallaciter paruulos in remissionem peccatorum baptizat, sed ut fide agatur quod agitur, utique sit quod dicitur. Quod ergo excogitauerunt cum hæc eos apertissima moles veritatis vrgeret, quis non Christianus irrideat quamlibet versutissimum cernat? Dicunt enim, veraciter quidem respondere paruulos per ora gestantium, in remissionem se credere peccatorum, non tamen quia sibi remittuntur, sed quia credant quod in ecclesia, vel in baptismo remittantur in quibus inueniuntur, non in quibus nulla sunt. Ac per hoc nolunt eos ita baptizari in remissionem peccatorum, tanquam in eis fiat ipsa remissio, quos cõten-dunt nullum habere peccatum. Sed quoniam licet sine peccato, in eo tamen baptismo baptizantur, quo fit in quibusque peccatoribus remissio peccatorum, fieri quidem potest ut hæc versipellis astutia subtili? & acutius ex ocio refellatur: veruntamen secundum istam suam caliditatem non inueniunt quid ad hoc respondeant, quod exorcizantur & exufflantur infantes, hoc enim proculdubio

De Gen. ad litera. li. 10. cap. 13.

Operatio. nem.

A dubio fallaciter fit, si diabolus eis non dominatur. Si autem dominatur, & ideo non fallaciter exorcizantur & exufflantur, per quid dominatur, nisi per peccatum princeps utique peccatorum? Proinde si iam erubescunt, nec audent dicere hæc in ecclesia mendaciter geri, fateantur quod perierat etiam in paruulis queri: neque enim nisi propter peccatum perierat, quod nisi per gratiam non potest queri, non potest inueniri. Sed deo gratias, quod saltem cum argumentantur contra remissionem peccatorum, ne fieri credatur in paruulis, iam tamen quantum per corda & ora malorum credere paruulos confitentur. Sicut ergo audiunt dominum dicentem: Qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non introibit in regnum cælorum: propter quod eos baptizandos esse concedunt. Sic audiant eundem dominum dicentem: Qui non crediderit condemnabitur: quia sicut eos renasci per ministerium baptizantium, ita etiam credere per corda & ora consentantium cõstemur. Audeant ergo dicere, quod à iusto deo innocens condemnabitur, si nullo vinculo peccati originalis innectitur. Si sermo iste prolixus est & onerosus occupationibus tuis, da veniam: quia ut hæc ad te scriberem, & occupatus literis tuis indicibus erga nos benivolentiæ tuæ tecum ista colloquerer, etiam ego vim feci interrumpendis occupationibus meis. Si qua illos alia excogitare aduersus fidem catholicam scieritis, & quæcunque aduersus eos, ne dominici gregis infirma deualet, vos quoque fideli & planè pastorali dilectione differitis, nota facite nobis. Hæreticorum quippe inquietudine, ut scripturas vigilantius perscrutentur, unde ne oculi Christi noceant, eis possit occurrere, tãquam de somno ignauia nostra excitatur industria: ita per multiplicem gratiam Saluatoris etiam quod inimicus in perniciem machinatur, deus conuertit in adiutorium: Quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Semper in deo viuas, memor nostri fratris charissime.

Imaiorum.

Ioan. 3.

Marc. 16.

Rom. 8.

Augustinus & Alipius Bonifacio, siue ut alij codices habebat, Paulino, laudans librum aduersus Pelagianos ab eo conscriptum, & plenius eam instituens aduersus eam heresim.

Epistola. CVI.

COMINO beatissimo & in Christi visceribus germanitus amplectendo plusquam dici potest desiderabili fratri & coepiscopo Paulino, Alipius & Augustinus. Tandem aliquando prouidit deus nobis literarum fidelissimum perlatores omnium nostrum merito charissimum fratrem Ianuarium, per quem etiam si non scriberemus, omnia quæ circa nos sunt possit sinceritas tua, tanquam per viuentem atque intelligentem epistolam noscere. Pelagium quæ credimus, ut ab illo distingueretur qui Pelagium Tarëti dicitur, Britonem fuisse cognominatum, quod ut seruum dei dilexeris nouimus. Nunc autem quemadmodum diligas ignoramus. Nam & nos non solum dileximus, verum etiam diligimus eum. Sed aliter nunc diligimus, aliter aliquando diligimus. Tunc enim quia nobis rectæ fidei videbatur, nunc autem ut ab iis quæ inimica & aduersa gratiæ dei sentire dicitur, illius misericordia liberetur. Nam cum hoc de illo aliquandiu fama iactaret, non utique facile credendum fuit. Solet quippe fama mentiri. Sed propius ut crederem accessit, quod librum quendam eius, ea prorsus persuadere molientem, quæ gratiam dei per vnum

Tomus secundus.

mediatorem dei & hominum hominem Iesum Christum generi humano impertitam, de fidelium cordibus creditam deleant, legimus, traditum nobis à famulis Christi, qui eum talia docentem studiosissime audierant, fuerantque sectati. Cui quidem libro, eisdem rogantibus, quia id fieri oportere videbamus, tacito nomine authoris, ne offensus insanabilior redderetur, vnius nostrum damnationem responsum est, quod libro continetur & multipliciter, atque abundanter asseritur: quod etiam quibusdam literis agit ad tuam venerationem datis, ubi dicit se non debere existimari sine gratia dei defendere liberum arbitrium, cum possibilitatem volendi atque operandi, sine qua nihil boni velle atque agere valerem à creatore nobis instam diceret, ut videlicet hæc intelligatur doctore ipso gratia dei, quæ Paganis atque Christianis, impiis & piis, fidelibus atque infidelibus communis est. Hæc mala, quibus Saluatoris euacuaretur aduentus, ubi hoc possumus dicere, quod de lege dicit Apostolus, Si per naturam iustitia, ergo Christus gratis mortuus est, refellebamus ut poteramus in cordibus eorum qui ista sentirent, ut his cognitis, etiam ille si fieri posset non lacescit ista emendaret, atque ita & perniciis destrueretur erroris, & hominis verecundiæ parceretur. Sed postea quàm ad nos literæ de Oriente venerunt, eandem causam apertissime ventitantes, nullo modo iam qualicumque episcopali autoritate deesse ecclesiæ debueramus. Missæ sunt itaque de hac re ex duobus conciliis, Carthaginensi & Mileuitano relationes ad Apostolicam sedem, antequam gesta ecclesiastica, quibus apud episcopos prouinciæ Palestine Pelagius perhibetur esse purgatus, vel in manus nostras, vel in Africam peruenissent. Scripsimus etiam ad beatæ memoriæ papam Innocentium, præter conciliorum relationes, literas familiares, ubi de ipsa causa aliquanto diutius egimus. Ad omnia nobis ille rescripsit eodem modo, quo fas erat atque oportebat Apostolicæ sedis antistitem. Quæ omnia modo legere poteris, si eorum forte ad te vel nulla, vel non cuncta peruenerant: ubi videbis seruata erga hominem moderatiõe quæ debuit, ne damnaretur si praua damnaret, ipsam tamen nouellum & perniciosum errorem sic ecclesiastica autoritate compressum, ut multum miremur esse adhuc quosdam, qui per quemlibet errorem gratiæ dei conentur obistere, si tamen hæc gesta didicerunt: quod gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, quod fides vera & catholica tenet, semper ecclesia pifiloscum magnis à morte primi hominis, ad vitam secundi hominis transfert: non solum peccata delendo, verum etiam ad non peccandum rectè viuendum, eos qui iam uti possunt voluntatis arbitrio sic adiuuando, ut nisi adiuuet nihil pietatis atque iustitiæ, siue in opere, siue etiam in ipsa voluntate habere possimus. Deus quippe operatur in nobis, & velle & operari pro bona voluntate. Nam quis nos nisi qui venit querere & saluare quod perierat, ab illa perditionis massa & contentione discernit? Vnde Apostolus interrogat dicens: Quis enim te discernit? Vbi si dixerit homo, Fides mea, voluntas mea, bonum opus meum: Respondetur ei, Quid enim habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Hoc utique totum ideo, non ut homo non gloriatur, sed ut qui gloriatur, in domino gloriatur, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Non quia bona opera ista pia cogitatione frustrantur,

discriminatione.

Gal. 2.

E

Apostolica sedes.

F

Philip. 2.

discernit.

1. Cor. 4.

1. Cor. 1.

n ij tur,

G tur, cum deus reddat unicuique secundum opera eius, sitq; gloria & honor & pax omni operanti bonum: sed quia opera ex gratia, non ex operibus gratia: quoniam fides quæ per dilectionem operatur, nihil operaretur, nisi ipsa dilectio dei diffunderetur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Nec ipsa fides esset in nobis, nisi deus unicuique partiretur mensuram fidei. Bonum est igitur homini, ut cum totis viribus liberi arbitrii sui veraciter dicat, Fortitudinem meam ad te custodiam: quia ille qui putavit sine ipsius adiutorio se posse custodire quod dedit, profectus in longinquam regionem, & vivens prodige cuncta consumpsit, & miseria duræ servitutis attritus, reuersusque in semetipsum dixit: Surgam & ibo ad patrem meum. Quam cogitationem bonam quando haberet, nisi & ipsam illi in occulto pater misericordissimus inspirasset? Quod intelligens minister ille novi testamenti. Nō quia idonei sumus, inquit, cogitare aliquid à nobis quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Vnde & ille cum dixisset: fortitudinem meam ad te custodiam, ne vel hoc ipsum, quia custodit, suis viribus arrogaret, tanquam ei venisset in mentem, quia nisi dominus custodierit civitatem, in vanum vigilant qui custodiunt eam: & non dormit neque dormitat qui custodit Israël, adiunxit causam, vnde fiat idoneus custodire, vel quo potius custode seruetur. Quoniam deus, inquit, susceptor meus es. Recolat igitur iste si potest merita sua, vnde factū sit, ut deus dignaretur eius esse susceptor, ac si deus esset susceptus. Recolat vtrum quæserit an quæsitus sit, ab illo scilicet qui venit quærere & saluare quod perierat. Nam si quærere voluerit ante gratiam quid meruerit ut acciperet eam, mala sua poterit homo inuenire non bona, etiam si eum vnus diei vitam habentem super terram gratia Saluatoris inuenit. Quia si aliquid boni operatur homo, ut gratiam mereatur: nō ei merces imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Si autem credit in eum qui iustificat impium, ut deputetur fides ei? ad iustitiam. Iustus enim ex fide vivit, profecto antequam gratia iustificetur, vti iustus efficiatur, impius quid est nisi impius? Quem si debitum sequeretur, quid eius merito, nisi supplicium redderetur? Si ergo gratia, iam non ex operibus est: alioquin gratia iam non est gratia. Operibus enim debitum redditur, gratia gratis datur, vnde etiam nuncupatur. Si quis autem dixerit, quod gratiam bene operandi fides mereatur, negare non possumus, immo verò gratissime confitemur. Hanc enim fidem volumus habeant, qua impetrent charitatem, quæ sola vere bene operatur, isti fratres nostri, qui multum de suis operibus gloriantur. Charitas autem vsque adeo donum dei est l vt deus dicatur: Qui ergo habent fidem l qua impetrent iustificationem, per dei gratiam perueniunt ad legem iustitiæ. Vnde dicitur: Tempore acceptabili exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Proinde in iis qui per electionem gratiæ salui sunt, adiutor deus operatur, & velle & operari pro bona voluntate: quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Si omnia, vtique & ipsam dilectionem, quam fide impetramus, vt eum qui nos prior dilexit, vt in illum crederemus, per eius gratiam diligamus, & diligamur quod operati non sumus. Qui verò suis meritis præmia tanquam debita expectant, nec ipsa merita dei gratiæ tribuunt, sed viribus propriæ voluntatis, sicut dictum est de carnali Israël, persequentes legem iusti-

tia, in legem iustitiæ non perueniunt, Quare? Quia non ex fide, sed tanquam ex operibus. Ipsa est enim iustitia ex fide, quam gentes apprehenderunt, de quibus dictum est. Quid ergo dicemus? Quia gentes quæ non cognouerunt iustitiam apprehenderunt iustitiam: Iustitiam autem quæ ex fide est: Israël autem persequens legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed tanquam ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & qui crediderit in eum non confundetur. Ipsa est iustitia ex fide, qua credimus nos iustificari, hoc est, iustos fieri gratia dei, per Iesum Christum dominum nostrum, vt inueniamur in illo non habentes nostram iustitiam, quæ ex lege est: sed eam quæ est per fidem Christi. Quæ ex deo iustitia in fide: vtique in fide qua credimus nobis iustitiam diuinitus dari, non à nobis in nobis nostris viribus fieri. Nam cur illam iustitiam quæ ex lege est, suam dixit Apostolus, non ex deo, quasi lex non sit ex deo: Quis hoc nisi impius senserit? sed quia lex per literam iubet, non per spiritum iuuat, quicunque sic audit literam legis, vt ei sufficere videatur cognouisse quid iubeat, aut prohibeat, quo id se arbitrii sui virtute impletū esse confidat: nec fide confugiat adiuuandus ad spiritum viuificantem, ne reum factum litera occidat. Is profecto zelum dei habet, sed non secundum scientiam. Ignorans enim dei iustitiam, id est, eam quæ datur ex deo, & suam volens constituere, vt tantummodo ex lege sit, iustitiæ dei non est subiectus. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti, sicut idem Apostolus dicit, vt nos simus iustitia dei in ipso. Iustificati igitur ex fide pacem habemus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum, iustificati autem gratis per gratiam ipsius, ne fides ipsa superba sit. Nec dicat sibi, si ex fide quomodo gratis? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur quam donatur? Non dicat ista homo fidelis, quia cum dixerit vt merear iustificationem, habeo fidem: respondetur ei, Quid enim habes quod nō accepisti? Cū ergo fides impetrat iustificationem, sicut unicuique deus partitus est etiam ipsius mensuram fidei, non gratiam l dei l aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa gratia l meretur l augeri, vt aucta mereatur perfici, coinstante non ducente, pedissequa non præuia voluntate. Vnde ille qui dixit: Fortitudinem meam ad te custodiam: causamque reddit, dicens: Quoniam deus susceptor meus es: tanquam requirens, quibus id meritis fuerit consecutus, nihilque in se inueniens ante gratiam dei, Deus meus, inquit, misericordia eius præueniet me. Quantumcunque, inquit, cogitauero antecedentia merita mea, misericordia eius præueniet me. Proinde ab illo attributam fortitudinem suam ad illum custodiens, eodem seruatore non perdit quod eodem largitore suscepit. Nec ob aliud meretur ampliora, nisi pie fideliterque sciendo, à quo sibi bona sunt omnia, & hoc sciendo non ex seipso, ne vel hoc sit in eo quod non sit ex deo. Vnde optime Apostolus: Nos, inquit, non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis, ac per hoc & ipsum hominis meritum donum est gratuitum. Nec à patre luminum, à quo descendit omne datum optimum, boni aliquid accipere quisquā meretur, nisi accipiendo quod non meretur. Multum est autem indulgentius & sine vlla dubitatione gratuitum, quod

A tum, quod dei gratia per Iesum Christum dominum nostrum præstatur infantibus, vt eis non obstat ex Adā generatio, & proficit in Christo regeneratio, in quibus & ipsum accipiendi sensum tanto ante misericordia dei præuenit: qui certè si in hac parvula ætate de corpore exierint, vitam æternam regnumq; cælorum scientes accipiunt, eius muneris merito quod hic cum vtique profuit nescierunt. Certè in iis post priorū doctrinam, ita non nisi priora sunt dona, in quibus donandis dei gratia sic operatur, vt nec voluntas accipientium vel præmittatur vel adiungatur vel sublequatur. Quandoquidem tantum beneficium non solum non libentibus, verum etiam reluctantibus datur, quod eis ad magnum imputaretur sacrilegium, si iam in iis aliquid valeret voluntatis arbitriū. Hoc diximus propter eos qui non valentes in causa gratiæ inscrutabilia dei iudicia perscrutari, cur ex Adam massa, quæ profecto ex vno in condemnationem tota collapsa est, illud vas faciat in honorem, illud in contumeliam: tamen audent paruulos reos propriorum constituere peccatorum, vt qui bona malæ cogitare nō possunt, putentur per liberum arbitrium vel pœnam mereri posse vel gratiam: cum potius Apostolica veritas dicendo, Ex vno omnes in condemnationem: satis ostendat quod nascantur in pœna, vt non merito sed misericordia renascantur in gratia. Alioquin gratia iam non est gratia, si non diuinis operibus gratis datur, sed humanis meritis redditur. Quæ sola sic discernit à pœna, vt cum pœna sit ex Adam omnibus debita, gratia verò per vnum Iesum Christum nulli debita, sed gratuita, vt vere sit gratia, inscrutabilia iudicia dei tanquam deus esse possint, cum paruulos ipse discernat, quos merita nulla discernunt, sed iniqua esse non possint, quia vniuersa via domini misericordia & veritas. Vnde cum præbetur alteri misericordiæ gratia, non habet quod de humano merito gloriatur, quoniam non ex operibus, ne forte quis extollatur. Cum verò alteri vindicta redditur veritas, non habet cur iuste queratur. Id enim redditur quod peccato iure debetur, quoniam vnus in quo omnes peccauerunt, vtique etiam in singulis quibusque punitur. In quorum pœna clarius ostenditur, quid vasis misericordiæ per non debitam, sed veram gratiam: hoc est, gratuitatem conferatur. Vnde ergo argumentatur aduersus Apostolum apertissime dicentem: Per vnum hominem peccatum intravit in mūdum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, dicentes etiam paruulos propria per liberum arbitrium habere peccata: tædet attendere, pigetque proferre, sed magis compellimur l dicere. Quid enim potuerunt magna & acuta ingenia cogitare, aut inopiæ est tacendo vitare, aut arrogantia contemnendo præterire. Ecce inquit Esau & Iacob inter viscera materna luctantur, & dum nascuntur, alter supplantatur ab altero, atque in pede præcedentis manus consequentis & tenentis inuenta, perseverans quodammodo lucta conuincitur. Quomodo ergo in infantibus hæc agentibus, nullum est vel ad bonum, vel ad malum propriæ voluntatis arbitrium: vnde præmia siue supplicia meritis præcedentibus subsequantur? Ad hoc nos dicimus, ideo motus illos & tanquam litigium paruulorum signum rerum fuisse magnarum, quia non fuit arbitrium, sed prodigium: neque enim daturi sumus & afinis liberum arbitrium voluntatis, quoniam huius generis iumentum, sicut

scriptum est, & subiugale sine voce, hominis voce respondens venit propheta dementiam. Hi autem qui tales non prodigiosos motus, sed voluntarios actus, nec de paruulis, sed à paruulis factos esse contendunt, quid Apostolo responsuri sunt, qui cum & hos geminos ad documentum gratiæ gratiæ commemorandos videret: nondum enim natis, inquit, nec aliquid agentibus boni aut mali, vt secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori: Deinde adiungens testimonium prophetae longe post quidem ista dicentis, sed tamen de hac re antiquum dei consilium declarantis, sicut scriptum est, inquit, Iacob dilexi, Esau autem odio habui: Nempe doctor gentium in fide & veritate istos geminos nondum natos nihil boni aut mali egisse testatur, vt gratia commendetur, vt quod dictum est: Maior seruiet minori: non ex operibus, sed ex vocante dictum intelligatur, vt secundum electionem dei propositum maneret, non meritum hominis anteiret. Non enim dicit, electionem voluntatis humanæ siue naturæ, cum par esset in utroque mortis damnationisque conditio, sed electionem proculdubio gratiæ, quæ non inuenit eligendos, sed facit, de qua & in consequentibus eiusdem epistolæ loquens ait: Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Cui loco satis locus iste concordat, vbi commemoratur, non ex operibus, sed ex vocante dictum. Maior seruiet minori. Vt quid ergo præclarissimo gratiæ commendatori de infantum libero arbitrio, & nondum natorum actibus, tam impudenter resistitur? Cur meritis præueniri gratia perhibetur, quæ gratia non esset si secundum meritum imputaretur? Cur contra salutem quæ missa est perditis, quæ venit indignis, quamlibet acuta, quamlibet copiosa & ornata, mirum tamen si Christiana disputatione contenditur? Sed quomodo, inquit, non est iniquitas apud deum, si diligendo discernit, quos merita operum nulla discernunt? Ita nobis hoc dicitur, tanquam id Apostolus ipse non viderit: non proposuerit, non responderit. Vidit vtique quid iis auditis humana posset infirmitas vel ignorantia cogitare, & eandem questionem sibi ipse proponens, Quid ergo dicemus, inquit? Nunquid iniquitas apud deum? Continuo respondit, Absit. Rationemque reddens cur absit, id est, cur non sit iniquitas apud deum, non ait, Merita enim vel opera iudicat etiam paruulorum, etiam si adhuc sint in materno utero constituti. Quomodo enim hoc diceret qui iam dixerat de nondum natis, & de iis qui nihil adhuc egerant boni vel mali, quod non ex operibus, sed ex vocante dictum sit, Maior seruiet minori: sed cum vellet ostendere, cur in iis non sit iniquitas apud deum, ait, Moysi enim, inquit, Miseror cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero. Quid nos hic docuit, nisi ex illa massa primi hominis, cui merito mors debetur, non ad merita hominum, sed ad dei misericordiam pertinere quod quisq; liberatur, atque ita nō esse iniquitatem apud deum, quia neque permittendo, neque exigendo quod debetur iniustus est? Ibi enim grata est indulgentia, vbi iusta posset esse vindicta. Et hinc evidentius apparet, à pœna debita liberato & gratis iustificato, quantum beneficij conferatur, quod alter æqualiter reus sine punientis iniquitate punitur. Denique

Rom. 2.
Rom. 5.
Rom. 12.
Psal. 58.
Luc. 15.
Psal. 58.
Psal. 136.
Psal. 120.
Luc. 19.
Rom. 4.
Abach. 2.
Iud. est.
Rom. 11.
2. Cor. 6.
Philip. 1.
Rom. 8.

K
Rom. 9.
Esa. 28.
L
Rom. 10.
Rom. 5.
2. sen. dist. 26 cap. & fi.
1. Cor. 7.
2. sen. dist. 26 cap. itaque.
M
Psal. 58.
1. Cor. 2.

D
Num. 22.
Rom. 9.
Malach. 1.
Rom. 11.
F
Rom. 9.

G subiungit & dicit, Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est dei: hoc propter eos dictum est, qui per gratiam liberati iustificantur. Propter eos autem super quos ira dei manet, quia & ipsis deus bene utitur ad docendos alios, quos liberare dignatur, subiungit atque ait, Dicit enim scriptura Pharaoni, Quia ad hoc te excitavi, ut ostendam in te potentiam meam, & ut annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Deinde ad vtrumque concludens, Ergo, inquit, cuius vult miseretur & quem vult obdurat: profecto neutrum aliqua iniquitate, sed vtrumque misericordia & veritate. Et adhuc tamen auidax mouetur infirmitas eorum scilicet, qui secundum coniecturas cordis humani inscrutabilem altitudinem iudiciorum dei cogitare conantur. Hanc quaestionem sibi ex aduerso opponens Apostolus ait, Dicis itaque mihi, Quid adhuc conquiritur? Nam voluntati eius quis resistit? Nobis hoc dictum putemus. Quid ergo aliud quam quod respondit Apostolus, respondere debemus, aut si & nos talia mouent, quia & nos homines sumus, simul oportet omnes audiamus dicentem, O homo tu, quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? Hanc massa si esset ita media, ut quemadmodum nihil boni ita nec mali aliquid mereretur, non frustra videretur iniquitas, ut ex ea ferent vasa in contumeliam. Cum vero per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem vniuersa defluerit, proculdubio quod ex ea sunt vasa in honorem, non ipsius iustitiae, quae gratiam nulla praecessit, sed dei misericordiae: quod vero in contumeliam, non iniquitatis dei, quae absit ut sit apud deum, sed iudicio deputandum est. Hoc quisquis cum ecclesia sapit, non contra gratiam pro meritis disputat, sed misericordiam & iudicium domino cantat, ut nec misericordiam recuset ingratus, nec iudicium accuset inuitus. Alia est nanque illa conspersio, de qua idem dicit Apostolus, Si autem delibatio sancta est & conspersio: & si radix sancta est & rami. Illa est ex Abraham non ex Adam, id est, ex communiione sacramenti & similitudine fidei, non ex propagine mortali. Ista vero vel conspersio, vel sicut in plerisque codicibus legitur, massa, quoniam tota mortis est, cum per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, misericordia ex illa fit aliud vas in honore, iudicio autem in contumeliam. Neque ibi praecedunt merita gratiam liberantis, neque hic effugiunt peccata iustitiam punientis: quod quidem in aetatibus maioribus aduersus contentiosos non tam euidenter apparet, vbi pro meritis hominum qualicumque velut protecti obscuritate confugiunt: sed ideo contra eorum contentionem illos inuehit Apostolus: in quibus nondum natis neque agentibus aliquid boni aut mali, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, maior seruiet minori. Qua in re nimis alta & inscrutabilia sunt iudicia dei & inuestigabiles viae eius: interim teneat homo non esse iniquitatem apud deum, sed qua aequitate cuius vult miseretur, & quem vult obdurat, se tanquam hominem ignorare fateatur. Ita sane, ut propter illud quod inconcussum tenetur, non esse iniquitatem apud deum, quanuis nemo ab illo iustificetur meritis praecedentibus: neminem tamen obdurari, nisi merito, nouerit: pie nanque & veraciter creditur deus

nocentes atque impios iustificando a poenis debitis liberare. Quenquam vero immeritum & nulli obnoxium peccato si deus damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur. Vbi ergo liberatur indignus, tanto debetur maior actio gratiarum, quanto poena iustior debebatur: vbi autem damnatur dignus, nec misericordia, nec veritas danatur. Quomodo inquit, Esau non damnatur indignus, si non ex operibus, sed ex vocante dictum est, Quia maior seruiet minori? Sicut enim illius nulla praecesserant opera bona ut ad gratiam pertineret, sic nec huius mala, ut ad poenam pertinere deberet. Nulla planè in vtroque opera vel bona vel mala, sed propria: vterque autem illi vni obnoxius erat, in quo omnes peccauerunt, ut omnes in illo morerentur. Quicumque enim ex illo vno multi in seipsis futuri erant, tunc in illo vnus erant: proinde illud peccatum solius esset, si ex illo nullus exisset. Porro autem in quo erat natura communis, ab eius vitio est nullus immunis: sed ambo, qui nondum propria vel bona vel mala operabantur, rei tamen ex origine nascébatur. Laudet misericordiam qui liberatur, non culpet iudicium qui punitur. Hic si dixerimus, quantum melius ambo liberarentur: nihil nobis conuenientius diceretur, quam, o homo tu quis es qui respondeas deo? Nouit quippe ille quid agat, & quantus numerus esse debeat primitus omnium hominum, deinde sanctorum, sicut syderum, sicut angelorum: atque de terrenis loquamur, sicut pecorum, piscium, volatilium, sicut arborum & herbarum, sicut denique foliorum capillorumque nostrorum. Nam nos humana cogitatione adhuc possumus dicere, quoniam bona sunt cuncta ista quae fecit, quanto melius illa duplicasset & multiplicasset, ut multo essent plura quam sunt. Si enim non ea caperet mundus, nunquid non posset etiam ipsum facere quantum vellet ampliore? Et tamen quantumcunque faceret, vel illa plura, vel istum capaciorè atque maiorem, nihilominus eadem de multiplicandis eis dici possent, & nullus esset immoderatus modus. Etenim etiam illud dici potest, siue sit gratia qua iustificatur iniusti, de qua nobis dubitare fas non est: siue ut quidam volunt, semper praecedat liberum arbitrium, cuius meritum sequatur vel poena vel praemium, cur omnino creati sunt, quos deus ita peccaturos, ut aeterno essent igne damnandi, sine dubitatione praesciuit? Quanuis enim peccata non fecerit, naturas tamen ipsas, quae per se ipsas sine dubio bonae sunt, quibus tamen ex arbitrio voluntatis futura essent vitia peccatorum, & in multis talia quibus esset aeterna poena reddenda, quis nisi deus creauit? Quare: nisi quia voluit. Quare autem voluerit, O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus luti ex eadem conspersione facere, aliud quidem vas in honore, aliud autem in contumeliam? atque vti nam discamus quod sequitur, Si autem volens deus ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, pertulit in multa patientia vasa, irae quae perfecta sunt in perditionem, ut notas faceret diuitias gloriae suae in vasa misericordiae. Ecce etiam ratio reddita est homini, quanta debuisset homini, si tamen vel istam capit qui pro sui arbitrii libertate infirmitatis seruitute contendit. Ecce dictae sunt causae. Tu ergo quis es qui respondeas deo, si volens deus ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, quod & malis bene uti optime possit, malis duntaxat non conditione diuina, sed vitiata voluntatis iniquitate natura,

A tura, quae a deo conditore condita est bona, pertulit in multa patientia vasa irae aptata in interitum: non quod illi essent necessaria, siue angelica, siue humana peccata, cui nec iustitia creaturae cuiusquam est necessaria, sed ut notas faceret diuitias gloriae suae in vasa misericordiae, ne se in bonis operibus tanquam de propriis extollerent viribus, sed humiliter intelligerent, nisi illis dei gratia non debita sed gratuita subueniretur, id suum se reddendum meritis suis, quod aliis in eadem massa redditum cernerent. Certus est ergo dei praescientiae definitus numerus, & multitudine sanctorum, quibus diligenter deum quod eis donauit per diffusum in cordibus eorum spiritum sanctum, omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt, quos ante praesciuit & praedestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, illos & vocauit, hic subaudire debemus, secundum propositum. Sunt enim & alij vocati, sed non electi, ac per hoc non secundum propositum vocati. Quos autem vocauit, hoc est, secundum propositum, illos & iustificauit: Quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Hi sunt filij promissionis, hi sunt electi, qui per electionem gratiae salui fiunt, vbi dictum est: Si autem gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Haec sunt vasa misericordiae, in quibus deus etiam per vasa irae notas facit diuitias gloriae suae. Horum fit per spiritum sanctum cornum & anima vna, quae benedicit deum, & non obliuiscitur omnes retributiones eius, qui propicius sit omnibus iniquitatibus eius, qui sanat omnes languores eius, qui redimit de corruptione vitam eius, qui coronat eam in misericordia: Quia non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Cateri autem homines ad istam societatem non pertinentes, quorum tamen & animam & corpus dei bonitas operata est, & quicquid habet ipsa natura praeter vitium, quod eidem infixit superbietis voluntatis audacia, propter hoc a deo praesente creati sunt, ut in his ostenderet liberum defensoris arbitrium sine sua gratia quid valeret, & in eorum iustis & debitis poenis vasa misericordiae, quae non suorum operum meritis, sed gratuita dei gratia sunt ab illa concretionem discreta, quid sibi collatum esset addisceret, ut omne os obstruatur: & qui gloriatur, in domino gloriatur. Quisquis aliter docet & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, qui dixit: Venit filius hominis quaerere & saluare quod perierat: Non enim ait quod perituum fuerat, sed quod perierat: quid ostendens nisi peccato primi hominis vniuersi humani perisse naturam? Qui ergo aliter docet & non acquiescens ei, quae secundum pietatem est doctrinae, contra gratiam Saluatoris, & contra sanguinem redemptoris tanquam saluam & liberam naturam defendit humanam, & Christiano tamen censi vocabulo affectat, quid de paruulorum discretionem dicturus est, cur alius in vitam secundi hominis assumatur, alius in morte primi hominis relinquatur. Si dixerit liberi arbitrii merita praecessisse, Respondet Apostolus, quae supra diximus, de nondum natis neque aliquid agentibus boni aut mali. Si autem dixerit, quod adhuc in libris, quos nuperrime Pelagius perhibetur edidisse, defenditur, quanuis iam videatur anathematizasse in episcopali iudicio Palestino eos qui dicunt quod peccati Adae ipsum solum laeserit & non genus humanum. Si dixerit ambos sine iudicio natos, nec aliquid de primi hominis damnatione traxisse, pro-

fecto quoniam negare non audeat in regnum caelorum adoptari eum qui fuerit regeneratus in Christo, respondeat quid de illo futurum sit, qui nulla sua culpa non baptizatus ista fuerit temporali morte praeventus, si non putamus esse dicturum, quod innocentem deus, nec habentem originale peccatum ante annos quibus habere poterat proprium, aeterna morte damnauit? Cogitur itaque respondere quod Pelagius in ecclesiastico iudicio, ut aliquo modo catholicus pronuntiaretur anathematizare compellus est: infantes etiam si non baptizentur habere vitam aeternam. Hac enim negata quid nisi mors aeterna remanebit, ac per hoc contra sententiam domini disputabit dicentis: Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt: Hic est panis qui de caelo descendit, ut si quis ex ipso manducauerit non moriatur. Non enim de ista morte loquebatur, quam necesse est patiantur etiam qui de ipso pane manducant. Et paulo post, Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: vti que illam quae post hanc mortem futura est: & contra Apostolicam sedis auctoritatem, vbi de hac ipsa re cum ageretur, hoc testimonium adhibitum est Evangelicum, ne paruuli non baptizati vitam posse habere credantur, & contra ipsius Pelagij verba apud episcopos, a quibus audiebatur expressa: vbi anathematizauit eos, qui dicerent infantes non baptizatos habere vitam aeternam. Quod propterea commemorauimus, quoniam quidem apud vos, vel in vestra potius ciuitate, si tamen verum est quod audiimus, tanta pro isto errore quidam obstinatione nituntur, ut dicant facilius esse ut etiam Pelagium deserant atque contemnant, qui haec sentientes anathematizauit, quam de huius sententiae sicut eis videtur veritate discedant. Si autem cedunt sedi Apostolicae, vel potius ipsi magistro & domino Apostolorum, qui dicit non habituros vitam in semetipsis, nisi manducauerint carnem filij hominis, & biberint sanguinem, quod nisi baptizati non vti que possunt, nempè aliquando fatebuntur paruulos non baptizatos vitam habere non posse, ac per hoc quamlibet tolerabilius omnibus qui etiam propria peccata committunt, tamen aeterna morte mulctari. Quae cum ita sint, audeant disputare, & quibus possunt persuadere contendant, deum iustum apud quem non est iniquitas, paruulos a peccatis propriis innocentes, si nec illo ex Adam obligati & obstricti sunt, morte perpetua damnaturum. Quod si absurdissimum est, & a iustitia dei penitus alienum, & tamen nullus qui se meminit catholicae fidei Christianum, negat aut dubitat paruulos non accepta gratia regenerationis in Christo sine cibo carnis eius & sanguinis potu, non habere in se vitam, ac per hoc poenae sempiternae obnoxios: profecto restat, ut quia ipsi non egerunt aliquid boni aut mali, ideo mortis eorum iusta sit poena, quia in illo moriuntur in quo omnes peccauerunt: vnde in isto solo iustificantur: a quo peccati, nec originale trahi potuit, nec proprium perpetrari. Ipse vocauit nos non solum ex Iudaeis, verum etiam ex gentibus, quoniam & illius Hierusalem filios quae interfecit prophetas, & lapidauit missos ad se, quauis ipsa nolente collegit ipse quos voluit, & ante incarnationem suam ipsos prophetas, & postea quam verbum caro factum est, sicut Apostolos & hominum milia, qui & precia rerum suarum ante pedes Apostolorum posuerunt. Omnes quippe illi filij sunt Hierusalem nolentis ut colligerentur, qui tamen illa nolente collecti sunt, de quibus

tingenij.

Rom. 11.

quae uia. Rom. 5.

L

Rom. 9.

M

Rom. 8.

Rom. 11.

Psal. 102.

Rom. 9.

1. Cor. 1.

Luc. 19.

Ioan. 6.

E

Ob

iustificatur

G bus dicit, Si ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciuntur: Ideo ipsi iudices vestri erunt. de iis prædictum erat. Si fuerint filij Israël, sicut arena maris, reliquæ saluæ fient. Non potest excidere verbum dei, nec repulit plebem suam quam præcuiuit, quæ tamen reliquæ per electionem legi ratæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, quod sæpe dicendum est, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia: non hæc vtiq; nostra, sed Apostoli verba sunt. Quod ergo ad Hierusalem nolentem colligi filios suos ille clamabat, hoc nos clamamus aduersus eos, qui filios volentes ecclesiam colligi, nolunt. Nec saltem post iudicium quod de ipso Pelagio in Palæstina factum est, corriguntur: de quo damnatus exisset, nisi obiecta sibi contra gratiam dei dicta, quæ obscurare non potuit ipse damnasset. Præter illa enim quæ quomodo potuit ausus est qualicumque ratione defendere, obiecta quædam sunt, quæ nisi remoto omni tergiversatione anathematizasset, ipse anathematizatus esset. Obiectum est enim eum dicere, quia Adam siue peccaret siue non peccaret moriturus esset: Et quod peccatum eius ipsum solum læserit, & non genus humanum. Et quod infantes nuper nati in illo statu sint in quo Adam fuit ante præuaricationem. Et quod neque per mortem vel per præuaricationem Adæ omne genus humanum moriatur, neque per resurrectionem Christi omne genus humanum resurgat. Et infantes etiam si non baptizentur, habere vitam æternam. Et diuites baptizatos, nisi omnibus abrenuncient, si quid boni visi fuerint facere, non reputari illis, nec eos habere posse regnum dei. Et gratiam dei atque adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina. Et dei gratiam secundum merita nostra dari. Et filios dei non posse vocari, nisi omnino absque peccato fuerint effecti. Et non esse liberum arbitrium, si dei indiget auxilio: quoniam in propria voluntate habet vnusquisque facere aliquid, vel non facere. Et victoriam nostram non ex dei adiutorio esse, sed ex libero arbitrio. Et quod poenitentibus venia non detur secundum gratiam & misericordiam dei, sed secundum meritum & laborem eorum, qui per poenitentiam digni fuerint misericordia. Hæc omnia Pelagius sic anathematizauit, quod satis gesta ipsa testantur, vt nihil ad ea quoquo modo defendenda disputationis attulerit: vnde fit consequens, vt quisquis sequitur illius episcopalis auctoritatem iudicij, & ipsius Pelagij confessionem, hæc tenere debeat, quæ semper tenuit catholica ecclesia: Adam nisi peccasset, non fuisse moriturum. Quod peccatum eius non ipsum solum læserit, sed & genus humanum. Et quod infantes nuper nati non sint in illo statu, in quo Adam fuit ante præuaricationem, vt ad ipsos pertineat etiam quod breuiter ait Apostolus: Per vnum hominem mors, & per vnum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur: vnde fit quod infantes non baptizati, non solum regnum cælorum, verumetiam vitam æternam habere non possint. Constat etiam diuites baptizatos, etiam si diuitiis suis non careant, & sint tales quales ad Timotheum describit Apostolus dicens: Præcipe diuitibus huius mundi non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo, qui præstat omnia abundanter ad fruendum: diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonorum in futurum, vt apprehē-

dant veram vitam, non eos regno dei posse priuari. Fateatur gratiam dei, & adiutorium etiam ad singulos actus dari, eamq; non dari secundum merita nostra, vt vera sit gratia, id est, gratis data per eius misericordiam, qui dixit: Miserebor cui miserus ero, & misericordiam præstabo, cui misericors fuero. Fateatur filios dei vocari posse illos, qui quotidie dicunt: Dimittite nobis debita nostra: quod vtiq; veraciter non dicerent, si essent omnimodo sine peccato. Fateatur esse liberum arbitrium, etiam si diuino indiget adiutorio. Fateatur quando contra tentationes concupiscentiasq; illicitas dimicamus, quanuis & illic habeamus propriam voluntatem, non tamen ex illa, sed ex adiutorio dei nostram prouenire victoriam. Non enim aliter verum erit quod Apostolus ait: Non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Fateatur secundum gratiam & misericordiam dei veniam poenitentibus dari, non secundum merita eorum, quandoquidem etiam ipsam poenitentiam donum dei dixit Apostolus, vbi ait de quibusdam: Ne forte det illis deus poenitentiam. Hæc omnia simpliciter sine vllis fateatur ambagibus, si quis in auctoritatem catholicam, & in ipsius Pelagij expressa ecclesiasticis gestis verba consentit. Neque enim illa quæ his sunt contraria veraciter anathematizata esse credendum est, nisi hæc quibus sunt contraria fidei corde teneantur, & aperta confessione promantur. Nec in istis libris recetioribus, quos idem Pelagius post illud iudicium dicitur edidisse, quanuis adiutorio diuinæ gratiæ consentire videatur, quid de hac re sentiat satis euidenter apparet. Aliquando enim ita paribus momentis potestatem voluntatis æqua læce pendit, vt aliquantum etiam ad non peccandum valere definiat: quod si ita est, nullus locus adiutorio gratiæ reseruatur, sine qua nos dicimus ad non peccandum nihil voluntatis arbitrium valere. Aliquando autem quotidiano gratiæ dei muniri nos confitetur auxilio, quanuis habeamus ad non peccandum forte, ac firmum liberum arbitrium, quod vtiq; inualidum & infirmum debuit confiteri, donec sanentur omnes languiores animæ nostræ. Non enim pro infirmitate corporis precabatur qui dicebat: Misere mei domine, quoniam infirmus sum, sana me domine quoniam turbata sunt ossa mea. Nam vt ostenderet pro anima se rogare, secutus adiunxit: Et anima mea turbata est valde. Videtur ergo auxilium gratiæ tanquam ex abundantia putare concedi, id est, vt etiam si non concedatur, habeamus tamen ad non peccandum forte, ac firmum liberum arbitrium. Quod ne existimemus de illo temere suspicari, & fortasse quis dicat sic eum sentire forte ac firmum ad non peccandum liberum arbitrium, quanuis sine dei gratia id efficere atque adimplere non possit, sicut sanos oculos firmos dicimus ad videndum, quod tamen nullo modo facere possunt, si desit lucis auxilium: alio loco quid diceret, vel quid putaret ostendit, vbi ait: Ideo dei gratiam hominibus dari, vt quod facere per liberum iubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam: vtiq; cum dicit, facilius, quid vult intelligi, nisi & gratia si desit, posse per liberum arbitrium, vel facile vel etiam difficile quæ diuinitus iubentur impleri: Vbi est ergo, Quid est homo quod memor es eius? Vbi postremo illa testimonia, quæ Hierosolymitanæ antistes ecclesie, sicut in eisdem gestis legitur, ipsi Pelagio se dixisse commemorat, cum ad eum perlatum esset, quod sine gratia dei diceret absque peccato hominem esse posse? Hæc sunt enim

A enim ab illo dicta tria testimonia valde magna contra huiusmodi impiam præsumptionem, quod Apostolus ait, Plus omnibus illis laboravi, non ego autem, sed gratia dei mecum: Non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. Et, Nisi dominus edificauerit domum, in vanum laborauerunt edificantes eam. Quomodo ergo quod deus iubet, sine adiutorio ipsius vel difficile impleretur, cum si dominus non edificet, in vanum edificans laborasse dicatur? Neque scriptum sit, Est quidem volentis atque currentis, facilius autem miserentis dei: sed scriptum sit, Non volentis neque currentis, sed miserentis est dei: non quia in illa est hominis atque voluntatis cõkursus, sed quia nihil potest, nisi ille miseretur. Nec Apostolus dixerit. Et ego: sed dixerit, Non ego autem sed gratia dei mecum: Non quia ipse nihil boni agebat, sed quia nihil ageret, si illa non adiuuaret. Quæquam illa possibilitas liberi arbitrij tam in bonum quam in malum ex æqua læce penditione huic facilitati locum relinquit, quam saltem videtur esse confessus, dicendo: facilius possunt implere per gratiam, facilius impleretur, facillime autem sine gratia sit malum: profecto ista possibilitas non æqua læce perperditur. Sed quid plura? Non solum ad istos vitandos cauti esse debemus, verumetiam ad docendos vel monendos, si patiantur, pigrescere non debemus. Plus eis tamen sine dubitatione præstamus, si vt corrigatur oremus, ne cum tatis ingeniis vel pereant, vel alios perdant præsumptione damnabili, quia zelum dei habent, sed non secundum scientiam, id est, iustitiam quæ a deo est ignorantes, & suam volentes constitutere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Quibus vtiq; quoniam Christiani appellantur, magis obseruandum est quam Iudæis, de quibus hæc dixit Apostolus: Ne offendant in lapidem offensionis, velut argue defendendo naturam & liberum arbitrium, quemadmodum philosophi huius mundi, qui vehementer egerunt, vt putarentur vel putarent sibi beatam vitam virtute propria voluntatis efficere. Caueant ergo isti ne per sapientiam verbi euacuent crucem Christi, & hoc sit eis offendere in lapidem offensionis. Natura enim humana, etiam si in illa integritate, in qua condita est, permaneret, nullo modo seipsam creatore suo non adiuuante seruet. Cum igitur sine dei gratia salutem non possit custodire quam accepit, quomodo sine dei gratia potest reparare quam perdidit? Non autem ideo pro istis non orare debemus, quia si non corriguntur eorum imputandum est voluntati, qui nolunt credere etiam ad hoc ipsum sibi necessariam gratiam Saluatoris, quod putant consistere in solis viribus voluntatis. Nam & illi quibus sunt isti, in hac causa omnino simillimi, de quibus hoc dixit Apostolus, quod ignorantem dei iustitiam & suam volentes constitutere, iustitiæ dei non sunt subiecti: profecto suæ voluntatis vitio non credebant. Non enim vt essent infideles cogebantur in vitium, sed nolendo credere infidelitatis crimine non carebant. Et tamen quia voluntas, vt ad vera credenda moueatur, non nisi sufficit, nisi per gratiam dei opituletur, dicente ipso domino, cum de non credentibus loqueretur: Nemo venit ad me, nisi ei datum fuerit à patre. Propter hoc & Apostolus, quanuis eis instanter Euangelium prædicaret, parum tamen esse credebatur, nisi pro illis etiam oraret vt crederent. Ait enim, Fratres bona voluntas quidem cordis mei & deprecatio ad deum sit pro illis ad salutem: & tunc adiunxit illa quæ diximus: Testimonium enim illis

perhibeo: quia zelum dei habent, sed non secundum scientiam, &c. Oremus ergo pro illis sancte frater. Ceruis quippe nobiscum quam malo errore teneatur. Frangit enim epistola tuæ splendore sincerissimo Christi, vbi germanissimus gratiæ ipsius dilector & confessor apparet. Sed quod diu tecum ex hac re loquendum putauimus, primo, quia iucundissimum est fecimus. Quid enim debet esse iucundius, vel infirmis gratia, qua sanantur, vel pigris gratia qua excitantur, vel nolentibus gratia qua iuuantur? Deinde, vt si quid nostra disputatione deo adiuuante possemus, tua non fides, sed fidei cõtra tales adminiculetur assertio, sicut nos quoque in hanc facultatem tuæ germanitatis literis adiuuamur. Quid enim vberius & veracissima confessione plenius, quam illud est, in quadam epistola tua, vbi naturam nostram non mansisse, vt condita est, sed vitiatam esse per illum generis humani patrem, humiliter deplorasti dicens: Pauper ego & dolens, qui adhuc terrenæ imaginis squalore concretus sum, & plus de primo quam de secundo Adam carnis sensibus & terrenis actibus refero, quomodo tibi audeo me pingere, cum cœlestis imaginis inficiator prober corruptione terrena? Vtrinque me concludit pudor. Erubescio pingere quod sum, & non audeo pingere quod non sum: odi quod sum, & non sum quod amo. Sed quid misero mihi proderit odisse iniquitatem, & amare virtutem, cum id potius agam quod odi, nec elaborarem piger id potius agere quod amo, ipse discors & intestino bello distrahor, dum spiritus aduersus carnem, caro aduersus spiritum dimicat, & lex corporis lege peccati legem mentis impugnat: Infelix ego qui in me venenatum inimicæ arboris gustum, ne crucis ligro digessi. Durat enim mihi illud per Adam virus paternum quo vniuersitatem generis sui pater præuaricatus infecit. Et cetera, quæ de hac miseria multa connectis ingemiscendo, expectans redemptionem corporis tui, & nondum re, sed spe saluum te esse cognoscens. Sed fortassis tu alium in te transfigurasti cum hæc diceres, nec aliquas de carne concupiscere aduersus spiritum, quanuis ei non consentias, molestias importunas pateris & odiosas: Veruntamen & tu, & quisquis hæc patitur, & gratiam Christi per quam de corpore mortis huius liberari expectat, nondum quidem euidenter in seipso, sed in illo homine latenter ibi erat, quando cibus vetitus tangebatur, & concupiebatur? Iuge lateq; per cunctos itura perditio. De orando autem & gemitibus flagitando proficiendi, ac recte viuendi adiutorio, quem tua non feriret epistola? Quid est tui quantuncumq; sermonis vbi non sit sparsum gemebunda pietate quod in oratione dicimus, Ne nos inferas in tentationem? Inuicem itaq; nos & cõsolemur in his omnibus & exhortemur, & quantum dat dominus adiuuemus. Quæ autem & de quibus audierimus quæ multum dolemus, & facile credere nolimus, audiet à cõmuni amico sanctitas tua, quo in dei misericordia cum salute remeate speramus nos de oib; fieri posse certissimos.

Augustinus Vitali Carthaginensi, delato quod doceret non orandum pro incredulis, sed tantum illis impartendam doctrinam: cui proponit duodecim regulas, minitans ni desinat obstrere precibus ad ecclesia fieri solitis, se censuris ecclesiasticis cum eo acturum.

Epistola. CVII.

AUGUSTINVS episcopus seruus Christi, & per ipsum seruus seruorum ipsius, Vitali fratri in ipso salutem. Cum de te mihi essent nunciata

Math. 12.

Rom. 9. 11.

1. No. ex. 11.

H

I

1. Cor. 15.

1. Timo. 6.

K

Exod. 33.

Math. 6.

Rom. 9.

2. Tim. 2.

L

Psal. 6.

M

Psal. 6.

1. Cor. 15.

Rom. 9.

Psal. 12. 6.

Rom. 10.

Rom. 9.

Joan. 6.

Rom. 10.

concupiscie. banur.

Seruus seruorum.

G nunciata non bona, & rogavi dominum, & donec mihi bona nuncientur, adhuc rogo, vt literas meas, nec aspernanter sumas & salubriter legas. Si hanc exaudit pro te orationem meam, quam de te gratiarum actionem donat vt offeram. Quod si impetro, proculdubio non contradices huic ipsi principio epistolae meae. Hoc enim pro te oro vt sis rectae fidei. Si ergo pro charis nostris nõ tibi displicet, vt oremus, si hanc orationem recognoscis esse Christianam, si & tu pro charis tuis talia vel orare te recolis, vel orare te debere cognoscis, quomodo dicis quod te audio dicere, vt recte credam in deum & Euangelio consentiamus, non esse donum dei, sed hoc nobis esse a nobis, id est ex propria voluntate quam nobis in nostro corde non operatus est ipse? Et ad hoc cum audieris, quid est ergo quod ait Apostolus, Deº in nobis operatur & velle & perficere? Responde, per legem suam, per scripturas suas, deum operari vt velimus quas vel legimus vel audimus, sed eis consentire vel non consentire, ita nostrum est, vt si velimus fiat. Si autem nolimus, nihil in nobis operationem dei valere faciamus. Operatur quippe ille dicitur quantum in ipso est, vt velimus, cum nobis nota sunt eius eloquia, sed si eis acquiescere nolumus, nos vt operatio eius nihil in nobis proficit, efficiunt. Quae si dicis, profecto nostris orationibus contradicis. Dic ergo apertissime nos pro iis, quibus, Euangelium predicamus non debere orare, vt credant, sed eis tantummodo praedicare. Exerce contra orationes ecclesiae disputationes tuas, & quando audis sacerdotem dei ad altare exhortantem populum dei, orare pro incredulis, vt eos deus conuertat ad fidem, & pro catechumenis, vt eis desiderium regenerationis inspiret, & pro fidelibus, vt in eo quod esse coeperunt eius munere perseverent; substantia pius voces, & dic te nõ facere quod hortatur, id est, deum pro infidelibus, vt eos fideles faciat non rogare, eo quod non sint ista diuinæ miserationis beneficia, sed humana officia voluntatis. Et homo in Carthaginiensi eruditus ecclesia, etiã beatissimi Cypriani librũ de dominica oratione condẽna, quam doctor ille cum exponeret, ea petenda esse ostendit a deo patre, quae tu dicis esse homini ab homine, hoc est, a seipso. Quod si de precibus ecclesiae, & de martyre Cypriano, parum putas esse quod dixi, audi maiora, vt reprehendat Apostolum qui dixit: Oramus ad deum, ne quid faciatis mali. Neque enim dicitur es, nihil mali eum facere, qui non credit in Christũ, aut qui fidem deserit Christi, ac per hoc qui dicit: Ne quid faciatis mali, nec ista vult fieri. Satisq; illi non est praecipere, sed confitetur se deum rogare, ne fiant, sciens hominis voluntatem ab ipso corrigi ac dirigi, vt ista non faciat. A domino enim gressus hominis diriguntur, & viam eius volent: Non dixit: Et via eius discet, aut tenebit, aut ambulabit, aut aliquid huiusmodi, quod posses dicere a domino quidẽ dari, sed homini iam volenti, vt scilicet beneficium dei quo gressus hominis dirigit, vt viam eius discat, teneat, gradiatur, sua homo voluntate praecedat, & hoc dei donum precedente sua voluntate mereatur. Sed ideo dixit: A domino gressus hominis diriguntur, & viam eius volent: vt intelligeremus ipsam voluntatem bonam, qua incipimus velle credere, quoniam dei via quid est nisi fides recta, illius esse donum qui gressus nostros propterea dirigit primitus vt velimus. Non enim ait scriptura, A domino gressus hominis diriguntur, quia viam eius voluit: sed diriguntur, inquit, & volent. Non igitur, quia voluit diriguntur, sed

quia diriguntur volent. Hic tu rursus fortasse dicitur quod es, hoc fieri a domino, dum doctrina eius legitur, vel auditur, si homo veritati quam legit vel audit, sua consentiat voluntate. Si enim lateret eum, inquis, doctrina dei, non dirigerentur gressus eius, quibus directis, vellet viam dei. Ac per hoc tantum putas a domino gressus hominis dirigi ad eligendam viam dei, quia sine doctrina dei non ei potest innotescere veritas, cui propria voluntate consentiat. Cui si consentit, inquis, quod in eius libero arbitrio constitutum est, recte vtique dicuntur ab illo dirigi gressus eius, vt viam eius velit, cuius doctrinam suasionem praecedente, subsequente consensione sectatur, quod libertate naturali si vult facit, si non vult non facit, pro eo quod fecerit praemium vel supplicium recepturus. Hec est illa Pelagianorum mala, male diffamata, meritoque reprobata, & ab ipso etiam Pelagio timente damnari in Orientalium episcoporum iudicio damnata sententia, qua dicunt gratiam dei non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina: & vsque adeo frater erimus graues corde, vt de gratia dei, immo aduersus gratiam dei eam Pelagianam sententiam teneamus, quam pectore quidem ficto, sed tamen catholicos iudices times, Pelagius ipse damnauit? Et quomodo, inquires, respondebitur quomodo censet facilius & apertius, quam vt illud quod de oratio deo superius egimus, sic amplectamur, vt hoc menti nostrae nulla subtrahat obliuionis irreptio, nulla calliditas argumentationis extorqueat. Si enim quod scriptũ est: A domino gressus hominis diriguntur, & viam eius volent. Et, Praeparatur voluntas a domino. Et, Deus est enim qui operatur in nobis & velle. Et multa huiusmodi quibus commendatur vera dei gratia, hoc est, quae non secundum merita nostra datur, sed dat merita ipsa cum datur, quia praenit hominis voluntatem bonam, nec eam cuiusquam inuenit in corde, sed facit: Si ergo ita praepararet atque operaretur deus hominis voluntatem, vt tantummodo legem suam atque doctrinam libero eius adhiberet arbitrio, nec vocatione illa alta atque secreta sic eius ageret sensum, vt eidem legi atque doctrinae accommodaret assensum, proculdubio eam legere vel intelligere legendo, vel etiã exponere ac praedicare sufficeret, nec opus esset orare, vt deus ad fidem suam infidelium corda conuerteret, & conuersis proficientem perseverantiam eiusdem gratiae suae largitate donaret. Si ergo haec a domino poscenda esse nõ renuis, quid restat frater Vitalis, nisi vt ab illo ea donari fatearis, a quo poscenda esse consentis? Si autem negas ab illo nos poscere ista debere, eidem doctrinae ipsius contradicis, quia & hoc in ea didicimus, vt ab illo ista poscamus. Orationem dominicam nosti, nec dubito te deo dicere: Pater noster qui es in caelis, &c. Lege expositorem eius beatissimum Cyprianum, & quemadmodum exposuerit quod ibi dicitur, Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra, diligenter attende, & obedienter intellige, profecto docebit te orare pro infidelibus inimicis ecclesiae secundum praecipuum domini dicentis: Orate pro inimicis vestris, & hoc orate, vt fiat voluntas dei, sicut in eis qui iam fideles sunt & portant imaginem caelestis hominis, & propterea caeli nomine digni sunt, ita & in eis qui per infidelitatem non nisi imaginem terreni hominis portant, & ob hoc terra merito nuncupatur. Nempe isti pro quibus inimicis dominus nos iussit orare, & gloriosissimus martyr sic exposuit quod in oratione dicimus: Fiat voluntas tua

A tas tua sicut in caelo & in terra, vt ipsis etiam poscamus fidem quam fideles habent. Nempe ergo isti Christianae pietatis inimici, legem dei atq; doctrinam qua Christi meditantur fideles, vel omnino audire nolunt, vel ad hoc audiunt suae etiam legunt, vt irrideant & detestentur, & quanta possunt contradictione blasphemant. Inaniter igitur & perfunctorie potius quam veraciter pro eis, vt doctrinae cui aduersantur credendo consentiant deo fundimus preces, si ad eius non pertinet gratiam conuertere ad fidem suam ipsi fidei contrarias hominum voluntates. Inaniter etiam & perfunctorie potius quam veraciter magnas cum exultatione agimus deo gratias, quando aliqui eorum credunt, si hoc in eis ipse non facit. Non fallamus homines, nam deum fallere non valemus. Prorsus non oramus deum, sed orare nos fingimus, si nos ipsos nõ illum credimus facere quod oramus. Prorsus non gratias deo agimus, sed nos agere fingimº, si vnde illi gratias agimus ipsum facere non putamus. Labia dolosa si in hominum quibuscũque sermonibus sunt, saltem in orationibus non sint. Absit, vt quod facere deum rogamus oribus & vocibus nostris, eum facere nequimus cordibº nostris. Et quod est grauius, ad alios etiam decipiendos hoc non taceamus disputationibus nostris, & dum volumus apud homines defendere liberũ arbitrium, apud deum perdamus orationis auxilium, & gratiarum actionem non habeamus veram, dum veram non agnoscimus gratiam. Si vere volumus defendere liberum arbitrium, non oppugnemus vnde sit liberum. Nam qui oppugnat gratiam, qua nostrum ad declinandum a malo & faciendum bonum liberatur arbitrium, ipse arbitrium suum adhuc vult esse captiuum. Responde obsecro quomodo dicit Apostolus, Gratias agentes patri idoneos facienti nos in parte fortis sanctorum in lumine, qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij charitatis suae, si non ipse arbitrium nostrum, sed ipsum arbitrium se liberat? Mendaciter ergo agimus gratias patri, tanquam ipse faciat quod ipse nõ facit. Et errauit qui dixit, quod ipse nos faciat idoneos in parte fortis sanctorum in lumine, quia ipse nos eruit de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij charitatis suae. Responde quomodo ad declinandum a malo & faciendum bonum liberum habebamus arbitrium, quando erat sub potestate tenebrarum, vnde nos si quemadmodum dicit Apostolus, deus eruit, ipse vtique illud liberum fecit: quod tam magnum nostrum bonum, si per suae doctrinae praedicationem tantummodo facit, quid de iis dicemus, quos de ipsa tenebrarum potestate nondum eruit, praedicanda tantum illis est doctrina diuina, an etiam orandum pro eis, vt de tenebrarum potestate diuinitus eruantur? Si tantummodo praedicandum esse dicis, iussioni domini & orationibus ecclesiae contradicis: si autem fateris pro eis orandum, id vtique orandum fateris, vt eidem doctrinae arbitrio liberato a tenebrarum potestate consentiant. Ita fit, vt neque fideles fiant, nisi libero arbitrio, & tamen illius gratia fideles fiant, qui eorum a potestate tenebrarum liberati arbitrium. Sic & dei gratia non negatur, sed sine vllis humanis praecedentibus meritis vera monstratur, & liberum ita defenditur, vt humilitate solidetur, non elatione praecipitur arbitrium: & qui gloriatur, non in homine, vel quolibet alio, vel seipso, sed in domino gloriatur. Potestas enim tenebrarum, quid est nisi potestas diaboli & angelorum

eius: qui cum fuissent angeli lucis, in veritate per liberum arbitrium non stantes, sed inde cadentes facti sunt tenebrae? Non te ista doceo, sed quae nosti, vt recorderis admoneo. Huic igitur potestati tenebrarum, per illius ruinã cui primo homini ab ea potestate praeparatio persuasa est, & in quo omnes cecidimus, subiectum est genus humanum, propter quod de hac potestate tenebrarum eruantur & paruuli, cum regenerantur in Christo. Neque hoc apparet in eorum arbitrio liberato, nisi cum ad annos peruenerint ratione vrentis aetatis, habentes consentientem doctrinae salutari in qua nutriti sunt voluntatem, & in ea finientes istam vitam si electi sunt in Christo ante constitutionem mundi, vt essent sancti & immaculati in conspectu eius in charitate praedestinati in adoptionem filiorum. Hac autem potestas tenebrarum, id est, diabolus qui dicitur etiam princeps potestatis aeris, operatur in filiis diffidentiae, princeps iste rector tenebrarum, id est, diabolus diffidentiae filiorum regens eos ad arbitrium suum, quod neque ipse habet liberum ad beneficiendum, sed ad maximam malevolentiam poena sui sceleris obduratum: vnde nemo sanae fidei credit, aut dicit hos apostatas angelos ad pristinam pietatem correctã aliquando voluntate conuerti. Quid ergo operatur haec potestas in filiis diffidentiae, nisi opera sua mala, & in primis maximẽ ipsam diffidentiam & infidelitatem qua sunt inimici fidei, per quam scit eos posse mundari, posse sanari, posse perfectissime liberos, quod eis vehementer inuidet, in aeternitate regenerari. Itaque aliquos eorum, per quos amplius decipere affectat, scit habere nonnulla velut opera bona, in quibus laudantur, per quasque gentes, praecipueque in gente Romana, qui praecclare gloriosissimeque vixerunt. Sed quoniam sicut verissima scriptura dicit: Omne quod non est ex fide, peccatum est: Et sine fide impossibile est vtique placere deo, non hominibus, nihil sic agit hic princeps, quam vt non creditur in deũ, nec ad mediatorẽ a quo soluuntur opera eius credendo veniatur. Sed ipse mediator intrat in domum fortis, id est, in hoc seculum mortalium sub potestate diaboli, quantum ad ipsum pertinet constitutum. De ipso quippe scriptum est, quod potestatem habeat mortis: intrat in domum fortis, id est, in suo dominatu habetis genus humanum, & prius alligat eum, id est, eius coarctet & cohibet potestatem potestatis suae fortioribus vinculis, & sic eripit vasa eius quaecunq; praedestinavit eripere, arbitrium eorum ad eius potestate liberans, vt illo non impediante credant in istum libera voluntate. Proinde hoc opus est gratiae non naturae. Opus est, inquam, gratiae, quam nobis attulit secundus Adam, non naturae quam totam perdidit in semetipso primus Adam. Opus est gratiae tollentis peccatum & viuificantis mortuum peccatorem, non opus legis ostendentis peccatum, nec a peccato viuificantis. Nam ille magnus gratiae praedicator. Peccatum, inquit, non cognoui nisi per legem. Et si data esset, inquit, lex quae posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Opus est hoc gratiae, quam qui accipiunt doctrina salutari scripturarũ sanctarum, etsi fuerunt inimici sunt amici, nõ opus eiusdem doctrinae, quã qui audiunt & legunt sine gratia dei peiores eius efficiuntur inimici. Non est igitur gratia dei in natura liberi arbitrij, & in lege atque doctrina, sicut Pelagiana peruersitas desipit, sed ad singulos actus datur illius voluntate, de quo scriptum est, Animam] voluntariam segregans deus hereditati tuae, Quia

1. Cor. 13.

Psal. 36.

Psal. 36.

Philip. 2.

Math. 6. Cyprianus.

Math. 5.

predicatur

Coli.

Eph. 6. Col. 3.

regnate inquit.

Rom. 14. Heb. 11.

Rom. 7.

Psal. 67. Pluuiam tuam.

G Quia & liberū arbitrium ad diligendum deum primi peccati granditate perdidimus, & lex dei atq; doctrina, quāvis sancta & iusta & bona, tamen occidit si non viuificet spiritus, per quē fit, nō vt audiendo, sed vt obediedo, neq; vt lectione, sed vt dilectioe teneatur. Quapropter vt in deum credamus, & pie viuamus, nō volentis neq; currētis, sed miserentis est dei, nō quia velle nō debemus & currere, sed quia ipse in nobis & velle operatur & currere. Vnde & ipse dominus Iesus credentes à nō credentibus, id est, ab ira vasis vasa misericordiae discernēs. Nemo, inquit, venit ad me, nisi fuerit ei datū à patre meo. Et vtique vt hoc diceret in eius doctrina, fuerāt scandalizati discipuli eius, qui eū postea nō sunt secuti. Nō, ergo gratiā dicamus esse doctrinam, sed agnoscamus gratiā, quā facit prodesse doctrinam, quā gratia si desit, videmus etiam obesse doctrinam. Propterea deus vt omnia futura opera sua in praedestinatione praesciuerit, sic illa disposuit, vt quosdam non credentes ad fidem suā orationes credentiū pro eis exaudiendo cōuertat, vnde refutentur, & si ille est eis propitiū corrigantur qui putant gratiā dei esse naturā liberi arbitrij cum qua nascimur, aut gratiā dei esse doctrinam, quāuis vtilē quā per linguas & literas predicatur. Non enim hoc oramus pro infidelibus, vt fiat eorū doctrina, id est, vt homines sint, aut vt doctrina eis praedicetur quā malo suo audiunt si nō credunt. Et plerunq; pro eis oramus qui cū legant vel audiant nolunt credere. Sed oramus vt voluntas corrigatur, doctrinā cōsentiantur, natura sanetur. Iam vero vt perseuerent, in eo quod esse cōeperunt, etiam pro se ipsīs orant fideles: vtile est quippe omnibus vel penē omnibus propter humilitatē saluberrimā, vt quales futuri sint scire nō possint. Ad hoc dicitur: Qui videtur stare, videat ne cadat: propter huius timoris vtilitatem, ne regenerati & pie viuere incipientes, tanquā securi atra sapiamus, quidam non perseueraturi perseueraturis dei permissione vel prouisione ac dispositione miscētur, quibus cadētibus territi cū timore & tremore gradiamur viam iustam, donec ex hac vita, quā tentatio est super terrā transeamus ad aliam, vbi iam non sit elatio cōprimenda, nec cōtra eius suggestiones tentationesq; luctandū. Sed de hac re, id est, cur quidā non permansuri in fide & sanctitate Christiana, tamē accipiant ad tēpus hanc gratiā, & dimittātur hic viuere donec cadāt, cum possint rapi de hac vita, ne malitia mutet intellectum eorū, quod de sancto immatura aetate defuncto scriptū est in libro Sapientiae, quārat quisq; vt potuerit, & si inuenierit praeter hanc, quā à me reddita est aliam probabilem rationem à recta fidei regula nō recedens, teneat eam, & ego cum illo si me nō latuerit: verū tamen in quod peruenimus, in eo ambulemus donec nobis deus reuelet si quid aliter sapiamus, sicut Apostolicis literis admonemur. Peruenimus autem in ea, quā ad fidem veram & catholicam pertinere firmissime scimus, in quibus ita nobis ambulandum est adiuuante illo atq; miserante cui dicimus, Deduc me domine in via tua & ambulabo in veritate tua, vt ab eis nullo modo deuiemus. Quoniā ergo proptio Christo Christiani catholici sumus, scimus nōdum natos nihil egisse in vita propria boni seu mali, nec secundum merita prioris alicuius vita, quā nulla propria singuli habere potuerunt, in huius vitā venire miserias. Sed tamen secundum Adam carnaliter natos cōtagium mortis antiquae prima natiuitate contrahere, nec liberari à supplicio mortis aeternae, quod

trahit ex vno in omnes transiens iusta damnatio, nisi per gratiā renascantur in Christo. Scimus gratiā dei nec paruulis nec maioribus secundum merita nostra dari. Scimus maiorib⁹ ad singulos actus dari. Scimus nō omnibus hominibus dari, & quibus datur nō solum secundum merita operum non dari, sed nec secundum merita voluntatis eorum, quibus datur, quod maxime apparet in paruulis. Scimus eis quibus datur, misericordia dei gratuita dari. Scimus eis quibus non datur, iusto iudicio dei non dari. Scimus quod omnes ad stabimus ante tribunal Christi, vt ferat vnusquisq; secundū ea, quā per corpus gessit, non secundū ea, quā si diutius viueret gessurus fuit, siue bonum siue malū. Scimus etiam paruulos secundum ea, quā per corpus gesserunt, recepturos vel bonum vel malum. Gesserunt autem non per seipsos, sed per eos quibus pro illis respondentibus & renuciare diabolo dicuntur, & credere in deum: vnde & in numero fidelium cōputantur, pertinentes ad sententiam domini dicentis: Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Propter quod & illis qui hoc sacramentū non accipiunt, contingit quod sequitur: Qui autem non crediderit, condēnabitur. Vnde & ipsi sicut dixi, si in illa parua aetate moriuntur, vtique secundum ea quā per corpus gesserunt, id est, tempore quo in corpore fuerunt, quādo per corda & ora gestantium crediderunt vel non crediderūt, quando baptizati vel non baptizati sunt, quando carnem Christi manducauerunt vel non manducauerūt, quando & sanguinem biberunt vel non biberūt: secundum haec ergo quā per corpus gesserunt, non secundū ea quā si diu hic viuerent, gesturi fuerant iudicantur. Scimus felices esse mortuos, qui in domino moriuntur, nec ad eos pertinere, quicquid acturi fuerant, si tempore diuturniore vixissent. Scimus eos qui corde proprio credunt in dominum, sua id facere voluntate ac libero arbitrio. Scimus pro eis qui nolunt credere, nos qui iam credimus recta fide agere cum deum oramus vt velint. Scimus pro eis qui ex illis crediderunt tanquam de beneficiis recte atque veraciter, & debere nos deo agere gratias & solere. Recognoscis me, vt puto, in iis quā nos scire dixi, non omnia quā ad fidem catholicam pertinent commemorare voluisse, sed ea tantum, quā ad istam quā inter nos agit de dei gratia quaestionem, vtrū praecedat haec gratia, an subsequatur hominis voluntatem, hoc est, vt planius id eloquar, vtrū ideo nobis detur, quia volumus, an per ipsam deus etiā hoc efficiat vt velimus. Si ergo istas duodecim sententias, quas nos dixi scire ad fidem rectam & catholicā pertinere, etiam tu frater nobiscum tenes, ago deo gratias, quas profecto non veraciter agere, nisi gratia dei fieret vt teneres. Quā tibi tenenti nullum omnino remanet nobiscū de hac quaestione certamen. Vt enim eadem duodecim breui expositione percurram. Quomodo volūtatis humanae, meritum sequitur gratia, cū detur & paruulis qui hoc nondū possunt velle seu nolle? Quomodo gratiā vel in maioribus dicuntur praecedere merita voluntatis, si gratia vel vera sit gratia nō secundum merita nostra datur, quā sententiā catholicam Pelagius ipse sic timuit, vt eos qui dicunt gratiā dei secundum merita nostra dari, sine dubitatione dānaret, ne à catholicis iudicibus damnaretur. Quomodo dicitur gratia dei in natura esse liberi arbitrij, vel in lege atque doctrina, cum & istam sententiam Pelagius ipse damnauerit, proculdubio confitens gratiā dei ad singulos actus dari eis vtique, qui iam libero arbitrio

A vtuntur? Quomodo dicitur omnes homines eam fuisse accepturos, si nō illi quibus non donatur eam sua voluntate respuerent, quoniam deus vult omnes homines saluos fieri, cum multis non detur paruulis, & sine illa plerique moriantur; qui non habent contrariam voluntatem, & aliquando cupientibus festinantibusque parentibus, ministris quoque volentibus ac paratis, deo nolente nō detur, cum repente antequam detur expirat pro quo vt acciperet currebatur? Vnde manifestum est eos, qui huic resistunt tam perspicuae veritati, non intelligere omnino qua locutione sit dictum, quod omnes homines vult deus saluos fieri, cum tam multi salui non fiant, non quia ipsi, sed quia deus non vult, quod sine vlla caligine manifestatur in paruulis. Sed sicut illud quod dictum est: Omnes in Christo viuificabuntur, cum tam multi aeterna morte puniantur, ideo dictum est, quia omnes quicumque vitam aeternam percipiunt, non percipiunt nisi in Christo. Ita quod dictum est, omnes homines vult deus saluos fieri, cum tam multos nolit saluos fieri, ideo dictum est, quia omnes qui salui sunt, nisi ipso non fiunt, & si quo alio modo illa verba Apostolica intelligi possunt: vt tamen huic apertissimae veritati, in qua videmus tam multos volentibus hominibus, sed deo nolente saluos nō fieri, contraria esse nō possint. Quomodo vt detur gratia diuina, voluntas meretur humana, si eis quibus datur gratuita misericordia datur, vt vera sit gratia: Quomodo in hac re merita pensantur voluntatis humanae, quandoquidem illis quibus gratia ista non datur, nullo plerunq; merito, nulla voluntate distātibus, sed similem cum eis, quibus datur habentibus causam, iusto tamen iudicio dei nō datur? Non enim est iniquitas apud deum, vt intelligant quibus datur, quam gratis eis detur, quando iuste vtique non daretur, quoniam similem habētibus causam iuste non datur. Quomodo non gratia dei est, non solum credētū voluntas ab initio, verum etiam perseuerandi vsque in finem, cum finis ipse vite huius non in hominis, sed in dei sit potestate, & possit vtique deus etiam hoc beneficium non perseueraturō cōferre, vt rapiatur ex corpore, ne malitia mutet intellectum illius? Non enim recipit homo, seu bonum seu malum: nisi secundum ea quā per corpus gessit, non secundum ea quā si diutius viueret, gessurus fuit. Quomodo dicitur propterea quibusdam non dari, quibusdam morituris paruulis dei gratia dari, quia eorum futuras prouidet voluntates, quas habituri essent si viuerent, cum secundum ea quā per corpus gessit, non secundum ea quā gessurus esset, si diutius fuisset in corpore, vnusquisque recipiat, siue bonum siue malum, sicut Apostolus definit? Quomodo secundum voluntates suas futuras homines iudicantur, quas habituri fuisset dicuntur, si diutius tenerentur in carne, cum dicat scriptura, felices mortui, qui in domino moriuntur: quorum sine dubio certa & secura felicitas non est, si & ea quā nō egerunt, sed acturi fuerāt, si esset eis haec vita prolixior, iudicabit deus: nullūque accipit beneficium, qui rapitur, ne malitia mutet intellectum eius, quia & pro illo laudatur, cui forsan imminētī subtrahitur est praenosit: nec gaudendum est de iis, quos in fide recta & vita bona nouimus esse defunctos, ne secundum aliqua scelera iudicentur, quā fuerant si viuerent, fortasse facturi: nec dolendi vel detestandi sunt ij, qui vitam istā in infidelitate ac perditis moribus finierunt, quia forte si viuerent, acturi fuerant penitentiam, pieq; victuri,

& secundum ista sunt iudicandi: totusq; ille de mortalitate liber gloriosissimi martyris Cypriani reprobatus & abiiciendus est, in quo tota eius intentio est, vt sciamus bonis fidelibus gratulandū esse morientibus, quando huius vitā tentationibus auferuntur, deinceps in beatissima securitate mansuri. Sed quoniam hoc falsum nō est, & sine dubitatione felices sunt mortui, qui in domino moriuntur, ridendus est & execrandus error, quo putabatur quod homines secundum suas futuras, quā morientū non sunt futurae, iudicādi sunt voluntates. Quomodo dicitur negare liberū voluntatis arbitrium, qui cōfitentur omnem hominē quisquis suo corde credit in deū, non nisi sua libera credere volūte, cū potius illi oppugnet arbitrium liberū qui oppugnant dei gratiā, qua vere ad bona eligēda & agenda fit liberū: Quomodo dicitur quod per legē dei atq; doctrinam scripturarū fiat, quod eadē scriptura dixit: Praeparatur volūtas à domino, ac nō potius per occultā inspirationē gratiae dei: quandoquidē pro eis qui eidem doctrinae cōtradictentes nolunt ei credere, ipsū deum fide recta rogamus vt velint: Quomodo deus expectat voluntates hominū, vt praenient eū, quibus det gratiā, cum gratias ei nō immerito agamus, de iis quibus non ei credentibus & eius doctrinā voluntate impia persequebatur misericordiam praerogauit, eosq; ad seipsum omnipotentissima facilitate cōuertit, ac volentes ex nolentibus fecit: vt quid ei inde gratias agimus, si hoc ipse nō fecit: vt quid tam magis eū magnificamus, quātomagis nolebāt credere, quos credidisse gaudeamus, si gratia diuina volūtas in melius nō mutatur humana: Apostolus Paulus, Eram, inquit, ignotus facie ecclesis Iudae quā sunt in Christo, tantū autem audiebant, quia qui aliquando nos persequebatur, nunc euāgelizat fidem, quā aliquādo vastabat, & in me magnificabant deum. Vt quid magnificabant deū, si nō deus ad seipsum eorū illius viri suae gratiae bonitate cōuertērat, quando vt ipse confitetur, misericordiam consecutus est, vt fidelis esset ea fide, quam aliquando vastabat: ipsum etiam verbū quod posuit, quem nisi deū hoc tantum magnum bonum fecisse declarat: Quid est enim: In me magnificabant deum: nisi in me deum magnificum praedicabant? Quomodo autem eum magnificum praedicabant, si magnum illud factum de Pauli conuersione ipse non fecerat: & quo pacto ipse fecerat, si volentem credere ex nolente ipse non fecerat? Nempe manifestum est ex illis duodecim sententiis, quas pertinere ad catholicam fidem negare non sine ris, non solum omnibus, verum etiam singulis id conuenit, vt confiteamur gratia dei praenient hominum voluntates, & per hanc eas potius praeparari, quā propter eorum meritū dari. Aut si aliquid eorū duodecim esse verum negas, quorū propterea cōmendo etiam numerum, vt facilius memoria mandetur distinctiusq; teneantur, nō te pigeat rescribere vt sciam, & ea quam mihi dominus dederit facultate respondeā. Ego enim haereticum quidem Pelagianum te esse non credo, sed ita te esse volo, vt nihil illius ad te transeat, vel in te relinquatur erroris. Sed inter haec duodecim reperies fortasse aliquid quod negandum vel dubitandū putes, & vnde nos operosius disputare compellas. Nunquid & orare prohibebis ecclesiam pro infidelibus, vt sint fideles, pro iis qui nolunt credere, vt velint credere, pro iis qui ab eius lege doctrinaq; dissentiant, vt legi eius doctrinaq; consentiant, vt det illis deus quod per prophetam promissit, cor cognoscendi eum, & aures audiendi,

oan. 6.

¶ natura.

1. Cor. 10.

3ap. 4.

Psal. 5.

Duodecim sententiā vtra Pelagianos.

Marc. 16.

~~...~~

M

1. Tim. 2.

1. Cor. 15.

Apoc. 14.

D Cyprianus de mortalitate.

E

Galat. 1.

Atqui Gratia est illius qui non iudicat.

F

G endi, quas utique acceperant, de quibus saluator ipse dicebat: Qui habet aures audiendi audiat: Nunquid vbi audieris sacerdotem dei ad eius altare populum hortantem ad deum orandum, vel ipsum clara voce orantem, vt incredulas gentes ad fidem suam venire compellat, non respondebis, Amen? An etiā huius fidei sanitati cōtraria disputabis? Nunquid beatissimū Cyprianū in hoc errasse clamabis vel susurrabis, vbi pro inimicis fidei Christiane, vt etiam ipsi ad eam cōuertantur orare nos docet? Nunquid postremo Apostolū Paulum pro Iudeis infidelibus habentē talia vota culpabis: de quibus ait: Bona voluntas quidem cordis mei & deprecatio ad deū pro illis in salutem. Quinetiam Thessalonicensibus dicit: De cetero fratres orate pro nobis, vt verbū domini currat & glorificetur, sicut etiā apud vos, & vt eruamur ab iniquis & malis hominib⁹, Non enim omnīū est fides. Quomodo curret & glorificaretur verbū dei, nisi ad fidem conuersis eis quibus predicaretur, quandoquidem iam credentibus dicit, quemadmodū & apud vos? Scit certe hoc ab illo fieri quē vult rogari, vt hoc faciat, vt etiam eruatur ab iniquis & malis hominibus, qui profecto & illis orantibus non erant credituri. Propter quod addidit: Non enim est omnium fides: tanquā diceret: Nō enim apud omnes etiam nobis orantibus glorificabitur verbum dei, quia ipse utiq; fuerant credituri, qui ordinati erant in vitam aternā, p̄destinati in adoptionem filiorum per Iesum Christū in ipsum, & electi in ipso ante mūdi constitutionē. Sed ideo deus per orationes credentium nondū credentes credere facit, vt ostendat quia ipse facit. Nemo est enim tam imperitus, tam carnalis, tam tardus ingenio, qui nō videat deū facere quod rogari se p̄cepit vt faciat. Hęc & alia testimonia diuina quę cōmemorare longum est, ostendunt deū gratia sua auferre infidelibus cor lapideū & p̄uenire in hominibus bonarū merita voluntatum. Ita vt voluntas per antecedentē gratiam p̄paretur, non vt gratia merito voluntatis antecedere donetur: hoc est, gratiarum actio indicat quod oratio, oratio pro infidelibus, gratiarū actio pro fidelibus. Qui enim est orandus vt faciat, illi est actio gratiarū reddenda cum fecerit. Vnde idem dicit Apostolus ad Ephesios: Propter hoc & ego audita fide vestra in domino Iesu & in omnes sanctos, non cesso gratias agere pro vobis. Loquimur autē nunc de ipsis initiis, cum homines qui erant auersi & aduersi cōuertuntur ad deū, & velle incipiunt quod non lebant, & habere fidem quā non habebant, quod vt fiat in eis oratur pro eis, quāuis nō oretur ab eis. Ipsi enim quomodo inuocabunt in quem nō crediderunt? Cum verō factū fuerit quod oratur, ei qui fecit aguntur gratiæ & pro eis & ab eis. De orationibus autem iam fidelium quas & pro se & pro aliis fidelibus faciūt, vt proficiant in eo quod esse cōeperunt, & de gratiarū actionibus, quia proficiunt, consigendū esse tecum non puto. Cōtra Pelagianos est iste conflictus tibi nobisq; cōmunis. Illi quippe omnia ad fidelem piāq; vitā hominum pertinentia ita tribuunt libero voluntatis arbitrio, vt habenda ex nobis, nō à domino putēt esse poscenda. Tu autem si ea quę de te audio vera sunt, initium fidei, vbi est etiam initium bonæ, hoc est, piæ voluntatis, non vis donum esse dei, sed ex nobis nos habere contendis vt credere incipiamus, cetera autē religiosæ vitæ bona deum per gratiā suam iam ex fide peccantibus, querentibus, pulsantibus donare cōsentis. Nec attendis ideo pro infidelibus deum rogari, vt credant,

quoniam deus donat & fidem. Ideo pro eis & qui crediderint deo gratias agi, quoniam donat fidem. Quāobrem vt hunc ad te sermonem aliquando concludā, si negas orandum esse, vt qui nolunt credere velint credere, si negas agendas esse deo gratias, quoniam credere voluerunt qui nolent credere, aliter tecum agendum est vt non sic erres, aut si errare persistis, ne mittas alios in errorē. Si autem quod de te magis credo, sentis atque consentis orare nos deum debere ac solere pro nolentibus credere, vt velint credere, & pro eis qui aduersantur & contradicunt legi eius atq; doctrinæ, vt ei credant eamq; sectentur. Si sentis atque consentis debere nos etiam deo agere gratias, ac solere pro talibus, quod ad fidem eius doctrinamq; conuersi volentes ex nolentibus fiant, oportet sine dubitatione fœtearis voluntates hominum dei gratia p̄ueniri, & vt bonum velint homines quod nolent, deum facere, qui rogatur vt faciat, & cui nos nouimus agere gratias dignum & iustum esse cum fecerit. Dominus tibi det intellectum in omnibus domine frater.

Augustinus Seleucianæ, de baptismo & pœnitentia Petri contra Nouatianos.

Epistola. CVIII.

RELIGIOSISSIMÆ & I Christi dilectione honorandæ famulæ dei Seleucianæ, Augustinus episcopus in domino salutē. Lectis literis tuis de salute vestra lætatus ad ea quę scripsisti respondere nō distuli. Et primum miratus sum quomodo dicat Nouatianus iste Petrum baptizatum non fuisse, cum paulo superius scripseris eum dixisse quod Apostoli fuerunt baptizati. Vnde autem illi videatur quod inter Apostolos baptizatos Petrus non fuerit baptizatus, ignoro. Et ideo exēplum epistolæ tuæ ne forsitan tu non habeas, misi tibi, in quo diligentius considerares ad ea me respondere quę inueni in literis tuis. Si enim notarius non mendo se excepit, aut scripsit, nescio quale cor habeat, qui cum Apostolos baptizatos dicat: Petrum baptizatum neget. Quod autem dicitur Petrum egisse pœnitentiam, cauendum est, ne ita putetur egisse quomodo agunt in ecclesia qui proprie pœnitentes vocantur. Et quis hoc ferat, vt primum Apostolorum, inter tales pœnitentes numerandum putemus? Pœnituit enim eum negasse Christum, quod eius indicant lachrymæ. Sic enim scriptum est: Quia fleuit amare. Nondū enim fuerant resurrectione domini confirmati, & illo aduentu spiritus sancti, qui apparuit die Pentecostes, vel illa inspiratione quā demonstrauit dominus postea quā resurrexit à mortuis, cum insufflauit in eorum faciem dicens: Accipite spiritum sanctum. Vnde recte dici potest, quia cum Petrus negauit dominum, nondum fuerant Apostoli baptizati, non tamen aqua, sed spiritus sancto. Hoc enim eis dixit postquā resurrexit, & cōuersatus est cum eis, Ioannes quidē baptizauit aqua, vos autem spiritu sancto baptizabimini, quem & accepturi estis nō post multos hos dies. Aliqui autem codices habent: Vos autem spiritu sancto baptizabimini, quē & accepturi estis non post multos hos dies. Aliqui autem codices habent. Vos autem spiritu sancto incipietis baptizari. Sed siue dicatur baptizabimini, siue incipietis baptizari, ad rem nihil interest. Nam in quibuscunq; codicibus inuenitur, baptizabitis, aut incipietis baptizari, mendosus sunt, qui ex Græcis facillime conuincuntur. Si autem dicimus aqua non fuisse baptizatos, metuentum est ne grauiter in eis erremus, ne demus hominibus auctoritatem

K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z

Atatem contemnendi baptismū, quem vsq; adeo non cōtemnendum ipsa Apostolica disciplina commendat, vt Cornelius centurio & ij qui cū illo erant, etiā iam accepto spiritu sancto fuerint baptizati. Sicut antiqui iusti si non circumciderentur, non erat eis peccatum: postea vero quod iussit deus vt circumcideretur Abraham, eiusq; posteritas, iam si non fieret, graue peccatum fuit. Sic etiā postquā dominus Christus in ecclesia sua sacramentum noui testamenti pro circumcissione carnis sanctum baptismum dedit, & apertissime dixit. Si quis nō renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō intrabit in regnum cœlorum: iam non debemus quarere, quando quisq; fuerit baptizatus, sed quoscunq; legimus in corpore Christi, quod est ecclesia, pertinere ad regnum cœlorum, nō nisi baptizatos intelligere debemus, nisi forte quos angustia passionis inuenit, & nolentes negare Christum, antequam baptizarentur, occisi sunt, quibus ipsa passio pro baptismo deputata est. Sed nunquid hoc possumus de Apostolis dicere, qui vsq; adeo largum tempus habuerunt quo baptizarentur, vt alios etiā baptizauerint? Sed non omnia quę facta sunt, etiā scripta inueniuntur, veruntamen facta esse ex ceteris documentis probantur. Scriptum est, quando baptizatus sit Apostolus Paulus: & scriptum non est, quando baptizati sint alij Apostoli: veruntamen etiam ipsos baptizatos intelligere debemus: quemadmodum scriptum est, quando baptizatae sunt plebes ecclesiarum in Hierusalē & Samaria, quando autem baptizatae sint alie plebes gentium quibus Apostoli epistolas miserunt, non est utiq; scriptum: & tamen etiam ipsas baptizatas utiq; minime dubitamus, propter illam domini sententiam, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō intrabit in regnum cœlorum. Vtrunq; autem de domino scriptum est, & quia baptizabat plures quā Ioannes, & quia ipse non baptizabat sed discipuli eius, vt intelligeremus & ipsum quidem baptizasse p̄sentiam marie stas, non tamen ipsum baptizasse manibus suis. Ipsi enim erat baptismi sacramentum, ad discipulos autem baptizandi ministerium pertinebat. Tunc ergo quādo dicit Ioannes euangelista in Euangelio suo, Post hæc exiit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram, & illic morabatur cum eis, & baptizabat. Tunc paulo post de illo loquens ait: Vt ergo cognouit Iesus quia audierunt pharisæi quod Iesus plures discipulos faceret, & baptizaret plures quā Ioannes, quāquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius, reliquit Iudæam & abiit iterum in Galilæam. Tunc ergo quādo ab Hierosolymis exiit cum discipulis suis in Iudæam terrā, & illic morabatur cum eis, baptizabat non per seipsum, sed per discipulos suos, quos intelligimus iam fuisse baptizatos, siue baptismum Ioannis sicut nonnulli arbitrantur, siue quod magis credibile est, baptismum Christi. Neque enim ministerio baptizandi defuit, vt haberet baptizatos seruos per quos ceteros baptizaret, qui non defuit memorabilis illius humilitatis ministerio, quando eis lauit pedes, & petenti Petro, vt non tantum pedes, verum etiam manus & caput ei lauaret: Respondit: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus: vbi intelligitur quod iam Petrus baptizatus fuerat. Quomodo autem iste dicat quod in epistola tua posuisti, quod Apostoli dederint pœnitentiam pro baptismo, non euidenter expressum est. Si enim pro baptismo ideo dicit, quia per pœnitentiam remittuntur peccata, habet aliquid rationis quod dicit. Sed talis pœnitentia post baptismū potest vilis esse, si quis

peccauerit. Iste autem quoniam negat post baptismum dari pœnitentiæ locum, cum dicit, sicut scripsisti, pœnitentiam solam ante baptismum esse, datur intelligi sic eum dixisse, quod Apostoli dederint pœnitentiam pro baptismo, vt ante baptismū eam dederint, atq; ij quibus data sit postea nō fuerint baptizati: quia eis illa pro baptismo fuit, quod Nouatianos dicere nunquam audiui. Vnde quære diligenter, ne forte alicuius alterius erroris sit, & Nouatianum se esse confingat vel putet. Aut si & hoc Nouatiani dicunt, nescio. Illud tamē scio quoniā quisquis hoc dicit, à regula fidei catholicæ & à doctrina Christi & Apostolorū, prorsus alienus est. Agunt enim homines ante baptismum pœnitentiam de suis prioribus peccatis, ita tamen vt etiā baptizatur, sicut scriptū est in actibus Apostolorum, loquente Petro ad Iudæos & dicente: Agite pœnitentiā, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine domini Iesu Christi, & dimittentur vobis peccata vestra. Agunt etiā homines pœnitentiam, si post baptismū ita peccauerint, vt excōmunicari & postea reconciliari mereantur. Sicut agit in omnibus ecclesiis illi qui proprie pœnitentes appellantur. De tali enim pœnitentia loquutus est, Apostolus Paulus, vbi ait: Ne iterū cum venero humiliet me deus apud vos, & lugeam multos ex iis qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immundicia & luxuria & fornicatione quam egerunt: Neque enim scribebat ista, nisi eis qui iam baptizati fuerant. Habemus etiam in Actibus Apostolorum, Simonem iam baptizatum, cum pecunia vellet emere, vt ei per impositionē manus daretur spiritus sanctus, ad monitū à Petro vt de hoc graui peccato ageret pœnitentiā. Est etiam pœnitentia bonorū & humilium fidelium pœnitentia quotidiana in qua pectora tundimus dicentes: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Neque enim ea nobis dimitti volumus quę dimissa, non dubitamus in baptismo, sed illa utique quę humana fragilitati, quauis parua tamen crebra subrepunt. Quę si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt & oppriment sicut vnum aliud quod grāde peccatum. Quid enim interest ad naufragium, vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam & per negligentiam derelicta atque contempta impleat nauem atque submergat? Propter hæc ieiunia & elemosynæ & orationes inuigilant, in quibus cum dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus, manifestamus habere nos quod nobis dimittatur, atque in iis verbis humiliantes animas nostras, quotidianam quodammodo agere pœnitentiam non cessamus. Ad ea quę scripsisti, puto me breuiter sed sufficienter respondiisse. Superest vt ille non sit contentiosus propter quem lucrandum ad me tales literas destinadas putasti.

Augustinus monachos, quę dum student mutare præpositam indecenter fuerant tumultuata, renouat ad concordiam præscribens illis uitæ regulam.

Epistola. CIX.

Sicut parata est seueritas peccata quę inuenit vindicare, ita non vult charitas quod vindicet inuenire. Hęc causa fecit, vt ad vos non venire cum meā p̄sentia quereretis, non ad pacis vestre gaudiū, sed ad dissensionis vestre augmentū. Quomodo enim cōtemneret & impunitum relinquerem, si & me p̄sente tantus vester tumultus existeret, quātus me absente, etsi oculos meos latuit, tamen aures

Math. 13.
Rom. 10.
2. Thess. 3.
Ephes. 1.
Rom. 10.

Act. 10.
Gen. 17.
Ioan. 3.
Baptismus sanguinis.
Ioan. 4.
Ioan. 3.
Ioan. 4.
Ioan. 13.

De cōs. di. l. 4. agūt homines.
Act. 22.
Peccata ob que excōmunicamur.
2. Cor. 12.
Act. 8.
Veniā multa obrunt.

Pœnitentes.
Math. 26.
Ioan. 20.
Act. 1.
Incipietis. u. e. uere.
Immo verbum mediū est.

Math. 6.

G meas vestris vocibus verberant? Nam fortassis etiam maior esset vestra seditio in presentia mea, quam necesse esset vobis non concedi, que in perniciosissimum exemplum contra sanam disciplinam, quod vobis non expedit, petebatis: ac sic quales non volo inuenire vos, & ipse inuenire a vobis qualem non volebatis. Cum ergo scribat Apostolus ad Corinthios dicens, Testem deum facio super animam meam, quia parcens vobis nondum veni Corinthum, non quia dominamur fidei vestrae, sed cooperatores sumus gaudij vestri, hoc ego etiam dico vobis, quia parcens vobis non ad vos veni. Peperi etiam mihi, ne tristitia super tristitia haberem, & elegi non ut exhiberem faciem meam vobis, sed effunderem cor meum deo pro vobis, & causam magni periculi vestri, non apud vos verbis, sed apud deum lacrymis agerem, ne conuertat in luctum gaudium meum, quo soleo gaudere de vobis, & inter tanta scandala, quibus vbiq; abundat hic mundus aliquando consolari, cogitas copiosam congregationem, & castam dilectionem, & sanctam conuersionem vestram, & largiorem gratiam dei, quae data est vobis, ut non solum carnales nuptias contemneretis, verum etiam eligeretis in domo societatem vnanimes habitandi, ut sit vobis anima vna & cor vnum in deum. Haec in vobis bona, haec dei dona considerans, inter multas tempestates, quibus ex aliis malis quatitur cor meum solet utique requiescere. Currebatis bene, quis vos fascinavit? Suasio illa non est ex deo qui vocavit vos. Modicum fermenti nolo dicere quod sequitur. Hoc enim magis cupio & oro & hortor, ut ipsum fermentum conuertatur in melius, ne tota massa, sicut penes iam fecerat, conuertatur in per. Si ergo repullulastis sanum facere, orate ne intretis in tentationem, ne iterum in contentiones, emulationes, animositates, dissensiones, detractiones, seditiones, suffurationes. Non enim sic plantauimus & rigauimus ortum dominicum in vobis, ut spinas metamus istas ex vobis. Si autem adhuc vestra tumultuatur infirmitas, orate ut eruamini de tentatione. Quae autem conturbat vos, si adhuc conturbat vos, nisi correxerint portabunt iudicium quaecumque illi fuerint. Cogitate quid mali sit, ut cum deo natis in vinitate gaudeamus, interna schismata in monasterio lugeamus. Perseuerate in bono proposito, & non desiderabitis mutare Praepositum, quia in monasterio illo per tam multos annos perseuerante & numero & etate creuistis, quae vos mater non vtero, sed animo suscepit. Omnes enim quae illuc venistis, ibi eam aut sanctae Praepositae sorori meae seruientem, placentem, aut etiam ipsam Praepositam quae vos suscepit, inuenistis: sub ipsa estis erudita, sub illa velata, sub illa multiplicata, & sic tulmutuamini ut eam vobis mutetis, cum lugere deberetis, si eam vobis mutare vellemus. Ipsa est quam nostis, ipsa est ad quam venistis, ipsa est quam per tot annos habendo creuistis. Nouum non accepistis nisi Praepositum, aut si propter illum quaeritis nouitatem, & in eius inuidiam contra matrem vestram sic rebellastis, cur non potius id petistis ut ipse vobis mutetur? Si autem hoc exhorretis, quia noui quomodo eum in Christo venerabiliter diligatis, cur non potius illam? In vobis namque regendis sic Praepositi rudimenta turbantur, ut magis velit vos ipse deserere, quam istam ex vobis famam & inuidiam sustinere, ut dicatur non vos aliam quaesituras fuisse Praepositam, nisi ipsum cepissetis habere Praepositum. Tranquillet ergo deus & componat animos vestros, non in vobis praeualeat opus diaboli, sed pax Christi vincat in

2. Cor. 1.

2. Cor. 1.

Forse i dog-
matis vnitatis.

cordibus vestris: nec dolore animi quia non fit quod vultis, vel quia pudet voluisse quod velle non debuistis, erubescendo curratis in mortem, sed potius poenitentia resumptis, nec habeatis poenitentiam Iuda traditoris, sed potius lacrymas Petri pastoris. Haec sunt quae ut obseruetis praecipimus in monasterio constituta. Primum propter quod estis in vnum congregatae, vbi vnanimes habeatis in domo, & sit vobis cor vnum & anima vna in deo. Et non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia, & distribuatur unicuique vestrum a Praeposita vestra victus & tegumentum: non aequaliter omnibus, quia non aequaliter valetis omnes, sed unicuique sicut opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus Apostolorum: Quia erant eis omnia communia & distribuatur unicuique sicut opus erat. Quae aliquid habebant in seculo, quando ingressae sunt monasterium, libenter velint illud esse commune. Quae autem non habebant, non ea quaerant in monasterio, quae nec foris habere potuerunt: sed tamen earum infirmitati quod opus est tribuatur, & si pauperes earum quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat inuenire: ac non ideo putent se esse felices, quia inueniunt victum & tegumentum, quale foris inuenire non poterunt: nec erigant ceruicem quia sociantur eis, ad quas foris accedere non audebant, sed sursum cor habeant, & terrena bona non quaerant, ne incipiant monasteria esse diuitibus vtilia non pauperibus, si diuites illic humiliantur, & pauperes illic insulantur. Sed rursus etiam illae quae aliquid esse videbantur in seculo, non habeant fastidio sorores suas, quae ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt. Magis autem studeant non de parentum diuitum dignitate, sed de pauperum sororum societate gloriari. Nec extollantur si communi vitae de suis facultatibus aliquid contulerint: nec de suis diuitiis magis superbiunt, quia eas monasterio partiuntur, quam si eis in seculo fruenterent. Alia quippe quaecumque iniquitas in malis operibus exercetur ut fiant: superbia vero bonis operibus insidiatur ut pereant. Et quid prodest dispergere dando pauperibus & pauperem fieri, si anima misera superbior efficiatur contemnendo quam fuerat possidendo? Omnes ergo vnanimiter & concorditer viuite, & honorate in vobis inuicem deum, cuius templa factae estis: orationibus instate horis & temporibus constitutis. In oratorio nemo aliquid agat nisi ad quod est factum, unde & nomen accepit: Ut si aliqua etiam praeter constitutas, si eis vacat orare voluerint, non eis sint impedimento quae ibi aliquid agere voluerint. Psalmis & hymnis cum oratis deum, hoc versetur in corde quod profertur in voce, & nolite cantare nisi quod legitis esse cantandum: quod autem non ita scriptum est ut cantetur, non cantetur. Carnem vestram domate ieiuniis & abstinentia escae & potus quantum valetudo permittit. Quando autem aliqua non potest ieiunare, non tamen extra horam prandij aliquid alimentorum sumat nisi cum aegrotat. Cum acceditis ad mensam, donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur sine tumultu & contentione audite. Nec sola vobis fauces sumant cibum, sed & aures percipiant dei verbum. Quae infirmae sunt ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in victu, non debet aliis molestum esse nec iniustum videri quas fecit alia consuetudo fortiores. Nec illas foeliciores putent, quia sumunt quod non sumunt ipsae: sed sibi potius gratuletur, quia valent quod non valent illae. Et si eis quae venerunt ex moribus delicatioribus ad monasterium,

K

Forse recur-
raris vel res-
piatis.
Regula beati
Augustini
quam dedit
sanctimo-
nialibus.
12. q. 1. non
dicatis.

Acto. 4.

L

M

Dist. 42. in
oratorio.

Cantus mo-
nacharum.

A sterium, aliquid alimentorum, vestimentorum, stramentorum, operimentorum datur, quod aliis fortioribus, & ideo foeliciores non datur, cogitare debet quibus non datur, quantum de sua seculari vita illa ad istam descenderint, quantum usque ad aliarum, quae sunt corpore fortiores frugalitate peruenire nequiverint. Nec illa debet conturbari, quod eas videt amplius, non quia honorantur, sed quia tolerantur accipere, ne contingat detestanda peruersitas, ut in monasterio, vbi quantum possunt sunt diuites laboriosae, fiant pauperes delicatae. Sanè quae admodum aegrotantes necesse habent minus accipere ne grauentur: ita post aegritudinem sic tractandae sunt, ut citius recreentur, etiam si de humillima seculi paupertate venerunt, tanquam hoc illis contulerit recentior aegritudo, quod diuitibus anterior consuetudo. Sed cum vires pristinas recuperauerint, redeant ad foeliciores consuetudinem suam, quae famulas dei tanto amplius decet, quantum minus indiget: nec ibi eas teneat voluntas iam veritas, quo necessitas leuarat infirmas. Illae se existiment ditiores, quae fuerint in sustinenda paritate fortiores. Melius est enim minus egere, quam plus habere. Non sit notabilis habitus vestis, nec affectus vestibus placere, sed moribus. Nec sint vobis tam tenera capitum tegmina, ne retiola subter appareant. Capillos ex nulla parte nudos habeatis, nec foris vel spargat negligentia vel componat industria. Quando proceditis, simul ambulate, cum veneritis quod itis simul state. In incessu, in statu, in habitu, in omnibus motibus vestris nihil fiat quod illicitum cuiusquam libidine, sed quod vestra deceat sanctitatem. Oculi vestri & si iaciuntur in aliquem, figantur in neminem. Neque enim quando proceditis, viros videre prohibemini, sed appetere aut ab ipsis appeti velle criminofum est. Nec solo tactu, sed affectu quoque & aspectu appetitur & appetit foemina. Nec dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius. Et cum seintuicem sibi etiam tacente lingua conspectu mutuo corda nunciant impudica, & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab immunda violatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus. Nec putare debet quae in masculum figit oculum, & illius in seipsam diligit fixum, non ab aliis videri cum hoc facit, videtur omnino & a quibus videri non arbitrat. Sed ecce lateat, & a nemine hominideatur, quid faciet de illo superno inspectore, quem latere nihil potest? An ideo putandus est non videre, quia tanto videt patientius quanto sapientius? Illi ergo timeat sancta foemina displicere, ne velit viro male placere: illum cogitet omnia videre, ne velit viro male videri. Illius namque & in hac causa commedatus est timor, vbi scriptum est: Abominatio est domino defigens oculum. Quando ergo simul estis in ecclesia, & vbi cunq; vbi & viri sunt, inuicem vestra pudicitia custodite. Deus enim qui habitat in vobis, etiam isto modo vos custodiet ex vobis. Et si hanc de qua loquor, oculi petulantiam in aliqua vestrum aduerteritis, statim admonete ne caepa progrediantur, sed ex proximo corrigantur. Si autem & post admonitionem iterum, vel alio quocunq; die id ipsum eam facere videritis, iam velut vulneratae sanadam prodant quaecumque: inuenire potuit: hoc prius tamē & algeri vel tertiae demonstratam, ut duarum vel trium possit ore conuinci, & competenti severitate coerceri. Nec vos in dicetis esse maleuolas, quando hoc indicatis. Magis quippe innocentes non estis, si sorores vestras, quas indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Si

Notabilis
habitus.

B

23. q. 5. nec
solo.

5. q. 5. non in
dicetis.

enim soror tua vulnus haberet in corpore quod vellet occultari, dum timeret secari, nonne crudeliter abs te siletur, & misericorditer indicaretur? Quanto ergo potius eam debes manifestare, ne perniciosius putrescat in corde? Sed antequam aliis demonstretur, per quas conuincenda est, si negauerit, prius Praeposita debet ostendi, si admonita neglexerit corrigi, ne forte post sit secretius correpta innotescere ceteris. Si autem negauerit, tunc neganti adhibenda sunt aliae, ut iam coram omnibus possit, non ab vna teste argui, sed a duabus tribusve conuinci. Conuicta vero secundum Praepositam vel presbyteri arbitrium, debet emendatorem sustinere vindictam, quam si ferre recusauerit, & si ipsa non abscesserit, de vestra societate proiciatur. Non enim & hoc sit crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimas perdat. Et hoc quod dixi de oculo non figendo, etiam in ceteris inueniendis, prohibendis, indicandis, conuincendis, vindicandisque peccatis diligenter obseruetur, cum dilectione hominum & odio vitiorum. Quaecumque autem in tantum progressa fuerit malum, ut occulte ab aliquo literas vel quolibet munusculum accipiat, si hoc vltro constitutum, parcat illi, & ore pro ea. Si autem deprehenditur atque conuincitur secundum arbitrium Praepositae vel presbyteri, vel etiam Episcopi, grauius emendetur. Vestes vestras in vno loco habete sub vno custode, vel duabus, vel quot sufficere poterint ad eas excutiendas, ne à tinea laedantur. Et sicut pascimini ex vno cellario, sic induamini ex vno vestierio. Et si fieri potest, non ad vos pertineat quid vobis induendum pro temporis congruentia proferatur, vtrum hoc recipiat vnaquaeque vestrum quod deposuerat, an aliud quod altera habuerat, dum tamē unicuique quod opus est non negetur. Si autem hinc inter vos contentiones & murmura oriuntur, & conqueritur aliqua deterius aliquid se accepisse, quam prius habuerat: & indignam se, quae non ita vestiatur sicut alia soror eius vestiebatur, hinc vos probate quantum vobis desit in illo interiore sancto habitu cordis, quae pro habitu corporis litigatis. Tamē si vestra toleratur infirmitas, ut hoc recipiat quod posueratis, in vno tamē loco sub communibus custodibus habete quod ponitis, ita sanè ut nulla sibi aliquid operetur, siue vnde induatur, siue vbi iaceat, siue vnde cingatur vel operiatur, vel caput cōtegatur: sed omnia opera vestra in commune fiant maiore studio, & frequentiori alacritate, quam si vobis propria faceretis. Charitas enim, de qua scriptum est, quod non quaerit quae sua sunt, sic intelligitur, quia communia propriis, non propria communibus anteponeat. Et ideo quanto amplius rem communem quam propriam curaueritis, tanto amplius vos profecisse noueritis, ut in omnibus quibus utitur transitura necessitas, superemineat quae permanet charitas. Consequens ergo est, ut etiam illud quod suis vel filiabus, vel aliqua necessitudine ad se pertinentibus in monasteria constitutis aliquis vel aliqua contulerit, siue vestem, siue quodlibet aliud inter necessaria deputandum, non occulte accipiat, sed sit in potestate Praepositae, ut in commune redactum, cum necessarium fuerit praebatur. Quod si aliqua rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnatur. Indumeta vestra secundum arbitrium Praepositae lauentur, siue a vobis, siue a fullonibus, ne interiores animae sordes contrahat mundae vestis nimis appetitus. Lauacrum etiam corporum, vsusque balnearum non sit assiduus, sed eo quod solet intervallo temporis tribuatur, hoc est, semel in mense. Cuius autem infirmitatis necessitas cogit lauan

D

12. q. 1. non
dicatis.

E

1. Cor. 13.

F

Balnea mē-
strua.

G dum corpus, non longius differatur: Fiat sine murmurē de consilio medici, ita ut etiam si nolit, iubente Præposita faciat quod faciendum est pro salute. Si autem velit, & fortē non expedit, suæ cupiditati nō obediatur: aliquādo enim etiam si noceat, prodesse creditur quod delectat. Deniq; si latens est dolor in corpore famulæ dei, dicenti quid sibi doleat, sine dubitatione credatur: sed tamen utrū sanando illi dolori quod delectat, expedit, si non est certū, medicus consulatur. Nec eant ad balneas, siue quocūq; ire necesse fuerit minus q̄ tres. Nec illa quæ habet aliquod eundī necessitatē, cum quibus ipsa voluerit, sed cum quibus Præposita iusserit, ire debet. Aegrotantiū cura siue post agitudinem reficiendarum, siue aliqua imbecillitate etiā, siue febribus laborantiū, alicui debet iniungi, ut ipse de cellario petat quod cuique opus esse perpexerit: siue autem quæ cellario, siue quæ vestibus, siue quæ codicibus præponūtur, siue murmurē feruiant fororibus suis. Codices certa hora singulis diebus petantur, extra horam quæ petiuerint non accipiant. Vestimenta vero & calciamenta quando fuerint indigenti necessaria, dare non differant sub quarum custodia sunt quæ poscuntur. Lites

H aut nullas habeatis, aut quā celerrime finiatīs, ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidam. Neque enim, ad solos viros pertinet quod scriptum est, Qui odit fratrem suū homicida est, sed sexu masculino, quem primum deus fecit, etiam femineus præceptum sexus accepit. Quæcūq; conuitio vel maledictio, vel etiam criminis obiectu alteram læserit, meminerit satisfactione quanto cyus curare quod fecit, & illa quæ læsa est, sine disceptatione dimittere. Si autem inuicem se læserunt, inuicem sibi debita relaxare debent propter orationes vestras, quas vtiq; quanto crebriores habetis, tanto sanctiores habere debetis. Melior est autē, quæ quāuis ira sæpe tentatur, tamen impetrare festinat, ut sibi dimittat cui se fecisse agnoscat iniuriā, quā quæ tardius irascitur, & ad veniam petendam difficiliter inclinatur. Quæ nō vult dimittere forori non speret accipere orationis effectum: Quæ autem nunquam vult petere veniam aut non ex animo petit, sine causa est in monasterio, etiam si non inde proiciatur. Proinde vobis à verbis durioribus parcite, quæ si emissa fuerint ex ore vestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamentā, ex quo facta sunt vulnera. Quando autem necessitas disciplinæ minoribus coercendis dicere vos verba dura compellit, si etiam in ipsis modum vos excessisse sentitis, non à vobis exigitur ut ab eis veniam postuletis, ne apud eas, quas oportet esse subiectas, dum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur authoritas: sed tamen petenda est venia ab omnium domino, qui nouit etiam eas, quas plus iusto forte corripitis, quanta beneuolētia diligatis. Non autem carnalis, sed spiritalis inter vos debet esse dilectio: nam quæ faciunt pudoris immemores, etiam foeminis foeminae, iocando turpiter & ludendo, non solū à viduis & intactis ancillis Christi in sancto proposito constitutis, sed omnino nec à mulieribus nuptis, nec à virginibus sunt facienda nupturis. Præpositæ tanquam matri obediatur, honore seruato, ne in illa offendatur deus: multo magis presbytero, qui omnium vestrum curam gerit. Ut ergo cuncta ista seruentur, & si quid seruatum non fuerit, non negligenter prætereatur, sed emendandum corrigendūq; curetur, ad Præpositā præcipue pertinet, ita ut ad presbyterum qui vobis intendit, referat, quod modum vel

86. distin.
Quando.

vires eius excedit. Ipsa verò non se existimet potestate dominante, sed charitate seruiente foelicem. Honore coram hominibus prælata sit vobis, coram deo subtrata sit pedibus vestris. Circa omnes seipsam bonorum operum præbeat exemplum. Corripat inquietas, confoletur pusillanimes, suscipiat infirmas, patiens sit ad omnes, disciplinam libens habeat, metuens imponat. Et quauis vtrunq; sit necessarium, tamen plus à vobis amari appetat q̄ timeri, semper cogitans deo se pro vobis reddituram esse rationem. Vnde magis obediendo nō solum vestri, verum etiā ipsius miseremini, quæ inter vos quanto in loco superiore, tātō in periculo maiori versatur. Donet dominus ut obseruetis hæc omnia cum dilectione, tanquā spiritalis pulchritudinis amatrices, & bono Christi odore de bona cōuersatione fragrantēs, non sicut ancillæ sub lege, sed sicut liberæ sub gratia constitutæ. Ut autem in hoc libello tanquam in speculo vos possitis inspicere, ne per obliuionē aliquid negligatis, semel in septimana vobis legatur: & vbi vos inueneritis ea quæ scripta sunt facientes, agite gratias domino bonorum omnium largitori. Vbi autem sibi quæcūq; vestrum videt deesse aliquid, doleat de præterito, caueat de futuro, orās vt & debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur.

Acta excepta à notariis in designando Eradio presbytero, qui Augustino succederet, & interim senē aliqua parte curarum subleuaret. C X.

GLORIOSISSIMO Theodosio duodecies, & Valentiniano Augusto iterū consule vj cal. Octobris, cum Augustin⁹ episcopus vnā cum Religiano & Martiniano coepiscopis suis confedisset in ecclesia pacis Hipponensium regionū, præsentibus Saturnino, Leporio, Barnaba, Fortunatiano, Rustico, Lazaro, & Eradio presbyteris, l. astante clero & frequēti populo, Augustinus Episcopus dixit, Quod hesternodie promisi charitati vestræ, propter quod vos volui frequentius l. conuenire, & video frequentius l. conuenisse, mora lomni postposita hoc agendum est. Si enim aliud velim loqui, in illud suspensū, minus auditis. Omnes in hac vita mortales sumus, & dies huius vitæ vltimus, omni homini est semper incertus: verū tamen in infantia speratur pueritia, & in pueritia speratur adolescentia, & in adolescentia speratur iuuentus, & in iuuetute speratur grauitas, & in grauitate speratur senectus, vtrum contingat incertum est, est tamen quod speratur. Senectus autem aliam atatem quā speret non habet: incertum est l. enim ipsa senectus quādiu sit homini, illud tamen certum est nullam remanere atatem, quæ possit succedere senectuti: quia voluit deus. Ad istam ciuitatem cum vigore atatis adueni, & tamen iuuenis fui & senui. Scio post obitus Episcoporum per ambitiosos aut contentiosos solere ecclesias perturbari, & quod sæpe expertus sum & dolui, deo quantum ad me attinet, ne contingat huic prospicere ciuitati. Sicuti nouit charitas vestra, in Meleuitana ecclesia modo fui. Petierant enim me fratres, & maxime serui dei qui ibi sunt, ut venirem, quia post obitum beatæ memoriæ fratris & coepiscopi mei Seueri nonnulla ibi perturbatio l. populū timebatur. Veni, & quomodo voluit domin⁹ adiuuit nos pro sua misericordia, vt cū pace episcopum acciperent, quē viuus designauerat episcopus eorum. Hoc enim eis cū innotuisset, voluntatē præcedentis & decedētis Episcopi sui libenter amplexi sunt. Minus tamen aliquid factū erat vnde nonnulli cōtristabātur, quia frater Seuerus credit posse

K
Præposita.

L

M
Istas illud
sup. est sum.
Audistis
Omnes &c.

Episcop⁹
lim ex suffra
gio populū
designaba-
tur.

Mos accla-
mandi.

Adit posse sufficere vt successorem suū apud clericos designaret, ad populū inde non est loquutus: & erat inde aliquorum nonnulla tristitia. Quid plura? Deo placuit, tristitia fugata est, gaudiū successit. Ordinatus est Episcopus, quē præcedēs Episcopus designauerat. Ergo ne aliquis de me queratur, voluntatē meā, quā credo dei esse in omniū vestrum notitiā profero, presbyterū Eradium mihi successorē volo. A populo acclamatum est. Deo gratias, Christo laudes, dictū est vigies terties. Exaudi Christe, Augustino vita, dictū est sexies decies. Te patrem, te Augustinū, dictū est octies. Cumq; reticeretur, Augustinus Episcopus dixit: Non opus est me de laudibus eius aliquid dicere, fauco sapiētia, & parco verecundiæ. Sufficit quia nostis eum, & hoc me velle dico, quod vos velle scio: & si ante nescire, hodie probarem. Hoc ergo volo, hoc à domino deo nostro nunc etiam in atate frigida votis seruentibus posco, hoc vt mecum oretis exhortor, admoneo, rogo, vt oim in pace Christi collatis & conflatis mentibus confirmet deus quod operatus est in nobis. Qui misit mihi eum, seruet eum, seruet incolumē, seruet sine crimine, vt qui facit gaudiū viuētis, locum suppleat morientis. A notariis ecclesiæ sicut cernitis excipiūtur quæ dicimus, excipiūtur, quæ dicitis, & meus sermo & vestræ acclamationes in terrā non cadunt. Apertius vt dicā, ecclesiastica nūc gesta conficimus. Sic enim hoc esse, quantum ad hoies attinet, confirmatum volo. A populo acclamatum est trigies sexies, Deo gratias, Christo laudes, Exaudi Christe Augustino vita, dictū est tredecies. Te patrē, te episcopum dictū est octies. Dignus & iustus est, dictū est vigies. Bene meritis, bene dignus, dictū est quinquies. Cumq; reticeretur, Augustinus episcopus dixit: Ego vt dicebam voluntatē meam & voluntatē vestrā gestis Ecclesiasticis, quantū ad homines attinet, confirmatam volo, quantū verò ad latentē omnipotentis voluntatē, omnes vt dixi oremus, vt cōfirmet deus quod operatus est in nobis. A populo acclamatum est: Iudicio tuo gratias agimus, dictum est sedecies. Fiat fiat, dictū est duodecies. Te patrē Eradiū Episcopum, dictū sexies. Cumq; reticeretur, Augustinus Episcopus dixit: Scio quod scitis & vos, sed nolo de illo fieri quod de me factum est. Quod autem factum sit, multi scitis. Illi soli nesciunt qui tunc aut nondū nati erāt, aut nondū habebant atatem sciendi. Adhuc in corpore posito beatæ memoriæ patrē & Episcopo meo sene Valerio, Episcopus ordinatus sum, & sedī cum illo, quod cōcilio Niceno prohibitu fuisse nesciebam, nec ipse sciebat. Quod ergo reprehensum est in me, nolo reprehendi in filio meo. A populo acclamatum est: Deo gratias, Christo laudes, dictū est tredecies. Cumq; reticeretur, Augustin⁹ Episcopus dixit: Erit presbyter vt est, quando deus voluerit futurus Episcopus. Sed planē modo facturus sum adiuuante misericordia Christi, quod adhuc vsque non feci. Nostis ante aliquot annos quid facere voluerim, & non permisistis. Placuit mihi & vobis propter curā scripturarum, quā mihi fratres & patres mei coepiscopi duobus conciliis Numidiæ & Carthaginis imponere dignati sunt, vt per quinq; dies nemo mihi molestus esset. Gesta confecta sunt, placuit, acclamastis. Recitatur placitum vestrū, & acclamatio vestra. Paruo tempore seruatum est circa me, & postea violenter irruptū est, & nō permittor ad quod volo vacare ante meridiem, post meridiem occupationibus hominum teneor. † Obsecro vos & obstringo per Christum, vt huic iuueni, huic presbytero Eradio, quem hodie

† implicor.

Tomus secundus.

die in nomine Christi designo Episcopum successorē D mihi, patiamini refundere onera occupationum mearum. A populo acclamatum est, Iudicio tuo gratias agimus, dictū est vigies sexies. Cumq; reticeretur, Augustinus Episcopus dixit: Ego charitati & beneuolentiæ vestræ apud dominum deum nostrum gratias ago, imò de illa deo gratias. Ergo fratres quicquid est quod ad me perferatur, ad illum perferatur: vbi necessarium habuerit consiliū, meum non nego auxiliū. Absit vt me abstraham, tamen quicquid illud est quod ad me perferatur, ad illū perferatur. Ipse me autē consulat, si forte non inuenit quid facere debeat, aut poscat adiutorem quem nouit patrem, vt & vobis nihil desit, & ego tandem aliquando, si quantulumcūq; spatium mihi huius vitæ donauerit deus, ipsam meam quātulamcūq; vitā non dem segniciei, nec donē inertia, sed in sanctis scripturis, quantum ipse permittit & largitur exerceā: hoc & ipsi proderit, & per ipsum etiam nobis. Nemo ergo inuideat ocio meo, quia meum ociū magnū habet negocium. Video me de hac re, propter quam vos inuitaui, omnia vobiscum egisse quæ debui. Hoc ad vltimū rogo, vt gestis istis dignemini subscribere qui potestis. Hic mihi responsione vestra opus est, teneam responsionem vestram, de hac assensione aliquid acclamate. A populo acclamatum est, Fiat fiat, dictum vicies quinques. Dignum est, iustum est, dictum vicies octies. Fiat fiat, dictum quaterdecies. Olim dignus, olim meritis, dictum vicies quinques. Iudicio tuo gratias agimus, dictum tredecies, Exaudi Christe, Eradiū conserua, dictum octiesdecies. Cumq; reticeretur, Augustinus Episcopus dixit: Bene habet, vt ea quæ dei sunt, circa sacrificiū eius agere valeam⁹, in qua hora supplicationis nostræ l. maxime cōmendo charitati vestræ, vt oēs vestras causas & negocia intermittatis, & pro ista ecclesia & p me, & pro presbytero Eradio dño precē fundatis.

Subscriptio.

E

CENSURA EPISTOLAE QVAE

FVERAT. CXI.

EPISTOLAM centesimam vndecimā loco mouimus, quod quā esset proluxa, non solū nihil haberet Augustini, verum etiā hois videretur fortasse pij, sed prorsus illiterati: quod non hinc tantum deprehenditur, quod subinde *ολομ/ζε*: sed multo magis hinc, quod nullo ordine, nullis nervis distulit orationem, dicas arenam sine calce. Identidem exclamat: vbi nihil est op⁹, O mi frater, O mi frater charissime, O frater mi. Ad hæc meminit quod ab amicis diuulsus sit, mutato habitu, quod nusquam de Augustino legimus in fidelibus historiis. Tum exordium quā est abruptum & alienū ab Augustini consuetudine, O mi frater, absque præfatione vel nominis vel salutationis. Variabat & titulus adiectus, quidam codices habebant ad Bonifacium, quidam ad Iulianum comitem. Et hoc argumentum supposititij libelli, cuius amore si quis tenetur, idem excusus erat in parte operum decima, & quidem aliquanto minus deprauatus. Et post suo red-detur loco, si videbitur: hoc volumen palām alienis & ineruditis onerare non placuit, sed in huius locum aliā germanam subiecimus.

Augustinus Fortunatiano Episcopo Siccēsi, ut Episcopū quendā ipsi recōciliet, quē literis asperioribus offenderat, præsertim hoc dicto, quod scripserat nos his corporeis oculis non visuros deū. Apparet autē illū Episcopū, quem non noīat, cum Anthropomorphitis sensisse, Diligenter interim explicans quomodo deus videtur & quatenus.

Epistola. CXI.

o iij Sicut

Gratia CVT presens rogavi, & nunc comoneo, vt fratre nostrum, de quo collocuti sumus, videre & rogare digneris, vt ignoscat mihi si quod du riuus & asperius in se dictu accepit in Epistola, qua me illo modo scripsisse non poenitet, quia dixi istius corporis oculos nec videre deum, nec esse visuros. Causam quippe adiunxi cur hoc dixerim, ne scilicet deus ipse corporeus esse credatur, & in loci spatio interualloque visibilis. Nihil enim videre aliter istius corporis oculus potest. Et ne illud quod dictum est, Facie ad facie, sic accipiatur, tanquam membrum corporis terminatur sit deus. Ideo me ergo dixisse illud non poenitet, ne de ipso deo tam impie sentiamus, vt eum non vbiq; totum, sed per localia spatia diuisibilem existimemus. Talia quippe iis oculis nouimus. Ceterum nihil tale de deo sentiens, sed eum incommutabilem & incorporale spiritum vbiq; totum esse credens, si tantam quisque mutationem huius corporis futuram putat, cum ex animali fuerit spiritale, vt etiam substantiam incorporale non locorum interuallum vel spatium diuisibile, vel etiam membrorum liniametis ac finibus terminatam, sed vbiq; tota per tale corpus videre possimus, volo & me doceat si verum sapit: si autem in hoc falsum sentit, longe tolerabilius est, corpori aliquid arrogare, quam deo derogare. Et si vera est ista sententia, non erit contraria verbis meis quae in illa Epistola posui. Istius namque corporis oculos dixi non visuros deum, hoc intuens quod istius corporis oculi omnino non possunt cernere, nisi corpora quae ab eis aliquo loci interuallo separata sunt: nam si nullum interuallum sit, nec ipsa dissimilitudinem nostra corpora mutabuntur, vt oculos habeant per quos videatur illa substantia, quae non per locorum spatia vel diffunditur vel finitur, alibi habens aliam partem, alibi aliam, in minore loco minorem, in maiore maiorem, sed vbiq; in corporaliter tota est, longe aliud erunt haec corpora, & non erunt ipsa: nec sola detracta mortalitate atque corruptione & ponderis grauitate aliud erunt, sed in virtute ipsius mentis quodammodo conuertentur, si videre poterunt, quomodo tunc menti, nunc autem nec ipsi menti videre concessum est. Si enim mutatis moribus dicimus hominem non esse qui fuit, si denique mutatis aetatibus ipsum corpus non dicimus esse quod fuit: quomodo magis ipsum non erit tanta conuersione mutatum, vt non solum immortaliter viuat, verum etiam inuisibile videat. Quapropter si videbunt deum, non istius corporis oculi videbunt, quia & in hoc non erit ipsum corpus vbiq; in illam vim potentiamque mutatum: & non est contraria ista opinio illis verbis Epistolae meae. Si autem haec tenens non erit ipsum, quia nunc mortale tunc immortale, nunc aggrauans animam, tunc nullo pondere ad omnem motum erit facillimum: ad videnda vero ea quae locorum spatium interuallumque; cernuntur, si non aliud quam ipsum erit, substantiam incorporalem & vbiq; totam nullo modo videbit. Siue ergo hoc siue illud verum sit, secundum vtrumque; verum est, quod istius corporis oculi deum non videbunt. Aut enim istius erunt & non videbunt, aut non erunt istius si videbunt: quoniam tanta conuersione longe alterius corporis erunt. Sed paratus sum, si quid de hac re melius nouit hic frater, vel ab ipso, vel ab alio a quo didicit, discere. Quod si irrideter dixerit, etiam illud de deo corporali membrisque; per loca diuisibile, dixerit paratum me esse discere: quod non dico, quia non irrideter loquor, & tale deum non esse omnino non ambigo, & ne talis esse crederetur, illam epistolam scripsi: in qua dum essem in admonendo sollicitus, quam

nominibus tacitis descripsi in corripiendo nimius atque improvidus fui, nec fraternam & episcopalem personam sicut frater & episcopus, quemadmodum fuerat dignum cogitavi: hoc non defendo: sed reprehendo, hoc non excuso, sed accuso. Ignoscatur peto, recordetur nostrae dilectione pristina, & obliuiscatur offensionem nouam. Faciat certe quod me non fecisse successit. Habeat lenitatem in danda venia, quam ego non habui in illa epistola conscribenda. Hoc per tuae charitatem rogo, quod praesens praesentem rogare volueram si eius haberem copiam. Quod cum conatus essem, scribente ad eum viro venerabili, nobisque; omnibus honore praefereudo, venire noluit, dolum forsitan meum sicut pleraque humana sunt, quantum existimo, suspicatus, a quo me longe abesse, tu illi fac fidem quantum potes qui praesens facilius potes. Indica ei cum quanto & quomodo dolore de offensione animi eius tecum fuerim collocutus. Nouerit quam non eum contemnam, & quantum in illo deum timeam, & cogite caput nostrum in cuius corpore fratres sumus. Ad locum in quo habitat ideo mihi putavi non esse veniendum, ne spectaculum faceremus ridendum alienis, nostris dolendum, nobis pudendum: per tuae sanctitatem & charitatem totum recte agi potest. Ab illo quippe agitur, qui per fidem suam habitat in corde tuo, quem credo quod non spernit in te cum agnoscat in se. Ego certe in hac causa quid melius facerem non inueni, quam vt veniam peterem a fratre qui laesum se literarum mearum asperitate conquestus est. Faciet & ipse vt spero quod sibi imperari nouit ab eo qui per Apostolum loquens ait: Donantes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & deus in Christo donauit vobis. Estote ergo imitatores dei sicut filii dilectissimi, & ambulate in charitate sicut & Christus dilexit vos. In hac charitate ambulantes, si quid diligentius possumus, de spiritali corpore quod in resurrectione habebimus, concorditer inquiramus. Quia & si quid aliter sapimus, hoc quoque nobis deus reuelabit si in illo maneamus. Qui autem manet in charitate in deo manet, & deus in illo manet, quia deus charitas est, siue tanquam eius fons ineffabiliter existendo, siue illam nobis per spiritum suum largiendo. Si ergo doceri potest, quod charitas corporalibus oculis aliquando videbitur, poterit fortassis & deus. Si autem ista nunquam poterit, multo minus iste fons eius, vel si quid dici excellentius & conuenientius de tanta re potest. Magni quidam viri & in scripturis sanctis doctissimi, qui plurimum ecclesiam & bona studia fidelium suis literis adiuerunt vbi eis occasio data est, dixerunt inuisibile deum inuisibiliter videri, hoc est, per eam naturam quae in nobis quoque inuisibilis est, munda scilicet mente vel corde. Beatus Ambrosius de Christo cum ageret secundum id quod verbum est, Non enim corporalibus, inquit, sed spiritalibus oculis Iesus videtur. Et paulo post, Non eum videntur, inquit, Iudaei, obsecratum enim erat in inspicere eorum. Hinc ostendens vnde videatur. Item cum de sancto spiritu loqueretur, interposuit verba domini dicentis: Rogabo patrem, & alium paraclitum, dabit vobis qui vobiscum sit in aeternum, spiritum veritatis, quem hic mundus non potest accipere, quia non vidit eum, nec cognouit eum. Merito ergo se, inquit, in corpore demonstrauit, quoniam in diuinitatis substantia non videtur. Vidimus spiritum, sed in specie corporali. Videamus & patrem, sed quia videre non possumus, audiamus. Et paulo post, Audiamus ergo, inquit, patrem, inuisibilis enim pater, sed & filius inuisibilis secundum diuinitatem. Deum enim

Anemo vidit vnquam. Cum ergo filius deus, in eo vtiq; quod deus est filius, non videtur. Sanctus autem Hieronymus ait: Videre deum sicut est in natura sua, oculus hominis non potest. Non solum homo, nec angeli, nec throni, nec potestates, nec dominationes, nec omne nomen quod nominatur: Neque enim creatura potest aspicere creatorem suum. His verbis vir doctissimus satis ostendit, quid letitia de futuro seculose ferit, quod ad hanc rem attinet. Quantumlibet enim oculi corporis nostri mutantur in melius, angelorum oculis aequabuntur. Hic autem & ipsis vniuersae omnino caelesti creaturae inuisibile naturam dixit esse creatoris. Aut si & hinc sit quaestio, & infertur vlla dubitatio, vtrum non simus futuri angelis potiores. Ipsius domini est hinc aperta sententia, vbi ait de resurrecturis in regnum: Erunt aequales angelis dei. Vnde idem ipse sanctus Hieronymus alibi sic dicit: Homo igitur dei, faciem videre non potest. Angeli autem etiam minorum in Ecclesia semper vident faciem dei. Et nunc in speculo videmus, & in aenigmate, tunc autem facie ad faciem, quando de hominibus in angelos profecerimus, & potuerimus cum Apostolo dicere: Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eadem imaginem transformamur a gloria in gloria, tanquam a domino spiritu, licet faciem dei iuxta naturam suam proprietatem nulla videat creatura, & tunc mente cernatur, quando inuisibilis creditur. In his verbis hominis dei, multa consideranda sunt: Primum, quia secundum apertissimam domini sententiam, etiam ipse sentit tunc visuros faciem dei, cum in angelos profecerimus, id est, aequales angelis facti fuerimus, quod erit vtiq; in resurrectione mortuorum. Deinde Apostolico testimonio satis apparuit, non exterioris sed interioris hominis faciem intelligendam, cum videbimus faciem ad faciem. De facie quippe cordis loquebatur Apostolus, cum diceret quod hinc commemorauit: Nos autem reuelata facie gloriae domini speculantes, in eandem imaginem transformamur. Quod si quisquam dubitat, recedat eundem locum, & attendat vnde Apostolus loquebatur, de velamine scilicet, quod manet in lectione veteris testamenti, donec quisque transeat ad Christum, vt auferatur velamen. Ibi quippe dicit: Nos autem reuelata facie, gloriae domini speculantes, quae facies in Iudeis non erat reuelata, de quibus dicit: Velamen super cor eorum positum est, vt ostendat cordis faciem nobis esse reuelata velamine ablato. Postremo ne quisquam ista minus intuens, minusque discernens, visibile deum vel angelis vel hominibus, cum aequales angelis facti fuerimus, siue nunc esse, siue futurum esse crederet, euidentissime quid sentiret expressit dicens, quod faciem dei, iuxta naturam suam proprietatem nulla videat creatura, & tunc mente cernatur quando inuisibilis creditur. Vnde sufficienter significauit, quando visus est, ab hominibus per oculos corporis, tanquam ipse corporeus, non eum secundum naturam suam proprietatem fuisse visum, in qua tunc mente cernitur, quando inuisibilis creditur. Quibus inuisibilis: nisi aspectibus corporalibus etiam caelestibus, sicut supra de angelis & potestatibus & dominationibus dixit, quantum magis terrestribus. Vnde alio loco euidentius dicit, non solum patris diuinitatem, sed nec filij quidem & spiritus sancti, quae vna in Trinitate natura est, posse oculos carnis aspicere, sed oculos mentis. De quibus ipse saluator ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Quid hac manifestatione lucidius? Si enim tantummodo dixisset: Nec patris, nec filij, nec spiritus sancti diuinitate posse oculos carnis aspicere, nec deinceps ad-

didisset, sed oculos mentis, forte diceretur carnem iam non esse appellandam, cum corpus fuerit spiritale. Ad dendo ergo, & dicendo. Sed oculos mentis, ab omni genere corporis alienauit huiusmodi visionem. Ne quis autem putaret eum tantum de praesenti tempore loquutum, subiicit etiam domini testimonium volens ostendere quos dixerat visionis promissio declaratur. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Beatissimus quoque Athanasius Alexandrinus episcopus, cum ageret aduersus Arrianos, qui tantummodo deum patrem inuisibilem dicunt, filium vero & spiritum sanctum visibiles putant, aequalem Trinitatis inuisibilitate scripturarum sanctarum testimoniis, & diligentia sua disputationis asseruit, instantissime suadens deum non esse visum nisi assumptione creaturae: secundum deitatis autem suae proprietatem omnino deum esse inuisibilem, id est, deum patrem & filium & spiritum sanctum, nisi in quantum mente ac spiritu nosci potest. Gregorius etiam sanctus episcopus Orientalis apertissime dicit deum naturam inuisibilem, quando patribus visus est, sicut Moyses, cum quo facie ad faciem loquebatur, alicuius conspiciabilis materiae dispositione assumpta, salua sua inuisibilitate videri potuisse. Hoc est, quod etiam noster dicit Ambrosius, & patrem & filium & spiritum sanctum ea specie videri, quam voluntas elegerit, non natura formauerit: vt & illud verum sit, quod Deum nemo vidit vnquam, quae vox ipsius domini Christi est, & quae nemo hominum vidit nec videre potest, quae vox Apostoli, imo eius per Apostolum Christi est, & illa non repudientur testimonia scripturarum, quibus deus visus esse narratur, quia & inuisibilis est per propriae deitatis naturam, & cum vult videri potest per assumptam sicut placuerit creaturam. Porro si natura ipsius est, inuisibilitas sicut incorruptibilitas, non mutabit vtiq; in futuro seculo illa natura, vt de inuisibili visibilis fiat, quia neque poterit de incorruptibili corruptibilis fieri. Simul enim & incommutabilis est. Et vtiq; naturam eius commendat Apostolus, cum duo ista simul poneret dicens: Regi autem seculorum inuisibilis, incorruptibili soli deo, honor & gloria in secula seculorum. Vnde non audeo ego ista distinguere, vt dicam, incorruptibili quidem in secula seculorum, inuisibili autem non in secula seculorum, sed tamen in hoc seculo. Verum quia nec ista testimonia falsa esse possunt: Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Et scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicut est, negare non possumus filios dei visuros deum, sed sicut videntur inuisibilia, sicut seipsum ostensurum promittebat, qui hominibus apparebat in carne visibilis quando dicebat: Et ego diligam eum & ostendam me ipsum illi, cum ante oculos hominum conspicuus loqueretur. Vnde autem inuisibilia videntur, nisi oculis cordis: de quibus paulo ante dixi quid Hieronymus senserit ad videndum deum. Hinc est etiam quod memoratus Mediolanensis episcopus in ipsa resurrectione dixit in facie esse videre deum nisi iis qui mundo corde sunt, & ideo scriptum esse: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Quantos beatos, inquit, iam numerauerat, & tamen eis videndi deum non promiserat facultatem. Deinde adiungit & dicit: Si ergo ij qui mundo sunt corde deum videbunt, vtiq; alij deum non videbunt. Et ne alios illos accipere mus de quibus dictum est, Beati pauperes, beati mites &c. continuo subiunxit: Neque enim indigni deum videbunt. Indignos vtiq; illos volens intelligi, qui licet resurgant, deum videre non poterunt, quoniam ad dam-

1. Cor. 13.

H

Elabitur.

K

L

M

Ambrosius.

† deus.

Ioan. 14.

Ioan. 1.

Hieronymus.

Luc. 20. Hieronymus. Matth. 18.

2. Cor. 3.

Philip. 3.

1. Ioan. 4.

Angelis tribuit corpora

Matth. 5.

Athanasius & Gregorius.

Gregorius Nazazenus.

E

Ambrosius super. Luc. cap. 1. Ioan. 1.

1. Tim. 6.

1. Tim. 4.

F

Matth. 5. 1. Ioan. 5.

Ambrosius.

Galat. 5.
G nationem resurgent, quia per fidem verā, quæ per dilectionem operatur, cor mundare noluertunt. Et ideo sequitur & dicit: Neque is qui deū videre noluert, potest deum videre. Deinde quia occurrebat etiā impiis omnes velle videre deū, statim vt ostēderet quare dixerit, qui deum videre noluert, quia utiq; illo modo nō vult deum videre impius, quia cor mundare non vult, quo ille videri poterit, sequitur adiunxit, & ait: Nec in loco deus videtur, sed mundo corde, nec corporalibus oculis deus quæritur, nec circūscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatus, nec sentitur incessu. Quibus verbis beatus Ambrosius voluit admonere, quid debeant homines præparare, qui volunt deū videre, hoc est cor mundare per fidem, quæ per dilectionem operatur dono spiritus sancti, vnde pignus accepimus, quo illā visionē desyderare nouerimus. Nam de membris dei, quæ assidue scriptura commemorat, ne quisquā secundū carnis huius formā & figurā nos esse crederet similes deo, propterea & eadē scriptura, & alas habere deū dixit, quas nos utique nō habemus. Sicut ergo alas cum audimus protectionem intelligimus: sic & cum audimus manū operationem intelligere debemus: Et cum audimus pedes, præsentationem: & cum audimus oculos, visionem, qua cognoscitur: & cum audimus faciē, iustitiam in qua innotescit. Et si quid aliud eadē scriptura tale commemorat, puto spiritualiter intelligendū. Neque hoc ego tantū, aut ego prior, sed omnes qui qualicumq; spiritali intelligentia resistit eis, qui ob hoc anthropomorphite nominantur. Ex quorū literis ne multa commemorando Hieronymus maiores moras faciā, hoc vnū sancti Hieronymi interpono, vt nouerit iste frater, non se de hac re mecum magis quā prioribus agere debere, si quid eū cōtra permouet. Cū ergo ille vir in scripturis doctissimus, psalimum exponeret, vbi dictū est: Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem nō audiet, aut qui finxit oculum non considerat: Inter cætera, iste locus, inquit, aduersus eos maxime facit, qui anthropomorphite sunt, qui dicunt deū habere membra quæ etiā nos habemus. Verbi causa, Dicitur deus habere oculos, Oculi dñi aspiciunt omnia, manus domini facit omnia. Et audiuit, inquit, Adā sonum pedum domini deambulantis in paradiso: Hęc simpliciter audiunt, & humanas imbecillitates dei magnificentiā referunt. Ego autem dico, quod deus totus oculus est, totus manus est, totus pes est. Totus oculus est, quia omnia videt. Totus manus est, quia omnia operatur. Totus pes est, quia vbiq; est. Ergo videt quicquid dicat. Qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculos non considerat: Et non dixit, qui plantauit aurem, ergo ipse aurem non habet: Nō dixit, Ergo ipse oculos non habet: sed quid dixit? Qui plantauit aurem non audiet, qui finxit oculos non considerat: membra tulit, efficiētias dedit. Hęc omnia de literis eorū & Latino-rum & Græcorū, qui priores nobis in catholica ecclesia viuentes diuina eloquia tractauerunt, ideo commemoranda arbitratū sum, vt sciat iste frater, si quid aliter quā iste sentit, deposita dissensionis amaritudine, & fraternæ charitatis suauitate seruata, atq; in integrū restituta, diligenti & tranquilla consideratione quarendū vel descendū, vel docendum. Neque enim quorumlibet disputationes, quamuis catholicorū & laudatorum hominū velut scripturas canonicas habere debemus, vt nobis non liceat salua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorū scriptis improbare atq; respuere, si forte inuenierimus quod aliter senserint quā veri-

tas habet, diuino adiutorio vel ab aliis intellecta, vel à nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum, tales volo esse intellectores meorum. Denique in iis omnibus, quæ de opusculis sanctorū atque doctorum commemorati, Ambrosij, Hieronymi, Athanasij, Gregorij, & si qua aliorum talia legere potui, quæ commemorare longum putavi, deū non esse corpus, nec formæ humanæ habere membra, nec eū esse per locorū spatia diuisibilem, & esse natura incommutabiliter inuisibilem: nec per eandē naturam atq; substantiam, sed assumpta visibili specie, sicut voluit apparuisse iis quibus apparuit: quando per corporis oculos in scripturis sanctis visus esse narratur in adiutorio domini incōcussē credo, & quantū ipse donat intelligo. De spiritali autē corpore, quod in resurrectione habebimus, quantam capiat in melius cōmutationem, vtrū in simplicitate spiritus cedat, vt totus homo iam spiritus sit: an quod magis puto, sed nondū pleno iudicio confirmo, ita futurū sit spiritale corpus, vt propter ineffabilē quādam facilitatē, spiritale dicatur, seruet tamen substantiā corporalē, quæ per se ipsam viuere ac sentire non possit, sed per illū qui ea vitur spiritū. Neque enim & nunc, quia corpus dicitur animale, eadem est animæ natura quæ corporis: & vtrū si corporis quāuis iam immortalis atq; incorruptibilis natura seruetur, adiuet tunc aliquid spiritum ad videndum ipsa visibilia, id est, corporalia, sicut nūc tale aliquid nisi per corpus videre nō possumus. An verò etiā tunc sine organo corporis valeat spiritus noster nosse corporalia, Neque enim & deus talia per sensus corporis nouit, & multa alia quæ in hac questione mouere possunt, fateor me nōdum alicubi legisse, quod mihi sufficere existimare, siue ad discendū, siue ad docendum, ac per hoc si nō displicet huic fratri mea qualiscūq; cautela, interim propter quod scriptum est: Quonia videbimus eum sicuti est, quantū possumus, cor mundum ad illā visionē ipso adiuuante præparemus. De corpore autē spiritali pacatius & diligentius inquiramus, ne fortē aliquid certum ac liquidū si nobis hoc vtile esse nouit, secundū scripturas suas de dignetur demonstrare. Si enim hoc inuenierit inquisitio diligentior tantā corporis futurā mutationē, vt possit videre inuisibilia, non vt opinor, talis potentia corporis menti auferet visionē, vt exterior homo videre deum tunc possit, non possit interior: quasi tātum foris sit deus ad hominē, & intus non sit in homine, cū apertissime scriptum sit, vt sit deus omnia in oibus: aut ita sit intus ille, qui sine vllis locorum spatiis vbiq; totus est, vt foris tantum videri ab exteriori homine possit, intus autem ab interiori homine non possit. Quæ si absurdissime sentiuntur, magis enim sancti pleni erūt deo, non inanes intrinsecus, ab illo circumdabūtur extrinsecus, nec cæci intrinsecus, cum quo pleni erunt nō videbunt, & tantū forinsecus oculati eum quo circumdabuntur videbūt: restat vt interim de visionē dei secundum interiorē hominē certissimi saluemus. Si autē etiam corpus mira cōmutatione hoc valuerit, aliud accedet, non illud abscedet. Melius ergo illud affirmamus vnde minime dubitamus, quod homo interior videbit deum, qui modo solus potest videre charitatem, quæ cum laudaretur dictū est, Deus charitas est, solus potest videre pacem & sanctificationē, sine qua nemo poterit videre deum. Neque enim charitatē, pacem, sanctificationē, & si qua sunt similia, videt modo vllus carnalis oculus, quæ tamen omnia iam videt, quātum potest mentis oculus, tanto purius quātō purior: vt sine dubitationē deum nos visuros esse credamus, siue inueniamus,

Dubitatio periculosa. plena fiducia.

L

o vobis.

i. Ioan. 3.

M

i. Cor. 13.

i. Ioan. 4.

A niamus, siue non inueniamus quod de qualitate futuri corporis quærimus, cum tamen corpus resurrecturū & immortale atq; incorruptibile futurum non ambigamus, quoniam hinc sanctorum scripturarum sententiis apertissimas firmissimasq; retinemus. Si autem iste frater, quod de spiritali corpore adhuc requiro, iam sibi firmat esse certissimum, nisi placidus audiero docentē: ita vt ille quoque placidus me audiat inquirentē, habeat vnde iure succenseat. Nunc tamen per Christū obsecro, vt de illa asperitate literarum mearum, qua eū non immerito offensum esse didici, veniā mihi ab illo impetres, & me rescriptis domino adiuuante lætifices.

Augustinus Paulinæ auis religiose, per eam respondens quibusdam, qui carpebant epistolam ipsius in qua scripserat, deum non videndum oculis humanis, declarans variis

modis uideri deum. Epistola. CXII.

Procerium i. Retr. 4.



VGVSSTINVS. Memor debiti quod tua petitione & mea promissione factū est, religiosa famula dei Paulina, per solutionis quoque eius negligens esse non debui. Cum enim petiuisset vt de inuisibili deo, vtrum per oculos corporeos possit videri, proluxe aliqui copioseq; ad te scriberem, negare non potui, ne sanctum tuum studium offenderem, sed promissum distuli, siue propter alias occupationes meas, siue quod à me id flagitaretur, vnde aliquando diutius cogitari oportebat. Sed cum tanta res esset, quæ cogitando non tam quid de ea sentiendū dicendūve esset, quā quoniam modo persuadendum iis qui aduersa sentirent, fieret difficilior, sinē aliquando dilationi adhibendum putavi, sperans diuinum adiutorium magis mihi scribenti quā differenti assueturum. Quamobrem primum mihi videtur, plus valere in hac inquisitione viuendi quā loquēdi modum. Nam qui didicerunt à domino Iesu Christo mites esse & humiles corde, plus cogitando & orando proficiunt quā legendō & audiēdo. Nec ideo tamen agere partes suas sermo cessauerit, sed cum plantator & rigator officio sui gesserit muneris, cætera illi qui dat incrementum relinquit. Ille quippe etiam ipsam plantatorē rigatoremq; formauit. Secundum interiorē igitur hominem percipe verba intellectus. Ipse enim renouatur de die in diem, etiam cum exterior iste corrumpitur, siue castigatione abstinentiæ, siue aliqua morbida valetudine, siue quolibet casu, vel certe quod necesse est etiam iis qui sano corpore diu viuunt, ipso ætatis accessu. Erige itaque spiritum mentis tuæ qui renouatur in agnitione dei secundū imaginē eius qui creauit eum, vbi per fidē in te habitat Christus, vbi non est Iudæus & Græcus, seruus & liber, masculus & femina, vbi non morieris cum solui corpore cœperis, quia nec marcuisti, cū sis annis grauis. Hoc interiore tuo erecta intende, & vide quæ loquor. Nolo authoritatem meam sequar, vt ideo putes tibi aliquid necesse esse credere, quoniam à me dicitur, sed aut scripturis canonicis credas, si quid nondum quā verum sit vides, aut interius demonstranti veritati vt hoc planē videas. Exempli gratia, dicam aliquid quo ad hæc certius præstuaris, & inde potissimum vnde nobis in hoc ipso opere propositus est disputandi labor. Credimus videri deum, non quia videmus, vel per oculos corporis sicut videmus hunc solem, vel mentis obtuitu sicut se quisq; interius videt viuentem, videt videre volentem, videt quærentem, videt scientem, videt nescientem. Tu itaque lectis ipsa his literis, solem quidem te vidisse recolis per oculos corporis, potes etiam statim videre si est id tempo-

B

Vita potior inquisitione Math. 11.

2. Cor. 4.

Coloss. 3.

Caput. 11.

ris, & eo loci es, vbi ex ea parte cælum oculis tuis vsque ad solem contendum patet. Ad illa verò videnda quæ mente conspici dixi, id est, quod viuas, quod videre deū velis, quod id requiras, quod te viuere & velle & quærere scias, quomodo autem deus videatur nescias. Ad hæc, inquit, omnia videnda non oculos corporis adhibes, nec intervallum loci per quod intendatur obtutus, vt ad ea cernenda perueniat, sentis aut quæris: sic vides vitam tuam, voluntatem, inquisitionem, scientiā, ignorantiam, quia nec ipsa est contemnenda visio, videre quod nescias. Sic, inquam, vides hæc omnia, vt in te videas, apud te habeas, ac sine vllis figurarum liniamentis colorumq; nitoribus, tanto clarius & certius quanto simplicius interiorisq; conspicias. Cum igitur nec corporis oculis sicut corpora siue cælestia siue terrestria, nec mentis affectu, sicut ea sunt quorum nonnulla commemoravi, quæ apud temetipsam certissime intueris, nunc videamus deum, cur credimus eū videri, nisi quia scripturæ accommodamus fidem vbi legitur: Beati mundo corde quonia ipsi deum videbunt. Et si qua alia in hac sententia mea de diuina autoritate conscripta sunt, cui non credere nephas ducimus, credere autem pietatis esse minime dubitamus. Hanc itaque distinctionem tene, vt si quid te admonero, disserēdo quo ita videas oculis carnis, vel vllō alio sensu eius sentias, seu te sensisse recolas, sicut sentiuntur colores, fragores, odores, saporē, feruores, & si quid aliud per corpus cernendo, audiendo, olfaciendo, gustando, tangendo, sentiamus. Aut ita videas mentis intuitu, vt vides vitam, voluntatem, cogitationem, memoriam, cognitionem, intelligentiam, scientiā, fidem tuā, & quicquid aliud mente conspicias, atque ita esse non tantū credendo, sed planē videndo nō dubitas, hoc me iudices ostēdisse. Quod autem non sic ostēdero, vt aut corporis aut animi sensu visum perceptūq; teneatur, & tamen dixerō aliquid quod aut verum quidem aut falsum esse necesse sit, sed nullo illorum duam genere videatur, restat vt tātummodo credatur vel non credatur. Sed si diuinarū scripturarum, earum scilicet quæ canonicæ in ecclesia nominantur, perspicua firmatur autoritate, sine vlla dubitatione credendum est. Aliis verò testibus vel testimoniis, quibus aliquid credendū esse suadet, tibi credere vel non credere liceat, quantum meriti ea admonentem ad faciendam fidem vel habere vel non habere perpendaris. Si enim ea quæ non vidimus, hoc est, in presenti apparentia non sensimus vel mēte vel corpore, neque de scripturis sanctis vel legendo vel audiendo didicimus, nulla omnino credidissimus, vnde sciremus esse ciuitates vbi nunquā fuimus, vel à Romulo conditam Romā, vel vt de propinquieribus loquar, Constantinopolim à Costantino? Vnde postremo sciremus, qui nam parentes nos procreauissent, quibus patribus, auis, maioribus geniti essemus? Talium quippe cū plurima sciamus, non tamen ea vel vllō sensu præsentia, sicut solem, sicut nostri animi voluntatē, vel canonicorum eloquiorum autoritate, sicut Adam fuisse primum hominem, aut Christum in carne natum passimq; resurrexisse didicimus, sed aliis referentibus, de quorum testimonio in hoc dūtaxat rerum genere minime dubitandum esse putauimus. In quibus si alicubi fallimur credendo, vel ita esse quod non est, vel nō ita esse quod ita est, nihil periculi esse iudicamus, si non sit contra illam fidem qua pietas informatur. Hęc prælocutio mea nondum propositam discutit questionē, sed te atque alios, qui ista lecturi sunt, præstruit quales se

G meorum seu quorumlibet scriptorum iudices esse debent, ne vel scire vos opinemini quod nescitis, vel temere credatis quod neque corporis sensibus aut animi intuitu in eiusdem rei, quae cognoscenda est euidentia perceptis: neque canonicarum scripturarum auctoritate, etiam si non affuit sensibus vel animi vel corporis vestri, tamen credendum esse didicistis. Iam ne ergo venimus ad causam, an adhuc lecturus instruendus est? Nonnulli enim putant ipsum quod dicimus credere, cum res vera creditur, hoc solum esse mente contueri. Quod si ita est, fallitur ista nostra superior prolocutio, in qua distinctim aliquid esse aliquid sentire per corpus, sicut in caelo solem, & in terra montem, arborem corporis quodlibet: & aliud mentis intuitu rem nihilominus euidentem, sicut nostra voluntas a nobismet ipsis intus aspicitur, cum aliquid volumus, vel cogitatio cum cogitamus, vel memoria dum recordamur, vel tale aliquid in animo siue in corpore: aliud autem credere, quod in corporis mentisve conspectu nec adest, nec affuisse recolitur: sicut sine parentibus creatum Adam, & natum ex virgine passumque; resurrexisset Christum. haec enim etiam corporaliter facta sunt, & videri per corpus si tunc adessent, utique potuerunt: nunc autem non adsunt sicut adest ista lux, quae oculis cernitur, aut voluntas, quae nunc aliquid volumus, conuenienter conspicitur. Sed quia haec distinctio falsa non est, profecto illa praestructio minus habebat, quod inter credere & aliquid praesens mente conspiceri, ne omnino vnum atque idem putaretur, parum clara fuerat elocutione discretum. Quid ergo dicimus? Num satis est ut inter videre & credere haec distare dicamus, quia praesentia videntur, creduntur absentia? Plane forsitan satis est, si praesentia illa hoc in loco intelligamus dicta, quae praesto sunt sensibus siue animi siue corporis, unde etiam ducto vocabulo praesentia nominantur. Sicut enim hanc lucem corporis sensu, sic & meam voluntatem plane video, quia praesto est animi mei sensibus atque intus mihi praesens est. Si quis vero mihi indicet voluntatem suam, cuius os & vox mihi praesens est; tamen quia ipsa voluntas, quam mihi indicat, latet sensum corporis & animi, credo non video: aut si eum mentiri existimo, non credo, & si forte ut dicit ita sit. Creduntur ergo illa quae absentia sunt sensibus nostris, si videtur idoneum quod eis testimonium perhibetur. Videntur enim quae praesto sunt, unde & praesentia nominantur, vel animi vel corporis sensibus. Nam cum sint quinque corporis sensus, cernendi, audiendi, olfaciendi, gustandi, tangendi, visus quidem in eis praecipue oculis attributus est: veruntamen hoc verbo vtitur & in ceteris. Non enim tantum dicimus, vide quid luceat, sed etiam vide quid sonet, vide quid oleat, vide quid sapiat, vide quid caeat. Nec quia dixi ea credi quae absentia sunt sensibus nostris, sic accipiantur ut inter illa deputentur, quae aliquando vidimus, & nos vidisse retinemus, certi quod sumus, quauis tunc non praesto sint, cum recoluntur a nobis. Neque enim inter credita sed inter visa deputantur, & ideo nota sunt, non quia fidem adhibuimus aliis testibus, sed quia nos vidisse sine dubio recordamur & scimus. Constat igitur nostra scientia ex visis rebus & creditis, sed in iis quae vidimus vel videmus, nos ipsi testes sumus: In his autem quae credimus, aliis testibus mouemur ad fidem, cum earum rerum quas nec vidisse nos recolimus, nec videmus, dantur signa vel in vocibus vel in literis vel in quibusque documentis, quibus visus non visa credantur. Non autem immerito scire nos dicimus non solum ea

quae vidimus aut videmus, verum & illa quae idoneis ad quae rem commoti testimonio vel testibus credimus. Porro si scire non incongruenter dicimus, etiam illud quod certissimum credimus, hinc factum est ut etiam recte credita, & si non adsint sensibus nostris, videre mentem dicamur. Scientia quippe menti tribuitur, siue per corporis sensus, siue per ipsum animum aliquid perceptum cognitumque retineat, & fides ipsa mente utique videtur, quauis hoc fide credatur quod non videtur. Vnde & Apostolus Petrus dicit: In quem modo non videntes creditis. Et ipse dominus: Beati qui non viderunt & crediderunt. Cum itaque dicitur homini, Crede Christum resurrexisse a mortuis: si credit, attende quid videat, attende quid credat, & vtrumque discernere. Videt hominem cuius audit vocem, & ipsa vox in visis corporalibus deputatur secundum ea quae supra diximus: Haec duo sunt, testis & testimonium, quorum ad oculos vnum, ad aures alterum pertinet. Sed hunc testem forsasse aliorum testimoniorum autoritas confirmat, diuinarum scilicet scripturarum, vel quorumlibet aliorum quibus est motus ad fidem. Scripturae ad visa pertinent corporis oculorum, si eas legit: vel aurium, si eas audiuit. Videt autem animo quicquid figuris literarum sonisve significari intellexit. Videt ipsam fidem suam, quae se credere sine contatione respondet. Videt cogitationem qua cogitat quid ei possit prodesse quod credit. Videt voluntatem qua accessit ad suscipiendam religionem, videt etiam ipsius resurrectionis quaedam imaginem in animo suo factam, sine qua intelligi non potest quicquid factum corporaliter dicitur, siue credatur siue non credatur. Sed vt puto distinguo quomodo videat fidem suam, qua credit: & quomodo videat illam resurrectionis imaginem in animo suo factam, quam si hoc audit, videt etiam qui non credit. Haec ergo omnia videt, partim corpore, partim mente: voluntatem vero eius a quo audit ut credat, & ipsam Christi resurrectionem non videt, sed credit, & tamen eam videre dicitur quodam mentis obtutu, magis secundum testimoniorum fidem quam rerum praesentia creditarum. Illa enim quae videt, adsunt sensibus vel animi vel corporis: quae autem credit, absentia sunt sensibus & animi & corporis, quauis voluntas eius a quo audit ut credat non sit praeterita, sed maneat in loquente: quam in seipso idem ipse qui loquitur videt, ille vero qui audit non eam videt sed credit. Resurrectio autem Christi praeterita est, quae nec illi viderunt homines qui tunc fuerunt. Nam qui viderunt viuentem Christum, quem viderant morientem, ipsam tamen resurrectionem cum fieret non viderunt, sed eam certissime crediderunt, videndo & tangendo viuum quem nouerant mortuum. Nos totum credimus & quod resurrexerit, & quod ab hominibus tunc visus & contrectatus sit, & quod nunc viuat in caelis, nec iam moriatur, & mors illi ultra non dominabitur: res autem ipsa nec corporis nostri sensibus adest, sicut adest hoc caelum & terra: nec nostrae mentis obtutibus, sicut adest fides ipsa, quae hoc credimus. Sed iam satis vt puto ista mea prolocutione cognouisti, quid sit videre vel mente vel corpore, & quid ab eis distet credere. Quod quidem fit mente & videtur mente, quoniam menti nostrae fides nostra conspicua est. Sed tamen quod eadem fide creditur, abest & ab aspectu corporis Christi, & sicut abest corpus in quo Christus resurrexit, & ab aspectu mentis alterius, sicut abest ab aspectu mentis meae fides tua, quauis eam esse in te credas, cum eam non videam corpore, quod nec tu potes, nec

Cap. 2.

¶ alijs, voluim, quae mente conspiciuntur

Videre omnium sensum commune.

1. Petri. 1.

Ioan. 20.

L.

Cap. 3.

M.

Rom. 6.

¶ nostri.

mente

1. Cor. 2 & 4
Caput. 4.
Matth. 5.
1. Ioan. 3.
Gen. 32.
Ioan. 1.
Exo. 33.
Esa. 6.
Ioan. 14.
Matth. 18.
Ioan. 1.
1. Cor. 2.
Ioan. 2.
1. Tim. 6.
Ioan. 1.
Matth. 18.

A mente quo tu potes, sicut ego meam, quam tu non potes. Nemo enim scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis, qui in ipso est, donec veniat dominus & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet cogitationes cordis, ut eas non solum quisque suas videat, sed & aliorum. Secundum hoc enim dixit Apostolus, neminem scire quid agatur in homine nisi spiritum hominis, qui in ipso est, secundum quod videmus in nobis. Nam secundum id quod credimus, nec videmus, & multos fideles esse nouimus, & multis noti sumus. Si ergo iam ista distincta sunt, veniamus ad causam. Scimus posse deum videri, quoniam scriptum est, Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. An forte non debui dicere, scimus, sed credimus, quoniam deum nec corpore aliquando vidimus sicut hanc lucem, nec mente sicut ipsam in nobis, quae id credimus fidem, sed tantum quia scriptum est in ea scriptura cuius fideles sumus, quod verum sit minime dubitamus. Apostolus tamen Ioannes cum tale aliquid diceret: Scimus, inquit, quia cum apparerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Ecce scire se dixit, quod nondum factum fuerat, nec videndo, sed credendo cognouerat. Recte itaque diximus, scimus deum posse videri, quauis eum non viderimus, si diuinam auctoritatem in sanctis libris continetur credimus. Quid ergo est quod eadem dicit auctoritas, Deum nemo vidit vnquam? An fortasse respondetur quod illa testimonia de videndo deo sunt, non de visis: ipsi enim deum videbunt, dictum est, non viderunt, & non vidimus, sed videbimus eum sicuti est. Proinde his sententiis non est contrarium, Deum nemo vidit vnquam. Videbunt enim quem non viderunt, qui mundo corde filij dei esse voluerunt. Quid est ergo, Vidi deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea? An & hoc non est contrarium illi quod dictum est, Deum nemo vidit vnquam? Et illud quod de Moysa scriptum est, Quia loquebatur cum deo facie ad faciem, sicut quis loquitur ad amicum suum. Et illud quod Propheta Esaias vel de ipso loquens ait, Vidi dominum sabaoth sedentem in throno: Et si qua alia solent similia testimonia ex eadem auctoritate proferri, quomodo non sunt contraria sententiae quae dictum est, Deum nemo vidit vnquam? Quamquam & ipsum Euangelium potest putari sibi esse contrarium. Quomodo enim verum est quod in eo dicitur, Qui me videt, videt & patrem, si deum nemo vidit vnquam? Quomodo verum est, Angeli eorum semper vident faciem patris mei, si deum nemo vidit vnquam? Qua igitur regula intelligentiae ista veluti contraria & repugnata, non esse contraria nec repugnare probabimus? Neque enim fieri vllomodo potest, ut haec scripturarum auctoritas aliqua ex parte mentiatur. Si dicimus in eo quod scriptum est, Deum nemo vidit vnquam, homines tantummodo intelligendos: sicut etiam illud dictum est, Nemo scit quid agatur in homine nisi spiritus hominis, qui in ipso est, nemo utique scilicet hominum: Neque enim hoc de deo accipi potest, cum de Christo scriptum sit. Non opus fuisse ut quisquam illi testimonium perhiberet de homine, quoniam ipse sciebat quid esset in homine. Nam hoc Apostolus planius explicans, Quem nemo, inquit, hominum vidit nec videre potest. Si ergo ita dictum est, Deum nemo vidit vnquam, ac si diceretur, nemo hominum: haec tenus illa quaestio soluta videbitur, ut non sit huic sententiae contrarium quod dominus ait: Angeli eorum semper vident faciem patris mei, ut scilicet angelos deum videre credamus, quem nemo vidit vnquam

scilicet hominum. Quomodo ergo deum vidit Abraham, Isaac, Iacob, Iob, Moyses, Micheas, Esaias, & si qui alij sunt, de quibus veracissima scriptura testatur, quod deum viderint, si deum nemo vnquam hominum vidit, nec videre potest? Quamquam nonnulli volentes etiam probare impios visuros deum, a diabolo quoque ipso deum visum putant: sic accipientes quod scriptum est in libro Iob, venisse cum angelis & diabolo in conspectu dei, ut iam & illud veniat in questionem, quomodo dictum sit, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Et illud, Pacem sectamini cum omnibus, & sanctificationem, sine qua nemo poterit videre deum. Multum enim miror, si eo usque progrediuntur, qui existimant impios visuros deum, & diabolo visum deum, ut eos & mundo corde esse & pacem & sanctificationem cum omnibus sectari asseuerent. Nam quod dominus ait: Qui me videt, videt & patrem, potest pau-
lo attentius consideratum non videri esse contrarium ei quod dixit, Deum nemo vidit vnquam. Neque enim dixit, Quia vidistis me, vidistis & patrem: sed dicens, Qui me videt, videt & patrem: ostendere voluit unitatem substantiae patris & filij, ne in aliquo inter se putarentur esse dissimiles, ac per hoc quoniam vere dictum est, Qui me videt, videt & patrem: profecto quoniam deum nemo hominum vidit vnquam, nec patrem quisquam putandus est vidisse, nec filium secundum quod deus est & filius, & cum patre vnus deus. Nam secundum id quod homo est, utique in terra visus est & cum hominibus conuersatus est. Sed magna quaestio est, quomodo non sit contrarium, quia tot antiqui viderunt deum, si deum nemo vnquam vidit, quem nemo hominum vidit nec videre potest? Vides quam difficile mihi proposueris quaestionem, vnde me aliquid prolixius copioseque scribere voluisti ex occasione brevis epistolae meae, quae tibi visa est diligentius & vberius explicanda. Vis ne ergo attendere quae apud alios interim comperiri diuinarum scripturarum egregios tractatores, quid de visione dei senserint: ne forte sufficiens desiderium tuo, quauis ea forsitan noueris. Pauca ergo ista attende si placet. Cum euangelium exponens beatus Ambrosius Mediolanensis Episcopus, venisset ad eum locum, ubi angelus apparuit in templo Zachariae sacerdoti, ex hac occasione, vide quanta & qualia de dei etiam visione differuit. Non immerito, inquit, angelus videtur in templo, quia veri sacerdotis iam nunciabatur aduentus, & caeleste sacrificium parabatur, in quo angeli ministrarent. Et bene apparuisse dicitur ei, qui eum repente conspexit. Hoc specialiter aut de angelis aut de deo scriptura diuina tenere consuevit, ut quod non potest videri, apparere dicatur. Sic habes, Apparuit deus Abraae ad ilicem Mambrae. Nam qui ante non praesentitur, sed repentino videtur aspectu, apparere memoratur. Non enim similiter sensibilia videntur, & is in cuius voluntate situm est videri, & cuius naturae est non videri, voluntatis videri. Nam si non vult, non videtur, si vult videtur. Apparuit enim deus Abraae quia voluit, alijs quia noluit non apparuit. Visus est etiam Stephano cum lapidaretur a populo aperire caelum. Visus est etiam Iesus stans ad dexteram dei, & non est visus a populo. Vidit Esaias deum sabaoth, sed & alius videre non potuit, quia cui placuit apparuit. Et quid de hominibus loquimur, cum etiam de ipsis caelestibus virtutibus & potestatibus legerimus, quia deum nemo vidit vnquam. Et addidit quod ultra caelestes virtutes & potestates, vnguentus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit. Aut acquiescatur

Iob. 1. & 2.

Hebr. 12.

Ioan. 14.

Ioan. 11.

E.

Batuch. 3.

Caput. 5.

Ambrosius super Lu. lib. 1. cap. 14.

F.

¶ 1. imo dicitur visus.

Gen. 12.

Acto. 7.

G acquiescat igitur necesse est, si deum patrem nemo vidit vnquam, filium visum esse in veteri testamento, & desinant haeretici ex virgine ei principiu dare, qui antequam nasceretur ex virgine, videbatur. Aut certe refelli non potest, vel patrem vel filium, vel certe spiritum sanctum, si tamen est spiritus sancti visio, ea specie videri, quam voluntas elegerit, non natura formauerit, quoniam spiritum quoque visum accepimus in columba. Et ideo deum nemo vidit vnquam, quia eam quae in deo habitat plenitudinem diuinitatis nemo contempsit, nemo mente aut oculis comprehendit. Vidit enim ad vtrumque referendum est. Denique cum additur, Vnigenitus filius ipse enarrauit, metium magis quam oculorum visio declaratur. Species enim videtur, virtus vero enarratur. Illa oculis, haec mente comprehenditur. Sed quid de trinitate dicam? Seraphin quando voluit, apparuit, & vocem eius Esaias solus audiuit. Apparuit angelus, & nunc praesto est, sed non videtur. Neque enim in potestate nostra est videre, sed in potestate illius apparere. Tamen etsi potestas non est videndi, est gratia promerendi, vt videre possimus. Et ideo qui habuit gratiam, meruit copiam, nos copiam non meremur, quia deum videndi gratiam non habemus. Et quid mirum si in praesenti seculo nisi quando vult dominus non videtur? In ipsa quoque resurrectione non facile est deum videre, nisi iis qui corde sunt mundo. Et ideo beati mundo corde, ipsi enim deum videbunt. Quantos beatos iam numerauerat, & tamen videndi his deum non promiserat facultatem? Si ergo ij qui mundo sunt corde deum videbunt, vtique alij non videbunt. Neque enim indigni deum videbunt, neque is qui deum videre voluerit potest deum videre. Nec deus in loco videtur, sed mundo corde, nec corporalibus oculis deus queritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditu affatu, nec sentitur incessu. Et cum absens putatur videtur, & cum praesens est non videtur. Denique nec Apostoli omnes Christum videbant. Et ideo ait: Tanto tempore vobiscum sum, & adhuc me non cognouistis: Qui enim cognouit quae sit latitudo & longitudo & altitudo & profundum, & supereminens scientiae charitatem Christi, videt & Christum, videt & patrem. Nos enim iam secundum carnem non nouimus Christum, sed secundum spiritum. Spiritus enim ante faciem nostram Christus dominus, qui nos in omnem plenitudinem dei misericordiae suae implere dignetur, vt videri possit a nobis.

I Si haec verba intelligis, quid restat quod a me amplius requiratur, cum iam illa quae difficilis videbatur soluta sit quaestio? Discretum est quippe quomodo dictum sit: Deum nemo vidit vnquam, & quomodo deum iusti antiqui viderint. Sed illud propterea dictum est, quoniam deus natura inuisibilis est. Illi autem ideo viderunt, quicunque deum viderunt, quia cui voluerit sicut voluerit apparet ea specie, quam voluit elegerit, etiam latente natura. Nam si quando patres deum viderunt, ipsa illis natura eius apparuit, quantum si noluisse vtiq; non apparuisset, quomodo deum nemo vidit vnquam, cum eo volente ipsa eius a tot patribus natura conspecta sit? Quod si dicitur filius a patribus visus, vt de deo patre accipiat dictum, quod eum nemo vnquam vidit, non quidem amisit occasionem Ambrosius, vt hinc quosdam haereticos redargueret, id est, Photinianos, qui principium filio dei ex vtero virginis tribuunt, nec volunt credere quod & antea fuerit. Sed quia videbat alios, id est, Arrianos perniciosos insidiantes, quorum proculdubio error astruitur, si patris natura inuisibilis,

filij vero visibilis esse creditur, vtriusque vnquam pariterque K inuisibile asseruit esse naturam, adiungens etiam spiritum sancti. Quod breuiter quidem sed admirabiliter intimauit, vbi secutus ait: Vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Aut certe refelli non potest, vel patrem, vel filium, vel certe spiritum sanctum, si tamen est spiritus sancti visio, ea specie videri quam voluntas elegerit, non natura formauerit. Potuit dicere, non natura monstrauerit, sed maluit dicere, formauerit, ne ipsam specie in qua deus elegit, apparere de sua natura formare putaretur: & ex hoc vtiq; conuinceretur conuertibilis esse mutabilisq; substantia, quod ipse deus a fide piorum misericors & benignus auerterit. Inuisibilis est igitur natura deus, non tantum pater, sed & ipsa trinitas, vnus deus. Et quia non tantum inuisibilis, verum etiam incommutabilis, sic apparet quibus voluerit, in qua voluerit specie, vt apud eum integra maneat eius inuisibilis incommutabilisq; natura. Desiderium autem veraciter piorum quo videre deum cupiunt, & in hianter ardescunt, non opinor in eam speciem conueniendam flagrat, quia vt vult apparet quod ipse non est, sed in ea substantiam qua ipse est quod est. Huius enim desiderij sui flammam sanctus Moyses fidelis famulus eius ostendit, vbi ait deo cum quo vt amicus facie ad faciem loquebatur, Si inueni gratiam ante te, ostende mihi temetipsum. Quid ergo? ille non erat ipse? Si non esset ipse, non ei diceret, Ostende mihi temetipsum, sed ostende mihi deum: & tamen si eius naturam substantiamq; conspiceret, multo minus diceret, Ostende mihi temetipsum. Ipse ergo erat in ea specie qua apparere voluerat, non autem ipse apparebat in natura propria, quam Moyses videre cupiebat. Ea quippe promittitur sanctis in alia vita. Vnde quod responsum est Moysi, verum est, quia nemo potest faciem dei videre & viuere, id est, nemo potest eum in hac vita videre viuens sicuti est. Nam multi viderunt, sed quod voluntas elegit, non quod natura formauit. Et illud quod sanctus Ioannes ait, si recte intelligitur, Dilectissimi L nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est, non sicut eum homines viderunt quando voluit in specie qua voluit, non in natura qua in semetipso etiam cum videretur latuit, sed sicut est, quod ab eo petebatur, cum ei diceretur, Ostende mihi temetipsum, ab eo qui cum illo facie ad faciem loquebatur. Non quia dei plenitudinem quisquam non solum oculis corporis, sed vel ipsa mente aliquando comprehendit. Aliud est enim videre, aliud est totum videndo comprehendere: quandoquidem id videtur quod praesens vtiq; sentitur, totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntem, aut cuius fines circumscribi possunt, sicut te nihil latet praesentis voluntatis tuae, circumscribere autem potes fines annuli tui. Exempli gratia, duo posui, quorum alterum ad mentis obtutum, alterum ad corporales oculos pertinet. Visus enim sicut ille ait, ad vtrumque referendus est, id est, & ad oculos & ad mentem. Porro si propterea deum nemo vidit vnquam, quia sicut ait disputator, cuius verba consideramus, plenitudinem diuinitatis eius nemo contempsit, nemo mente aut oculis comprehendit: vidit enim ad vtrumque referendum est: restat inquirere quomodo angeli deum videant, propter illud quod ex Euangelio commemoravi, Angeli eorum semper videt faciem patris mei. Si enim & ipsi non sicuti est sed latete sua natura in specie qua voluerit

Caput. 7.

Exo. 33.

1. Ioan. 3.

M Exo. 33.

Caput. 8.

Math. 18.

A luerit apparet, magis magisque requirendum est, quomodo eum nos videbimus sicuti est, & sicut Moyses desiderauit cum peteret, vt deus qui in conspectu eius erat, ostenderet illi semetipsum. Hoc enim nobis summum praemium in resurrectione promittitur, quod erimus aequales angelis dei, ac per hoc si nec ipsi eum videt sicuti est, quomodo nos ita visuri sumus cum eis aequales in resurrectione facti fuerimus? Sed vide quid consequenter dicat noster Ambrosius. Denique, inquit, cum additur, Vnigenitus filius ipse enarrauit, mentium magis quam oculorum visio declaratur. Species enim videtur, virtus vero narratur. Illa oculis, haec mente comprehenditur. Qui paulo ante dixerat visio ad vtrumque referendam, nunc eam non menti, sed oculis dedit, non vt opinor negligenter sua verba respiciens, sed quia visitatus in loquendo solemus oculis attribuere visionem sicut speciem corpori. Nam & hic mos loquendi crebrius usurpatur in rebus quae locis continentur, varianturq; coloribus. Sed si nulla species esset mente conueniendam, non diceretur ille speciosus forma praefiliis hominum. Neque enim hoc secundum carnem dictum est, sed secundum speciem spiritalem. Dicitur ergo & species pertinens ad mentis obtutum, sed quia visitatus in corporibus dicitur vel in similitudinibus corporum, ideo dixit, Species videtur, virtus vero narratur: illa oculis, haec mente comprehenditur. Proinde narrante vnigenito qui est in sinu patris narratione ineffabili, creatura rationalis munda & sancta, impletur visione dei ineffabili, quam tunc consequemur cum aequales angelis facti fuerimus. Quia sicut videntur ista visibilia corporis sensibus nota, deum nemo vidit vnquam, quoniam si aliquando eo modo visus est, non sicut ista natura videtur, sed voluntate visus est, specie qua voluit apparens, latente natura atque in se incommutabiliter permanente. Eo autem modo quo videtur sicuti est, nunc fortasse videtur a quibusdam angelis, a nobis autem tunc ita videtur, cum eis facti fuerimus aequales. Deinde cum addidisset, quia nec potestates caelorum, sicut Seraphin, nisi cum volunt & quemadmodum volunt videntur, vt hinc etiam conuinceretur quanta sit inuisibilitas Trinitatis, tamen, inquit, etsi potestas non est videndi, est gratia promerendi vt videre possimus. Et ideo qui habuit gratiam, meruit copiam, nos copiam non meremur, quia deum videndi gratiam non habemus.

C His itaque verbis quia non sua docet, sed Euangelium exponit, non hoc voluit intelligi, quod quidam eorum videbunt deum, quidam vero non videbunt, quibus creditibus dedit potestatem filios dei fieri, cum ad eos omnes pertineat quod dictum est. Videbimus eum sicuti est. Sed dicendo, nos copiam non meremur, quia deum videndi gratiam non habemus de hoc seculo se loqui significauit, vbi quibusdam deus licet non in sua natura, sed in qua voluit specie dignatus est apparere, sicut Abraae, sicut Isaac, & aliisq; similibus, ceteris vero innumerabilibus, quantum ad suum populum & hereditatem aeternam pertinentibus nulla vel tali specie se demonstrat. In futuro autem seculo qui regnum accepturi sunt quod eis ab initio preparatum est, omnes eum corde mundo videbunt, nec in illo regno nisi tales erunt.

Attende itaque quid adiungat iam de illo seculo dicere incipiens, Et quid mirum, inquit, si in praesenti seculo nisi quando vult dominus non videtur? in ipsa quoque resurrectione non facile est deum videre, nisi eis qui mundo sunt corde. Et ideo beati mundo corde, ipsi enim deum videbunt. Quantos beatos iam nume-

Psal. 44.

Cap. 9.

1. Esai.

Cap. 10.

Ioan. 5. Ioan. 3.

Ambrosius super Lucam.

E

Exo. 33.

Psal. 16.

F Ioan. 14.

rauerat, & tamen his videndi deum non promiserat facultatem. Si ergo ij qui mundo sunt corde deum videbunt, vtique alij non videbunt. Neque enim indigni deum videbunt neque is qui deum videre noluerit, potest deum videre. Cernis quam circumspecte loquatur iam de iis qui in futuro seculo videbunt deum? Neque enim omnes sed qui digni sunt. Resurgent enim digni & indigni regno illo, vbi videbitur deus: quoniam omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius & procedent, sed cum magna differentia: Nam qui bene fecerunt, in resurrectionem vitae: qui vero male egerunt, in resurrectionem iudicij. Hoc iudicium poenam aeternam significat: sicut etiam illud dictum est, Qui non credit, iam iudicatus est. Quod ergo ait sanctus Ambrosius, Neque is qui deum videre noluerit, potest deum videre: quid aliud intelligi voluit, nisi quia iis qui mundando cordi curam tantae rei dignam non vult impendere, non vult deum videre. Vide proinde quid adiungat. Nec in loco, inquit, deus videtur, sed mundo corde. Quid euidentius, quid expressius dici potuit? Ab hac igitur visione diabolus & omnes angeli eius, & omnes cum eis impij sine vlla nebula dubitationis exclusi sunt, quoniam mundo corde non sunt: ac per hoc quod scriptum est in libro Iob, venisse angelos in conspectu dei, & venisse cum eis diabolus, non ideo diabolus deum vidisse credendus est. Ipsi enim dicti sunt venisse in conspectum dei, non deus in conspectum eorum. Veniunt autem in conspectum nostrum quae videmus, non a quibus videmur. Venerunt ergo sicut in multis codicibus legitur, vt assisterent coram deo, non vt coram ipsis deus. Nec est opus hoc loco immorari, vt pro viribus nostris conemur ostendere, quomodo & hoc temporaliter fiat, cum in dei conspectu sint omnia semper. Nunc enim quaeritur, quomodo videatur deus, non ea specie qua & in isto seculo quibusdam voluit apparere, quando non solum cum Abraam aliisq; iustis, verum etiam cum Cain fratricida locutus est. Sed quomodo videatur in illo regno vbi eum videbunt filij eius sicuti est. Tunc quippe satiabitur in bonis desiderium eorum, quo desiderio flagrabat Moyses, cui loqui ad deum facie ad faciem non sufficiebat, & dicebat: Ostende mihi temetipsum manifeste, vt videam te: tanquam diceret, quod in psalmo ex eodem desiderio canitur, Satiabor cum manifestabitur gloria tua. Quo desiderio ardebat & Philippus, & sic satiari cupiebat dicens, Ostende nobis patrem & sufficit nobis. De hac visione loquens, eius etiam ipse amator & desiderator Ambrosius, Non in loco, inquit, deus videtur, sicut ad illicem Mambrae, sicut in monte Sina, sed mundo corde. Et sequitur, sciens quid desideret, & quid aestuet, & quid speret: Nec corporalibus, inquit, oculis deus quaeritur quibus se ostendit Abraae, Isaac, Iacob, & aliis in hoc seculo. Nec circumscribitur visu, propter illud quod dictum est, Posteriora mea videbis: Nec tactu tenetur, sicut luctatus etiam est cum Iacob: Nec auditu affatu, sicut non solum a tot sanctis, verum etiam a diabolo auditus est: Nec sentitur incessu, sicut aliquando cum in paradiso deambularet ad vesperam. Vides quemadmodum vir sanctus enitatur nostras mentes ab omnibus carnis sensibus seuocare, vt aptas faciat ad videndum deum. Et tamen quid agit talis extrinsecus plantator & rigator, nisi intrinsecus operetur qui dat incrementum deus? Quis enim sine adiutorio spiritus dei cogitare valeat esse aliquid, magisque esse, quam omnia quae per corpus sentiuntur, quod nec in loco videatur, nec quaerendum sit oculis, nec au-

G nec audiat affatu, nec tactu teneatur, nec sentiatur in-
cessu, & videatur tamen, sed mundo corde? Neq; enim
de hac vita ille loquebatur cū hoc diceret, quando quid-
dem ab hoc seculo in quo deus apparuit, non sicuti est,
sed in specie qua voluit, quibus voluit, satis discretus se-
culi futuri vitā, discretionē apertissima, vbi ait, Et quid
mirum si in presentī seculo nisi quando vult, dominus
non videtur? In ipsa quoque resurrectione non facile
est deum videre, nisi iis qui corde sunt mundo. Et ideo
beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Hinc
iam de illo seculo dicere exorsus est, vbi deū videbunt,
non omnes qui resurgent, sed qui resurgent ad vitam
aeternam: non indigni, de quibus dictum est, Tollatur
impium ne videat claritatem dei: sed digni, de quibus
dixit ipse dominus cum praesens non videretur, Qui
diligit me, mandata mea custodit. Et qui diligit me, di-
ligitur a patre meo, & ego diligam eum, & ostendam
me ipsum illi: nec in quibus dicitur, Ite in ignem aeter-
num, qui paratus est diabolo & angelis eius: sed in qui-
bus dicitur, Venite benedicti patris mei percipite re-
gnum quod vobis preparatum est ab initio mundi. Il-
li quippe ibūt in combustionem aeternam. Iusti autem
in vitā aeternam. Et quae est vita aeterna, nisi quod ipsa
vita alibi dicit, Haec est autē vita aeterna, vt cognoscant
te vnum deum verum & quem misisti Iesum Christū:
Sed sic, quomodo promissit ostensurum se ipsum dile-
ctoribus suis cum patre vnum deum, non quomodo in
hoc seculo in corpore visus est a bonis & a malis, & in
iudicio futuro, quo sic venturus est, quomodo visus est
iens in caelum: hoc est in eadem forma filij hominis,
eamdem formam videbunt, quibus dicitur est, Efurui
& non dedistis mihi manducare: quia & Iudaei vide-
bunt in quem pupugerunt: non illam dei formā in qua
non rapinam arbitratus est esse aequalis deo, in illa dei
forma tunc videbunt* eum I qui videbunt eum I sicuti
est. Nec ideo videbunt, quia pauperes spiritu in hac
vita fuerunt, quia mites, quia lugentes, quia esurientes
& sitientes iustitiam, quia misericordes, quia pacifici,
quia persecutionem passi propter iustitiam, quanuis &
hac omnia iidem ipsi passi sunt, sed quia mundo sunt
corde. Ideo quippe inter illas beatitudines, cum omnia
faciant qui cor mundum habent, non est tamen alicu-
bi positum, deum videbunt, nisi vbi dictum est, Beati
mundo corde, quoniam mundo corde videbitur, † qui
nec in loco videtur, nec oculis corporalibus quaeritur,
nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur
affatu, nec sentitur incessu. Deū enim nemo vidit vn-
quam, vel in hac vita sicuti ipse est, vel etiam in ange-
lorum vita, sicut visibilia ista quae de corporali visione
cernuntur. Quia vnigenitus filius qui est in sinu patris
ipse enarrauit. Vnde non ad oculorum corporalium,
sed ad mentium visionem dictum est pertinere quod
narrat. Sed rursus ne desyderio nostrum a corpo-
ris sensu ad alium corporis sensum migraret, hoc est,
ad aures ab oculis: ideo cum dixisset, nec corporalibus
deus oculis quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu
tenetur, addidit etiā, nec auditur affatu, vt si possumus,
vnigenitum filiū qui est in sinu patris, sic intelligamus
narrantem, quoniam & verbum est, non sonus auribus
strepens, sed imago mentibus innotescens, vt illic in-
terna & ineffabili luce clarescat quod dictum est, Qui
me videt, videt & patrem, quod hic Philippo diceba-
tur quando videbat & non videbat. Sequitur enim hu-
jus visionis eximius concupitor Ambrosius, dicens, Et
cum absens putatur, videtur: & cum praesens est, nō vi-

detur. Non dixit cum absens est, sed cum absens puta-
tur. Nusquam enim absens est qui caelum & terrā im-
plet, nec spatiis includitur paruis, magnisq; diffunditur,
sed vbiq; totus est & nullo cōtinetur loco. Hoc qui ex-
cedente mente intelligit, videt deū, & cum absens pu-
tatur. Qui autem hoc non potest, oret & agat, vt posse
mereatur, nec ad hominem disputatorē pulset, vt quod
non legit legat, sed ad deum saluatorem, vt quod non
valet valeat. Vnde autem dixerit. Et cum praesens est
non videtur, consequenter aperuit dicens, Deniq; nec
Apostoli omnes Christum videbant: Et ideo ait, Tāto
tempore vobiscum sum, & adhuc me non cognouistis: Ecce
quomodo deus praesens erat & nō videbatur. Sed
quare non ausus est dicere, deniq; nec Apostoli Chri-
stum videbant, sed ait, Nec Apostoli omnes, tanquam
aliqui tunc viderēt ea visione in qua ipse & pater vnū
sunt? An forte illud attendit, quod cum Petrus dixisset,
Tu es Christus filius dei viui, responsum accepit, Beatus
es Simon bariona, quia non tibi reuelauit caro &
sanguis, sed pater meus qui in caelis est: Quāvis illa re-
uelatio vtrum per fidē tantae rei creditae, an per visio-
nē inspectae facta in eius mente fuerit, non mihi vi-
deatur elucere, cū & ipse Petrus tam paruulū se adhuc
illi ostenderet, vt timeret ne amitteret morientē quem
filium dei viui, hoc est, vitā fontem fuerat paulo ante
confessus. Deinde potest mouere, quomodo iā ipsa
dei substantia videri potuerit, a quibusdam in hac vita
positis, propter illud quod dictū est ad Moysen, Nemo
potest faciem meam videre & viuere: nisi quia potest
humana mens diuinitus rapi ex hac vita ad angelicam
vitam, antequam per istam communem mortem car-
ne soluatur. Sic enim raptus est qui audiuit illic ines-
fabilia verba, quae non licet homini loqui: vbi vsque
adeo facta est ab huius vitae sensibus quadam intētio-
nis auersio, vt siue in corpore, siue extra corpus fuerit,
id est, vtrum sicut solet in vehemēiori ecstasi mens ab
hac vita in illam vitam fuerit alienata manētē corpo-
ris vinculo, an omnino resolutio facta fuerit, qualis in
plena morte cōtingit, nescire se diceret. Ita fit vt & il-
lud verum sit quod dictum est, Nemo potest faciem
meā videre & viuere, quia necesse est abstrahi ab hac
vita mentem, quando in illius ineffabilitatem visionis
assumitur, & non sit incredibile quibusdam sanctis nō-
dum ita defunctis, vt sepelienda cadauera remanērēt,
etiam istam excellentiam reuelationis eius concessam
fuisse. Quod existimo cogitasse illum qui noluit dice-
re, Nec Apostoli Christum videbant, sed ait, nec Apo-
stoli omnes Christum videbant, credens quibusdam
eorum diuinitatis quoque ipsius visionē de qua loque-
batur etiam tunc potuisse donari: certe propter beatum
Paulum, quia & ipse quanuis nouissimus vtique Apo-
stolus erat, qui de sua illa ineffabili reuelatione non ta-
cuit. Quanquam & illi fidelissimo antiquo famulo dei
Moysi mirum, vbi in hac terra laboraturo populūq;
illum adhuc recturo, concessum est quod petiuit, vt cla-
ritatem domini videret, cui dixerat: Si inueni gratiam
ante te ostende mihi temetipsum manifeste. Accepit
enim in praesentia congruum responsum, quod faciem
dei videre non posset, quam nemo videret & viueret.
hoc modo significante deo alterius potioris vitae illam
esse visionem. Deniq; in verbis dei futurae Christi ec-
clesiae mysterium figuratū est. Gestauit quippe Moyses
typum populi Iudaeorum in Christum passum postea
creditori: Ideo dictum est illi, Cum transiero, postero-
ra mea videbis, Et caetera quae ibi dicuntur, mirabili sa-
cramento

Math. 5.

Ioan. 14.

Math. 25.

Ioan. 17.

Math. 25.

Zacha. 12.
Philip. 2.

* Iusti, aut
simile verbū
videtur de-
esse.

Math. 5.

† aliās Beati
mundi cor-
des, quoniā
ipsi deum
videbunt.

Ioan. 1.

Caput. 11.

Ambrosius
super Lucā.

K
Ioan. 14.

Math. 16.

L
Caput. 12.

Exo. 33.

2 Cor. 12.

M

Exo. 33.

A cramento praenuntiant ecclesiam post futuram, vnde
modo loquimur est disputare. Quod autem dicere insti-
tueram, desyderio eius etiam illud quod petierat fuisse
concessum, in libro Numerorum postea demonstratū
est, vbi dominus arguit contumaciam sororis ipsius, &
dicit alijs prophetis in visione se apparere & in somno,
Moysi autem per speciem, nō per anigmata, vbi etiam
addidit dicens. Et gloriam domini vidit. Quid ergo est
quod eum sic fecit exceptum, nisi forte quia illa contē-
platione dignum etiam tunc habuit populi sui talē re-
ctorem & ministrum in tota domo sua fidelē, vt quē-
admodum concupierat videret deum sicuti est, quae
contemplatio cunctis filiis in fine promittitur? Ita
credo considerans vir Ille sanctus cuius verba tracta-
mus. Nec Apostoli, inquit, omnes Christum videbant,
quoniam forte aliqui eorum etiam ipso tempore vide-
rant secundum ista quae dixi. Vt autem probaret quod
dixit, quia non omnes videbant, continuo subiicit. Et
ideo ait: Tanto tempore vobiscum sum, & adhuc me
non cognouistis? Deinde subiungēs a quibus deus vi-
deatur illa cōtemplatione sicuti est. Qui enim cognouit,
inquit, quae sit latitudo, & longitudo, & altitudo, &
profundū, & supereminētē scientiae charitatē Chri-
sti, videt & Christum, videt & patrem. Ego haec verba Apo-
stoli Pauli sic intelligere soleo. In latitudine bona ope-
ra charitatis, in longitudine perseverantiam in bonis
vsque in finem, in altitudine spem caelestium premio-
rum, in profundo inscrutabilia iudicia dei, vnde ista
gratia in homines venit. Et hunc intellectum coapta-
re etiam sacramento crucis, vt in latitudine accipiatur
transuersum lignum, quo extenduntur manus propter
operum significationem. In longitudine ab ipso vsque
in terram vbi totum corpus crucifixum stare videtur,
quod significat persistere, hoc est, longanimitate perman-
nere, in altitudine ab ipso transuerso ligno sursum ver-
sus, quod ad caput eminet, propter expectationem su-
periorum, ne illa bona opera atque in eis perseverantia
propter beneficia dei terrena atque temporalia faciēda
credantur, sed potius propter illud quod desuper sem-
piternum sperat fides, quae per dilectionem operatur: In
profundo autem pars illa ligni, quae in terrae abditio
fixa latet, sed inde confurgit omne illud quod eminet,
sicut ex occulta dei voluntate vocatur homo ad parti-
cipationem tantae gratiae, alius sic, alius autem sic: Su-
pereminētē verō scientiae charitatem Christi, eam
profecto vbi illa est pax quae praecellit omnem intelle-
ctum. Sed siue hoc in his Apostolicis verbis etiam ille
senferit Euangelicus disputator, siue aliud aliquid for-
tasse congruentius, vides tamen etiam hoc, ni fallor, a
regula fidei non aberrare. Vnde autem nunc agimus
propter conuictū spiritalem, cum dixisset, Qui cognouit
quae sit latitudo & longitudo & altitudo & profun-
dum, & supereminētē scientiae charitatem Christi,
videt & Christum, videt & patrem, ne alicui tardissimo
de corporali visione dicere videretur, Nos enim, in-
quit, iam secundum carnem non nouimus Christum,
sed secundum spiritum. Spiritus enim ante faciem no-
stram Christus dominus. Quod ait hoc loco, nouimus,
secundum fidem dixit, quae nūc est, non secundū con-
tēplationem quae tunc erit, quia & illud nouimus quic-
quid fide non ficta etiam si nondum per speciem con-
tuendo, iam tamen inconcussē credēdo retinemus. De-
nique cum dixisset, iam non secundum carnem Chri-
stum nosse, sicut Apostolus ait, & addidisset testimoniū
de propheta. Spiritus enim ante faciem nostrā Chri-

Nu. 12.

Cap. 13.

Ioan. 14.

Eph. 3.

Galat. 5.

C

2 Cor. 5.

Thren. 4.

stus dominus: continuo subiicit, Qui nos in omnem
plenitudinem dei misericordia sua implere dignetur,
vt videri possit a nobis. Certē manifestum est quod il-
lam noticiam, vbi dixerat, nouimus, ex fide posuit, ex
qua modo iustus uiuit, non ex cōtemplatione qua deū
videbimus sicuti est. Hanc enim sibi & nobis cōsequē-
ter optauit futuramq; significauit dicendo. Qui nos in
omnem plenitudinē dei misericordia sua implere di-
gnetur, vt videri possit a nobis. Hanc plenitudinem
dei quidam † in sermone Apostoli sic intellexerunt, vt
putarent nos hoc futuros omnino quod deus est. Haec
enim verba sicut recognoscis, Apostolus posuit ita lo-
quens, Cognoscere etiā supereminētē scientiae cha-
ritatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudi-
nem dei. Quapropter, inquit, si aliquid minus quā
deus habebimus, & in aliquo minores erimus, quomo-
do implebimur in omnem plenitudinē dei? Sed quo-
niam implebimur, profecto erimus aequales. Auēris
istum vtiq; & detestaris humanae mētis errorem, scio,
& recte facis. Sed quomodo intelligenda sit ista ple-
nitudo, qua dictum est implendos nos esse in omnē ple-
nitudinē dei, postea si deus voluerit pro viribus quas
dederit differemus. Nunc autem quod mihi proposue-
ras, & ad explicandum difficile videbatur, vtrum ex-
plicatū sit, diligenter attende, recolendo quae dicta sunt.
Si enim quaeris, vtrum possit deus videri? Respondeo,
potest. Si quaeris, vnde sciam? Respondeo, quia in vera-
cissima scriptura legitur, Beati mundi corde, quoniam
ipsi deum videbunt: & caetera talia. Si quaeris quomodo
dictus sit inuisibilis si videri potest? Respondeo, inuisi-
bilem esse naturā, videri autem cū vult sicut vult: plu-
rimis enim visus est, non sicuti est, sed quali specie illi
placuit apparere. Si quaeris, quomodo eū vidit vel Cain
sceleratus, quādo de suo scelere ab illo interrogatus &
iudicatus est: vel etiam ipse diabolus, quādo venit cum
angelis vt cum illo assisteret; si beati mundo corde,
quoniam ipsi deum videbunt: Respondeo non quidem
esse consequens, vt etiam videant deum qui voces ab
eo factas aliquando audiunt. Neque enim viderunt eū
qui audierunt quando dixit ad filium, Et clarificauī &
clarificabo iterum. Veruntamen non esse mirandum,
si aliqui etiam non mundo corde vident deum in spē-
cie, quam volūtas eius fecerit, latente inuisibili & apud
se incommutabili manente natura. Si quaeris verū etiā
sicuti est, possit aliquando videri? Respondeo, filius hoc
esse promissum, de quibus dictum est, Scimus quā cum
apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum
sicuti est. Si quaeris, vnde eum videbimus? Respondeo,
vnde angeli vident, quibus tunc erimus aequales. Sicut
enim videntur ista quae visibilia nominantur, deū ne-
mo vidit vnquam, nec videri potest, quoniā lucem ha-
bitat: inaccessibile, & est natura inuisibilis sicut inco-
ruptibilis, quae contextim posuit Apostolus dicens, Re-
gi autem saeculorum inuisibili, incorruptibili: quia sicut
nunc incorruptibilis nec postea corruptibilis, ita non
solum nunc, sed etiam semper inuisibilis. Nec in loco
enim videtur, sed mundo corde, nec corporalibus ocu-
lis quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur,
nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Vnigenitus au-
tem filius qui est in sinu patris, diuinitatis naturā atq;
substantiam insonabiliter narrat, & ideo dignis ido-
neisq; tanto conspectu oculis etiam inuisibiliter mon-
strat. Ipsi enim sunt oculi, de quibus Apostolus dicit, Il-
luminatos oculos cordis vestri. Et de quibus dicitur, Il-
lumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in mor-
te, ne-

Cap. 14.
Emauria-
nos hereti-
cos intelli-
git.

Eph. 3.

E
Epilogus
ante differ-
torum.

Math. 5.

Gene. 4.

Iob. 1. & 2.
† mundi cor-
des.

Ioan. 12.

1 Ioan. 3.

Ioan. 1.
1 Tim. 6.

1 Tim. 1.

Ioan. 1.

Eph. 1.
Psal. 12.

G te, nequando dicat inimicus &c. Dominus enim spiritus est. Vnde qui adhæret domino vnus spiritus est. Proinde qui potest deum inuisibiliter videre, ipse deo potest incorporaliter adhærere. Puto iam non esse in questione quam proposuisti, amplius quod requiras. Sed in hac tota nostra disputatione, considera quid videris, quid credideris, quid adhuc nescias, siue quia non dixi, siue quia non intellexisti, siue quia non iudicasti esse credendum: & ea quæ vera esse vidisti adhuc discernere vnde videris, vtrum recolendo illa te vidisse per corpus, sicut corpora cœlestia vel terrestria, an verò nunquã corporalibus ea attingeris visibus, sed sola mente intuens vera & certa esse perspexeris, sicut voluntatem tuam, de qua ego tibi credere loquẽti possum, eam verò vt abs te videtur videre ipse non possum. Et cum hac ita discreueris, etiam id attende vnde discernas: quauis enim alia corpore, alia mente videamus, horũ tamen duorum generum ipsa discretio videtur mente non corpore, & ea quæ mente conspiciuntur, non indiget vilo corporis sensu, vt ea vera esse nouerimus. Quæ autẽ per corpus videtur, nisi mens assit, quæ talia nunciata suscipiat, nulla possunt scientia contineri, & quæ nunciata quasi suscipere perhibetur, foris ea relinquit. Sed eorum imagines, id est, incorporas similitudines corporum incorporaliter commendat memoriæ, vnde cum voluerit & potuerit, velut de custodia productas, atque in conspectum cogitationis exhibitas iudicet. Et cum volet * etiã ista duo discernit, quid in specie corporali foris reliquerit, quid ei simile intus inspiciat, & illud absens, hoc præsens esse dignoscit. Sicut me absente faciẽ mei corporis cogitas, & illa tibi est imago præsens. Absens autem faciẽ, cuius imago est hoc corpus. Illa verò incorporata corporis similitudo est. His ergo quæ vides diligenter fidenterq; perspectis atque distinctis, attende quæ credis in hoc ipso sermone toto, ex quo ad te loqui his literis cœpi, & in eis ipsi quibus non visis accommodas fidem, ipsa testium pondera discernendo perpẽde. Neque enim mihi sic credis, quemadmodum Ambrosius, de cuius libris tanta illa testimonia posuit. Aut si ambobus nobis æqua lance putas esse credendum, nunquid vilo modo Euangelio nos comparabis, aut scripta nostra scripturis canonicis coequabis? Profecto si recte in diiudicando sapis, longe nos infra vides ab illa autoritate distare. Et me quidem loquens, sed vtriq; nostrum quantumlibet credas, vtrunq; illi excellentiæ nequaquam cõparas. Quocirca id quod scriptum est: Deum nemo vidit vnquam. Et, Lucẽ habitat inaccessibilem, quem nemo hominum vidit nec videre potest. Et, Beati mundo corde quoniam ipsi deũ videbunt. Et quicquid aliud ex illis libris sanctis commemorauit, firmitus credis quã id quod dixit Ambrosius. Nec in loco deus videtur, nec corporalibus oculis queritur, nec circũscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Talem quippe esse intellexit vel credidit deum, qui mundo corde conspiciatur. Hanc autem etiam meam sententiam esse confiteor. Aliter ergo ista, aliter illa diuina verba in fide recipis. De nobis enim tibi subest fortasse aliquis scrupulus, ne in his diuinis eloquiis aliquid minus dilucide intelligamus, & non sicut dicta sunt, sed sicut suspicamur exponantur à nobis. Fortasse enim dicis apud te ipsam: Quid si & mundo corde videtur deus, & in loco tamen videtur: aut quid si oculis etiam corporalibus deum videbunt qui mundo sunt corde, cum corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, quando erimus æqua-

les angelis dei: Quãtum ergo nobis credere debeas vel nõ debeas, fortassis ignoras, & vel plus vel minus quãm debes nobis credendo, ne fallaris atãdis: diuinis autem scripturis, etiam nondum perspicue intellectis credendum esse non dubitas. Sed hanc considerationem credendi vel non credendi, & difficultatẽ scientiæ & dubitationis æstus & piam fidem, quæ diuinis debetur affatibus, in tua mente ita vt sunt atãdis & vides, nec de his omnino quod apud te ita sint, siue vt ego dixi, siue vt ipsa potius nosti aliquid ambigis. Vides itaq; fidem tuam, vides dubitationem tuam, vides studium tuum voluntatemq; discendi, & cum autoritate diuina mouearis ad credenda quæ nõ vides, hæc te tamen credere incunãtẽter vides, distribuis & discernis hæc omnia.

Num ergo iis oculis tui, quibus hæc omnia vera & certa esse contueris, tibiq; præsentia inuisibiliter cernis atque discernis, vilo modo corporeos oculos comparabis? Cum etiam de ipsis rebus visibilibus, quæ corporalium oculorum acie quodammodo radiantur, & de ipsis corporeis oculis eorumq; acie, qualiscunq; & quantacunq; sit quantũ distet ab inuisibilibus, non excellentioribus quibus etiam nobis non visis fidẽ debes, sed ab iis quæ cõmemorauit, quæ non credis absentia sed præsentia mête contueris, non eisdem ipsis carnis oculis sed illis interioribus iudicis. Cũ ergo interiores oculi iudices sint oculorum exteriorum, isti autem illis quodam officio nunciandi & ministerio famulantur, multaq; illi videant quæ isti non vident, nihil isti videant, vnde non illi tanquam præfides iudicent, quis non illos istis incõparabili æstimatione præponat? Quæ cum ita sint, obsecro te, cũ agitur in te ipsa hoc tam grande negocium, cum ab exterioribus interiora distinguis, atque illa istis ineffabiliter anteponis, cumq; istis foris relictis in illis intrinsicis demoraris, & ea suis quibusdam incorporalibus finibus metiendo iudicas, in nulla te putas, an in aliqua luce versari? Ego enim existimo quod tanta ibi & talia, tam vera, tã clara, tam certa videri sine luce non possunt. Ipsam igitur lucem in qua cuncta illa perspicis intueri, & vide vtrũ ad eam possit accedere vllus corporeorum radius oculorum. Profecto non potest. Attende etiam, vtrum in ea videas vlla locorum spatia vel interualla, responde. Nihil ibi tale vt arbitrator inuenis, sed vigilanter abigis ab aspectu intimo quicquid imaginum corporalium exterioris hominis sensus inuexit. Sed forte difficile est: irrui enim de consuetudine corporalis vitæ, in ipsos quoque interiores oculos turba phantasmãtũ in similitudinibus corporum, cui resistere cõnetur, ¶ * saltem ¶ * autoritate diuina, exclamaui, dolens in illa breui epistola & dixi, Audiat caro carnalibus cogitationibus ebria. Spiritus est deus. Neque enim cuiusquam magis quã etiam ipsam meam mentem ab huiusmodi vanitate illa increpatione compeosci. Facilius quippe inclinamur ad solita, & amicum est infirmitati humane animæ corporealem cõuersionem introrsus vel mittere vel admittere, non vbi sana consistat, sed vbi languida quodammodo, aut incubat, aut iaceat. Proinde si non potes aciem mētis tuæ à corporearum similitudinum quasi nubilo perspicue serenare, eas ipsas apud te ipsam vigilanter attende, intueri cœlum & terram cogitando, sicut oculis corporis cernendo consueuisti, easq; imagines cœli & terræ, quæ ante oculos cogitationis productæ sunt, vide similitudines corporum esse non corpora. Sic ergo iudica contra te ipsam pro te ipsa, si nõ potes omnifariam corporalium qualitatum imaginarias

A imaginarias formas ab acie tuæ mentis abigere, & vnde vinceris inde cõuince. Neq; enim est, vt opinor, quicquam etiã talibus imaginationibus ita deditus, vt credat sic esse in memoria sua, vel in ipso conspectu cogitationis suæ solem, lunam, stellas, amnes, maria, montes, colles, vrbes, parietes deniq; domus suæ, vel etiã cubiculi sui, & quicquid per oculos corporis tale cognouit & tenet, vt locorum spatii atq; interuallis siue stet siue moueantur. Porro si ea quæ in animo nostro sunt corporibus locisq; simillima, non tamen locorum spatii atq; finibus continentur, nec interuallis localibus in nostra memoria reponuntur, quanto magis illa quæ nullam gerunt similitudinẽ corporum: Caritas, gaudium, longanimitas, pax, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, nulla locorum spatia tenent, nulla intercapedine separatur, aut aliqua oculi cordis, quo radios suos mittant & ea videant interualla, conquirunt? Nonne omnia in vno sunt sine angustia, & sine terminis nota sunt sine circuiitu regionum? Aut dic in quo loco videas charitatem, quæ tamen tantum tibi cognita est, in quantum eam potes mentis acie cõtueri, quam non ideo magnam nosti, quia ingentẽ aliquam molem conspiciendo frustra: nec cũ tibi intus loquitur, vt secundũ eam viuas vllis perstrepat fonis: nec vt eam cernas, corporalium lumen erigis oculorũ: nec vt eam fortiter, teneas, corporalium vires preparas laceratorum: nec cum tibi venit in mētem, sentis eius incessum. Ecce etiam caritas quantulacunq; in nostra voluntate consistit nobisq; conspicua est, nec in loco videtur, nec corporalibus oculis queritur, nec circũscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu, quanto magis deus ipse cũ hoc ipse in nobis est? ¶ Nam si interior homo noster quantulacunq; imago eius, non de illo genita, sed ab illo creata, quãuis adhuc renouetur de die in diem, iam tamen in tali luce habitat, quod nullus oculorum corporalium sensus accedit: si ea quæ in illa luce cordis oculis intuemur, & discernuntur inter se, & nullis locorũ spatiis separatur: quãto magis deus qui lucem habitat inaccessibile corporis sensibus, quod nec ipsius nisi mudi potest esse cordis accessus? Cum igitur lucem istam omni corporali luci ¶ non solum iudicio rationis, sed amoris quoq; appetitu præposuerimus, quãto id magis valebimus, ¶ tãto melius valebimus, ¶ donec sanentur omnes languores animæ nostræ ab illo qui proprius sit omnibus iniquitatibus nostris. In hac enim viuaciore vita facti spiritaliter poterimus omnia diiudicare. Ipsi verò à nemine diiudicari. Animalis autẽ homo non percipit quæ sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi & non potest scire quoniam spiritaliter diiudicatur. Quod si nondum possumus præferre lucem iudicãtem, ei luci de qua iudicatur: præferre vitam intelligentem, vitẽ tantũmodo sentienti: præferre naturã non alibi hoc & alibi aliud, sed omnia quæ habet in vno simul habentem sicuti est nostra intelligentia, ei naturæ quæ ita partibus constat, vt minus sit dimidia quã tota, sicuti est omne corpus, superfluo de rebus tantis ac talibus disputamus. Si autem hoc iam possumus, aliquid melius quã intellectum nostrum deum esse credamus, vt pax eius quæ præcellit omnem intellectum custodiat corda nostra & intelligentias nostras in Christo Iesu. Ipsa enim pax, quæ præcellit omnem intellectum, non est vtique minor nostro intellectu, vt cum iste sit oculis corporalibus inuisibilis, illa putetur esse visibilis: an aliud pax dei, aliud splendor dei? cum l idem ¶ ipse sit vnigeni-

tus filius, cuius & illa charitas quæ supereminet scientiã; cuius cognitione implebimur in omnem plenitudinem dei, non est nostræ mentis luce inferior, quæ illa illuminante tribuitur? Porro si ista inaccessibleis est oculis carnis, quanto magis illa quæ huic incomparabiliter est supereminens, ac per hoc cum sit aliquid nostrum visibile sicut hoc corpus, aliquid verò inuisibile sicut homo interior, & cum optimum nostri, hoc est, mens atque intelligentia inuisibile sit oculis corporis, quomodo id quod est melius optimo nostri, visibile erit inferiori nostro? Arbitror te iam concedere his omnibus consideratis, recte dictum esse, quod deus nec in loco videtur, sed mundo corde, nec corporalibus oculis queritur, nec circũscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Et si quid in iis minus intelligimus, vel aliter sapimus, id quoque nobis reuelabit, si in quod peruenimus, in eo ambulemus. Peruenimus autem vt credamus deum non corpus esse, sed spiritum. Peruenimus etiam vt credamus quod deum nemo vidit vnquam, Et quod deus lux est & quod tenebræ in eo non sunt vllæ, Et quod apud eum non est commutatio, nec momẽti obumbratio, Et quod lucem habitat inaccessibilem, quam nemo hominum vidit, nec videre potest. Et quod pater & filius & spiritus sanctus vnus deus est sine vlla diuersitate & separatione naturæ, Et l quod mundicordes eum videbunt, & ¶ quod similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est, Et quod deus caritas est, & qui manet in charitate, in deo manet & deus in eo manet. Et quod pacem & sanctificationem sectari debemus, sine qua nemo poterit videre deum, Et quod corruptibile hoc & mortale corpus nostrum in resurrectione commutabitur, & induet incorruptionem atque immortalitatem, Et quia seminat corpus animale, resurget corpus spiritale, transfigurante domino corpus humilitatis nostræ, vt conformem faciat corpori gloriæ suæ. Et quod deus fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam, Et quod spiritu mentis nostræ renouamur in agnitionem dei secundum imaginem eius qui creauit nos. In his atque huiusmodi scripturarum sanctarum autoritatibus per fidẽ ambulantes, qui dato vel diuinitus adiuto intellectu spiritaliter profecerunt, & spiritalia spiritalibus comparare poterunt, viderunt melius videri mente quã corpore, & ea videri mente, quæ non continentur locis, nec si locorum interuallis separarentur, minora essent in parte quã in toto. Hinc est quod fiducialiter ille dicit, quod nec in loco deus videtur, sed mundo corde, nec corporalibus oculis queritur, nec circũscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Vnde quia & inuisibilis ¶ in scripturis sanctis eius substantia commendatur, & visus esse à plurimis per corpus & corporalibus locis in eiusdem autoritatibus inuenitur, aut spiritu quo corporales cernuntur imagines per aliquam licet incorporalem, tamen similitudinem corporis, sicut in somniis vel in ecclasi, scernit ille vir sanctus, dei naturam ab huiusmodi visionibus, easque dicit esse quas dei voluntas elegisset, non quas natura formasset. Facit enim deus istas quibus vult ¶ vt vult, ¶ vt cui vult quando vult appareat, sua latente atque in se incommutabiliter manente substantia. Si enim voluntas nostra apud se manens & latens sine vlla sui cõmutatione, per quas se vtcunq; ostendat exprimit voces, quanto facilius deus omnipotens sua latente atque incommutabili-

* forte valet.

Ambrosius.

Ioan. 1. Tim. 6. Match. 5.

1. Cor. 15. Lucæ. 20.

Caput. 16.

* conatur.

Ioan. 4.

Gala. 5.

¶ alijs deus ipse cui hoc pign^r in nobis est? 2. Cor. 4.

10. de Ge. ad litterã. ca. 2. 4. 25. & 32.

¶ sal. 102.

1. Cor. 2. Caput. 17.

Phil. 4.

Caput. 18.

Ioan. 1. 1. Ioan. 17. Iacobi. 1. 1. Tim. 6.

E. 1. Ioan. 5.

1. Ioan. 3. 1. Ioan. 4. Heb. 12.

1. Cor. 15.

Philip. 3.

Gen. 1. Ephem. 4.

¶ inuisibilis.

ter manete natura, in qua voluerit specie potest cui vo- luerit apparere, qui ex nihilo creavit omnia atq; in se manens innovat omnia? Ad eam vero visionem qua videbimus deum sicuti est, mundanda corda commo- nuit. Quia enim corpora consuetudine loquendi visi- bilia nominantur, propterea deus invisibilis dicitur, ne corpus esse credatur, non quia corda munda suae sub- stantiae contemplatione fraudavit, cum haec magna & summa merces deum colentibus & diligentibus pro- mittatur, dicente ipso domino, quando corporalibus oculis visibiliter apparebat, & invisibilem se contuen- dum mundis cordibus promittebat. Qui diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & ostendam meipsum illi. Haec quippe natura eius aequaliter cu pa- tre invisibilis, sicut aequaliter incorruptibilis est, quae si- cut supra dictum est, continuam Apostolus posuit, di- vinam substantiam qua potuit hominibus praedicatione commendans: quam si oculi corporales in resurre- ctione mutata corporum qualitate conspicient, viderint qui hoc possunt astruere: me plus mouet illius sententia, qui nec in ipsa resurrectione hoc corporalibus oculis, sed mundis cordibus tribuit. Et de spiritali quidem corporis qualitate quod resurrectionis promittitur, vel discere aliquid adhuc vel querere non recuso: si tamen de hac re disputantes illis vitis carere possumus, quae plerumque studiis humanis & concertationibus exci- tantur, dum supra quam scriptum est vnus pro altero inflatur aduersus alterum, ne dum altercando queri- mus vestigare quomodo possit videri deus, ipsam pacem sanctificationemq; perdamus, sine qua nemo poterit videre deum, quod ipse auertat a cordibus nostris, vt ea suae contemplationi munda reddat atque custodiat. Il- lud tamen quia non dubito, non requiro, quod dei na- tura nunquam videatur in loco. Iam vtrum possit hu- ius corporis oculis videri aliquid quod in loco non vi- detur, ab eis qui valent differendo monstrare, cum pa- ce dilectionis audire paratus sum, & quod me mouet in commune conferre. Sunt enim quidam qui deum ipsum omnino corpus esse praesumunt, putantes quic- quid corpus non est, nullam prorsus esse substantiam, Istos omnimodo auerfandos censeo. Sunt autem alij deum quidem ipsum corpus non esse minime dubita- tes, sed ideo eos qui ad vitam aeternam resurgēt, etiam per corpus deum visuros putant, quoniam talem spe- rant spiritalis corporis qualitatem, vt etiam ipsa quae caro fuerat, spiritus fiat. Quod si ita est, quantum distet a superiori opinione, & quam hoc sit tolerabilius etiā si verum non sit, puto facillime iudicari. Primo quia multum interest, vtrum de creatore an de creatura alie- ter aliquid sentiat quam veritas habet. Deinde quia conatus mentis vtcunq; ferendus est volentis corpus conuertere in spiritum, nō in corpus deum. Postremo quia id quod ego in illa epistola mea dixi de istis no- strae carnis oculis, quia neque nunc possunt, neque tunc poterunt deum videre, etiam sic verum est. Non enim dictum est nisi de oculis corporalibus, quod tunc non erunt, si corpus ipsum spiritus erit, ac per hoc corporei oculi nunquam deū videbunt, quia cum videbitur, spi- ritus eum non corpus videbit. Tota igitur questio iam remansit de corpore spiritali, quatenus induat incor- ruptionem & immortalitatem hoc corruptibile atque mortale, & quatenus ex animali in spiritale mutetur. Quae diligentis sollicitusq; tractanda est, maxime pro- pter corpus ipsius domini, qui transfiguratur corpus hu- militatis nostrae, conforme corpori gloriae suae, vt pos-

sit sibi subicere omnia. Cum enim & deus pater vi- deat filium & filius patrem, proculdubio non sunt au- diendi qui visionem nolunt tribuere nisi corporibus. Neque enim dici fas est quod filium pater non videat, aut vt & ipse videat, corpore indutus est, si non nisi ad corpus pertinet visus. Quid quod in ipso mundi exor- dio antequam filio esset vlla forma serui suscepta, vi- dit deus lucem quia bona est, & firmamentum & ma- re & aridam & omne faenum atque omne lignum, so- lem, lunam, stellas, reptilia animalium viuarum, vola- tilia caeli, animam viuam: Postremo vidit deus omnia quae fecit, & ecce bona valde. Quod cum per quasque scilicet creaturas scriptura toties repetisset, miror vnde nata fuerit illa opinio, qua putatum est tatum ad cor- pora pertinere visionem. Quae opinio de quocunq; loquendi more orta sit, scripturae tamen sanctae non sic loqui solent, quae nisi non tantum corpori, verum- etiam spiritui magisq; spiritui quam corpori tribuerēt visionem, non Prophetas proprie Videntes appellauis- sent, qui non corpore, sed spiritu etiam futura viderūt. Sed cogitandum est, ne quid insolenter audiamus, si dixerimus corpus non solum mortalitatem & corru- ptibilitatem, verum etiam hoc ipsum quod corpus est per gloriam resurrectionis amittere & spiritum fieri. Eo modo quippe aut conduplicabitur substantia spiri- tus, si & corpus spiritus erit, aut si verus erit spiritus hominis ita vt commutato & conuerso in spiritum corpore, neque germinatione neque incremento con- duplicetur, nec omnino vllius accessu quantitatis au- geatur, metuendum est ne nihil aliud dici videatur, quam corpora non illa mutatione immortalia man- sura, sed nulla potius futura & omnino peritura. Qua- propter donec diligenti inquisitione, si dominus adiu- uerit, reperiat quid secundum scripturas de spiritali corpore quod in resurrectione promittitur, probabi- lius sentiendum sit, interim nobis sufficiat quod vni- genitus filius idemq; mediator dei & hominum ho- mo Christus Iesus, ita videt patrem sicut videtur a pa- tre. Nos autem ad illam visionem dei, quae nobis in re- surrectione promittitur, non ex hoc mundo istam co- cupiscentiam oculorum transferre conemur, sed mun- dandis cordibus pio studeamus affectu, nec corpora- lem faciem cogitemus, cum dicit Apostolus, Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem, praesertim quia Apostolus expressius dixit. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Si ergo tunc corporali deum facie co- gnoscemus, corporali eius nunc facie cogniti sumus. Tunc enim cognoscam, inquit, sicut & cognitus sum. Vnde quis eum non intelligat eo loco etiam nostram faciem illam significare voluisse, de qua dicit alio lo- co, Nos autem reuelata facie gloriae domini specu- lantes, in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam, tanquam a domini spiritu, de gloria scilicet fidei, in gloriam contemplationis aeternae. Hoc quippe agit haec transformatio, qua interior homo renouatur de die in die. De quo & Apostolus Petrus cum eum mo- neret ornari, nō quae a foris, inquit, ornantur capillorū incrispationib; aut auro, aut margaritis, vel veste pre- ciosa, sed ille absconditus cordis homo, qui est ante deū diues. In qua enim facie velamē habent Iudaei nō trās- eundo ad Christum, quoniam cum transierit quisq; ad Christum auferetur velamen, ea nos facie reuelata in eandem imaginem transformamur. Apertissime autē dicit, velamē super corda eorū positum est. Ibi est igitur facies

Caput. 19.

Ioan. 14.

Caput. 20.

Audi rixado

Αυθρωπο- μορφισμω

K

Gen. 1.

1. Reg. 9.

Caput. 24.

L

† vnus.

1. Cor. 13.

M

2. Cor. 3.

1. Petri. 3.

Caput. 22.

Matth. 5.

Ioan. 14.

1. Cor. 5.

Thren. 4.

A facies qua reuelata nunc in fide, quauis per speculum & in aenigmate contuemur, tunc autem facie ad facie. Quae si approbas, tene mecum sancti viri Ambro- sij sententiam, iam non eius auctoritate, sed ipsa veri- tate firmatam. Neque enim & mihi propterea placet, quia per illius os potissimum me dominus ab errore li- berauit, & per illius ministerium gratiam mihi bap- tismi salutaris indulsit, tanquam plantatori & rigatori meo nimium fauea: sed quia de hac re & ipse hoc dixit quod pie cogitanti & recte intelligenti loquitur etiam ille qui incrementum dat deus. In ipsa ergo resurre- ctione non facile est deum videre, nisi iis qui corde sunt mundo. Et ideo beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Quantos beatos iam numerauerat, & tamen videnti iis deum non promiserat facultatem. Si ergo ij qui mundo sunt corde deum videbunt, vtq; alij non videbunt. Neque enim indigni deum videbunt, neque is qui deum videre noluerit, potest eum videre. Nec in loco deus videtur, sed mundo corde: nec corporalibus oculis deus quaeritur, nec circumscribitur visu, nec ta- ctu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Et cum absens putatur, videtur: & cum praesens est, nō vi- detur. Denique nec Apostoli omnes Christum videbant, & ideo ait, Tāto tempore vobiscum sum & adhuc me non cognouistis: Qui enim cognouit quae sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum, & supereminentem scientiae charitatem Christi, videt & Christum, vi- det & patrem. Nos enim iam secundum carnem non nouimus Christum, sed secundum spiritum. Spiritus enim ante faciem nostram Christus dominus, qui nos in omnem plenitudinem dei misericordia sua imple- re dignetur, vt videri possit a nobis. Haec verba sancti viri, quae non carnalia sed spiritalia sunt, inquan- tum intelligis, & vera esse, non quia ipse dixit, sed quia veritas sine strepitu clamat, agnoscis: intantum intel- ligis, vnde adhaerens domino, teque ipsam intrinsecus preparas incorporealem locum mansionis eius ad au- diendum silentium narrationis eius, & videndam in- uisibilem formam eius. Beati enim mundo corde, quo- niam ipsi deū videbunt. Non tamen eis sicut corpus ex aliquo loci intervallo apparebit, sed cū venerit ad eos & mansionem fecerit apud eos, quoniam sic implebun- tur in omnem plenitudinem dei, non cum fuerint & ipsi plenus deus, sed cum perfecti fuerint, pleni deo. Si autem non nisi corpora cogitamus, & nec illud saltem digne cogitare possumus, vnde vel ipsa corpora cogi- temus, non quaeramus quid aduersus nos ipsos loqua- mur, sed ab hac potius carnali consuetudine orando, & in anteriora nos extēdēdo corda mundemus. Vt enim non tantum quod beatus Ambrosius, verum etiam quod sanctus Hieronymus, dicam, non solum patris diuini- tatem, sed nec filij quidem, nec spiritus sancti, quia vna in trinitate natura est, possunt oculi carnis aspicere sed oculi mentis. De quibus ipse saluator ait, Beati mundo corde, quia ipsi deum videbunt. Namque sicut alibi idē Hieronymus breuiter ac veraciter definiuit, res incor- poralis corporalibus oculis non videtur. Has sententias de re tanta virorum tantorum non ob hoc interpone- re volui, vt cuiusquam hominis sensum tāquam scri- pturae canonicae auctoritatem sequendum arbitreris: sed vt illi qui aliter sapiunt conētur mēte videre quod verum est, & in simplicitate cordis quaerere deum, ne tam doctos diuinorum eloquiorum tractatores teme- re reprehendant. Nec te moueat quod a quibusdam minus consyderate dicitur, quid tunc videbunt oculi Tomis secundus.

corporales, si deum non videbunt? an forte caeci erunt vel sine causa erunt. Neque enim attendunt qui haec lo- quuntur, quia si non erunt corpora, nec illi corporales profecto oculi erunt. Si autem erūt corpora, erunt quae videre possint oculi corporales. Sed haec iam satis dicta sint, quae ab initio huius opusculi mei diligenter lecta & relecta cōsyderās, sine vlla fortasse dubitatione perspicies, ad videndū deū per eius auxiliū, cor mūdum te debere preparare. De corpore verō spiritali, si dominus iuuerit, opere alio experiemur, quid disputare valeam?

Augustinus Romaniano, hortans ut oculum datum bene collocet. Epi. CXIII.

NON haec epistola sic inopiam chartae indicat, vt membranas saltem abudare testetur. Ta- bellas eburneas, quas habeo, auculo tuo cum literis misi. Tu enim huic pelliculae facilius ignosces, quia differri non potuit quod ei scripsi, & tibi non re- scribere etiam ineptissimum existimaui. Sed tabellas si quae tibi nostrae sunt, propter huiusmodi necessitates, mittas peto. Scripsi quidē de Catholica religione quā- tum dominus dare dignatus est, quod tibi volo ante aduentum meum mittere, si charta interim non desit. Tolerabis enim qualemcunq; scripturam ex officina maiorum. De codicibus praeter libros de Oratore, totum mihi excidit. Sed nihil amplius rescribere potui, quam vt ipse sumeres quos liberet, & nunc in eadem maneo sententia. Absens enim quid plus faciam non inuenio. Gratissimum mihi est, quod in vltima episto- la me participem domestici tui gaudij facere voluisti. Sed, me ne solis placidi vultum fluctusq; quietos Igno- rare iubes: quanquam nec me iubes, nec ipse ignoras. Quare si ad melius cogitandum quies aliqua data est, vt ere diuino beneficio. Nec enim debemus nobis cum ista proueniunt, sed illis per quos ista proueniunt gra- tulari, quoniam iusta & officiosa, & pro suo genere pa- cator atque tranquillior rerum temporalium admi- nistratio recipiendorum aeternorum meritum gignit, si non teneat cum tenetur, nec multiplicet cum mul- tiplicatur, si non cū pacatur inuoluat. Ipsus enim ve- ritatis ore dictum est, Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis? Laxatis ergo curis mutabilium rerum, bona stabilia & certa quaeramus, superuolemus terrenis operibus nostris. Nam in mel- lis copia, non frustra pennas habet apicula, nec tūc enim harentem. Nebridius Augustino, deplorans illum quod nimium ita terpelletur ciuium negociis ab ocio contemplationis. Epistola. CXIII.

22. de Ciuita- te dei ca. 29.

1. Petri. 1.2.

* alius, forte meorum.

Vergil. 5. Aeneid.

† Implicet.

† putatur inuolat. Lucae. 16.

† necat.

† rus.

TA ne est mi Augustine, fortitudinem ad tolerantiam negociis ciuium praestas, necdum tibi redditur illa exoptata cessatio: quaso qui te tam bonum homines interpellent, credo qui nesciūt, quid ames, quid concupiscas: Nullus ne tibi est amico- rum qui eis amores referat tuos? Nec Romanianus nec Lucinianus? Me certe audiant. Ego clamabo, ego testa- bor te deum amare, illi seruire atque inherere cupere, vellem ergo te in ius tuum vocare, ibiq; acquiescere. Non enim timebo me seductorē tui dici a ciuibus tuis, quos nimium amas, & a quibus nimium amaris. Augustinus Nebridio, quomodo motus animi nostri a spi- ritibus sentiantur, & ab iis quomodo afficiantur. Et vnde motus irae, de differentis insensibilibus, de idea rerū. Haec epistola sic erat deprauata, ut planē diuinanum esset ali- quot locis. Non videtur fuisse ista epistola, sed fragmenta sparsim amotata literis Nebridij. Epi. CXV. p ij Quinquā

QUANTUM VAM mei animi cognitor sis, fortasse tamen ignoras quantum velim presentia tua frui. Verum hoc tam magnum beneficium deus quandoque prestabit. Legi rectissimam epistolam tuam, in qua de solitudine questus es, & quadam desertione a familiaribus tuis, cum quibus vita dulcissima est. Sed quid aliud hic tibi dicam, nisi quod te non dubito facere. Ceterum te ad tuum animum, & illum in deum leua quantum potes. Ibi enim certius habes & nos, non per corporeas imagines, quibus nunc in nostra recordatione uti necesse est, sed per illam cogitationem qua intelligis non loco esse nos simul. Epistolas tuas cum considerarem, quibus non dubium tibi querenti magna respondi, vehementer me illa terruit qua percunctaris quomodo fiat, ut nobis a superioribus potestatibus vel a demonibus & cogitationes quaedam inferantur & somnia. Magna enim res est, cui tu quoque pro tua prudentia perspicis, non epistola, sed aut presenti colloquutione, aut aliquo libello respondendum esse. Tentabo tamen callens ingenium tuum quadam quaestione huius limina praefeminare, ut aut certa * tunc ipse contexas, aut posse ad rei tantam probabilem inuestigationem perueniri minime desperes. Arbitror enim omnem motum animi aliquid facere in corpore. Id autem usque ad nostrum exire sensus, tam hebetes tamque tardos, cum sint maioris animi motus, velut cum irascimur, aut tristes, aut gaudentes sumus. Ex quo licet coniecere, cum etiam cogitamus aliquid, neque id nobis in nostro corpore apparet, lapparere, tamen posse aereis aetherisve animantibus, quorum & sensus acerrimus, & in cuius comparatione noster ne sensus quidem putandus est. Igitur ea quae ut ita dicam vestigia sui motus animus figit in corpore, possunt & manere & quendam quasi habitum facere, quae latenter cum agitata fuerint & contractata, secundum agitantis & contractantis voluntatem, ingerunt nobis cogitationes & somnia, atque id fit mira facilitate. Si enim nostrorum corporum terrenorum & tardissimorum exercitationes, agendis organis musicis seu in funambulo, caeterisque huiusmodi spectaculis innumerabilibus ad quaedam incredibilia peruenisse manifestum est, nequaquam est absurdum, eos qui aereo vel aethereo corpore aliquid in corporibus agunt, quae naturali ordine penetrant, longe maiore uti facilitate ad mouendum quicquid volunt, non sentientibus nobis, & tamen inde aliquid perpetentibus. Neque enim etiam quomodo fellis abundantia nos ad iram crebriorem cogat sentimus, & tamen cogit cum hac ipsa quam dixi abundantia facta sit irascentibus nobis. Sed hoc tamen si non vis simile a nobis praeter eunter accipere, versa id cogitatione quantum potes. Nam si animo existat assidue aliqua difficultas agendi atque implendi quod cupit, assidue irascimur. Ira est autem quantum mea fert opinio, turbulentus appetitus auferendi ea, quae facilitatem actionis impediunt. Itaque plerumque, non hominibus tantum, sed calamo irascimur in scribendo, eumque collidimus atque frangimus, Et aleatores tesseres, & pictores penicillo, & cuique instrumento quilibet ex quo difficultatem se pati arbitrat. Hac autem assiduitate irascendi fel crescere etiam medici affirmant. Cremento autem fellis rursus & facile ac prope nullis causis existentibus irascimur. Ita quod suo motu animus fecit in corpore, ad eum rursus commouendum valebit. Possunt latissime ista tractari & multis rerum testimoniis ad certiore pleniorisque perducere noticiam. Sed huic epistolae adiunge illam quam

tibi nuper de imaginibus & de memoria misi, & eam diligentius pertracta. Nam minus plene a te intellecta rescripto tuo mihi apparuit. Huic ergo quam nunc legis, cum adiunxeris de illa quod dictum ibi est de naturali quadam facultate animi minuente & augentis cogitatione quilibet: fortasse etiam formae corporum, quas nunquam vidimus vel cogitando apud nos vel somniando figurantur, tamen si actus animi nullo modo est iis quas videmus comparandus. Si autem animus ita ut aequum est, animo conferas, magis idem vel cogitare vel contempleri, aut si aliquid aliud commodius dicitur, si vllus eis inest animus, sydera quam homines consideranda sunt. Ceterum in corporum motibus, si ut soles diligenter attendas, nihil omnino a duobus idem fieri potest. An tu cum deambulamus simul statim idem nos agere existimas? absit a prudentia tua. Septentrioni nanque vicinior nostrum qui deambulat, aut alteri pari motu antecedit, aut tardius ingreditur necesse est, neutrum tamen sentiri potest. Sed tu ni fallor quid intelligamus non quid sentiamus expectas. Quod si ab axe in meridiem tendamus, coniuncti nobis atque inhaerentes quantum valeamus, innitaturque marmori leui & equali, vel etiam ebori, tamen non magis potest esse amborum idem motus, quam venae pulsus, quam forma, quam facies. Remoue nos & pone illam l Glauciam prolem, nihil egeris: quippe hic etiam si in illis geminis tanta est necessitas, ut prope tunc moueatur, quanta fuit ut singuli nascerentur. At enim hoc, inquires, ratione tantum: quod autem sol ab astris differt, sensibus etiam clarum atque manifestum est, si magnitudinem me cogis respicere. Nostri de interuallis quam multa dicantur & ad quam incertum perspicuitas ista reuocetur. Sed ut concedam ita esse ut apparet, sic enim & credo, cuius tandem & sensum fessit illa proceritas, ne septem pedes longiores quam sex longissima, * tunc cui te credo inuicem quaesisse hominem equale, & cum minime reperisses usque in eius formam nostram epistolam tendere voluisse. Quare cum in terris quoque tale aliquid existat, nihil de caelo puto esse mirandum. Si autem te mouet, quod praeter solem nullius syderis lumen implet diem, quis quaso de hominibus tantus apparuit, quantum homo ille, quem deus suscepit longe aliter quam caeteros sanctos atque sapientes: Quem si cum aliis hominibus conferas, maiore distantia continetur, quam collatione solis caetera sydera. Quam sane similitudinem diligenter intuere. Fieri enim potest mente qua excellis, ut quandam quaestionem de homine Christo ad id propositam transeunter dissoluerimus. Itaque queris, utrum summa illa veritas & summa sapientia, & forma rerum, per quam facta sunt omnia, quam filium dei unicum sacra nostra prophetantur, generaliter hominis, an etiam uniuersumque nostrum rationem contineat? Magna quaestio. Sed mihi videtur quod ad hominem faciendum attinet, hominis quidem tantum, non meam vel tuam ibi esse rationem. Quod autem ad orbem temporis, varias hominum rationes in illa sinceritate viuere. Verum hoc cum obscurissimum sit, qua similitudine illustrari possit ignoro, nisi forte ad artes illas, quae sunt in animo nostro confugiendum est. Nam in disciplina metiendi vna est anguli ratio, vna quadrati. Itaque quoties demonstrare angulum volo, non nisi vna ratio anguli mihi occurrat. Sed quadratum nequaquam scriberem, nisi quatuor simul angulorum rationem intuerer. Ita quilibet homo vna ratione qua homo intelligitur factus est, at ut populus fiat, quauis & ipsa vna ratio est, non tamen hominis

A hominis ratio, sed hominum. Si ergo pars huius uniuersae est Nebridius sic est, & omne uniuersum partibus constat: non potuit uniuersum conditor deus, partium rationem non habere. Quamobrem quod prima hominum ibi ratio est, non ad ipsum hominem pertinet, quanquam miris rursus modis ad unum omnia redigantur. Sed tu id commodius cogitabis. His contentus sis interim peto, quanquam iam excesserim veniam.

Augustinus Nebridio, de comitatu et secessu altissimo a tumultu rerum mundanarum, ac tranquillitate mentis. Erat et haec deprauatissima. Epi. CXVI.

QUANTUM VAM aequo quicquam tuarum inquisitionum me in cogitando tenuit estuantem, atque illud quod recentissimis literis tuis legi, ubi nos arguis, quod consilere negligamus, ut vna nobis viuere liceat. Magnum crimen, & nisi falsum esset, periculosissimum. Sed cum probabilis ratio demonstrare videatur, hic nos potius quam Carthagini vel etiam ruri ex sententia posse degere, quid tecum agamus mihi Nebridi, prorsus incertum sum. Mittatur ad te accommodatissimum tibi vehiculum: nam bastarna innoxie te vehi posse nos Lucianus auctor est. At matrem cogito, ut quae absentiam fami non ferebat, imbecilli multominus esse latueram. Veniam ne ipse ad vos? At hic sunt qui neque venire mecum queant, & quos deserere nefas putem. Tu enim potes & apud tuam mentem suauiter habitare, ij vero ut idem possint sataguntur. Eam ne crebro & redeam, & nunc tecum, nunc cum ipsis sim? At hoc neque simul, neque ex sententia viuere est. Non enim brevis est via, sed tanta omnino, cuius peragenda negotium saepe suscipere, non sit ad optatum ocium peruenisse. Huc accedit infirmitas corporis, quae ego quoque, ut nosti, non valeo quod volo, nisi omnino desinam quicquam plus velle quam valeo. Profectiones ergo, quas quietas & faelices habere nequeas, per totam cogitare vitam, non est hominis de illa vna vltima quae mors vocatur cogitantis, de qua vel sola intelligis vere esse cogitandum. Dedit quidem deus paucis quibusdam, quos gubernatores ecclesiarum esse voluit, ut & illam non solum expectarent fortiter, sed alacriter etiam desyderaret, & earum obeundarum labores sine vilo angore susciperent: sed neque iis qui ad huiusmodi administrationes temporales honoris amore raptantur, neque rursus iis qui cum sint priuati, negotiosam vitam appetunt, hoc tantum bonum concedi arbitror, ut inter strepitus inquietosque conuentus atque discursus cum morte familiaritatem quam querimus faciant: deificari enim vtriusque in ocio licebat. Aut si hoc falsum est, ego sum omnium ne dicam stultissimus, certe ignauissimus, cui nisi proueniat quadam secunda cessatio, sincerum illud bonum gustare atque amare non possum. Magna secessione a tumultu rerum labentium, mihi crede, opus est, ut non duritia, non audacia, non cupiditate inanis gloriae, non superstitiosa credulitate fiat in homine, nihil timere. Hinc enim fit illud etiam solidum gaudium, nullis omnino laetitibus vlla ex particula conferendum. Quod si in naturam humanam talis vita non cadit, cui aliquando euenit ista securitas: cur tanto euenit crebrius, quanto quis in mentis penetralibus adoratur deum? cur in actu etiam humano plerumque ista tranquillitas manet, si ex illo adyto ad agendum quicquid procedat? cur interdum & cum loquimur, mortem non formidamus, cum autem non loquimur etiam cupimus? Tibi dico, non enim hoc cuiuslibet dicerem, tibi inquam dico, cuius itinera in superna bene noui, tu ne, cum ex-

perius saepe sis quam dulce viuat, cum amori corporeo animus moritur, negabis tandem totam hominis vitam posse intrepidam fieri, ut rite sapiens nominetur? aut hanc affectionem, qua ratio nititur tibi accidisse unquam, nisi cum in intimis tuis angeris asserere audebis? Quae cum ita sint, restare unum vides, ut tu quoque in commune consulas, quo viuamus simul. Quid enim cum matre agendum sit, quam certe frater Victor non deserit tu multo melius calles quam ego. Alia scribere, ne te ab ista cogitatione auerterem, nolui.

Augustinus Nebridio, significans ei, quantum profecerit in secessu, contemplatione rerum aeternarum.

Epistola. CXVII.

MIRUM admodum est quam mihi praeter spem euenierit, quod cum requiro quibus epistolis tuis mihi respondendum remanserit, vnam tantum inueni, quae me adhuc debitorem teneret, quae petis, ut tanto nostro ocio, quantum esse arbitraris tecum aut nobiscum cupis, indicemus tibi quid insensibilis atque intelligibilis naturae discernentia profecerimus. Sed non arbitror occultum tibi esse, si falsis opinionibus tanto quisque inferitur, quanto magis in eis familiarisque volutatur, multo id facilius in rebus veris animo accidere. Ita tamen paulatim in perfectum hominem proficimus. Quippe cum plurimum inter puerum & iuuenem distet, nemo a pueritia quotidie interrogatus se aliquando iuuenem dicit. Quod nolo in eam partem accipias, ut nos in his rebus quasi ad quadam mentis iuuentutem firmioris intelligentiae robore peruenisse existimes. Pueri enim sumus, sed ut dici assolet, forsitan belli, & non mali. Nam plerumque perturbatos & sensibilibus plagarum curis refertos, illa tibi notissima ratiuncula, in respiratione leuat, mentem atque intelligentiam oculis & hoc vulgari aspectu esse meliorem, quod non ita esset, nisi magis essent illa quae intelligimus, quam ista quae cernimus. Cui ratiocinationi vtrum nihil valide inimicum sit, peto mecum consideres. Hac ego interim recreatus, cum deo in auxilium deprecato & in ipsum & in ea quae verissime vera sunt attolli coepero, tanta nonnunquam rerum manentium praesumptione compleor, ut mirer interdum illa mihi opus esse ratiocinatione, ut haec esse credam, quae tanto insunt presentia, quanto sibi quisque sit praesens. Re Cole tu quoque, nam te fateor huius rei esse diligentiosem, ne quid forte nesciens rescriptis adhuc debeam. Nam mihi non facit fidem tam multorum onerum, quae aliquando numeraueram, tam repentina depositio, quauis te accepisse literas meas non dubites, quarum rescripta non habeo.

Augustinus Ianuario respondet, docens quid agendum sit in iis in quibus regionum aut ecclesiarum consuetudines variant, et in quibus consentiunt. Puta de sacramentis, festis diebus, ieiunio et Eucharistia. Epi. CXVIII.

ILECTISSIMO filio Ianuario, Augustinus in domino salutem. Ad ea quae me interrogasti, malle prius nosse quid interrogatus ipse responderes. Ita enim vel approbando vel emendando responsiones tuas multo breuius possem respondere, & te facillime aut confirmare aut corrigere. Hoc quidem ut dixi malle. Sed tamen ut nunc responderem, malui longiorem facere sermonem quam dilationem. Primo itaque tenere te volo quod est huius disputationis caput, dominum nostrum Iesum Christum, sicut ipse in Evangelio loquitur, leni iugo suo nos subdidisse & sarcinae leui. Vnde sacramentis numero paucissimis, p. iij obser-

* Sic legedi arbitror, esse aut nobiscum arbitraris aut tecum cupis.

† alius, partem latim ut per eam proficimus.

2. retract. ad Caput. 1.

Ingen. Xpi. 504. Math. 11.

* t. alia, cetera.

3. de Ge. ad litera. cap. 9. & 10. & 11.

Angeli animantia.

2. de Ge. ad litera. ca. 12. & 14. & 17.

† alia, quippe his etiam si nullis geminis & c. ut proprie & c.

* forte sic legendi, proceritas septem pedibus longior, quam sex longissima.

† ne septem pedum longioris qua qui sex longissimus.

† faciles. * alia, linea.

G obseruatione facillimis, significatione praestantissimis, societatem noui populi colligauit, sicuti est baptismus trinitatis nomine consecratus, communicatio corporis & sanguinis ipsius, & si quid aliud in scripturis canonicis comendatur, exceptis iis quae seruitute populi veteris pro congruentia cordis illorum & prophetici temporis onerabat, quae & in quinque libris Moysi leguntur. Illa autem quae non scripta sed tradita custodimus, quae quidem toto terrarum orbe obseruantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima autoritas, commendata atque statuta retineri, sicuti quod domini passio, & resurrectio, & ascensio in caelum, & aduentus de caelo spiritu sancti, anniuersaria solennitate celebrantur. Et si quid aliud tale occurrerit quod seruatur ab vniuersa quacunque se diffundit Ecclesia. Alia vero quae per loca terrarum regionesque variantur, sicuti est quod alij ieiunant sabbato: alij vero non: alij quotidie communicant corpori & sanguini dominico, alij certis diebus accipiunt: Alibi nullus dies intermittitur quo non offeratur, Alibi sabbato tantum & dominico, Alibi tantum dominico. Et si quid aliud huiusmodi animaduerti potest, totum hoc genus rerum liberam habet obseruationem. Nec disciplina vlla est in his melior graui prudentique Christiano, quam ut eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam ad quacunque forte deuenerit. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter est habendum, & pro eorum inter quos viuunt societate seruandum est. Credo te aliquando ex me audisse, sed tamen etiam nunc commemoro. Mater mea Mediolanum me consecuta, inuenit Ecclesiam sabbato non ieiunantem, coeperat perturbari & fluctuare quid ageret, cum ego talia non curabam, sed propter ipsam consului de hac re beatissimae memoriae virum Ambrosium, Respondit se nihil docere me posse, nisi quod ipse faceret, quia si melius nosset, id potius obseruaret. Cumque ego putarem, nulla reddita ratione, autoritate sola sua nos voluisse admonere ne sabbato ieiunarem, subsecutus est, & ait mihi: Cum Romam venio ieiuno sabbato, cum hic sum non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam forte Ecclesiam veneris, eius morem serua, si cuiquam non vis esse scandalo, nec quenquam tibi. Hoc cum matri renunciaissem, libenter amplexa est. Ego vero de hac sententia etiam atque etiam cogitans, ita semper habui, tanquam eam caelesti oraculo susceperim. Sensi enim saepe dolens & gemens multas infirmorum perturbationes fieri, per quorundam fratrum contentiosam obstinationem & superstitiosam timiditatem qui in rebus huiusmodi, quae neque scripturae sanctae autoritate, neque vniuersalis Ecclesiae traditione, neque vitae corrigendae utilitate ad certum possunt terminum peruenire, tantum quia subest qualiscunque ratiocinatio cogitatis, aut quia in sua patria sic ipse consuevit, aut quia ibi vidit ubi peregrinationem suam quo remotiore a suis, eo doctiorem factam putat, tam litigiosas excitant quaestiones, ut nisi quod ipsi faciunt, nihil rectum existimant. Dixerit aliquis non quoniam accipiendam Eucharistiam. Quae fieri quare? Quoniam inquit, eligendi sunt dies, quibus purius homo continentiusque viuunt, quoad tantum sacramentum dignius accedat. Qui enim manducauerit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Alius contra, Immo, inquit, si tanta est plaga peccati, atque impetus morbi, ut medicamenta talia differenda sint, autoritate antistitis debet quisque ab altario remoueri ad agendaem poenitentiam, & eadem

authoritate reconciliari. Hoc est enim indigne accipere, si eo tempore accipiat quo debet agere poenitentiam, non ut arbitrio suo cum libet, vel auferat se communioni, vel reddat. Ceterum si peccata tanta non sunt, ut excommunicatus quisquam homo iudicetur, non se debet a quotidiana medicina dominici corporis separare. Rectius inter eos fortasse quisquam dirimit litem, qui monet ut praecipue in Christi pace permaneant. Faciat autem vnusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus & sanguinem domini, si saluberrimum sacramentum certatim honorare contendunt. Neque enim litigauerunt inter se, aut quisquam eorum se alteri preposuit Zachaeus & ille centurio, cum alter eorum gaudes in domum suam susceperit dominum, alter dicit, Non sum dignus ut intres sub tectum meum: Ambo salutorem honorificantes diuerso & quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Valet etiam ad hanc similitudinem quod in primo populo vnicuique manna secundum propriam voluntatem in ore sapiebat, sic in ore cuiusque Christiani sacramentum illud quomodo sumatur aestimandum. Na & ille honorando non audet quotidie sumere, & ille honorando non audet vlllo die praetermittere. Contemptum solum non vult cibus ille, sicut manna fastidium. Inde enim & Apostolus indigne dicit acceptum ab eis, qui hoc non discernabant a ceteris cibis ueneratione singulariter debita. Continuo quippe cum dixisset, Iudicium sibi manducat & bibit: addidit ut diceret, Non diuidens corpus domini: quod satis toto ipso loco in epistola ad Corinthios prima, si diligenter attendatur apparet. Sit aliquis peregrinus in eo forte loco, ubi perseuerates in obseruatione quadragesimae, nec quinta sabbati lauant relaxantque ieiunium. Non, inquit, hodie ieiunabo. Quae ritus causa, Quia non fit, inquit, in patria mea. Quid aliud ille nisi consuetudinem suam consuetudini alterius praepone conatur? Non enim mihi de libro dei haec recitaturus est, aut vniuersae quacunque dilatur ecclesiae plena voce certabit, aut ostendet istum contra fidem facere, se autem secundum fidem, moresque hinc optimos aut illum violare, aut se custodire conuincet. Violant sane quietem & pacem suam de superflua quaestione rixando. Mallem tamen in rebus huiusmodi, ut & ille in huius & hic in illius patria ab eo quod ceteri faciunt non abhorreret. Si vero etiam in aliena patria cum peregrinetur, ubi maior & frequentior est populus dei, vidit, verbi gratia, bis offerri quinta sabbati hebdomadae vltimae quadragesimae & mane & ad vesperam, veniensque in patriam suam, ubi sine diei mos est offerri, male illiciteque fieri contendat, quoniam alibi aliter ipse viderit, puerilis est sensus ille, cauendus in nobis, tolerandus & corrigendus in nostris. Prima ergo inquisitio tua quam in commonitorio posuisti, ex quo trium istorum generum sit attende. Quae ritus enim his verbis, quid per quintam feriam vltimae hebdomadae Paschae fieri debeat: An offerendum sit mane, & rursus post caenam, propter illud quod dictum est: Similiter postquam caenatum est: An ieiunandum, & post caenam tantummodo offerendum: An etiam ieiunandum & post oblationem sicut facere solemus caenandum. Ad haec itaque ita respondeo, ut quid horum sit faciendum si diuinae scripturae praescribit autoritas, non sit dubitandum quin ita facere debeamus ut legimus, ut iam non quomodo faciendum, sed quomodo sacramentum intelligendum sit disputemus. Similiter etiam si quid horum

K
de eos. dif. 2. c. Quotidie.
Luc. 19. Math. 8.
2. Retra. 20.
+ alia. quo subiungatur est manduc.
L
1. Cor. 11.
Caput. 4.
Ieiunium.
M
Caput. 5.
Eucharistia bis in die.

A tota die per orbem frequentat ecclesia. Nam hoc quoniam ita faciendum sit, disputare insolentissimae infaniae est. Sed neque hoc neque illud inest in eo quod tu quaeris. Restat igitur ut de illo tertio genere sit, quod per loca regionesque variatur. Faciat ergo quisque quod in ea ecclesia in quam venit, inuenit. Non enim quicquam eorum contra fidem sit, aut contra mores, hinc vel inde meliores. His enim causis, id est, aut propter fidem, aut propter mores, vel emendari oportet quod perperam fiebat, vel institui quod non fiebat. Ipsa quippe mutatio consuetudinis etiam quae adiuvat utilitate, nouitate perturbat. Quapropter quae utilis non est, perturbatione infructuosa consequenter noxia est. Nec ideo putari debet institutum esse multis locis, ut illo die post refectiorem offeratur, quia scriptum est identidem: Et calicem accipiens post caenam dicens, & cetera. Ipsam enim potuit appellare caenam, quae iam corpus acceperant, ut deinde calicem acciperent. Apostolus namque alibi dicit: Conuenientibus ergo vobis in vnum, non est dominicam caenam manducare: hanc ipsam acceptiorem Eucharistiae dominicam caenam vocans. Illud magis mouere potuit homines, vtrum iam refecti die illa vel offerrent vel sumerent Eucharistiam, quod in Euangelio dicitur: Cum autem illi manducarent, accepit Iesus panem & benedixit: cum etiam superius dixisset, Cum sero factum esset, recubebat cum duodecim, & manducantibus eis dixit, Quonia vnus ex vobis me tradet. Post enim tradidit sacramentum. Et liquido apparet, quando primum acceperunt discipuli corpus & sanguinem domini, non eos accepisse ieiunios. Nunquid tamen propterea calumniandum est vniuersae ecclesiae, quod a ieiunio semper accipitur? Ex hoc enim placuit spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret quam exteri tibi. Nam ideo per vniuersum orbem mos iste seruatur. Neque enim quia post cibos dedit dominus, propterea pransi aut caenati fratres ad illud sacramentum accipiendum conuenire debent, aut sicut faciebant quos Apostolus arguit & emendat, mensis suis ista miscere. Namque saluator quod vehemens commendaret mysterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit insingere cordibus & memoria discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo non praecipit quo deinceps ordine sumeretur, ut Apostolis per quos ecclesias dispositurus erat, seruaret hunc locum. Nam si hoc ille monuisset, ut post cibos alios semper acciperetur, credo quod eum morem non vno variasset. Cum vero ait Apostolus de hoc sacramento loquens, Propter quod fratres cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit domi manducet, ut non ad iudicium conueniatis, statim subtexnit, Cetera autem cum venero ordinabo. Vnde intelligi datur, quia multum erat, ut in epistola totum illum agendi ordinem insinuaret, quem vniuersa per orbem seruat ecclesia, ab ipso ordinatum esse quod nulla morum diuersitate variatur. Sed nonnullos probabilis quaedam ratio delectauit, ut vno certo die per annum, quo ipsam caenam dominus dedit, tanquam ad insigniorem commemorationem post cibos offerri & accipi liceat corpus & sanguis domini. Honestius autem arbitror ea hora fieri, ut qui etiam ieiunauerit, post refectiorem quae hora nona sit, ad oblationem possit occurrere. Quapropter neminem cogimus dominica illa caena praedare, sed nulli etiam contradicere audeamus: hoc tamen non arbitror institutum, nisi quia plures & prope omnes in plerisque

locis eo die caenare consueuerunt. Et quia nonnulli D etiam ieiunium custodiunt, mane offertur Christo & lauari. propter prandentes, quia ieiunia simul & laucra tolerare non possunt, ad vesperam vero propter ieiunantes. Si autem quaeris, cur etiam lauandi mos ortus sit. Nihil mihi de hac re cogitanti probabilius occurrit, nisi quia baptizatorum corpora per obseruationem quadragesimae sordidata, cum offensione sensus ad fontem tractarentur, nisi aliqua die lauarentur. Istum autem diem potius ad hoc electum, quo caena dominica anniuersarie celebratur. Et quia concessum est hoc baptismum accepturis, multi cum his lauare voluerunt ieiuniumque relaxare. His ut potui disputatis, moneo, ut ea quae prelocutus sum serues quantum potes, ut decet Ecclesiae prudentem ac pacificum filium. Alia quae interrogasti, si deus voluerit alio tempore expediama.

Augustinus Ianuario, copio sus differens de ritibus ecclesiae, uel iis quos negligi nefus est, uel iis, qui pro tempore locoque seruari possunt, aut omitti: uel iis, qui tollendi sunt, si circa maius incommodum liceat. Has duas epistolas Augustinus recenset inter libros, ob hanc prolixiorum. EPI. CXIX.

ECTIS literis tuis, ubi me commonuisti, vt debitum redderem de residuis enodandis quaestionibus, quas iam longe ante quaesueras, gratissimum mihique charissimum desiderium studij tui amplius differri, I tolerare non potui, & quantum in medijs acerbis occupationum meorum, hanc feci praecipuam, ut ad ea quae me interrogasti responderem tibi. Diutius autem de tua epistola disputare nolo, ne hoc ipsum me impediatur iam tandem reddere quod debeo. Quae ritus quae causa sit, cur anniuersarius dies celebrandae dominicae passionis, non ad eundem redeat anni diem, sicut dies qua traditur natus. Et deinde subiungis, si hoc sit propter sabbatum & lunam, quid sibi velit in hac re obseruatio sabbati & lunae. Hic primum oportet, ut noueris, diem natalis domini, non in sacramento celebrari, sed tantum in memoriam reuocari quod natus sit, ac per hoc nihil opus erit, nisi reuolutu anni diem, quo ipsa res acta est, festa deuotione significari. Sacramentum est autem in alia celebratione, cum rei gesta ita rememoratio fit, ut aliquid etiam significari intelligatur, quod sancte accipiendum est. Eo itaque modo agimus Pascha, ut non solum in memoriam quod gestum est reuocemus, id est, quod mortuus est Christus & resurrexit, sed etiam cetera quae circa ea attestantur ad sacramenti significationem non omittamus. Quia enim sicut dicit Apostolus, Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Transitus quidem de morte ad vitam in illa passione domini & resurrectione sacraus est. Na etiam vocabulum ipsum, quod Pascha dicitur, non Graecum, sicut vulgo videri solet, sed Hebraeum esse dicunt, qui linguam vtraque nouerunt. Neque enim a passione, quoniam graece πασχα dicitur pati, sed ab eo quod transitur, ut dixi, de morte ad vitam Hebraeo verbo res appellata est. In quo eloquio Pascha transitus dicitur, sicut perhibet qui hoc sciunt. Quod voluit & ipse dominus tangere cum dicit: Qui credit in me transiet de morte ad vitam. Et maxime idem Euangelista hoc exprimere voluisse intelligitur, cum celebraturo domino Pascha cum discipulis suis, ubi caenam eius mysticam dedit, cum vidisset, inquit, Iesus quia venit eius hora ut transiret de mundo ad patrem. Transitus ergo de hac vita mortali in aliam vitam immortalem, hic est enim de morte ad vitam, in passione & in resurrectione domini comedatur. Hic transitus a nobis

1. Cor. 11. Caput. 6.
Math. 2. 6.
De eos. dif. 2. liquido.
4. sen. dif. 8. cap. hic aut. J ceteri.
J modum.
1. Cor. 11.
Caput. 7.

Caput. 11.
E
Quaestio prima de natali Christi.
Pascha.
E
Roma. 4.
Ioan. 5.
Ioan. 13.
Caput. 2.
modo

G modo agitur per fidem, quæ nobis est in remissionem peccatorum, in spem vitæ æternæ diligētibus deum & proximum, quia fides per dilectionem operatur, & iustus ex fide vivit. Spes autem quæ videtur, nō est spes. Quod enim videt quis quid sperat? Si autem quod nō videmus speramus, per patientiam expectamus, secundum hanc fidem, & spem & dilectionem qua cœpimus esse sub gratia, iam commortui sumus cum Christo, & conscripti illi per baptismum in morte, sicut dicit Apostolus: Quia & vetus homo noster simul confixus est cruci cum illo, & resurreximus cum illo: quia simul nos excitavit, & simul sedere fecit in cœlestibus. Vnde est & illa exhortatio. Si autem resurrexistis cum Christo quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est ad dexteram dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Sed quia sequitur & dicit: Mortui enim estis & vita vestra abscondita est cum Christo in deo, cū Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria: satis indicat quid velit intelligi, quia tūc transitus noster de morte ad vitam qui fit per fidē, spe peragitur futuræ in fine resurrectionis & gloriæ, cum corruptibile hoc, id est, caro ista in qua gemimus modo, induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem. Nunc enim quidem iam habemus primitias spiritus per fidem, adhuc in nobis ipsi ingemiscimus adoptionem, expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. In hac spe cū sumus, corpus quidem mortuum est, propter peccatū, spiritus autem vita est propter iustitiam. Sed vide quid sequitur: Si autē spiritus eius, inquit, qui suscitavit Christum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum eius in vobis. Hoc igitur vniuersa Ecclesia, quæ in peregrinatione mortalitatis inuenta est, expectat in fine seculi quod in domini nostri Iesu Christi corpore præmonstratū est, qui est ex mortuis primogenitus, quia & corpus eius cuius caput est ipse, non nisi Ecclesia est. Nonnulli enim attendentes verba quæ assidue dicit Apostolus: Quia & mortui sumus cū Christo, & resurreximus cum eo, nec intelligentes quatenus dicatur, arbitrati sunt iam factam esse resurrectionem, nec vllam vterius in fine temporum esse sperandam. Ex quibus est, inquit Hymenæus & Philetus, qui circa veritatem aberrauerunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, & fidem quorundam subuerterunt. Idem Apostolus eos arguens detestatur, qui tamen dicit nos resurrexisse cum Christo. Vnde: nisi quia hoc per fidem & spem & dilectionem factū esse dicit in nobis secundum primitias spiritus? Sed quia spes quæ videtur non est spes, & ideo si quod non videmus speramus, per patientiam expectamus, restat vtique redemptio corporis nostri quam expectantes in nobismetipsis ingemiscimus. Vnde est illud: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Hæc igitur innovatio vitæ nostræ est, quidam transitus de morte ad vitam, qui primo fit per fidem, vt in spe gaudeamus, & in tribulatione patientes simus, dum adhuc exterior noster homo corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem, propter initium novæ vitæ, propter novū hominem quem iubemur induere & exuere veterem. Expurgantes vetus fermentum vt simus noua conspersio, quoniam Pascha nostrum immolatum est Christus. Propter hanc ergo vitæ novitatem, primus mensis in anni mensibus celebrationi huic attributus est. Nam & ipse dicitur mensis novorum. Quia verò in toto tē-

K pore seculi nunc tertium tempus apparuit, ideo resurrectio domini tridua est. Primum enim tempus est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia, ubi iam manifestatio est sacramenti prius occulti in prophetico ænigmate. Hoc ergo & in lunari numero significatur, quia enim septenarius numerus solet in scripturis ad quandam perfectionem mysticus apparere: tertia hebdomada lunæ Pascha celebratur, id est, qui dies occurrerit à quartadecima in vicesimamprimam. Est illic & aliud sacramentum, quod si tibi obscurum fuerit, quia in talibus inquisitionibus minus eruditus es, non contristeris. Nec ideo me putes meliorem, quia hæc in studiis puerilibus didici. Qui enim gloriatur, in eo gloriatur, inquit, scire & intelligere, quoniam ego sum dominus. Nonnulli ergo studiosi talium rerū quæsiuerunt multa de muneribus & motibus syderū. Et qui subtilius ista scrutati sunt, incrementa & decrementa lunaria ex conuersione globi eius coniecerunt, non quod aliquid substantiæ vel accedat ei cum augetur, vel decedat cum minuitur: quod deliramentum imperiti Manichæi opinantes, repleti eam dixerūt, sicut repletur navis, ex fugitiua diei parte, quæ commixtam principibus tenebrarum & eorum sordibus inquinatam corde ac ore sacrilego & credere & loqui non dubitant. Hinc ergo impleri lunam dicunt cum magna pars diei magnis laboribus ab inquinamento purgata de toto mundo atque omnibus cloacis fugiens, redditur deo & lugenti dum redeat. Repleti verò per mensem dimidium, & alio dimidio in solem refundi velut in aliam natem. Nec tamen inter istas anathematizandas blasphemias aliquid vnquam fingere potuerunt, cur vel incipiens lucere vel desinens corniculato lumine fulgeat, aut cur à dimidio mense incipiat minui, & non ad refundendum plena perueniat. Illi autē qui hoc certis numeris indagarūt, ita vt & defectus solis & lunæ non solum cur fierent, sed etiam quando futuri erant longè ante prædicerent, & eos determinatis interuallis temporum, canonica supputatione præfigerent, literisq; mandarent, quas modo qui legunt atque intelligunt nihilominus eos prædicunt, nec aliter aut aliàs accidunt quam prædicunt. Tales ergo quibus non est ignoscendum, sicut sancta scriptura dicit: quia cum tantum valerent vt possent aestimare seculum, quomodo dominū eius supplicii pietate nō facilius inuenerunt, ex ipsis cornibus lunæ quæ à sole auersa sunt, siue crescentis, siue decrescētis, coniecerūt eam vel à sole illustrari: & quantomagis ab eo recederet, tanto magis ab ea parte quæ terris apparet radios eius excidere: quanto autem ad eum magis post dimidium mensem ex alio semicirculo propinquaret, tantomagis à superiori parte illustrata ab ea parte quam terris aduerteret non posse excipere radios, & propterea videri decrescere: vel si haberet suum lumen, illud haberet ex vna parte in hemisphærio, quam partem cum recedens à sole paulatim terris ostenderet, donec totam ostenderet quasi augmenta monstrare, dum nō addatur quod deerat, sed perdat quod inerat, ac rursum paulatim abscondere quod patebat, & ideo videri decrescere. Sed quod libet horum sit duorum, illud certum atq; manifestum est, & cuius aduertēti facile cognitum, quod luna nō augetur ad oculos nostros nisi à sole recedēdo, neque minuitur nisi ad solem ex parte alia propinquando. Attende nūc quod in Proverbiis legitur: Sapiens sicut sol permanet, stultus autem sicut luna mutatur. Et quis est sapiens qui permanet, nisi

A net, nisi sol ille iustitiæ, de quo dicitur: Ortus est mihi sol iustitiæ, & quem sibi non fuisse ortum in die nouissima plangentes impij dicturi sunt. Et, iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol iustitiæ: nō ortus est nobis: Nā istum carnis oculis visibilem solē oriri facit super bonos & malos deus, qui etiam pluit super iustos & iniustos. Ducitur autem semper ex rebus visibilibus inuisibiliū congruæ similitudines. Quis est ergo ille stultus qui tanquam luna mutatur, nisi Adam in quo omnes peccauerunt? Anima quippe humana recedens à sole iustitiæ, ab illa scilicet interna contemplatione incommutabilis veritatis, omnes vires suas in terrena conuertit, & eo magis magisque obscuratur in interioribus ac superioribus suis: sed cum redire coeperit ad illā incommutabilem sapiētiam, quanto magis ei appropinquat affectu pietatis, tanto magis exterior homo corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem, omnisq; lux illa ingenij, quæ ad inferiora vergebat, ad superiora conuertitur, & à terrenis quodammodo auferitur, vt magis magisque huic seculo moriatur, & vita eius abscondatur cum Christo in deo. Mutatur ergo in deterius ad exteriora progrediens, & in vita sua proiciēs intima sua, & hoc terræ, id est, eis qui terrena sapiunt melius videtur, cum laudatur peccator in desyderiis animæ suæ, & qui iniq; gerit benedicitur. Mutatur autem in melius cum intentionem suam & gloriā à terrenis quæ in hoc seculo apparent, paulatim auertit, & ad superiora ab inferioribus conuertit, & hoc terræ, id est, eis qui terrena sapiunt deterius videtur. Vnde illi impij postremo infructuosam agentes penitentiam, etiā hoc inter multa dicturi sunt. Ij sunt quos aliquādo habuimus in derisum & in similitudinem improperij: Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam. Ac per hoc spiritus sanctus de visibilibus ad inuisibilia, & de corporalibus ad spiritalia sacramenta similitudinem ducens, transitum illum de alia vita in aliā vitam quod Pascha nominatur, à quartadecima luna voluit obseruari, vt non solum propter tempus tertium quod supra cōmemorauit, quia inde incipit hebdomada tertia, sed etiam propter ipsam tertiam conuersionem ab exterioribus ad interiora de luna similitudo assumeretur, vsq; ad vicesimam verò & primam, propter ipsum numerum septenarium, quo vniuersitatis signatio sepe figuratur, qui etiā ipsi ecclesiæ tribuitur propter instar vniuersitatis. Ideo Ioannes Apostolus in Apocalypsi, ad septē scribit ecclesias. Ecclesia verò adhuc in ista mortalitate carnis constituta, propter ipsam mutabilitatem lunæ nomine in scripturis signatur. Vnde est illud: Parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscura luna rectos corde. Prius enim quam fiat illud quod dicit Apostolus: Cū Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cū ipso in gloria, obscura videtur ecclesia in tempore peregrinationis suæ, inter multas iniquitates gemens, & tunc sunt timēde infidiæ fallacium seductorum, quas nomine sagittarum intelligi voluit. Vnde alio loco propter nuncios fidelissimos veritatis quos vbiq; parit ecclesia dicitur: Luna testis in cœlo fidelis. Et cum de regno domini psalmus cantaret: Orietur, inquit, in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec interficiatur luna: id est, abundantia pacis instantium crescet, donec omnem mutabilitatem mortalitatis absumat. Tunc nouissima inimica destruetur mors, & quicquid nobis resistit ex infirmitate carnis, vnde nobis perfecta pax nondū est, consumetur omnino, cum corruptibile hoc induerit in-

D corruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Vnde & illius ciuitatis muri, quæ Hiericho appellatur, quia in Hebræo eloquio luna interpretari dicitur, septimo circuitu testamenti arcæ corruerunt. Quid enim nunc aliud agit annuntiatio regni cœlorum, quam circuitio arcæ significauit, nisi vt omnia munimenta mortalis vitæ, id est, omnis spes huius seculi, quæ resistit spei futuri seculi in dono septenario spiritus sancti per liberum arbitrium destruantur? Ob hoc enim circūeunte arca non impulsu violento illi muri ceciderunt, sed sponte. Sunt & alia testimonia scripturarum, quæ nobis ingerunt per cōmunionem lunæ ecclesiæ significationē, quæ in ista mortalitate ab illa Hierusalem, cuius ciues angeli sunt, in ærumnis & laboribus peregrinatur. Non ideo tamen putare debent stulti, qui nolunt in melius commutari, adorāda esse illa luminaria, quia ducitur ex eis aliquādo similitudo ad diuina mysteria figuranda: ex omni enim creatura ducitur. Nec ideo debemus in sententiā damnationis irruere, quæ ore Apostolico de quibusdā profertur, qui coluerunt & seruiuerunt creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Sicut enim non adoramus pecora, quanuis dictus sit Christus & agnus & vitulus: nec feram, quia dictus est leo de tribu Iuda: nec lapidem, quia petra erat Christus: nec montē Sion, quia in ipso figuratur ecclesia: sic nec solē nec lunam, quāuis ex ea cœlesti creatura, sicut ex multis terrestribus sacramentorū figuræ ad informationes mysticas assumantur. Quapropter Manichæorum vel Mathematicorum deliramenta cum detestatione irridenda sunt: quibus cum obiecerimus vana commenta, vnde homines in errorem præcipitant, quò prius præcipitati sunt, garruli sibi videntur, cum dicunt nobis: Cur & vos ad solis & lunæ cōputationem Pascha celebratis: quasi nos ordines syderum, ac vicissitudines tēporum à summo atque optimo deo cōditas arguamus, & non eorum peruersitatem, quæ rebus sapientissime conditis ad stultissimas opiniones abutitur. Nā si Mathematicus nobis contradicatur est de syderibus & luminariis cœli ad sacramenta mystice figurāda similitudines ducere, contradicāt & augures ne dicatur nobis: Estote simplices vt columbæ. Contradicant & Magi ne dicatur nobis: Astuti sicut serpentes. Contradicant histiones, ne in psalmis citharā nominemus. Ac quia ex his rebus ad mysteria verborum dei, similitudinum signa sumuntur, dicāt si placet, vel auspicias nos captare, vel venena conficere, vel theatricas affectare luxurias, quod demētissimum est dicere. Non igitur nos de sole & luna annuis mensuris vt temporibus actionum nostrarum euenta conicimus, ne in vitæ humanæ periculosis temporibus tanquam in scopulos miseræ seruitutis illius, à libero arbitrio naufragemus: sed ad rem sacrate significandam similitudines aptas religiosissima deuotione suscipimus, sicut de cætera creatura, de ventis, de mari, de terra, de volatilibus, de piscibus, de pecoribus, de arboribus, de hominibus, ad sermonem quidem multipliciter, ad celebrationem verò sacramentorum iam Christiana libertate parcissime, sicut de aqua, de frumento, de vino, de oleo. In seruitute autem veteris populi etiam multa celebrari imperata sunt, quæ nobis tantummodo intelligenda traduntur. Non itaque dies obseruamus & annos & menses & tempora, ne audiamus ab Apostolo: Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis. Eos enim inculpat qui dicunt: Non proficiscar, quia posterus dies est, aut quia luna sic

Gal. 5.
Abac. 2.
Rom. 8.

Roma. 6.
Collo. 3.

1. Cor. 15.

Roma. 8.

Caput. 3.

2. Tim. 2.

Roma. 8.

Rom. 12.

1. Cor. 4.
1. Cor. 5.

K
Cap. 4.
Hier. 9.
† numeris.
Manichæi de luna. † dei.
L
† aliās, est ea de pars dei.
M
Cap. 5.
Ecclesiasti. ci. 27.

Isosc. 6.
Lib. arbitriū
Roma. 4.
E
Caput. 7.
Math. 23.
F
Lib. arbitriū
Galat. 4.

G luna sic fertur: vel Proficiscar vt prospera cedant, quia ita se habet positio syderum. Nō agam hoc mense cōmercium, quia illa stella mihi agit mensē: vel agam, quia suscepit mensē. Non plantem hoc anno vineam, quia bissextus est. Non autem quisquam sapiens arbitretur obseruatores temporum reprehendendos, qui dicunt: Non proficiscar hodie, quia tēpestas exorta est: aut nō nauigē, quia adhuc sunt hybernē reliquie: aut tempus seminandi est, quia hymbribus autumali bus terra satiata est, vel si qui forte alij naturales effectus circa motum aēris & humoris ad variandas temporum qualitates in syderum ordinatissima cōuersione notati sunt, de quibus dictum est cum conderentur: Et sint in signis & temporibus & diebus & in annis. Si quā autem figurā similitudinum non tantum de cōlo & de syderibus, sed etiam de inferiori creatura ducitur ad dispensationem sacramentorum, eloquētia quēdam est doctrinā salutaris, mouendo affectui discēntium accommodata, à visibilibus ad inuisibilia, à corporalibus ad spiritalia, à temporalibus ad aeterna.

Gen. 1.

Cap. 8.

Nec quisquam nostrum attēdat quod eo tempore, quo Pascha celebramus, sol in ariete est, sicut illi appellant quēdam syderum locum, vbi reuera mense nouorū sol inuenitur: sed siue illi arietē, siue aliquid aliud eandem partem coeli vocare voluerint, nos de scripturis sanctis hoc didicimus, quod omnia sydera deus cōdidit, & locis caelestibus quibus voluit, ordinauit, quā stellis distincta & ordinata in quasilibet partes diuidāt quibuslibet vocabulis vocent, vbicunq; sol esset mense nouorū, illic eū reperiet hęc celebratio, propter similitudinem sacramenti renouandē vitā, de qua satis supra differuimus. Quod si etiam locus ille syderū aries vocari possit propter aliquam figurā congruētiam, neque huiusmodi timeret sermo diuinus aliquam sacramenti similitudinem ducere, sicut de aliis non solū caelestibus, sed etiam terrestribus creaturis, sicut de Orionē & Pleiadibus, sicut de monte Sina, & de monte Sion, sicut de fluminibus quā vocantur Geon, Phison, Tigris, Euphrates: sicut de ipso toties in sanctis mysteriis nobilitato fluuio Iordane rerum figurate insinuarum mysticas similitudines adduxit. Sed quantum interfit inter syderum obseruatiōes ad aēreas qualitates accommodatas, sicut agricolā vel nauatā obseruant: aut ad notandas partes mundi cursumq; aliquō & aliunde dirigendū quod gubernatores nauū faciūt, & ij qui per solitudines arenosas in interiora Austri nulla semita certa vel recta gradiuntur: aut cū ad aliquid in doctrinā vtili figurate significandum, sit nonnullorum syderum aliqua commemoratio. Quātum ergo interfit inter has vtilitates, & vanitates hominum ob hoc obseruantium sydera, vt nec aēris qualitates, nec regionum vias, nec solos temporum numeros, nec spiritalium similitudines, sed quasi fatalia rerū iam euēta perquirant, quis non intelligat? Sed iam deinceps videamus cur etiam id obseruetur, cum Pascha celebratur, vt sabbatum occurrat. Hoc enim proprium Christianā religionis est. Nam Iudaei mensē nouorū tantummodo & lunam obseruant à quartadecima vsque ad vicesimā primam. Et quia illud eorū Pascha, quo passus est dominus, ita occurrit, vt inter mortem eius & resurrectionem medius esset sabbati dies, addēdum patres nostri censuerunt, vt & nostra festiuitas à Iudaeorū festiuitate distingueretur: & quod non frustra factum esse credendum est ab illo, qui est ante tempora, & per quem facta sunt tempora, & qui venit in ple-

Caput. 9.

Sabbati mysterium.

nitudine temporum, & qui potestatem habebat ponēdi animam suam & iterum recipiendi eam, & ideo non fatalem, sed opportunam sacramento, quod commendare instituerat, horam expectabat, cum diceret: Nondum venit hora mea. Vt igitur anniuersaria passionis eius celebratione à posteris seruarentur: quod em̄ nunc vt superius dixi, fide ac spe gerimus, atque vt ad id perueniamus, dilectione satagimus, requies est quēdam ab omni labore omnium molestiarum sancta atque perpetua, in eadem nobis ex hac vita fit transitus, quē dominus noster Iesus Christus sua passione demonstrare ac consecrare dignatus est. Inest autem in illa requie non desidiofa segnitia, sed quādam ineffabilis tranquillitas actionis ociofa. Sic enim ab huius vitā operibus in fine requiescit, vt in alterius vitā actione gaudeatur. Sed quia talis actio in dei laude agitur, sine labore membrorū, sine angore curarū, non ad eam sic transitur per quietem, vt ipse labor succedat: id est, nō sic esse incipiat actio, vt esse desinat quies. Neq; enim redit ad labores & curas, sed permanet in actioe quod ad quietem pertinet: neque enim in opere laboratur, neque in cogitatione fluctuatur. Quia ergo per requiem ad primam vitam reditur, vnde anima lapsa est in peccatū, propterea sabbato, requies significatur. Illa autem vita prima, quā de peregrinatione redeuntibus, & primam stolam accipientibus redditur, per vnam sabbati, quem diem dominicum dicimus, figuratur. Quāre septē dies Genesim legens, inuenies septimum sine vespera, quia requiem sine fine significat. Prima ergo vita non fuit sempiterna requies peccanti, requies autem vltima sempiterna est, ac per hoc & octauus sempiternam beatitudinem habebit, quia requies illa quā sempiterna est, excipitur ab octauo, non extinguitur: neque enim aliter sempiterna esset. Ita ergo erit octauus qui primus, vt prima vita non tollatur, sed reddatur aeterna.

Cap. 10. In ocio corporaliter celebrando.

Gen. 2.

M

Iacob. 4.

Psal. 36.

Roma. 5.

Sabbatum tamen commendatum est, priori populo in ocio corporali temporaliter, † & vt figura esset sanctificationis in requiem spiritus sancti. Nusquam enim legimus in Genesi sanctificationem per omnes priores dies, sed de solo sabbato dictum est: Et sanctificauit deus diem septimum. Amant enim requiem siue piā animā, siue iniquā: sed an perueniāt ad illud quod plurimum amant, nesciunt: nec aliquid appetūt etiam ipsa corpora ponderibus suis, nisi quiescere à motibus suis. Nam sicut corpus tamdiu nititur pōdere, siue deorsum versus, siue sursum versus, donec ad locum quō nititur veniens, conquiescat: Pondus quippe olei si dimittatur in aērem, deorsum: si autem sub aquis, sursum nititur: Sic animā ad ea quā amant propterea nituntur, vt perueniendo requiescant. Et multa quidem per corpus delectant, sed non est in eis aeterna requies, nec saltem diuturna, & propterea magis sordidant animam, & aggrauant potius, vt syncerū eius pondus, quo in superna fertur, impediāt. Cum ergo anima in seipsa delectatur, nondum re incommutabili delectatur, & ideo adhuc superba est, quia se pro summo habet, cum superior sit deus. Nec in tali peccato impunita relinquitur, quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Cum autem deo delectatur, ibi veram, certā, aeternam inuenit requiem, quam in aliis quarebat, nec inueniebat. Proinde admonetur in psalmo: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Quia ergo charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, ideo sanctificatio in septimo die commemorata est, vbi requies commendatur.

A

Philip. 2.

Gen. 1. & 2.

Cap. 11.

Matth. 22.

Roma. 2.

Exod. 20.

Deute. 5.

Roma. 5.

Roma. 8.

Allegoria.

Cap. 12.

Psal. 45.

Matth. 11.

datur. Quia vero nec bene operari possumus, nisi dono eius adiuti, sicut dicit Apostolus: Deus enim est qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate, nec agere nec requiescere poterimus post omnia bona opera nostra, quā in hac vita gerimus, nisi eius dono ad aeternitatem sanctificati atq; perfecti. Propterea de ipso deo dicitur: Cū fecisset omnia opera valde bona, septimo die requieuit ab omnib⁹ operibus suis quā fecit. Futuram enim requiem significabat, quam post bona opera daturus erat nobis hominibus. Sicut enim cum bene operamur, ipse dicitur operari in nobis, cuius munere operamur: ita cum requiescimus, ipse requiescere dicitur, quo donante requiescimus. Hinc est quod etiam tribus primis praeceptis decalogi, quā ad deum pertinent, cetera enim septem ad proximum pertinent, id est, ad hominem, quia in duobus praeceptis tota lex pendet, tertium ibi de obseruatione sabbati positum est: vt in primo praecepto patrem intelligamus, vbi prohibetur coli aliqua in figuris hominum dei similitudo, non quia non habet imaginem deum, sed quia nulla imago eius coli debet, nisi illa quā hoc est quod ipse, nec ipsa pro illo sed cum illo. Et quia creatura mutabilis est, ac propterea dicitur. Omnis creatura vanitati subiecta est, quoniam natura etiā vniuersa in parte demonstratur, ne quisiā filii dei verbum, per quod facta sunt omnia, putaret esse creaturam, sequitur aliud praeceptum: Non accipies in vanum nomen dei tui. Spiritus autem sanctus, in quo nobis illa requies tribuitur, quam vbi que amamus, sed nisi deum amando, nō inuenimus, cum charitas eius diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Quia ergo sanctificauit deus diem septimū in quo requieuit, tertio praecepto legis insinuat quod scriptum est de obseruatione sabbati, non vt iam in ista vita nos quiescere existimemus, sed vt omnia quā bene operamur non habeant intentionem, nisi in futuram requiem sempiternam. Memerito enim maxime, quod iam supra commemorauimus, quā spe salui facti sumus: spes enim quā videtur non est spes ad ipsum autem ignem amoris nutriendū & flammandū quodammodo, quo tanquam pondere sursum vel introrsum feramur, ad requiem hęc omnia pertinent, quā insinuatur nobis figurate. Plus enim mouent & accēdunt amorem, quā si nuda & sine vllis sacramentorum similitudinibus ponerentur. Cuius rei causam difficile est dicere. Sed tamen ita se habet vt aliquid per Allegoricam significationem intimatum plus moueat, plus delectet, plus honoretur, quā si verbis propriis diceretur apertissime: Credo quod ipse animā motus quandiu rebus adhuc terrenis implicatur, pigrius inflāmatur: si vero feratur ad similitudines corporales, & inde feratur ad spiritalia, quā illis similitudinibus figurantur, ipso quasi transitu vegetatur, & tanquam in facula ignis agitatus accenditur, & ardentiore dilectione rapitur ad requiem & quietem. Ideoq; inter omnia illa decem praecepta solum ibi quod de sabbato positum est, figurate obseruandū praecepitur, quā figuram nos intelligendam, non etiā per ocium corporale celebrandā suscepimus. Cum enim sabbato significetur spiritalis requies, de qua dictū est in Psalmo: Vacate & videte, quoniam ego sum deus, & quo vocātur homines ab ipso domino dicente: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam. Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis

requiem animabus vestris: Cetera tamen ibi praecepta proprie sicut praecepta sunt, sine vlla figurata significatione obseruamus. Nā & idola nō colere manifeste didicimus, & non accipere in vanum nomē domini dei nostri, & honorare patrem & matrem, & nō mœchari, non occidere, non furari, non falsum testimoniū dicere, nō concupiscere vxorem proximi, nō concupiscere vllam rem proximi, non figurate aliud praeter dunt, & mystice aliud significant, sed sic obseruāt vt sonant. Obseruare tamen diem sabbati nō ad literam iubemur secūdum ocium ab opere corporali, sicut obseruante Iudaei: & ipsa eorum obseruatio quia ita praecepta est, nisi aliam quandam spiritalem requiem significet, ridenda iudicatur. Vnde non inconuenienter intelligimus ad amorem excitandum, quo ad requiem tendimus, valere omnia quā figurate in scripturis dicuntur, quandoquidem non solum id in decalogo figurate praecipitur, vbi requies commēdat, quā vbi que amatur, sed in solo deo certa & sancta inuenitur. Dies tamen dominicus non Iudaeis, sed Christianis resurrectione domini declaratus est, & ex illo habere cōepit festiuitatem suam. Animā quippe omnium sanctorum ante resurrectionem corporis sunt quidem in requie, sed in ea non sunt actione, qua corpora recepta vegetantur. Talem quippe actionē significat dies octauus, qui & primus: quia non aufert illam requiem, sed glorificat. Non enim redit cum corpore difficultas ex corpore, quia nec corruptio. Oportet enim corruptibile hoc indui incorruptionē, & mortale hoc indui immortalitatem. Quapropter ante resurrectionem domini, quāuis sanctos patres plenos spiritu prophético octauā sacramentum nequaquam lateret, quo significatur resurrectio. Nam & pro octaua Psalms inscribitur, & octauo die circuncidebātur infantes. Et in Ecclesiaste ad duorum testamentorum significationem dicitur: Illis septem & illis octo referendum est: tamen illis est occultatum, & solum celebrandum sabbatū traditum est, quia erat antea requies mortuorum: resurrectio autem nullius erat donec veniret Christus, qui resurgens ex mortuis, iam non moreretur, & mors illi vltra non dominaretur. Sed postquam facta est talis resurrectio in corpore dominico, vt praeret in capite Ecclesiae, quod corpus ecclesiae speraret in fine, iam etiam dies dominicus, id est, octauus, qui & primus inciperet celebrari, ipsa etiā causa intelligitur, cur obseruandū Pascha, vbi agnum occidere & comedere iubētur, quod manifestissime passionem domini praefigurat, non eis ita praeceptum, vt attenderent occurrere sabbatum, & cum mensē nouorū & tertiam lunā hebdomadam concurrere, vt eundem quoque diem dominus potius sua passione signaret, qui etiam dominicum, id est, octauum, qui & primus est, declaraturus aduenerat. Attende igitur sacratissimum tridui crucifixi, sepulti, suscitati. Horum trium quod significat crux, in praesenti agimus vita: quod autem significat sepultura & resurrectio, fide ac spe gerimus. Nunc enim dicitur homini: Tolle crucem tuam, & sequere me. Cruciat autē caro, cū mortificantur membra nostra quā sunt super terram, fornicatio, immunditia, luxuria, auaritia, & cetera huiusmodi, de quibus idem dicit: Si secūdum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuētis. Hinc etiam de seipso dicit: Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. Et in alio loco: Sciens, inquit, quia vetus homo noster simul cōfixus est cruci cum illo, vt euacuetur corpus peccati, vt

Exod. 20. Deute. 5.

Cap. 13.

E

1. Cor. 15.

Ecclesiastes. 11.

Roma. 6.

F

Cap. 14.

Coll. 3.

Roma. 8.

Eph. 6.

Roma. 6.

vltra

G vltra non feruiamus peccato. Quandiu ergo id agunt opera nostra vt euacuetur corpus peccati, quandiu exterior homo corrumpitur, vt interior renouetur de die in diem, tempus est crucis. Hac sunt etiam bona opera quidem, tamen adhuc laboriosa, quorum merces est requies. Sed ideo dicitur: Spe gaudentes, vt cogitantes requiem futuram, cum hilaritate in laboribus operemur. Hanc hilaritatem significat crucis latitudo in transuerso ligno, vbi figuntur manus. Per manus enim opera intelligimus: per latitudinem hilaritatem operantis, quia tristitia facit angustias: per altitudinem vero cui caput adiungitur, expectationem retributionis de sublimi iustitia dei, qui reddet unicuique secundum opera sua, iis quidem, qui secundum tolerantiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem quarentibus vitam eternam. Itaque enim longitudo, qua totum corpus extenditur, ipsam tolerantiam significat, vnde longanimes dicuntur, qui tolerant. Profundum autem quod terrae infixum est, secretum sacramenti praefigurat. Recordaris enim, nisi fallor, quae verba Apostolus in ista designatione crucis expedit, vbi ait: In charitate radicati atque fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis quae sit longitudo, latitudo, altitudo, & profundum. Ea vero quae nondum videmus & nodum tenemus, sed fide & spe gerimus, in alio biduo figurata sunt. Hac enim quae nunc agimus, tanquam clavis praceptorum in dei timore confixis, sicut scriptum est: Cofige clavis a timore tuo carnes meas, in necessariis deputantur, non in eis quae per seipsa appetenda & concupiscenda sunt. Vnde illud quod est optimum se dicit concupiscere, dissolui & esse cum Christo. Manere autem in carne necessarium, inquit, propter vos. Quod ergo, inquit: Cupio dissolui & esse cum Christo, inde incipit requies, quae non interrumpitur resurrectione, sed clarificatur: quae tamen nunc fide retinetur. Quia iustus ex fide viuunt. An ignoratis, inquit, quonia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti ergo illi sumus per baptismum in mortem. Vnde, nisi fide? Neque enim iam in nobis perfectum est, adhuc in nobismetipsis ingemiscuntibus, & adoptionem expectantibus redemptione corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quae videtur non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Quod memento quam saepe commorem, nec iam nunc in ista vita nos beatos fieri debere arbitremur, & ab omnibus difficultatibus liberos, ac sic in angustiis rerum temporalium aduersus deum ore sacrilego murmuremus, quasi non exhibeat quod promissit. Promissit quidem etiam huic vitae necessaria, sed alia sunt solatia miserorum, alia gaudia beatorum. Domine, inquit, secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, exhortationes tuae iocundauerunt animam meam. Non ergo murmuremus in difficultatibus, ne perdamus latitudinem hilaritatis, de qua dicitur: Spe gaudentes: quia sequitur, In tribulatione patientes. Noua ergo vita in fide nunc inchoatur, & spe geritur: nam tunc perfecta erit, cum absorbebitur mortale a vita, cum absorbebitur mors in victoriam, cum illa nouissima inimica destruetur mors, cum immutati fuerimus, & aequales angelis facti. Omnes enim, inquit, resurgemus, sed non omnes immutabimur. Et dominus: Erunt, inquit, aequales angelis dei. Apprehensi enim sumus modo in timore per fidem, tunc autem apprehedemur in charitate per spem. Quandiu enim

sumus in corpore, peregrinamur a domino: per fidem enim ambulamus, non per spem. Ipse itaque Apostolus, qui dicit: Tunc apprehendam sicut apprehensus sum, aperte se non apprehendisse confitetur. Fratres, inquit, ego me non arbitror apprehendisse. Sed tamen quia ipsa spes ex promissione veritatis certa nobis est, cum diceret: Consepulti igitur sumus illi per baptismum in mortem, subiunxit & ait: Vt quemadmodum surrexit Christus ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitae ambulemus. Ambulamus ergo in re laboris, sed in spe quietis, in carne vetustatis, sed in fide nouitatis. Dicit enim: Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem viuunt propter iustitiam. Si autem spiritus eius, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum eius in vobis. Hoc ex auctoritate diuinarum scripturarum & vniuersae ecclesiae, quae toto orbe diffunditur, consensione per anniuersarium Pascha celebratur. In magno vtique, sicut iam intelligis, sacramento, & in scripturis quidem veteribus ad agendum Pascha non est praecceptum tempus, nisi ex mense nonorum, a luna quartadecima vsque ad vicesimum primam: ex Euangelio tamen, quia iam manifestum est quo etiam die dominus crucifixus sit, & in sepultura fuerit, & resurrexerit, adiuncta est etiam ipsorum dierum observatio per patrum concilia: & orbi vniuerso Christiano persuasum est eo modo Pascha celebrari oportere. Quadragesima sane ieiuniorum habet auctoritatem, & in veteribus libris ex ieiunio Moysi & Heliae: & ex Euangelio, quia totidem diebus dominus ieiunauit, demonstrans Euangelium non dissentire a lege & prophetis. In persona quippe Moysi lex, in persona Heliae propheta accipiuntur, inter quos & in motu gloriosus apparuit, vt euidentius emereret, quod de illo dicit Apostolus, testimonium habens a lege & a prophetis. In qua ergo parte anni congruentius observatio quadragesimae constitueretur, nisi consini atque contiguae dominicae passioni? Quia in ea significatur haec vita laboriosa, cui opus est continentia, vt ab ipsius mundi amicitia ieiunetur, quae vtique fallaciter blandiri, & illecebrarum fucos circumpergere atque iactare non cessat. Numero autem quadragesimae vitam istam propterea figurari arbitror, quia denarius, in quo est perfectio beatitudinis nostrae, sicut in octonario, quia redit ad primum: ita in hoc mihi videtur exprimi, quia creatura quae septenario figuratur, adharet creatori: in quo declaratur vnitas trinitatis per vniuersum mundum temporaliter annuncianda: quia mundus & a quatuor ventis delimitatur, & quatuor elementis erigitur, & quatuor anni temporum vicibus variatur. Decem autem quaterni in quadraginta consumuntur: quadragesimarius autem partibus suis computatus, addit ipsum denarium, & sunt quinquaginta tanquam merces laboris & continentiae. Neque enim frustra ipse dominus & quadraginta dies post resurrectionem in hac vita & terra cum discipulis conuersatus est: & postea ascendit in caelum, decem diebus interpositis promissum I misit spiritum sanctum, completo die Penthecostes: qui dies quinquagesimus habet aliud sacramentum, quod septies septem quadragintanovem fiunt: & cum reditur ad initium, quod est octauus, qui & primus dies, quinquaginta complentur, qui celebrantur post domini resurrectionem, iam in figura non laboris, sed quietis & latitiae: propter hoc & ieiunia relaxantur, & statim oramus, quod est signum resurrectionis. Vnde etiam omnibus

K
2. Cor. 5.
Philip. 3.
Roma. 6.
Roma. 8.
Cap. 15.
L
Quadragesima ieiunium.
M
Orare statim

Manfredi
Eph. 5.
Psal. 118.
Philip. 1.
Abac. 2.
Roma. 6.
Roma. 8.
Psal. 93.
Roma. 12.
1. Cor. 15.
1. Cor. 15.
Luc. 20.

A omnibus diebus dominicis, id ad altare obseruatur, & halleluia canitur, quod significat actionem nostram futuram non esse nisi laudare deum, sicut scriptum est: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Sed dies quinquagesimus & in scripturis commendatur, non tantum in Euangelio, quia tunc spiritus sanctus aduenit, sed etiam in veteribus libris. Nam & ibi postquam pascha occiso agno celebrauerunt, dies quinquaginta numerantur vsque ad diem, quo lex data est in monte Sina famulo dei Moysi, digito dei scripta: in libris autem Euangelij apertissime declaratur digito dei significare spiritum sanctum. Cum enim vnus Euangelista dixisset. In digito dei eiicio demonia: alius hoc idem ita dixit. In spiritu dei eiicio demonia. Quis hanc latitiam diuinarum sacramentorum, cum sanae doctrinae luce clarescunt, non praeferat vniuersi mundi huius impertis, etiam inusitata felicitate pacatis? Nonne tanquam duo Seraphin clamant adinuicem concinentiam laudis altissimo: Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus deus Sabaoth, ita duo testamenta fideliter concordantia sacramenta concinunt veritate deo? Occiditur ovis, celebratur pascha, & interpositis quinquaginta diebus datur lex ad timorem scripta digito dei. Occiditur Christus, qui tanquam ovis ad immolandum ductus est, sicut Esaias testatur, celebratur verum pascha, & interpositis quinquaginta diebus, datur ad charitatem spiritus sanctus, qui est digitus dei, contrarius hominibus sua quarentibus, & ideo iugum asperum & sarcinam grauem portantibus, nec inuenietibus requiem animabus suis, quia charitas non quaerit quae sua sunt. Ideo animositas haereticorum semper inquieta est, quos magorum Pharaonis habere conatum, declarat Apostolus dicens: Sicut enim Iamnes & Mambres resisterunt Moysi, sic & isti resistent veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, sed vltra non proficiunt. Dementia vero eorum erit manifesta omnibus sicut & illorum fuit. Quia enim per ipsam corruptionem mentis inquietissimi fuerunt, in signo tertio defecerunt, fatentes sibi aduersum esse spiritum sanctum qui erat in Moysi. Nam deficientes dixerunt: Digitus dei est hic. Sicut autem conciliatus & placatus spiritus sanctus requiem praestat mitibus & humilibus corde, ita contrarius & aduersus immites ac superbos inquietudine exagitat. Quam inquietudinem muscae illae grauissimae significauerunt, sub quibus magi Pharaonis defecerunt dicentes: Digitus dei est hic, Exodum lege, & vide vbi Pascha celebrauerunt, post quot dies data sit lex. Loquitur deus ad Moysen in monte Sinai die tertio mensis tertij. Nota ergo vnum diem egressus ipsius tertij mensis, & vide quid dicat inter caetera. Descende, inquit, testare populo & purifica illos hodie & cras, & lauenter vestimenta sua & sint parati in diem tertium. Tertia enim die descendit dominus in montem Sina coram omni populo, tunc data est lex tertio scilicet die tertij mensis. Numerata itaque a quartodecimo primi mensis die quo factum est Pascha, vsque ad diem tertium tertij mensis, & inuenies decem & septem dies primi mensis, triginta secundi, tres tertij, qui fiunt quinquaginta. Lex in arca est, sanctificatio in corpore domini, per cuius resurrectionem nobis requies futura promittitur, ad quam percipiendam spiritu sancto charitas inspiratur. Spiritus autem nondum erat datus, cum Iesus nondum erat clarificatus. Vnde prophetia illa cantata est: Exurge domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuae. Vbi requies, ibi sanctificatio. Vnde nunc vt amemus

Psal. 83.
Cap. 16.
Luc. 11.
Math. 12.
Esa. 6.
Esa. 53.
1. Cor. 13.
2. Tim. 3.
Exod. 3.
Jeremo.
1. & contestat
repopulium
Exod. 19.
Ioan. 7.
Psal. 131.

& desideremus, pignus accepimus. Vocatur autem ad D. requiem alterius vitae quod ab ista transitur, quod Pascha significat, omnes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Propterea quinquagenarius numerus ter multiplicatus, addito ad eminentiam ipsius sacramenti ipso ternario, in illis magnis piscibus inuenitur, quos iam dominus post resurrectionem nouam vitam demonstrans, a dextera parte leuari imperauit, nec retia rupta sunt, quia tunc haereticorum inquietudo non erit. Tunc homo perfectus & quietus, purificatus in anima & in corpore per eloquia domini casta, argentum igne examinatum terrae purgatum septupulum, accipiet mercedem denarium vt sint decem & septem. Nam & in hoc numero sicut in aliis multiplices figuras exhibentibus, sacramentum mirabile reperitur. Nec immerito etiam psalmus septimusdecimus in Regnorum libris solus integer legitur, qui regnum illud significat vbi aduersarium non habebimus. Titulus enim eius est, In die qua eruit eum dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saül. Quis enim figuratur in David, nisi ille qui venit secundum carnem ex semine David? Qui vtique in corpore suo quod est ecclesia adhuc patitur inimicos. Vnde illi persecutori quae voce mactauit, & in suum corpus traiciens quodammodo manducauit, sonuit de caelo: Saule Saule quid me persequeris? Quando autem eruetur hoc corpus de manu omnium inimicorum eius, nisi cum & illa nouissima inimica destruetur mors? Ad hoc tempus pertinet numerus ille centum quinquagintatium piscium. Nam & ipse numerus septimusdecimus surgens in trigonum, centum quinquagintatium summam complet. Ab vno quippe vsque ad decem & septem surgens, omnes medios adde, & inuenies: ad vnum scilicet adde duo, fiunt vtique tria, adde tria fiunt sex, adde quatuor fiunt decem, adde quinque fiunt quindecim, adde sex fiunt viginti vnus, adde ita caeteros & ipsum decimumseptimum, fiunt centum quinquagintatium. Haec de scripturis firmissime tenentur, id est Pascha & Penthecoste. Nam vt quadraginta illi dies ante Pascha obseruentur. Ecclesiae consuetudo roborauit, sic etiam vt octo dies Neophytorum distinguatur a caeteris, id est vt octauus primo cocinat. Vt autem Halleluia per illos solos dies quinquaginta in Ecclesia cantetur, non vsquequaque obseruatur. Nam & in aliis diebus varie cantatur alibi atque alibi, ipsis autem diebus vbiq. Vt autem stantes in illis diebus & omnibus dominicis oremus, vtrum vbiq. seruetur ignoro: tamen quid in eo sequatur Ecclesia, dixi vt potui, & arbitror esse manifestum. De lauandis vero pedibus, cum dominus hoc propter formam humilitatis, propter quam docendam venerat, commendauerit, sicut ipse consequenter exposuit, quaesitum est, quo nam tempore potissimum restanta etiam facto doceretur, & illud tempus occurreret, quo ipsa commendatio religiosus in hareret. Sed ne ad ipsum sacramentum baptismi videretur pertinere, multi hoc in consuetudinem recipere noluerunt. Nonnulli etiam de consuetudine auferre non dubitauerunt. Aliqui autem, vt hoc sacratiore tempore commendaretur, & a baptismi sacramento mutaretur vel diem tertium octauarum, quia ternarius tertium in multis sacramentis maxime excellit, vel etiam ipsum octauum vt hoc faceret elegerunt. Miror sane quid ita volueris, vt de his quae varie per diuersa loca obseruantur, tibi aliqua conscriberem, cum & non sit necessarium, & vna in his saluberrima regula retinenda sit, vt quae non sunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhort-

Cap. 17.
Psal. 111.
2. Reg. 23.
E
Act. 9.
Halleluia
F
Cap. 18.
Latio pedu
1. & distingu
tent.
De variis co
suetudinib.

G ad exhortationē vitę melioris, vbi cūq; institui videmus, vel instituta cognoscimus, non solū non improbemus, sed etiam laudando & imitando sectemur, si aliquorū infirmitas non ita impedit, vt amplius detrimentū sit. Si enim eo modo impediatur, vt maiora studiorū lucra speranda sint, quā calumniatorum detrimenta metuenda, sine dubitatione faciendum est, maxime illud quod etiam de scripturis defendi potest, sicut de hymnis & psalmis canendis, cum & ipsius domini, & Apostolorum habeamus documenta & exempla & præcepta de hac re tam vtilia. Ad mouēdum pie animum, & accendendum diuinę lectionis affectum, varia cōsuetudo est, & pleraq; in Africā ecclesię membra pigriora sunt, ita vt Donatistę nos reprehendāt, quod sobrie psallimus in ecclesiā diuinā cantica prophetarū, cum ipsi ebrietates suas ad canticum psalmarū humano ingenio compositorū, quasi tubas exhortationis inflament. Quādo autem nō est tempus, cū in ecclesiā fratres congregantur sancta cantandi, nisi cū legitur aut disputatur, aut Antistites clara voce deprecantur, aut communis oratio voce diaconi indicitur?

Caput. 19. Alii vero particulis temporū quid melius a cōgregatis Christianis fiat, quid sanctius, omnino nō video. Quod autem instituitur præter cōsuetudinem, vt quasi observatio sacramenti sit, approbare non possum, etiā si multa huiusmodi propter nonnullarum vel sanctarum vel turbularum personarum scandala deuitāda, liberius improbare nō audeo. Sed hoc nimis doleo, quia multa quę in diuinis libris saluberrima præcepta sunt, minus curantur, & tam multis præsumptionibus sic plena sunt omnia, vt grauius corripitur qui per octauas suas terram nudo pede tetigerit, quā qui mentem vinolentia sepelierit. Omnia itaq; talia quę neque sanctarum scripturarum autoritatibus continentur, nec in conciliis Episcoporū statuta inueniuntur, nec cōsuetudine vniuersę Ecclesię roborata sunt, sed diuersorum locorū diuersis moribus innumerabiliter variantur, ita vt vix aut omnino nunquā inueniri possint causas, quas in eis instituentis homines secuti sunt, vbi facultas tribuitur, sine vlla dubitatione rescanda existimo. Quauis enim neq; hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint, ipsam tamen religionem, quā paucis simis & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia dei esse liberam voluit, seruilibus oneribus premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudæorū, qui etiam si tempus libertatis nō agnouerint, legalibus tamen facinis, nō humanis præsumptionibus subiciuntur. Sed Ecclesiā dei inter multam paleam multaq; zizania constituta multa tolerat, & tamen quę sunt contra fidem vel bonam vitam, non approbat, nec tacet, nec facit. Itaque illud quod scripsisti quosdam fratres ita temperare a carnibus edendis, vt immundos qui comederint arbitrentur, apertissime contra fidem sanāque doctrinam est. Sed hic ego si diutius disputare voluero, poteris putare ante in illis obscuri aliquid hinc Apostolum præcepisse, qui etiam multa, quę de hac re dixit, sic detestatus est hæreticorum impiam opinionem, vt diceret: Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedēt quidam a fide, intendentes spiritibus seductoribus, & doctrinę dæmoniorum in hypocrisi mendaciloquiorum, † cauteriatam habentes conscientiam suam, prohibentes nubere, abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendū cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerūt veritatē, quia omnis creatura dei bona est, & nihil ab-

I

iciendum est quod cum gratiarū actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum dei & orationē. Et alio loco de his rebus loquitur: Omnia inquit munda mundis, immundis autem & infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorum & mens & conscientia. Tu ipse lege cetera, & recita quibus potes, ne in se irritam faciant gratiam dei, quia in libertate vocati sunt, tātum ne libertatem in occasione carnis assument. Et ideo iam voluit refrenandę carnalis concupiscentię causa a quibuslibet cibis temperari, quia non eis hoc permittitur superstitiose, atque infideliter facere. Hi vero qui de paganis Euangelicis sortes legunt, etsi optādum est vt hoc potius faciant, quā vt ad dæmonia consulenda concurrant, tamen etiam ista mihi displicet cōsuetudo, ad negotia secularia & ad vitę huius vanitatem propter aliam vitā loquentia oracula diuina velle cōuertere. Hęc tibi si satis esse ad ea quę requisisti non putaueris, nimis ignoras & vires & occupationes meas. Tantū enim abtūm ab eo quod putasti nihil melate vt nihil in epistola tua legerim tristius, quia & apertissime falsum est. Et miror quia hoc te latet, quod nō solum in aliis innumerabilibus rebus multa me latent, sed etiam in ipsis sanctis scripturis multo nesciam plura quā sciam. Et ideo spem in nomine Christi non infructuosam gero, quia non solum credidi deo meo in illis duobus præceptis totam legē prophetasq; pendere, sed etiam expertus sum experiorq; quotidie, quandoquidem nullum mihi sacramentum, aut aliquis sermo admodum obscurior de sacris literis aperitur, vbi non eadē præcepta reperiam. Finis enim præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Et plenitudo legis charitas. Itaque & tu charissime, siue ista siue alia, sic lege sic discite, vt memineris verissime dictum. Scientia inflat, charitas ædificat. Charitas autem non æmulator, non inflat. Sic itaque adhibeatur sciētia tanquam machina quædam, per quam structura charitatis assurgat, quæ maneat in æternum, etiam cum scientia destruetur, quæ ad finem charitatis adhibita, multum est vtilis, per se autem ipsam sine tali fine, non modo superflua, sed etiam perniciofa probata est. Scio autē q̄ te cogitatio sancta custodiat sub vmbra alarū dñi dei nostri. Sed ideo hæc etsi breuiter monui, quoniā noui eandē ipsam charitatem tuā, quę non æmulatur, hanc epistolam multis daturam atq; lecturam.

Augustinus Honorato respondens ad illius quinque quæstiones, quibus de suo addidit sextā, obiter exponēs Psal-mum 21. perstringens interim & Pelagianos. Hoc libello, nam ipse ipse librum appellat, sese exercuit uir sanctissimus ad tractationem scripturarum, & ipse titulum addidit. Epistola. CXX.

VINQVE mihi proposuisti pertractandas quæstiones atque soluendas, dilectissime mi frater Honorate, hinc inde raptas, sicut te vel legentem mouere vel cogitanti tibi in mētem venire potuerunt, & in conspectū meum fusas quodammodo. Quārū solutionem si velim disserendo ordinare, ut nō carptim sicut propositę sunt de singulis disseram, sed vno quodam tenore sermonis eas inter se cōnectam atque contexam, difficile opus videtur. Et tamen puto facilius eas solui, si hoc fecero. Inuicem quippe adiuuabunt, si altera pendebit ex altera, donec omnes veniant in seriem disputationis, non singillatim separatis locis, quasi vnaquęq; in sua priuata intentione habitet, scilicet vnum aliquid intuentes, & vnū col-

K Titum. 1. 2. q. 2. ij qui forilegi. Caput. 21. 1. Tim. 1. Rom. 13. 2. Cor. 13. M 2. Retra. 16. Prefatio.

A laborantes sociali ratione, & indiuidua veritate. Voluisti ergo & scripto cōmonuisti exponi atq; aperiri tibi, quid sibi velit vox illa domini: Deus deus meo vt quid me dereliquisti. Et quid sit, quod Apostolus ait: Vt in charitate radicati & fundati, præualeatis cōprehendere cū omnibus sanctis, quę sit latitudo, lōgitudo, altitudo & profundū. Et quę sint virgines quinq; stultitę, quę ve sapientes. Et quę sint tenebrę exteriores. Et quomodo intelligendū sit, Verbum dei caro factū est. Hęc sunt certe quinq; tam breuiter a me cōmemorata, q̄ abs te propositę quæstiones. Proinde si placet addamus & sextā, & illud paratissimum † requiramus, quę sit gratia noui testamenti. Hanc oēs illę intueantur, & in hanc vt opportune quęq; potuerit, opus suū conferant nobis, nō eo scilicet ordine quo eas & tu proposuisti, & ego recolui, sed vnaquęq; cū fuerit necessaria, velut vocata respondeat, & officium sui operis impleat. Ergo ita nascatur exordium. Est quędā vita hoīs carnalibus sensibus implicata, gaudiis carnalibus dedita, carnalem fugiunt offensionē, voluptatemq; confectans. Huius vitę felicitas temporalis est: ab hac vita incipere necessitatis est, in ea persistere voluntatis. In hac quippe ex vtero matris infans funditur, huius offensiones quantū potest refugit, huius appetit voluptates, nihil amplius valet. Sed postea q̄ venerit in ætatē, qua in eo rationis vsus euigilet, poterit adiuta diuinitus voluntate eligere alteram vitā, cuius in mente gaudiū est, cuius interna atq; æterna felicitas. Inest quoque homini anima rationalis, sed interest, eiusdē rationis vsu quoniam potius voluntate cōuertat, vtrū ad bona exterioris & inferioris, an ad bona interioris superiorisq; naturę, id est, vtrū vt fruatur corpore & tempore an vt fruatur diuinitate atq; æternitate. In quadā quippe medietate posita est, infra se habens corporale creaturam, supra se animi sui & corporis creatorem. Potest igitur anima rationalis etiam temporalis & corporali felicitate bene vti, si non se dederit creaturę creatore neglecto, sed eam potius felicitatem fecerit seruire creatori, qui & ipsam suę bonitatis abundantissima largitate donauit. Sicut em̄ bona sunt omnia quę creauit deus ab ipsa rationali creatura vsq; ad infimū corpus: ita bene agit in his anima rationalis, si ordinē seruet, & distinguendo, eligendo, pēdendo, subdat minora maioribus, corporalia spiritalibus, inferiora superioribus, temporalia sempiternis, ne superiorū neglectu, & appetitu inferiorum, quoniam hinc fit ipsa deterior, & se & corpus suum mittat † in peius, sed potius ordinata charitate se & corpus suum cōuertat in melius. Cum enim sint omnes substantię naturaliter bonę, ordo in eis laudatus honoratur, peruersitas culpata damnatur. Nec efficit anima peruersę vitę creatoris, vt ordinationem effugiat creatoris: quoniā si illa male vtitur bonis, ille bene vtitur etiam malis: ac per hoc illa peruersę bonis vtendo fit mala, ille ordinate etiam malis vtēdo permanet bonus. Qui enim iniuste se ordinat in peccatis, iuste ordinatur in pœnis. Volēs itaq; deus ostendere etiam terrenam temporalemq; felicitatem suam donum esse, nec aliūde nisi ab ipso sperari oportere, præ omnibus † seculi tēporibus dispensandū iudicauit testamentū vetus, quod pertineret ad hominem veterē, a quo ista vita necesse est incipiat. Sed illę felicitates patrū, dei beneficio cōcessę prædicātur, quauis ad istam vitam transitoriam pertinentes. Illa, quippe terrena munera in manifesto promittebantur & tribuebantur. In occulto autem illis omnibus rebus

Caput. 1. Psal. 21. Eph. 3. Matth. 25. Matt. 22. Ioan. 1. † potissimū. Caput. 2. † aliis prioribus.

nouum testamentum figurate prænuiciabatur, & capiebatur intelligentia paucorū, quos eadem gratia prophético munere dignos fecerat: dispensabant ergo illi sancti pro cōgruentia temporis testamentū vetus, pertinebant vero ad testamentū nouum. Nam & quando temporalē felicitatē agebant æternam, veram & præferendam intelligebant, & istā ministrabāt in mysterio, vt illam consequerentur in præmio. Et si quādo patiebantur aduersa, ad hoc patiebantur, vt euidentissimo diuino adiutorio liberati, glorificarent deū omniū bonorum largitorem, nō solum sempiternorum, quę pie sperabant, verum etiam temporalium, quę prophetice gubernabant. Cum autē venit plenitudo temporis, vt gratia quę occultabatur in veteri testamento, iā reuelaretur in nouo, misit deus filium suum, factum ex muliere, quo nomine proprietate Hebræicę linguę omnis fœmina nūcupatur, siue viro intacta siue iam mixta. Quem autem filium miserit, fieriq; ex muliere voluerit, quantum ille deus sit, qui hanc humilitatē pro salute fidelium suscipere dignatus sit, vt agnoscas, nunc attende Euangeliū. In principio erat verbum, & verbū erat apud deū, & deus erat verbū, hoc erat in principio apud deū: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factū est in ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebrę eam non cōprehenderunt. Hic ergo deus verbum dei, per quod facta sunt omnia, filius dei est, incōmutabiliter manens, vbiq; præsens, nullo clausus loco, nec partiliter per cuncta diffusus, tanquā minorem partē habeat in minori loco, & in maiori maiorē, sed vbiq; totus atq; ita non absens etiā mentibus impiorum, quāuis eum non videant, sicut nec ista lux videtur oculis præsentata cæcorum. Lucet ergo & in tenebris talibus, quales Apostolus significat vbi dicit: Fuitis aliquando tenebrę, nunc autem lux in domino, sed eam tales tenebrę non cōprehenderunt. Suscepit itaq; hominē quē videre homines poterant, vt sanati per fidem postea viderent quod tunc videre non poterant. Sed ne homo Christus eo ipso quo visibiliter apparebat nō crederetur & deus, tantumq; illi tribueretur, quantum homini excellentissimę gratiæ atq; sapientię, ideo fuit homo missus a deo cui nomen erat Ioannes: Hic venit in testimonium vt testimoniu perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illū. Non erat ille lumen, sed vt testimoniu perhiberet de lumine. Tātus enim homo debuit perhibere testimoniu de illo, qui non tantum homo verū etiā deus erat, vt ille illo diceretur q̄ in natis mulierū nemo exurgeret maior Ioāne Baptista. Sic enim ille cui Ioānes testimoniu perhibebat, intelligeretur hoc esse maior, quo non tantū homo, sed etiā deus erat. Lumen ergo & Ioannes, sed tale lumen quali testimoniu perhibet ipse dñs dicens: Ille erat lucerna ardens & lucēs: quod & discipulis suis dicens: Vos estis lumen mundi, atq; vt ostenderet quale lumē, secutus adiunxit: Nemo accendit lucernā & ponit eam sub modio, sed super candelabrū, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lumen vestrum corā hominibus. Istę similitudines datę sunt, vt quantum possumus intel ligamus, vel si hoc nondū possumus, sine vlla dubitatione credamus, animā rationalem nō esse naturā dei. Illa quippe incōmutabilis est, sed tamen eā posse participando illuminari. Lucernę quippe accendi indigēt & extinguī possunt. Ideo quod dicitur de Ioanne: Non erat ille lumen, ad illud respicit lumen, quod nō participādo illuminatur, sed eius participatione illuminā-

D Cap. 3. Gal. 4. Quis Paulus scripsit gratia. Ioan. 1. E Ioan. 1. E Ioan. 1. E Ioan. 1. Math. 5.

G tur que ab illo illuminatur. Deniq; sequitur: Erat lumē verū, & tanq̄ quereremus, quomodo discerneretur lumen verū à lumine illuminato, id est, Christus à Ioanne. Erat, inquit, lumen verū quod illuminat omnē hominem venientē in hunc mundum. Si omnē hominē, ergo & Ioannē: atq; vt magis ostenderet huius diuinitatem longē prastantiore distantia. In hoc mūdo, inquit, erat, & mundus per eū factus est, & mundus eū nō cognouit. Non mundus qui per eū factus est eum non cognouit. Neq; enim habet vim cognoscēdi cū nisi rationalis creatura. Quauis etiam mundus iste visibilis per eum factus sit, hoc est, cōlū & terra, sed mundum non cognoscentē increpando, significauit infideles cōstitutos in mundo. Deinde adiungit: In sua propria venit, & sui eum non receperunt. Siue quia & ipsi infideles inquantū homines sunt, eius sunt per quem creati sunt. Siue suos proprie Iudæos intelligi voluit, ex quibus naturā carnis assumpsit, nec tamen omnes eū non receperūt. Sequitur enim & dicit: Quotquot autē receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri credentibus in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Hęc est gratia noui testamēti, quod in veteri latuit, nec tamen figuris obumbrantibus prophetari pręnunciariq; cessauit, vt intelligat anima deū suū, & gratia eius renascatur illi. Hęc quippe natiuitas spiritalis tantū est, ideo nō ex sanguinibus, non ex voluntate viri, neq; ex voluntate carnis, sed ex deo. Hęc etiam adoptio vocatur. Eram⁹ enim aliquid antea q̄ essemus filij dei, & accepimus lbeneficiū, vt fieremus quod non eramus: sicut qui adoptauit anteq̄ adoptaretur, nōdum erat filius eius à quo adoptatur, iā tamen erat qui adoptaretur: & ab hac generatione gratiæ discernitur ille filius, qui cum esset filius dei venit vt fieret filius hoīs, donaretq; nobis qui eramus filij hominū filios dei fieri. Factus est quippe ille quod non erat, sed tamen aliquid aliud erat. Et hoc ipsum aliquid verbum dei erat, per quod facta sunt omnia, & lumen verum quod illuminat omnem hominem venientē in hunc mundum & deus apud deum. Nos quoq; per eius gratiam facti sumus quod non eramus, id est, filij dei: sed tamen aliquid eramus, & hoc ipsum aliquid multo inferius, hoc est, filij hominū. Descendit ergo ille vt nos ascenderemus, & manens in natura sua factus est particeps naturę nostrę, vt nos manētes in natura nostra efficeremur particeps naturę ipsius. Nō tamen sic: Nam illum naturę nostrę participatio nō fecit deteriore: nos autem facit naturę illius participatio meliores. Misit itaq; deus filium suū factum ex muliere, factum sub lege. Nam legis sacramenta percepit, vt eos qui sub lege erant redimeret, id est, quos lex reos tenebat occidente litera, dum pręceptū non impleteretur, anteq̄ viuificaret spiritus: quia charitas dei, quę pręceptū implet, diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctū, qui datus est nobis. Proinde cum dixisset: Vt eos qui sub lege erant redimeret, cōtinuo subiunxit: Vt adoptionem filiorum reciperemus, vt videlicet huius gratiā beneficij discerneret ab illa filij natura, qui missus est filius, non per adoptionē factus, sed semper genitus filius, vt participata natura filiorum hoīm l. ad participandam suam naturā adoptaret filios hoīm. Quapropter etiā cum dixisset: Dedit eis potestatem filios dei fieri, modiq; adiunxisset ne carnalis intelligeretur natiuitas, quod scilicet eis prastiterat id quod credunt in nomine eius, & per gratiā renascuntur spiritalē, non ex sanguini-

bus, neq; ex voluntate viri, neq; ex voluntate carnis, sed ex deo, mox cōmendauit quasi huius vicissitudinis sacramentum. Tanquā enim mirati tantum bonū non auderemus optare, statim subiunxit: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quod vnū est ex quinque illis, quę tibi exponi voluisti, tanquā diceret: O homines nolite desperare vos fieri posse filios dei, quia & ipse filius dei, hoc est, verbū dei caro factum est, & habitauit in nobis. Reddite vicem, efficiamini spiritus & habitate in illo qui caro factus est, & habitauit in vobis. Neq; enim iam desperandum est, participatione verbi fieri posse homines filios dei, quando filius dei participatione carnis factus est filius hominis. Nos itaq; mutabiles in melius cōmutādi, participes efficiamur verbi: verbum autē incōmutabile nihil in deterius cōmutatū, particeps carnis effectum est rationali anima mediāte. Neq; enim homo Christus, vt Apollinarista hereticis putauerunt, aut non habuit animā, aut non habuit rationalem, sed more suo scriptura vt Christi humilitatem magis ostenderet, ne carnis nomen quasi indignū aliquid refugisse videretur, carnē lpro homine l. posuit. Neq; enim quia scriptū est: Videbit omnis caro salutem dei, animā ibi nō sunt intelligēda, nihilq; proinde aliud dictum est. Verbū caro factum est, q̄ si diceretur, Filius dei filius hoīs factus est, qui cū in forma dei factus esset, sicut dicit Apostolus, nō rapinā arbitratu est esse equalis deo. Neq; enim usurpationis erat, vt rapina diceretur, sed naturę inerat vt esset equalis. Semetipsum tamen exinanit, non formam dei amittens, sed formam serui suscipiens, humiliavit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Vides quemadmodum eundem hominem, quem deum commendat, vt persona vna sit, etiam filium hominis protestetur, ne nō trinitas, sed quaternitas inducatur. Sicut enim nō augetur numerus personarū, cum accedit caro animę, vt sit vnus homo, sic nō augetur numerus personarum, cum accedit homo verbo, vt sit vnus Christus. Legitur itaq; Verbum caro factum est, vt intelligamus huius personę singularitatem, non vt suspicemur in carnem mutatam diuinitatem.

Itaq; Christus homo, vt per eum reuelaretur noui gratia testamēti, quoniā non ad temporalem, sed ad aternā vitam pertinet, nō vtq; terrena felicitate commendandus fuit. Inde subiectio, inde passio, inde flagella, spūta, cōtumelia, crux, vulnera, & tanquam superato subiectoq; mors ipsa, vt fideles eius discerēt quale pietatis pręmium ab illo, cuius filij facti essent, petere atq; sperare deberent, ne ad hoc pro magno seruirent deo, vt terrenam felicitatem adipisci quererent qui seruirent ipsi, abiicientes & conculcantes fidem suam, estimando eam mercede vilissima: vnde beneficentissima prouidentia omnipotens deus terrenam felicitatem concessit & impiis, ne pro magno quæreretur à bonis. Hinc ille psalmus septuagesimus & secundus inducit hominem penitentem, quod aliquando corde non recto deo pro hac mercede seruerit, quia cū pollere atq; excellere impios videret, turbat⁹ cęperat cogitare quod deus humana non curet. Et cum ab ista cogitatione eum sanctorum ad deum pertinentium reuocaret auctoritas, suscepit atq; intendit agnoscere tam grāde secretum, quod ei laboranti nō patefactum est, donec intraret sanctuariū dei, & intelligeret in nouissimo, hoc est, donec accepto spiritu sancto disceret desiderare potiora, & prospiceret quę pena futura sit impiis, qui tanta etiam quadam felicitate temporaliter florissent.

Esa. 4.
Luc. 3.
Ioan. 1.
Philipp. 2.

3. sen. dist. 6.
cap. ne autē.

Cap. 5.

M

† alibi etiā
qui seneca
quadā &c.

A sent. Hunc psalmum septuagesimum secundum, nocte qua illucescebat solēnitatis beatissimi Cypriani per misterium nostrum expositum lege & diligenter aduerte. Proinde homo Christus idemq; Iesus, Christus cuius misericordissima humanitate, atq; in cuius forma serui discere deberemus, quid in hac vita cōtemendum, & quid in alia sperādum esset, in ipsa passione, in qua sibi l. eius inimici magni victoresq; videbantur, suscepit vocem infirmitatis nostrę, qua simul crucifigebatur. Iustus homo noster, vt euacuaretur corpus peccati, & dixit: Deus meus deus meus, vt quid me dereliquisti? & hoc vnū de quinque propositis tuis. Sic incipit psalmus vicefimus primus, qui de passione ipsius & reuelatione l. gratiæ l. quam fidelibus faciendis liberandisq; attulit in prophetia, tanto ante cantatus est.

Proinde eūdem psalmum cuius prophetiam dominus ad se pertinere demonstrans, eius primum versum exclamauit cum penderet in ligno, cōmemorando exponendosq; percurram, vt ex hoc intelligas quędammodum gratia testamēti noui nec eo tempore tacebat, quando in vetere homine velabatur. Dicitur enim ex persona Christi, quod ad formam serui attinet, in qua portatur nostra infirmitas, Dixit enī & de illo Esaias, Ille infirmitates nostras portat & pro nobis in doloribus est. Ex huius igitur infirmitatis voce de qua Paulus in eo quod petebat non exauditus, & ideo quodāmodo derelictus, audit tamen à domino: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur: Ex voce ergo huius infirmitatis nostrę, quam in se transfigurauit caput nostrum, dicitur in hoc psalmo: Deus meus deus meus respice in me, quare me dereliquisti? In eo quippe derelinquitur deprecās, in quo nō exauditur. Hanc in se vocem transfigurauit Iesus, vocem scilicet corporis sui, hoc est, ecclesię suę à vetere homine in nouum reformandę, vocem scilicet infirmitatis suę humanę, cui deneganda fuerant bona veteris testamēti, vt bona noui testamēti optare atque sperare iam disceret. In illis autē veteris testamēti bonis ad veterem hominē pertinentibus, præcipue concupiscitur vitę huius productio temporalis, vt aliquando diutius teneatur, quia semper non potest. Ideo diem mortis omnes quidem affuturū sciunt, & eum tamē omnes aut penē omnes differre conantur, etiam qui post mortem se beatus credunt esse victuros. Tantā habet vim carnis & animę dulce consortium. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, & propterea non vult anima vel ad tempus ab eius etiam infirmitate discedere, quauis eam se sine infirmitate in aeternum recepturam esse confidat. Proinde mente seruiens legi dei, carne autem trahens desideria peccati, quibus obedire vult Apostolus, mentis quidem ratione concupiscit homo pius dissolui, & esse cum Christo, sed id sensu carnis recusat & refugit, & si fieri possit, non vult expoliari, sed superestiri, vt absorbeat mortale à vita, id est, vt ab infirmitate ad immortalitatem, etiam ipsum corpus sine morte media transferatur. Sed hæc verba quibus humanus dies & vitę huius prolixitas concupiscitur, verba sunt delictorum, & longe sunt ab ea salute, cuius nondum rem: sed iam spem gerimus, de qua scriptum est: Quia spe salui facti sumus: Spes autē quę videtur, non est spes. Ideoq; & in isto psalmo cū dixisset: Deus meus deus meus respice in me, quare me dereliquisti, continuo subiungit: Longe à salute mea verba delictorum meorum, id est, hæc verba delictorum meorum sunt, & longe ab illa salute mea sunt quam

Probenianū
habebat, In
qua sibi ab
eius inimicis
figebatur,
&c.
Psalm. 21.

Cap. 6.

Esa. 53.

1. Cor. 12.

Cap. 7.

Eph. 5.

Rom. 8.

Psalm. 21.

† alibi etiā
qui seneca
quadā &c.

michi non veteris, sed noui testamēti gratia pollicetur. Quamquam etiam sic distingui possit: Deus meus deus meus respice in me, quare me dereliquisti longe à salute mea: tanquam diceret, relinque me, hoc est, non me exaudiendo, longe factus es à salute mea, presentis scilicet salute huius vitę: vt alius sensus sit, verba delictorum meorum, id est, ista quę dixi verba sunt delictorum meorum, quia verba sunt carnalium desideriorum. Hęc ex persona dicit infirmitatis carnis peccati, quam transfigurauit in eam, quam sumpsit ex virgine similitudinem carnis peccati. Hęc sponsus ex persona sponsę loquitur, quia vnuit eam sibi: quomodo & apud Esaiam, vbi dicit: Sicut sponsus alligauit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamento. Alligauit mihi & ornauit me, tanquam vnus vox est, & tamen sponsum & sponsam, Christum intelligimus & Ecclesiā. Sed erunt duo in carne vna, Sacramentum magnum: dixit Apostolus, in Christo & in Ecclesia: igitur non iam duo sed vna caro. Si ergo caro vna, profecto competenter etiam vox vna. Quid hic quæraris humana infirmitas vocem verbi, per quod facta sunt omnia? Audi potius vocem carnis, quę facta est inter omnia, quoniam verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Audi potius medicinę vocem, quę sanaris vt videas deum, quem tibi videndum distulit, hominem autē videndum attulit, loccidendū obtulit, mirādum contulit, credendū transtulit, vt ista fide ad videndū deum mētis oculus sanaretur. Quid ergo de dignamur audire vocem corporis ex ore capitis? Ecclesiā in illo patiebatur, quādo pro Ecclesia patiebatur. Sicut etiam in Ecclesia patiebatur ipse, quādo pro illo Ecclesia patiebatur. Nam sicut audiuimus ecclesię vocem in Christo patientis: Deus deus meus respice, &c. Sic etiam audiuimus Christi vocem in Ecclesia patientis: Saule Saule quid me persequeris? Cum itaq; nō exaudimur ad temporalia bona retinenda, vel adipiscenda, quando pro his deprecamur deū, in eo quo nos non exaudit, derelinquit nos, sed ad potiora, quę vult vt intelligamus & præferamus & concupiscamus, non nos derelinquit. Vnde sequitur psalmista & dicit: Clamaui ad te per diem nec exaudies, & nocte: etiam hic subauditur, nec exaudies. Sed vide quid adiungit: Et non ad insipientiam mihi. Hoc ergo dicit: Non me quidem exaudies clamantem per diem, id est, in rebus prosperis, vt eas non amittam, & nocte, id est, in rebus aduersis, vt prospera quę amissa sunt redeant. Verū hoc mihi non ad insipientiam facies, sed potius vt sapiā, quid iam per noui testamēti gratiam à te expectare, quid desiderare, quid poscere debeam. Clamo quippe ego, vt hic mihi bona temporalia non auferantur. Tu autē in sancto habitas laus Israël. Nolo vt derelinquas concupiscētiam meam, quę carnalem felicitatem requiro. Verum hæc est in fordibus vetustatis, tu autē quæraris munditiam nouitatis, non exaudiendo istam cupiditatem relinquis, quia charitatē in qua habites requiris. Charitas autē dei diffunditur in cordibus nostris, sed per spiritum sanctū qui datus est nobis. Ideo in sancto habitas laus Israël, laus videndum te, quia nō in se laudatur, sed in te. Quid enim habet quod nō acceperunt, vt qui gloriatur in domino gloriatur? Hęc est gratia noui testamēti. Nā in veteri testamento, quando commendabas, nō nisi à te peti sperariq; debere etiam ipsam terrenam temporalemque felicitatem. In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & eruit eos, ad

Esa. 61.

Eph. 5.

Ioan. 1.

E

imitandū.

Psalm. 21.

Cap. 7.

Psalm. 21.

3.

3.

Rom. 8.

3.

Ge te clamauerunt & salui facti sunt, in te sperauerunt & non sunt confusi. Illos quippe patres inter inimicos suos viuentes, & diuitiis implesti, & ab hostibus eruiisti, gloriosasque victorias reportare fecisti, & de diuersis eos moribus liberaisti. Pro alio, id est, pro Isaac subiecisti ne feriretur arietem. Alium, id est, Iob de putredine sanum, & ei dupla quæ amiserat reddidisti. Alium, id est, Danielem inter leones esurientes illæsum integrumque seruaisti. Aliorum, id est, Anania, Azariæ, Misael inter flammam deambulantium grata voce laudatus es. Tale aliquid in Christo expectabant fieri Iudæi, unde probarent si vere filius dei esset. Ex eorum persona, & in libro Sapientiæ dicitur: Morte turpissima condemnemus illum. Erit enim respectus in sermonibus ipsius. Si enim vere filius dei est, suscipiet eum & liberabit eum de manibus contrariorum. Hæc, inquit, cogitauerunt & errauerunt, excæcauit enim eos malitia eorum. Attendentes quippe tempus veteris testamenti, & illam patrum etiam temporalem felicitatem, in qua illis exhibenda demonstrauit deus etiam talia dona sua esse, non viderunt iam esse tempus quo reuelarentur in Christo, bona æterna proprie deum præstare iustis, qui bona temporalia præstat & impiis. Denique cum dixisset: In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt, & eruiisti eos. Ad te clamauerunt & salui facti sunt, in te sperauerunt & non sunt confusi, vide quid adiunxerit: Ego autem sum vermis & non homo. Quod videtur quidem ad commendandam humilitatem simpliciter dictum, vt se in oculis persequentium, abiectissimum quiddam & contempissimum demonstraret. Sed non est contemnenda altitudo secreti profunditasque mysterij, præsertim in eis verbis, quæ tanto saluatori in prædicatione prophetiæ coaptantur. Dicitur est hic sensus elegatissimus à prioribus, ideo se hoc nomine Christum prænunciari voluisse, quia vermis de carne sine concubitu nascitur, sicut ille natus est de virgine. Sed in libro suo Iob, cum de creaturis cœlestibus loqueretur, quod in dei conspectu etiam vix ipsæ munda sint, quanto magis, inquit, homo putredo & filius hominis vermis? Putredinem pro mortalitate posuit, quæ iam velut conceptum gerit moriendi necessitatem, in quam peccando contritus est homo, & filium hominis vermem naturam de putredine quasi putrem, hoc est, de mortalitate mortale. Ac per hoc in his verbis psalmi, aliū sensum nos querere admonuit. Illo quidem saluo neque reprobo, & non solum scrutemur quod ait: Ego autem sum vermis, sed etiam illud quod addidit: Et non homo secundum illud quod de libro Iob commemoravi, tanquam diceret: Ego autem sum filius hominis & non homo: non quod homo non sit Christus, de quo dicit Apostolus: Vnus est mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Omnis enim filius hominis homo est: sed ad quendam respicit sensus iste, qui sic homo fuerit, vt non esset filius hominis, id est, Adam. Forte ergo sic est dictum: Ego autem sum vermis & non homo, id est, Ego autem sum filius hominis, & non homo, tanquam diceretur: Ego autem sum Christus, in quo omnes viuificantur: non Adam, in quo omnes moriuntur. Ac per hoc homines discite per gratiam noui testamenti iam vitam concupiscere sempiternam. Quid pro magno ita vos vultis à domino de morte liberari, sicut liberati sunt patres vestri, quando commendabat deus etiam terrenæ felicitatis præter se non esse alium largitorē? Illa felicitas ad veterem hominem pertinet, quæ ve-

tustas ab Adam cepit. Ego autem sum vermis & non homo, Christus non Adam. A veteri veteres fuistis, à nouo noui estote: Ab Adā homines, à Christo filij hominum. Non enim sine causa familiarissime dominus in Euangelio se filium hominis dicit magis quam hominē, nec sine causa in alio psalmo: Homines, inquit, & iumenta saluos facies domine, sicut multiplicata est misericordia tua deus. Abs te quippe ista salus hominibus iumentisque communis. Sed habent aliam homines noui propriam quandam & ab animatorum consortio separatam, quæ ad nouum pertinet testamentū. Habent omnino. Nam de illa ibidem sequitur & dicit: Filij autem hominum sub tegmine alarum tuarū sperabunt. Inebriabūtur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Certe & hic cū superius dixisset: Homines, posterius dixit: Filij autem hominum, tanquam distinguens ab hominibus filios hominum. In illa quippe felicitate eius salutis, quæ communis est hominibus & iumentis, eo nomine illos appellare voluit, quo demonstrarentur ad illū primū hominē pertinere quo vetustas cepit & mors, qui sic fuit homo, vt non esset filius hominis. Illis autem posterioribus qui sperant aliam felicitatē, & fontis vitæ ineffabilem voluptatem, & sempiterni luminis lumen, hoc nomen imposuit, quo se familiarius appellari voluit dominus eorum, in quos talis gratia reuelata est, eosque filios hominū potius quam homines appellauit. Non autē existimes quasi locutionis regulam figi perpetua lege seruandam, vt vbiq; legeris homines aut filios hominū, secundum hanc distinctionem semper intelligas, sed vt se habuerit circumstantia lectiois, unde sensus si patet hauritur, si latet eruitur. Sicut in hoc loco psalmi huius quæ non moueat distinctionis intentio, cum ille qui dixerat: In te sperauerunt patres nostri & eruiisti eos, ad te clamauerunt & salui facti sunt. In te sperauerunt & non sunt confusi, subiungit: Ego autē: non enim ait sic, & ego, sed ego autem. Quid ergo iste qui se ita distinguit? Ego autē sum vermis, inquit, & non homo, tanquam illis quos exaudisti & eruiisti eam cōmendares felicitatem, quæ ad vetus pertinet testamentū, quæ homini veteri tribuenda esset, qui cepit ab Adam. Ego autē sum vermis, hoc est, filius hominis, non homo sicut ille homo qui non fuit filius hominis. Ac per hoc & quod sequitur: Opprobrium hominū & abiectio plebis, omnes qui cōspiciunt me, substannabant me & locuti sunt labijs & mouerunt caput. Sperauit in deum, eruat eum, saluū faciat eum, quoniam vult eum. Hoc in labijs non in corde dixerunt, insultando quod non feret, non credendo quod futurū esset. Factum est autē & hoc, sed sicut fieri oportebat in filio hominis, in quo spes æternæ vitæ fuerat reuelanda ad nouum pertinens testamentū, non sicut illi expectabant, & quia fieri non videbant, tanquā superato insultabant, pertinentes ad testamentū vetus & hominē in quo omnes moriuntur, non ad filiū hominis in quo omnes viuificantur. Mortem quippe intulit homo sibi filioque hominis, vitam vero attulit homini moriens & resurgens filius hominis opprobrium hominū & abiectio plebis. Vsq; ad mortē enī hoc voluit pati in conspectu inimicorū, quo eum tanquā derelictū putarent, vt gratia cōmendaretur noui testamenti, qua disceremus aliā querere felicitatē, quæ nūc est in fide, postea lvero erit in specie. Quādiu enim sum⁹ in corpore, ait Apostolus, peregrinamur: à dño, Per fidē enim ambulamus,

Gene. 22.
Iob. 42.
Danie. 14.
Danie. 3.
Sapient. 2.
Cap. 8.
Psal. 21.
Iob. 25.
Psal. 21.
1. Timo. 2.
1. Cor. 4.
Iob. 25.

Math. 17.
Psal. 55.
Cap. 9.
Cap. 21.
Cap. 9.
Cap. 21.
Cap. 9.
Cap. 21.
Cap. 9.
Cap. 21.
Cap. 9.
Cap. 21.

A ambulamus, non per speciem, & ideo nunc in spē, tunc in re. Denique resurrectionem suam, quā non sicut nostram in longum differri oportebat, vt in exēplo carnis eius disceremus, quid in nostra sperare deberemus, noluit alienis demonstrare, sed suis: alienis dico, non natura, sed vitio quod semper est contra naturam. Mortuus est ergo in conspectu hominū, resurrexit autem in conspectu filiorū hominum, quia mors ad hominem pertinebat, resurrectio ad filium hominis. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificantur: Vt igitur exēplo suæ carnis exhortaretur fideles suos tēporalem pro æterna felicitate contemnere, vsq; ad mortem pertulit persequentes atque sauentes, & quasi victo & oppresso superbe illudentes. Quod autem carnem suam resuscitauit, & discipulorū conspectibus & contactibus reddidit, eisque videntibus ascēdit in cœlū, ipsos ædificauit, & quod prædicare deberent, euentissima veritate monstrauit. Illos autem à quibus tanta mala vsq; ad mortem pertulerat, quasi de illo superato & extincto gloriantes, in ea opinione dereliquit, vt quisquis eorū salute æterna saluus fieri veller, hoc de illius mortui resurrectione crederet, quod ij qui viderunt signis contestantibus prædicauerunt, & pro ea prædicatione similia perpeti non dubitauerunt. Quapropter etiam Iacobus vnus ex Apostolis eius in epistola sua, cum hortaretur fideles, qui post passionem & resurrectionē Christi adhuc in ista vita tenebantur, dispensationē veteris testamēti nouique distinguens. Sustinentiam, inquit, Iob audistis, & finē domini vidistis, ne ideo patienter sustinerent tēporalia mala, vt sibi hoc restitueretur quod recepisse legitus Iob. Nā & ab illo vulnerē atque putredine saluus factus est, & ei cuncta quæ amiserat duplicata sunt restituta, vbi etiam cōmendata est resurrectionis fides. Nam filij non dupli sed totidem redditi, etiā illos quos amiserat resurrecturos significauerunt. Sic ipsi quoque illis prioribus iuncti, à restitutione dupli non inueniretur alieni. Vt ergo non talem remunerationē sperarem, quando mala temporalia pateremur, non ait: Sustinentiam & finē Iob audistis, sed ait: Sustinentiam Iob audistis, & finē domini vidistis: tanquā diceret: Mala tēporalia sicut Iob sustinet, sed pro hac sustinentia non temporalia bona sperate, quæ illi aucta redierunt, sed æterna potius quæ in domino præcesserunt. Iob ergo de illis patribus erat qui exclamauerunt, & salui facti sunt. Cum enim dicit: Ego autē, satis insinuat qua salute illos saluos esse factos velit intelligi, in qua ipse vtiq; derelictus est, non quod illi à salute æterna fuerint alieni, sed in occulto: tunc erat quod in eis fuerat reuelandū. In veteri quippe testamēto velamen est, quod tunc auferetur, cū ad Christum quisque inde transferit. Quo crucifixo, velum etiā tēplī scissum, vt significaretur quod Apostolus de velamine veteris testamenti dixit, quomodo in Christo euacuatur. Nam & in illis patribus quantum rarissima, tamen fuerunt & vsq; ad mortem exempla patientiæ, à sanguine Abel vsque ad sanguinem Zachariæ, quorum sanguinem dicit dominus Iesus & ab eis exigendum, qui in patrū suorum, à quibus illi occisi sunt, iniquitate persisterent. Et in nouo testamento nec defuit nec deest bonorum fidelium multitudo, qui etiam in ista temporali felicitate præpolleant, & in ea largitoris dei bonitatem misericordiamque experiantur, tenentes tamen quod dispensator noui testamenti, diuitibus huius seculi Apostolus præcepit, nō superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo, qui

præstat nobis omnia abundanter ad fruendum, vt benefaciāt diuites, sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam: qualis in Christi non tantum spiritu, verum etiam carne manifestata est, cum resurrexit à mortuis, non qualem Iudæi in illo peremerunt, quando eum de manibus eorū deus non eruit, eūque dereliquisse visus est exclamantē, Deus meus deus meus vt quid me dereliquisti? vt eo modo in se trāsfiguraret martyres suos, qui etsi mori nolent, quod etiam Petro dixit: Alter te cinget & feret quō tu non vis, significans qua mortē clarificaturus erat deum, & ob hoc à deo suo derelicti viderentur ad tēpus, cum eis præstare nollet quod vellent, illam vocem cordis emitterent, illumque adherentem pietatis affectū, quem passione impendente ore proprio dominus expressit, eos in se identidem transfigurans. Verum non quod ego volo, sed quod tu vis pater. In quo enim primitus nisi in ipso capite nostro apparere debuit, propter quam causam Christiani sumus? Propterea non ait: Deus meus deus meus dereliquisti me, sed causam commonuit requirendam cum addidit: Vt quid dereliquisti me, id est, quare, propter quid, quam ob causam? Profecto enim erat aliqua causa, eaq; non parua, vt Noë liberaret de diluuiō, Loth de cœlesti incendio. Iaac de imminente gladio, Ioseph de calumnia mulieris & custodia carceris, Moysen ab Aegyptiis, Raab ab excidio ciuitatis, Susannam à testibus falsis: Danielem de lacu leonum, tres viros ab ignibus, aliosque patres qui exclamauerunt & salui facti sunt, & Christum de manibus Iudæorum non liberaret, enimque in potestate sauentium vsque ad mortis exitum derelinqueret. Vt quid hoc? propter quid hoc? nisi propter illud quod paulo post in eodem psalmo dicit: Non ad insipientiam mihi, hoc est, corpori meo, ecclesiæ meæ, minimis meis. Nam & in Euangelio, quod vni ex minimis meis fecistis, inquit, mihi fecistis. Sic itaque dictū est: Et non ad insipientiam mihi: quomodo dictum est: Mihi fecistis. Et sic dictum est: Quare me dereliquisti? quomodo dictū est: Qui vos recipit, me recipit: & qui vos spernit, me spernit. Non ergo ad insipientiam nobis, sed vt sapiamus: non propter istam vitam, in qua nos deus aliquando vsque ad mortem persequentium manibus derelinquit, sed propter illam sempiternam nos debere esse Christianos, quia hoc in illo præcessisse intuemur, ex cuius nomine sic vocamur. Ecce ita factum est, tamen multi non ob aliud volunt esse Christiani, nisi vt huius vitæ felicitate perfruantur, ideoque illa deficiente deficiunt. Quid si non in ipso nostro capite tam insigne constitueretur exemplum, quo disceremus pro cœlestibus terrena contemnere, non respicientes quæ videntur, sed quæ non videntur? Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. Quos in se vocibus illi transfigurare dignatus est. Nam quantum ad ipsum attinet, quomodo velle liberari ab illa hora, qui propterea venerat in illam horam? Aut quomodo sic loquebatur quasi quod nollet ei accideret, cum potestatem habuerit ponendi animam suam, & iterum sumēdi eam, nec eam quisquā tolleret ab illo, sed eā ipse poneret & resumeret, sicut in Euangelio dicit: Sed proculdubio nos in illis vocibus eramus, & caput pro suo corpore loquebatur, non disincta significatione vocis, vbi connectio non distiugitur vnitatis. Denique in psalmo sequitur, & orans aduerte quid dicat: Et tu, inquit, extraxisti me

Ioan. 21.
Matt. 24.
Cap. 11.
Psal. 21.
E
Luc. 10.
1. Cor. 4.
Ioan. 10.
Cap. 11.

G de ventre, spes mea ab vberibus matris meae, in te iactatus sum ex vtero, de ventre matris meae, deus meus es tu: tanquam diceret, de alia re & ab alia re in aliam rem me traiecisti, vt tu sis mihi bonum pro terrenis bonis mortalitatis huius, quam in matris ventre fortitus sum, cuius vbera suxi. Hæc enim vetustas est de qua me tu extraxisti, & illa carnalis natiuitatis bona sunt, a quibus tu spes mea es. Inde enim ad te conuersus sum ex vtero, id est, ex iis quæ in vtero inchoant. In te iactatus sum, ad te scilicet transiens, totum me tibi committens. Ideoque de ventre matris meae, id est, de bonis carnis quam sumpsi in ventre matris meae, deus meus es tu, vt de his tu sis bonum meum: ea locutione dictum est, ac si diceretur, verbi gratia, de terra cælum habito, hoc est, hinc illò emigravi: & ista nostra in illum transfiguratio est, qui per gratiam testamenti noui mutamus vitam, transeuntes de vetere ad nouam. Nam ille hanc rem sacramento suæ passionis resurrectionis; significans, carnem mutauit de mortalitate ad immortalitatem, vitam vero non mutauit de vetustate in nouitatem, quæ nunquam fuit in impietate, vnde transiret ad pietatem. *Quamquam non deseruit qui hoc quod dictum est: De ventre matris meae deus meus es tu, ideo ad ipsum caput nostrum pertinere sentirent, quoniam pater intantum est deus eius, in quantum homo est in forma serui, non in quantum illi æqualis in forma dei est. Ideo de ventre matris meae deus meus es tu, ac si diceret, ex eo quod homo factus sum, deus meus es tu. Sed quid est, tu extraxisti me de ventre, si ad ipsum Iesum de virgine procreatum refertur? quasi alios deus non extrahat, in cuius prouidentia est omnis ordo nascendi: an inde significare voluit partum virginis seruata virginis integritate mirabili, cū ait: Tu extraxisti me de ventre matris meae, vt quod illic mirabiliter factum est, cum deus fecisse dicitur, nemini incredibile videatur. Quid ergo est & illud: Spes mea ab vberibus matris meae? Quomodo & hoc ad ipsum caput ecclesie referri potest, quasi spes eius, quæ in deo est, a matris vberibus ei coeperit, non & ante in ipso vtero? Neque enim spes alia intelligenda est, nisi quia futurum erat, vt deus eum exaltaret a mortuis. Totum hoc quippe secundum id quod homo factus est dicitur. An forte quia vbera feminarum ab ipso conceptu in vbertatem promoueri perhibetur, sic intelligi voluit, ab vberibus, tanquam diceret, ex quo carnem sumpsi, cui carni fuerat speranda immortalitas: vt non ante spes ei esset cum in forma dei esset, in qua nihil in melius mutandum esset, sed ab vberibus matris, id est, ab ipsa susceptione carnis, quæ concipiebatur in spe, cuius spei res futura erat, cum ad immortalitatem de morte transiret. Sed quod dictum est: In te iactatus sum ex vtero, quomodo coaptari capiti possit, ignoro, quasi in vtero cum esset non in deo fuerit, in quo viuimus, mouemur & sumus, aut illius infantis anima rationalis, ex quo caro processit ex vtero, deum sperare coeperit. Nisi forte credendum est, iam nato animam rationalem accessisse, quæ intra viscera matris adhuc ei defuisset. Et quoniam eadem anima quæ carni iam natae addita est, deo inhærebat, ideo secundum eandem carnem dictum esse existimandum est. In te iactatus sum ex vtero, tanquam diceret, eam fortitus sum animam ex vtero quæ tibi coheret. Sed quis audeat in hæc se temere præcipitare sententiam, cum ratio de aduentu vel exortu animæ in tanto naturæ profundo sic lateat, vt fatius sit eam semper querere quandiu in hac*

vita sumus, quam aliquando inuenisse presumere? Ex illa vero in seipsum transfiguratione nostra quemadmodum possent hæc accipi, dictum est: Si quid autem dici potuit cōuenientius vel potuerit, nullius præiudicamus ingenio, doctrinæ nullius inuidem? Iam illud quod sequitur: Ne discedas à me, quoniã tribulatio proxima est, inde iam eminet, quemadmodum dictum est: Quare me dereliquisti. Quomodo enim dereliquit, cui dicitur: Ne discedas à me, nisi quia dereliquit vitæ, veteris temporalem felicitatem? Rogatur autem ne discedat & deserat spem vitæ æternæ. Sed quid est, quoniam tribulatio proxima est, quasi ei passio adhuc immineret, cum ipse media passione ista dicere intelligatur, quæ de illo in hoc psalmo prophetata sunt. Hic enim dicturus est etiam, quæ in Euangelio apertissime scripta sunt: Diuiserunt sibi vestimēta mea, & super vestem meam miserunt fortem: quod factum est, cum iam penderet in ligno. Quid est ergo tribulatio proxima est, in qua media loquebatur? Sed nimirum illud vult intelligi, quia cū caro in doloribus est & in pœnitentiâ, profecto anima tūc habet magnum agonem patientiæ, in qua ne deficiat, laborandum & orandum est. Nihil est autem animæ sua carne propinquius. Ideo mundi huius quilibet magnus perfectusque cōtempor, cum alibi patitur nihil patitur. Potest enim adhibere vigilem rationem, cum amittit bona quæ extrinsecus sunt, & ab animo sapientis, qui ex cupiditate nō hæret, sine dubio longe sunt, & nō curare quod patitur, quia nec patitur. Cum vero amittit præcipua corporis bona, id est, corporis vitam ac salutem, iam tribulatio proxima est animi bonis, quibus ipse intus tanquam corporis est dominus, quid faciet qualibet ratione, vt nō doleat cum corpus vulneratur aut vritur, cui tanto implicatur cōsortio: vt pati possit, dolere non possit? Ideo & diabolus hunc nocēdi ordinem tenens, illius magni viri quem postulauerat tentandum, prius externa bona accepit in potestate, quibus ablatis & perditis, cum illum inconcussum videret, dixerat enim: Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est, sit nomē domini benedictum: etiam carnem cruciandam vulnere postulauit, tali cū eo conflagens certamine, vt bona proxima inuaderet, hoc est, corporis bona, quibus ipse perditis si forte succumberet, atque ad impietatem cor inclinaret, etiã bona animi deperirent, quibus perdendis iam in corpore sapiens vicinior tentator instabat. Denique ille vir, qui in tanta animi tentatione erat, vbi erat animi bonis proxima tribulatio, quanuis multa prophetice loquatur, longe tamen loquitur aliter, quam cum illa externa bona deperissent, in quibus filios nō amiserat sed præmiserat. Clamat ergo martyris anima transfigurata in Christum, cum iam in carne tribulari coeperit, & dicit deo a quo derelicta est in terrena felicitate, sed quæ cū illo est in spe vitæ æternæ. Ne discedas à me, quoniam tribulatio proxima est. Non est in agro meo, nō in auro, non in pecore, non in tectis atque parietibus, non in meorum orbitibus, sed in carne mea est cui copulor, cui connector, cuius sensum nō habere non possum, vnde me de proximo vrget, vt à patiētiæ virtute nō deficiam: ne discedas à me, quoniã non est qui adiuet, neque amicus, neque propinquus, neque humana laus, neque præterita recordatio voluptatis, neque aliquid eorum quo terrenæ felicitatis ruina fulcitur, neque ipsa quæ in animo est meo humana virtus, quia si tu deseris, quæ hominis virtus? Quid est enim homo nisi quod memor es eius? Circūdederunt me vituli multi, hoc est, minores in plebe. Tauri

A Tauri pingues obsederunt me, hoc est, superbi ac diuites principes plebis aperuerunt in me os suum, clamantes, Crucifige crucifige. Quasi leo rapiens & rugiens rapuerunt eum, comprehensum adducentes ad Præsidem, & rugierunt petendo eius mortem. Sicut aqua effusus sum, tanquam in me lapsi caderent persecutores mei. Dispersa sunt omnia ossa mea. Quid sunt ossa, nisi corporis firmamēta, corpus autē Christi ecclesia? Firmamēta ergo ecclesia, qui nisi Apostoli, qui etiam colūne alibi nuncupantur. Hi vtique dispersi sunt cum ad passionem ipse duceretur, vel cum esset passus & mortuus. Factum est ergo cor meum tanquam cera liquecens in medio ventris mei. Hoc sanè quemadmodum capiti nostro ipsius corporis saluatori coaptetur, inuenire difficile est. Neque enim nisi magno pauore collingit, vt cor velut cera liquefcat humanum, quod vnde in illo fieri posset, qui potestatem habebat ponendi & recipiendi animam suam? Sed profecto aut in firmorum suorum in se transtulit causam: siue illorum qui metui mortis pauescūt, sicut ipse Petrus ex egregio presumptore tam creber negator effectus, siue illorum qui tristitia salubri contabescunt, sicut idem ipse Petrus cū amarè fleuit. Nam & tristitia quasi soluit cor. Vnde dicitur etiam Græce λυή quod hinc appellata sit λύπη: Aut certe profundum sacramentū nos intelligere voluit, vt cordis sui nomine significaret scripturas suas, vbi eius vtique latebat consiliū, quod tūc apertum est, cum ea quæ de illo prophetata fuerunt, passus impleuit. Soluta sunt ergo scripturæ eius in iis quæ perfecta sunt aduentu eius, natiuitate, passione, resurrectione, glorificatione. Quis enim iam ea nō intelligit in prophetis, quando vsque ad intellectum etiam carnalis multitudinis peruenerunt, quæ fortasse significauit in medio ventris sui, vt in eius corpore quod est ecclesia quasi ventris locum habeat carnalis & infirmior multitudo? Aut si ventris nomē magis interioribus competit, ad eos potius qui perfectiores sunt scripturarum intellectum pertinere monstratū est, cū cor eius, id est, scripturæ eius quæ cōtinent cōsiliū eius, in medio eorum, hoc est, in cogitatione eorum tanquam cera dissoluitur, hoc est, seruire spiritus aperitur, disputatur, exponitur. Exaruit velut testa virtus mea. Testa igne firmata est sic & virtus corporis Christi nō sicut fœnū igne cōsumitur, sed sicut testa passioe velut igne firmatur. Vasa enim figuli probat fornax, sicut alio loco scriptura dicit, & homines iustos tentatio tribulationis. Et lingua mea adhæsit faucibus meis. Potest quidem silentiū eius significatū videri, quod alius Propheta cōmendat cum dicit: Sicut agnus corā tondēte fuit sine voce. Sed si lingua eius, eos in eius corpore, quod est ecclesia, intel ligamus, per quos suū loquitur Euangelium, tunc eius faucibus adhærent, cum à præceptis eius nō recedunt. Quod vero sequitur: Et in puluerem mortis deduxisti me: quomodo capiti coaptabitur, quandoquidem corpus eius, quod tertia die resurrexit, non est vtique in puluerem dissolutū: Nec aliter exposuerūt Apostoli, quod in alio psalmo positū est. Neque dabis sanctum tuū videre corruptionem, nisi quia eius caro nō est corrupta, quæ tā celeriter resurrexit. Vnde item in alio psalmo dicit: Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Nunquid cōfitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuā? Hoc scilicet dices, quod si eo modo quo & ceteri mortuus dimitteretur in puluerem, & caro eius resurrectioni vltimæ seruaretur, nulla esset utilitas in sanguine eius: quia nihil prodesset mors Tomus secundus.

eius, nec annunciaretur veritas dei, quæ illum cōtinuo resurrecturū esse prædixerat. Quid sibi vult ergo quod hoc loco ait: Et in puluerem mortis deduxisti me? Nisi corpus eius accipiamus ecclesiam, in qua illi qui pro eius nomine passi sunt vel patiuntur, nō ita vt ipse cito resurgunt, sed in mortis puluerem deducuntur, tunc resurrecturi, cum illud tēpus venerit, de quo in Euangelio dicit: Veniet hora quādo omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius & procedēt. Aut certe tropicè puluerem mortis ipsos Iudæos intelligi voluit, in quorum manus deductus est. Scriptū est enim: Nō sic impij non sic, sed tanquam puluis quem proicit ventus à facie terræ. Denique sequitur: Quoniam circūdederunt me canes multi, concilium malignantiū obsecit me: tanquam ipsos dixerit puluerem mortis, in quæ deductus est, quos dixit canes multos & conciliū malignantium, canes eos videlicet appellans, qui plerūque contra innocentes latrant, cum quibus non habent cōsuetudinem. Iam vero in iis quæ subiungit tanquam Euangelium recitatur. Crucifixio quippe eius exprimitur in eo quod dicit: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerunt & conspexerūt me. Fossæ sunt enim clauis manus & pedes eius, & cum extenderetur in ligno, quodammodo numerata sunt ossa eius. Consyderatus est autem atque conspectus quid illi futurum esset, & verū veniret Helias & liberaret eum. Iam illud quod sequitur, nullius expositionis indiget. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt fortem. Verba deinde quæ subtexuntur, orantis sunt, tam in persona capitis, id est, hominis mediatoris, quam in persona corporis, quod est ecclesia, quæ dicit etiã vnicam suam. Tu autem domine, inquit, ne longe facias auxilium tuum: hoc ad eius carnem pertinet, cuius resurrectio non in longum est missa vt aliorum. In defensionem meam aspice: ne quid noceant inimici, qui sibi videntur aliquid potuisse, carnem perimēdo mortalem. Non autem nocent, si defendente gratia dei, nō eis ad malū anima superata cōsentiat. Sic enim & alibi prophetatum est: Terra tradita est in manus impij, hoc est, caro terrena. Erue à framea animam meam. Framea gladius est. Nec vtique tali ferro Christus occisus est, sed cruce, nec latus eius gladio, sed lancea percussus est. Translato ergo verbo, framea linguam dixit persequētium, sicut in alio psalmo dicit: Et lingua eorum gladius acutus. Vnde quia in eius carne lingua preualuit malignorum, orat vt animæ nihil noceat, cum dicit: Erue à framea animam meam, vt hæc in prophetia oratio, si ad caput corporis referas, non videatur velut indigentis petitio, sed potius rei futuræ figurata prædictio. Aut certe, quia corpus eius, hoc est, ecclesia graues persecutiones fuerat perpessura. Frameam dixit, qua maxime trucidati sunt martyres, vnde vult eorum animas erui, ne timeant eos qui corpus occidūt, animam autem occidere non possunt, & cōsentiant ad illicita. Aut etiam in ipsorum passionibus, inimicorum linguam frameam dicit, vnde animam suam, hoc est, animam corporis sui, animam sanctorū suorum vult erui. Quod autem sequitur: Et de manu canis vnicam meam: nihil aptius quam vnica ecclesia mihi videtur intelligi. Canem vero appellauit mundum, non ratione sed consuetudine contra iuslitam veritatem latrantem. Hæc est enim canum natura, vt cum quibus habent consuetudinem, siue illi boni siue mali sint, nō ad eos latent, insolitorū autem personis q ij vilis

Psalm. 27.

Act. 17.

Matth. 27.

Luc. 23.

Psalm. 21.

Ioan. 10.

Act. 27.

Cap. 15.

Eccle. 27.

Esa. 59.

Act. 2.

Psalm. 15.

Psalm. 29.

Cap. 13.

Matth. 27.

Iob. 1.

M

Caput. 14.

Ioan. 5.

Psalm. 1.

Caput. 16.

Psalm. 21.

Ibidem.

E

E

Psalm. 56.

Matth. 10.

G visis, etiam innocentibus, iritentur. Manu autem canis potestatem mundi significavit. Cuius etiam regnum infestum futurum corpori suo, id est, ecclesie sue, leonis nomine figuravit in eo quod adiunxit: Saluum me fac de ore leonis. Vnde est scriptum: Nihil interest inter minas regis & iram leonis: quanquam & diabolus Apostolus Petrus leoni comparat rugienti & quarenti circumveniendo quem devoret. Superbosque huius mundi, Christianis humilibus aduersaturos ostendens, consequenter dicit: Et a cornibus vnicornium humilitatem meam. Ideo quippe in vnicornibus superbi intelliguntur, quia superbia odit consortium, & quantum in ipso est, solus cupit eminere omnis superbus. Iam nunc attende ubi sit fructus, vel quod derelictus est, ne exau diretur pro terrena felicitate, non ad insipientiam, sed vt saperemus quid noui gratia testamenti desiderare debeamus: vel quod non est derelictus, sed exauditus in eo quod ait: Ne discedas a me: qui dixerat: Quare me dereliquisti: quod vtique contrarium est, nisi illud ad aliud, hoc ad aliud referatur. Attende & audi quantum sapis, hauri quantum capis, quantumque ipse rem tantam eloqui valeo, imo quantum tribuit ille qui nos exaudit, & in Christo in quantum homo mediator est inter nos & deum, & cum Christo in quantum deus est æqualis deo, & potens est facere, vt ait Apostolus, supra quam petimus aut intelligimus. Vide in hoc psalmo testamēti noui gratiā, vide illius derelictionis, tribulationis, deprecationis fructū, quid agatur, quid insinuetur, quid mūdetur, quid illustretur. Intuere quid legamus tanto ante prophetatū, quid iam cernamus impletum. Narrabo nomen tuum, inquit, fratribus meis in medio ecclesie cantabo te. Fratres illius sunt de quibus in Euangelio ait: Vade & dic fratribus meis: Ecclesia illa est quam modo dixit vnicam suam, hæc est vnica catholica, quæ toto orbe copiosa diffunditur, quæ vsque ad vltimas gētes crescendō porrigitur. Vnde in Euangelio dicit: Et prædicabitur hoc Euangelium in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet filius hominis. Quod autem ait: Cantabo, hoc est illud canticum nouum, de quo in alio psalmo dicitur: Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Habes hic vtraque, ex quo cantico cātaturū se dixerit, & in cuius ecclesie medio illud pertinet ad nouum canticum, hoc ad omnem terram. Ipse quippe cantat in nobis cuius gratia cantamus, sicut dicit Apostolus: An vultis experimentum eius accipere, qui in me loquitur Christus? Medium vero ecclesie ad eminentiam licet referas & ad ipsam manifestationem, quia omnia quanto clarius nota sunt, tanto magis in medio esse dicuntur, vel certe ad interiores ecclesie, quia interiora sunt media. Neque enim omnis qui labiis personat, cantat canticum nouum, sed qui eo modo cātat, vt Apostolus admonet dicens: Cāntantes & psallentes in cordibus vestris domino. Intus enim est hoc gaudium, vbi vox laudis & canitur & auditur, quia voce laudatur qui gratis amandus est toto corde, tota anima, tota mente, amatorēque suum accendit in se gratia spiritus sui sancti. Quid enim aliud est canticum nouum, quam laus dei? Denique sequitur, & hoc euidentius demonstrat. Cum enim dixisset: Narrabo nomen tuum fratribus meis, quia deum nemo vidit vnquam, sed vnicornis filius, qui est in sinu patris ipse enarrauit, atque adiunxit: In medio ecclesie cantabo te: quomodo cantauit, id est, quia in nobis cantauit cū proficimus in nomine quod nar-

K raut fratribus suis: & quia laudem dei cantauit in nobis, continuo manifestauit dicens: Qui timetis dominum, laudate eum. Quis autem veraciter laudat, nisi qui synceriter amat? Tantūdem est ergo ac si diceret: Qui timetis dominum amate eum. Dixit enim homini sicut scriptum est: Ecce pietas est sapientia. Porro pietas cultus dei est, nec colitur ille nisi amando. Summa igitur & vera sapientia est in præcepto illo primo. Diliges dominum deū tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Ac per hoc sapientia est charitas dei, nec diffunditur in cordibus nostris, nisi per spiritum sanctū, qui datus est nobis. Initium autē sapientie timor domini. Et timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Proinde premissus timor in cor nostrum, pellit inde consuetudinē malorum operū & seruat charitati locum, qua tanquam domina veniente, vt illa insideat, abscedit. Ergo qui timetis dominum laudate eum, vt deum non seruiliter, sed libere colatis, eum amare discite, quem timetis, & poteritis laudare quod amatis. Timentes enim deum homines veteris testamenti, propter literā terrentem & occidentem, nondū habentes spiritum viuificantem, currebant cum sacrificiis ad templum. Et quanuis in figurā futuri sanguinis quo redempti sumus, tamen nescientes quid per eos præfiguraretur, cruentas victimas immolabant. Nunc vero in gratia noui testamenti, qui timetis dominum laudate eum. Ipse quippe in alio psalmo, illa mutanda prænunciāns, quæ tunc in vmbra futuri offerebantur: Non accipiam, inquit, de manu tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Et paulo post, vt ostenderet sacrificium noui testamenti, quando illo illa fuerant cessatura, Immola, inquit, deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Et in fine eiusdem psalmi: Sacrificiū, inquit, laudis glorificabit me, & illic via est qua ostendam illi salutare meum. Salutare dei Christus est, quē infantem Simeon senex cum agnouisset in spiritu, eūque sumpsisset in manus, Nunc dimittis, inquit, domine seruum tuum secundum verbum tuū in pace, quoniā viderunt oculi mei salutare tuum. Qui timetis ergo dominum laudate eum, vniuersum semen Iacob magnificate eum. Non vacat, quod ei non sufficit dicere, semen Iacob, nisi adderet vniuersum, ne in solis eis intelligeretur, qui ex Israël fuerant credituri. Semen Iacob ipsum est semen Abraham: omnibus autē in Christum credentibus, non solis qui ex Israël fuerant fideles Apostolus dicit: Ergo Abraham semen estis secundum promissionem hæredes. Ibi nanque commemorauit præfigurationem noui testamēti, in eo quod scriptum est: In Isaac vocabitur tibi semen, non vtique in Hismael ancillæ filio. In quibus duobus filiis Abraham seruo & libero, & duabus mulieribus, ancilla & libera, scribens ad Galatas, duo testamenta dicit in allegoria præfigurata. Vnde dicit: Non qui filij carnis, ij sunt filij dei, sed filij promissionis deputantur in femine. Promissionis enim verbum, hoc est: Ad hoc tempus veniam, & erit Sara filius. Multum est & nimis longum, diligenter enucleare cur filij promissionis pertinentes ad Isaac, noui testamenti gratiæ deputentur. Breuiter tamen attingam, vnde tanto fructuosius cogitabis, quanto magis pie cogitaueris. Non omnia deus quæ prædicat, promittit, prædicat enim etiam illa quæ non ipse facit, quia est omnium præscius futurorum. Prædicat ergo & peccata hominum, quæ potuit præscire non facere. Promittit autem quæ ipse facturusest, nec ea mala sed bona. Quis enim promittit.

Rom. 5.
Eccle. 1.
1. Ioan. 4.
Matt. 22.
Rom. 5.
Eccle. 1.
1. Ioan. 4.
L.
Psal. 49.
Luc. 2.
Cap. 19.
Galat. 4.
Rom. 98.

A promittit mala? Quanuis itaque mala inferat, mala non peccata sed supplicia, minatur tamen ea potius quam promittit. Omnia largitur & præscit, sed peccata prædicat. I supplicia minatur, beneficia pollicetur. Filij ergo promissionis, filij sunt beneficij. Hæc est gratia quæ gratis datur, non meritis operantis, sed miseratione donantis. Hinc gratias agimus domino deo nostro, quod est magnum sacramentum in sacrificio noui testamenti, quod vbi & quando & quomodo offeratur cum fueris baptizatus inuenies. Deinde sequitur & dicit: Timeat eum semen Israël, qui Iacob ipse & Israël vnus homo erat habens duo nomina, non in paruo sacramento: sed vno libro non possunt dici omnia, in quo iam multum progressi sumus & nondum de aliis tribus quæstionibus aliquid diximus, hoc est, de tenebris exterioribus, & latitudine & longitudine, altitudine & profundo, & de quinque & quinque virginibus. Quod ergo dixit supra: Vniuersum semen Iacob: hic consequenter ait: Omne semen Israël. Sed quare superius, Magnificate eum: & posterius, Timeat eum. Magnificatio laudi congruit, de qua dixerat, Qui timetis dominum laudate eum: vnde iam multa differui. Ibi quippe amor vel charitas dei perfecta foras mittit timorem. Cur ergo iterum timeat eum omnis Israël? Non enim accepistis, inquit, Apostolus, spiritum seruitutis iterum in timorem. Sed idem Apostolus oleastro inserto in oliuam timorem præcipit, hoc est, gentibus additis radici Abraham, Isaac, Iacob, vt & ipsi fierent Israël, id est, pertinerent ad semen Abraham. Quam insertionem oleastri amputatis propter infidelitatis superbiam naturalibus ramis, etiam ipse dominus in Euangelio prædixit occasione illius Centurionis, qui in eum ex gentibus credidit. Tunc enim ait: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël. Et adiunxit, Ideo dico vobis, quia multi ab Oriente & Occidente venient & recumbent cum Abraham Isaac & Iacob in regno cælorum: filij autem regni ibunt in tenebras exteriores, illic erit ploratio & stridor dentium: Ita significans inseri oleastrum propter humilitatem. Dixerat quippe ille Centurio: Non sum dignus vt sub tectum meum intres, sed tantum dic verbo & sanabitur puer meus. Contrafractioem autem ramorum naturalium propter superbiam, scilicet eorum qui ignorantis dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitia dei non sunt subiecti. De iis quippe vana elatione tumētibus dictum est, quod ibunt in tenebras exteriores, quia iactantes se de semine Abraham, semen Abraham fieri noluerūt, vt essent filij promissionis, quia fidem noui testamenti non receperunt, vbi iustitiam dei contempserunt, & suam constituere volentes, id est, tanquam de suis meritis & operibus præfidentes spreuerunt esse filij promissionis, hoc est, filij gratiæ, filij misericordiæ, vt qui gloriatur in domino gloriatur, credens in eum qui iustificat impium, hoc est, qui ex impio facit pium, vt deputetur fides eius ad iustitiam, & impleatur in eo, non quod postulabat eius meritum, sed quod a domino promissum est beneficium. Cum iis igitur agens Apostolus qui oliuæ per gratiam insererentur, Dicit, inquit, Fracti sunt rami, vt ego inserar. Bene, propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide sta, noli altum sapere, sed time. Dei est enim beneficium non meritum tuum, quod & alibi dicit: Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum creati in Iesu Christo secundum.

Cap. 20.
1. Ioan. 4.
Rom. 8.
Rom. 11.
Matth. 8.
Luc. 2.
Cap. 19.
Galat. 4.
Rom. 98.
Galat. 4.
Rom. 98.
Rom. 11.
Eph. 2.

D sto, in operibus bonis, quæ præparauit deus, vt in illis ambulemus. In hoc itaque intellectu gratia inest timor, de quo dicitur: Noli altum sapere, sed time. Timor autem iste alius est, non est ille seruilis, quem charitas foras mittit. Illo enim timetur, ne iudicetur in tormentum supplicij: isto autem, ne amittatur gratia beneficij. Quapropter quanuis fidelibus ad nouum testamentum pertinentibus dicat Apostolus quod paulo ante commemorauit, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamam⁹, Abba pater, id est, vt fides in nobis sit, quæ per dilectionem operatur, non tam timendo poenam, quam amando iustitiam: tamē quia non fit anima iusta, nisi participatione melioris, qui iustificat impium, quid enim habet quod non accepit: non debet sibi tribuendo quod dei est, ita gloriari tanquam non accepit. Ob hoc enim dictū est: Noli altum sapere, sed time. Et timor iste præcipitur iis etiā qui ex fide viuentes hæredes sunt noui testamēti, atque in libertatem vocati. Altum enim sapere, dictum est superbire. Quod alio loco e contrario satis ostendit, vbi ait: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes: Ex hoc quod ait humilibus consentientes, vtique aperuit nihil aliud se dixisse alta sapientes, quam superbientes. Timor ergo non est in charitate, quia perfecta charitas foras mittit timorem, sed illum seruilem quo cum se quisque ab opere malo abstinet, poena terretur, non iustitia delectatur. Hic charitas foras mittit, quam non delectat iniquitas, etiam si proponatur impunitas. Non illum quo timet anima, ne amittat ipsam gratiam, qua in illa factum est, vt eā non peccare delectet, quo timet ne deus eam deferat, etiam si nullis dolorum cruciatibus puniat. Hic timor castus est, non eum charitas eiicit, sed aspicit. De illo quoque scriptum est: Timor domini castus permanet in seculum seculi: nequaquam istum diceret permanentem, nisi sciret alium qui non permaneret. Et bene istū castum dixit: Hoc enim non caret amor, quo anima inhæret deo, quæ dicit in alio psalmo, Perdidisti omnem qui fornicatur abste, mihi autem adhærere deo bonum est. Nam & coniunx quæ adulterinum animū gerit, etiam si timore viri non adulterium perpetrat, tamen quod deest operi inest voluntati. Casta vero aliter timet. Nam & ipsa timet virum, sed caste. Denique timet illa ne vir infestus adueniat, ista ne offensus abscedat. Non amanti enim præsentia viri molesta est, amanti autem absentia. Timore itaque casto permanenti in seculum seculi, timeat deum omne semen Israël. Timeant quem diligunt, non alta sapiendo, sed humilibus consentiendo, cum timore & tremore suā ipsorum salutem operando. Deus est enim qui operatur in eis & velle & operari pro bona voluntate. Hæc est iustitia dei, hoc est, quod deus donat homini, cū iustificat impium. Hanc dei iustitiam ignorant superbi Iudæi, & suam volentes constituere, iustitia dei non sunt subiecti, hæc superbia deiciuntur, vt humilis inseratur oleaster. Et illi ibunt in tenebras exteriores, de quibus inter alia requisisti, venientibus ab Oriente & Occidente multis, qui recumbant cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cælorum. Sunt enim modo in exteris tenebris, vnde correctio desperada non est, quā si contempserint, ibunt in tenebras exteriores, vbi correctionis locus non erit, quoniā deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vlla. Sed lux cordis non istorum qui in carne sunt oculorū, nec omnino talis qualis huius luti

Rom. 11.
1. Ioan. 4.
Iudicatur.
Cap. 21.
Rom. 8.
Galat. 5.
1. Cor. 4.
Rom. 11.
Rom. 12.
E
1. Ioan. 4.
Psal. 18.
De verbis Apostoli
3. sent. dist.
34. nō potes.
Tenebræ exteriores.
1. Ioan. 4.
q. iij. cis vi.

G cis visibilis phantasia cogitur, quanquā & ibi est videre, sed longe aliter, longe dissimiliter. Qualis enim lux est ipsa charitas, quis verbis explicet? Quis earum rerum, quæ sensibus carnis subiacent, villo demonstret exemplo? An forte lux non est charitas? Audi Apostolum Ioānem. Ipse quippe dixit, quod modo cōmemoravi, quoniam deus lux est, & tenebræ non sunt in eo vlla. Qui rursum dicit: Deus charitas est. Ac per hoc si deus lux est, & deus charitas est, pfecto charitas lux ipsa est quæ diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Item dicit: Qui odit fratrem suū, in tenebris est vsque adhuc. Istæ sunt tenebræ, in quas diabolus & angeli eius multū superbiendo progressi sunt. Charitas enim non emulatur, nō inflatur. Ideo non emulatur, quia nō inflatur. Vbi enim præcedit inflatio, continuo sequitur emulatio, quoniam superbia mater est invidentia. Diabolus igitur & angeli eius à luce atq; feruore charitatis auersi, & nimis in superbiam inuidiamq; progressi, velut glaciali duritia torpuerunt. Et ideo per figuram tanquā in Aquilone ponitur. Vnde cum generi humano diabolus incubaret, ventura gratia Saluatoris, dicitur in Cantico canticorum: Exurge Aquilo & veni Auster, perfla ortum meum & fluent aromata. Exurge qui irruisti, qui subditis incubis, qui possessos premis. Exurge vt à tuo pondere releuati erigantur, quorum animas premendo curuasti. Et veni Auster, inquit, spiritum inuocans gratiæ flantem de Meridie, velut à parte feruida & luminosa, vt fluat aromata. Vnde Apostolus dicit: Christi bonus odor sumus in omni loco. Hinc etiā dicitur in quodam psalmo: Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro: Captiuitatem, scilicet qua sub diabolo, tanquā sub Aquilone tenebantur, vbi abundante iniquitate frigerant, & quodammodo congelauerant. Hinc enim & euāgelium dicit: Quoniam abundabit iniquitas refrigescet charitas multorum. At verò flante Austro glacies resoluitur & torrétes fluūt, id est, peccatis remissis, populi ad Christum charitate concurrūt. Hinc & alibi scriptū est: Sicut glacies in sereno, ita soluentur peccata tua. Proinde rationalis creatura, siue in angelico spiritu, siue in anima humana, ita facta est, vt sibi ipsa bonū, quo beata fiat esse non possit, sed mutabilitas eius si conuertatur ad incommutabile bonum, fiat beata: vnde si auertatur, misera est: auersio eius vitium eius, & cōuersio eius virtus ei⁹ est. Natura ergo non est mala, quia creatura spiritus vita est rationalis, quæ etiam priuata bono, cuius participatione beatificatur, id est etiā vitiosa, melior est eo corpore quod summum est in corporibus, id est, hac luce, quæ sentitur oculis carnis, quia & ipsa est corpus: omni autem corpore quælibet incorporea natura præstantior, non mole, quia non nisi corporum est moles, sed vi quadā qua supergreditur omnem phātasiam, quam volutat animus hausit de sensib⁹ corporis. Sed quæ admodum in ipsis corporibus ea quæ inferiora sunt, sicut terra & aqua & ipse aër, meliora sunt participatione melioris, id est, cum luce illuminantur & feruore vegetantur: sic incorporeæ creaturæ rationales ipsius creatoris sunt participatione meliores, cum ei cohærent purissima & sanctissima charitate, qua omnimodo si caruerint, tenebescunt & obdurescunt quodammodo. Proinde infideles homines tenebræ sūt, qui per fidem conuersi ad deum quadam præmissa illuminatione lux sunt. In qua proficiendo si ex fide ad speciem peruenerint, vt id quod credunt etiam, conspiciere, sicut

K tantum bonum potest conspici, mereantur, perfectam recipient imaginem dei. Talibus enim dicit Apostolus: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Porro diabolus & angeli eius, tenebræ sunt infidelibus hominibus deteriores. Plus enim ab illa charitate auersi, in suum factum obstinationemq; progressi sunt. Et quoniam extremo iudicio Christus diciturus est eis quos ad sinistram discernet, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, his malignis spiritibus coniungendos simulq; damnandos, dicit ituros in tenebras exteriores, id est, in societate pœnalem diaboli & angelorum eius. Huic pœnæ contrarium est quod bono seruo dicitur: Intra in gaudiū domini tui, vt quāto sunt istæ tenebræ exteriores, tāto sit lumen illud interius. Non hæc per locorum interualla inani phantasmate cogitanda sunt, Localia spatia non occupant, nisi corporum moles. Non est hoc spiritus vitæ, non est hoc anima rationalis, multominus deus omnium benignissimus conditor, & iustissimus ordinator. Voluntatibus & affectibus ista vel propinquare, vel longe fieri, vel intrare, vel exire dicitur: sed qui malo opere, id est, tenebroso delectantur facientes, secutura est pœna que torqueat, ideo domin⁹ vbi dixit: Tenebras exteriores, addidit etiā, Ibi erit fletus & stridor dentium, ne talibus oblectationibus, quilibet hic iniqui perfruuntur, quando infidelitate atque iniustitia tenebescunt, etiam in illo supplicio se vsuros clementer existiment: quia enim volentes iniuste vtuntur bonis, iuste nolentes cruciabitur malis, vnde possunt etiam tenebræ exteriores intelligi pœne corporales. Corpus quippe est anima exterius, vt sint animæ mala, quibus à charitatis luce auersa mens in peccatis oblectatur; exteræ tenebræ: corporis autem mala quibus æternis in sinem torquebitur, exteriores tenebræ, quas solas timent, qui seruili adhuc timore detinentur. Nam si eis liceret, in illis exteris quæ sunt in peccatis impune semper volui & inuolui, profecto nunquam vellent accedere ad deum & illuminari, & inhærere illi per charitatem, vbi est timor castus permanēs in seculum seculi, qui timor non cruciat, sed tenaciorem facit animam boni illius: quod si dimiserit, cadet. Timeat eum omne semen Israël. Et vide causam quā coniungit: Quoniam non spreuit, inquit, neque despexit precem pauperis. Pauperem humilem dicit: Hinc est noli altum sapere, sed time: Timeat ergo eum omne semen Israël, quoniam non despexit eius precē, qui non altum sapuit sed timuit. Potest hoc & capiti coaptari, quia ipse saluator corporis propter nos pauper factus est cum diues esset, vt ei⁹ paupertate ditaremur: Ex forma enim serui pauper factus est, ex qua & precem fudit: in ea quippe humiliavit factus obediēs vsq; ad mortem. Vide ergo quid dicat: Quoniam nō spreuit neque despexit precem pauperis, neque auertit faciem suam à me. Vbi est illud, Quare me dereliquisti, si non auertit faciē suā ab eo, nisi quia & derelinquens non derelinquit, quando in bonis temporalibus non exaudit, & non ad insipientiā nobis sed vt sapiamus quid auferat & quid offerat nobis. Non, inquit, spreuit neque despexit precem pauperis, neque auertit faciem suam à me, Et cum clamarem ad eum exaudiuit me. Fecit ergo quod pauloante rogatus est, vbi eū deprecans dixit: Ne discedas à me. Si enī exaudiuit, profecto fecit, nō vtique discessit, non ergo dereliquit. hoc modo qui alio modo dereliquit, vt scirem⁹, quomodo magis non ab eo derelinqui velle debemus. Apud te laus

A te laus mea. Quid ergo noscent qui tāquam victo insultant quod me in temporalibus dereliqueris? In Ecclesia magna confitebor tibi, non quanta ista synagoga est qua irridet mortē derelicti, sed in Ecclesia magna diffusa per omnes gētes quæ credit in resurrectionē non derelicti. Hęc est vnica illa quā petit de manu canis erui, de qua etiā pauloante dixit: In medio Ecclesiæ cantabo tibi. Et nunc quod ait: Confitebor tibi. In eis vtique qui confitebūtur, in quibus & loquitur. Cōfessio autem non tantum peccatorum est, sed & laudis dei, sicut ipse in Euangelio. Confitebor tibi, inquit, pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Ideo sequitur & dicit: Vota mea reddam coram timētibus eum. Edent pauperes & saturabuntur & laudabunt dominum qui requirunt eum. Ipsi sunt paruuli de quibus dixit: Et reuelasti ea paruulis, timentes eum, & pauperes, id est, humiles qui non alta sapiunt, sed timent timore illo casto, nō quo pœna formidatur, sed quo gratia commendatur. Vota verò sua, sacrificium vult intelligi corporis sui quod est fidelium sacramentum: Ideo cum dixisset: Vota mea reddam coram timētibus eum, continuo subiunxit: Edent pauperes & saturabuntur: Ipsi enim saturabūtur pane qui de cœlo descendit, qui ei cohæretes & eius pacem dilectionēq; seruantes imitantur eius humilitatē. Ideo pauperes in hac paupertate & saturitate præcipue Apostoli claruerunt. Et laudabunt dominū, inquit, qui requirūt eum, intelligentes non meritorum suorum, sed illius esse gratiæ quod saturati sunt. Requirit enim eum, quia nō sunt ex eis qui sua quærunt non que Iesu Christi. Deniq; & si caro eorum qui eum laudant patitur temporalem tribulationem vel mortem, viuunt corda eorum in seculum seculi. Hęc vita cordis non est in sensibus corporis, secreta est in luce quæ intus est, non in tenebris quæ foris sunt, in sinem præcepti, non in initio peccati. Finis autem præcepti charitas est de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Charitas quæ non emulatur, non inflatur, quia non altum sapit, sed timet, & ideo cohæret timore casto permanente in seculum seculi. In initio autem omnis peccati superbia, qua diabolus irruocabiliter in exteriora progressus est, hominemq; inuidendo & ei simile aliquid suadendo deiecit. Cui homini in quadam scriptura dicitur, Quid superbit terra & cinis? Quoniam in vita sua proiecit intima sua. In vita sua dictum est, tāquam in propria sua, & quasi priuata, qua delectatur omnis superbia. Vnde charitas in commune magis quàm in priuatum consulens, dicitur non quærere quæ sua sunt. Hac viuunt corda in seculum seculi, tanquam saturata pane cœlesti. De qua saturitate ipse dicit: Nisi manducaueritis carnem meam & sanguinem meum biberitis, non habebitis vitam in vobis. Merito ergo istorū qui saturantur, viuunt corda eorum in seculum seculi. Vita enim Christus est qui habitat in cordibus eorū, interim per fidem, post etiam per speciem. Vident enim nunc in ænigmate per speculum, tunc autem facie ad faciem. Vnde ipsa charitas nunc in bonis operibus dilectiōis exercet, qua se ad subueniendū quaqua verum potest, porrigit, & hæc latitudo est: nunc longanimitate aduersa tolerat, & in eo quod veraciter tenuit, perseuerat, & hæc est longitudo: hoc autem totū propter adipiscendam vitam facit æternam quæ illi promittitur in excelso, & hæc altitudo est. Exiſtit verò ex occulto ista charitas vbi fundati quodammodo & ra-

dicati sumus, vbi causæ voluntatis dei non inuestigatur, cuius gratia sumus salui facti, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundū eius misericordiā. Voluntarie quippe genuit nos verbo veritatis, & hæc voluntas eius in abdito est. Cuius secreti profunditatem quodammodo expauescens Apostolus clamat, O altitudo diuitiarum sapiētiae & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini? Et hoc est profundum. Altitudo quippe commune nomen est excelso & profundo. Sed cum in excelso dicitur, sublimitatis eminentia commēdatur, cum autem in profundo, difficultas inuestigationis & cognitionis. Vnde & illud de deo dicitur: Quam magnificata sunt opera tua domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Et iterum: Iudicia tua velut abyſsus multa. Hinc igitur est illud Apostoli quod requirendum inter cetera posuisti. Huius rei gratia, inquit, flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ virtutē corroborari per spiritum eius, in interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris, vt in charitate radicati & fundati per fidem praualeatis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo & latitudo, altitudo, & profundum, Scire etiam supereminētem scientiam charitatis Christi, vt impleamini in omnē plenitudinem dei. Attende omnia diligēter. Huius rei, inquit, gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur. Quæris, cuius rei gratia: hoc supra dixerat, Propter quod peto non infirmari in tribulationibus meis pro vobis. Hoc ergo eis optat, vt nō infirmantur in tribulationibus Apostoli, quas pro illis sustinebat, & propter hoc genua flectebat ad patrē. Proinde non infirmari vnde illis sit, sequitur & dicit: Vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ virtutem corroborari per spiritum eius. Hæc sunt diuitiæ, de quibus dicit, O altitudo diuitiarum. Abditas enim habet causas, vbi nullis meritis præcedētibus quid habem⁹ quod non accepimus. Deinde sequitur, & quid optet adiungit, In interiori, inquit, homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Hęc est vita cordium qua viuimus in seculum seculi, ab initio fidei vsque ad finem speciei: vt in charitate, inquit, radicati & fundati praualeatis comprehendere cum omnibus sanctis. Ista est communio cuiusdā diuinæ celestisq; reipublicæ, hinc saturantur pauperes, non sua quærantes, sed quæ Iesu Christi, id est, non commoda priuata sectantes, sed in commune vbi salus omnium est consulentes. Nam de ipso pane quo tales saturantur, quodam loco Apostolus dicit: Vnus panis vnus corpus multi sumus. Quid ergo comprehendere: quæ sit, inquit, latitudo sicut iam dixi, in bonis operibus, quibus beneuolentia porrigitur vsque ad diligendos inimicos: & longitudo, vt longanimitate pro hac latitudine molestiæ tolerentur: & altitudo, vt pro his æternum quod in supernis est præmium, non vanum aliquid, aut temporale speretur: & profundum, vnde gratuita gratia dei secundum secretum & abditum voluntatis eius existit. Ibi enim radicati, ibi sumus fundati, Radicati propter agriculturā, Fundati propter ædificationem quæ quoniam non est ab homine, dicit alio loco idem Apostolus: Dei agricultura estis, dei edificatio estis. Hoc totum agitur cum in hac nostra peregrinatione fides per dilectionē operatur.

1. Ioan. 4. Rom. 5.

1. Ioan. 2.

1. Cor. 13.

Cant. 4.

2. Cor. 2.

Psal. 125.

Math. 24.

Eccle. 3.

Caput. 23.

Eph. 5.

Math. 25.

Math. 11.

*allias, cōferuatur

1. Tim. 1. 1. Cor. 13.

Eccle. 10.

Cap. 25.

Ioan. 6.

1. Cor. 13.

D. Eph. 2. Titum. 3. Iaco. 1.

Rom. 11.

Psal. 91.

Psal. 35.

Eph. 3.

H.

Cap. 26.

Eph. 3.

Rom. 11.

Eph. 3.

F.

1. Cor. 10.

1. Cor. 3.

G ratur. In futuro autem seculo perfecta & plena charitas sine vlla malorum toleratia, non fide credit quod non videt, nec spe desiderat quod non tenet, sed in æternum veritatis incommutabilem speciem contemplantur, cuius sine fine quietu opus erit, laudare quod amat, & amare quod laudat. De hac sequenter dicit: Scire etiam supereminente scientiam charitatis Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem dei. In hoc mysterio figura crucis ostenditur: qui enim quia voluit mortuus est: quomodo voluit mortuus est. Non frustra igitur tale genus mortis elegit, nisi in eo quaque latitudinis huius & longitudinis & altitudinis & profunditatis magister existeret. Nam latitudo est in eo ligno, quod transuersum desuper figitur. Hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extenditur manus. Longitudo in eo quod ab ipso ligno vsq; ad terram conspicuū est. Ibi enim quodammodo statur, id est, persistitur & perseveratur, quod longanimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni parte, quæ ab illo, quod transuersum figitur, sursum versus relinquitur, hoc est, ad caput crucifixi, quia bene sperantium superna expectatio est.

H iam vero illud ex ligno quod non apparet quod fixum occultatur, vnde totum illud exurgit, profunditatem significat gratia gratia: in quo multorum ingenia coneruntur id vestigare conantia, vt ad extremū eis dicatur: O homo tu quis es, qui respondeas deo? Viuet ergo corda saturatorum l pauperum l in seculum seculi, hoc est, humilium charitate flagrantium, non sua quarentium, sed sanctorum societate gaudetium. Hoc primitus in Apostolis factum est. Sed laudando deum, id est, prædicando gratiam dei, quoniam dictum est: Laudabunt dominum qui requirunt eum, quid populorum acqviserint in eo quod sequitur vide. Commemorabuntur, inquit, & conuertentur ad dominū vniuersi fines terræ, Et adorabunt in conspectu eius vniuersa patriæ gentium. Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gētium. Ille irrisus, ille crucifixus, ille derelictus hoc regnum acquirat, & tradet in fine deo & patri, non vt ipse amittat, sed quod in fide seminavit cū venit minor patre, hoc perducatur ad speciem, in qua equalis non recessit a patre. Manducaverunt & adorauerunt omnes diuites terræ: Diuites terræ superbos intelligere debemus, si recte superius pauperes humiles intelligebamus, de quibus in Euāgelio dominus dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnū cœlorum. Ipsi enim sunt mites, lugentes, esurientes, & sitientes iustitiam, misericordes, mundicordes, pacifici, & qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quibus prædicationibus singillatim beatitudinem adiunxit. Contra ergo diuites terræ hoc loco superbi intelligendi sunt. Neque enim frustra ita distincti sunt, vt de pauperibus supra diceretur: Edent pauperes & saturabuntur. Hic vero: Manducaverunt & adorauerunt omnes diuites terræ. Et ipsi quippe adducti sunt ad mensam Christi, & accipiunt de corpore & sanguine eius: sed adorant tantum non etiam saturantur, quoniam non imitantur. Manducantes enim l pauperem l, dignantur esse pauperes: quia Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius. Verū tamen quod humiliavit semetipsum factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis aspernantur diuites, & similia perpeti respuunt, timore non magnitudine, infirmitate ergo non sanitate. Sed quia ergo deus excitauit eum a mortuis, & donauit ei nomen quod est super omne nomen, vt in no-

mine Iesu flectatur omne genu, cœlestium, terrestrium & infernorum, fama celsitudinis eius, & gloria nominis eius in ecclesia vsquequaque diffusa, permoti & ipsi veniunt ad mensam, manducant & adorant, non tamen saturantur, quia non esuriunt & sitiunt iustitiam. Tales enim saturabuntur, quoniam perfecta saturitas in illa vita æterna erit, cum ex ista peregrinatione venerimus ex fide ad speciem, ab speculo ad faciem, ab ænigmate ad perspicuam veritatem. Non tamen inconuenienter saturatus dicitur paupertate* Christi, qui pro iustitia eius, hoc est, pro participatione verbi æterni, quam inchoauit interim fide, omnia temporalia non solum temperanter contemnit bona, verum etiam patienter sustinet mala. Tales fuerunt piscatores & publicani, quia abiecta huius mundi elegit, vt confunderet fortia. De his dictum est: Edent pauperes & saturabuntur. Sed quia istam saturitatem non apud seipos tenuerunt, quodammodo enim ructantes dominum laudauerunt, id est, prædicauerunt querentes eum non sua quarentes, sed in eum charitate flagrantes, eorum prædicatione commotus est mundus, vt commorarentur & conuerterentur ad dominum vniuersi fines terræ, Et adorabunt in conspectu eius vniuersa patriæ gentium: Quoniam domini est regnum & ipse dominabitur gentium. Hac Ecclesiæ dilatatione etiam superbi, id est, diuites terræ adducti sunt, & manducaverunt, & quoniam non saturati tamen adorant. Hunc quoque ordinem prophetia psalmi hoc loco tenuit, quem videmus impleri. Adiungit autem, In conspectu eius procident omnes qui descendent in terram, id est, omnes bona amando terrena, non in cœlum ascendunt. Non enim faciunt quod ait Apostolus: Si resurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram: sed potius quanto sibi bonis terrenis feliciores videntur, tanto magis in terram descendunt, hoc est, in terrena deprimuntur. Et ideo in conspectu eius procident, id est, vbi ipse videt, non vbi homines vident, qui eos excelsos sublimēsque arbitrantur. Et anima, inquit, mea ipsi viuet. Ipsi vtique non sibi, sicut superbiorum priuato bono suo latantium, & a communi omnium bono, quod deus est, inani elatione resiliuntium. Hoc vtique deum etiam & communi potius vero omnium bonorum perfrui, quam priuato nostro gaudere quæramus. Vt qui viuit iam non sibi viuat, sicut ait Apostolus: sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Pro hoc enim mediator effectus est, vt nos reconciliet deo per humilitatem, a quo per impiam superbiam longe recesseramus. Neque enim tantum illud scriptum est, quod supra posui, Initium omnis peccati superbia: sed etiam hoc ibi legitur, Initium omnis peccati superbia, homines apostatare a deo. Non ergo sibi viuat quisque, sed Christo, faciens non suam sed ipsius voluntatem, & manens in eius charitate, sicut & ipse fecit voluntatem patris, & manens in eius charitate. Hæc quippe nos admonens & exemplo suo exhortans, in Euāgelio suo locutus est. Si autem ipse cum in forma dei æqualis esset patri, tamē per formam serui, quam propter nos accepit, non suam voluntatem, sed patris se facere commendauit, quanto magis nos propria priuataque nostra voluntate contempta qua tenebrati sumus, ad illud commune lumen, vt illuminentur vultus nostri, & non erubescant, debemus accedere, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, vt anima nostra ipsi viuat.

Hoc enim

A Hoc enim de nobis consequenter adiungit, cum dicit: Et semen meum seruiet illi, quoniam qui seminat bonum semen, filius est hominis, bonum autem semen hi sunt filij regni. Hæc porro omnia quæ in psalmo isto dicta sunt quia non ad præsens tempus, sed ad futurorum prophetiam pertinebant, sicut etiam ipsis rebus apparet, sic eum concludere voluit, vt ostenderet se non præsentia demonstrare, vel narrare præterita, sed futura prophetare. Annunciabitur, inquit, domino generatio ventura & annunciabunt cœli iustitia eius populo, qui nascetur quem fecit dominus. Non ait: Annunciabitur dominus generationi venturae, sed annunciabitur dominus generatio ventura. Quod non sic accipiendum est, tanquam nescienti aliquid annuncietur vt sciat, sed sicut annunciant angeli, non solum nobis beneficia dei, verum etiam illi preces nostras. Nam scriptum est vbi angelus hominibus dicit: Ego obtuli memoriam orationis vestrae: non vt tunc deus nouerit quid velimus, vel quo indigemus: Nouit enim pater vester, ait dominus, quid vobis necessarium sit priusquam petatis ab eo: Sed quia necesse habet rationalis creatura obtemperans deo, temporales causas ad æternam veritatem referre, siue petendo quid erga se fiat, siue consulendo quod faciat, qui prius mentis affectus est, vt ipsa construat, non vt deus instruat. Nam & hæc quædam contestatio rationalis creaturae est, quod non sibi ipsa sit bonum, quo beata fiat, sed illud incommutabile cuius participatione etiam sapiens efficitur. Siue ita dictum est: Annunciabitur domino generatio ventura: ac si diceretur, domino placebunt qui annunciantur: non sibi, vt ita sit domino annunciat, sicut est domino viuere. Sic dictum est: Qui manducat, domino manducat: & qui non manducat, domino non manducat. Ad hoc quippe addidit: Et gratias agit deo, vt ostenderetur quid esset, domino facit, id est, in eius laudem facit. Tunc enim recte, tunc iuste, tunc pie fit, cum opus bonū in eius laudem fit, cuius gratia donatur vt fiat. Ac per hoc etiam si eo modo quispiam hæc verba intelligere velit, vt eorum iste ordo sit, Annunciabitur domino generatio ventura, id est, generatio annunciat, quæ domino ventura est, generatio scilicet piorum atque sanctorum: quia impiorum & sceleratorum generatio non domino, sed sibi ventura est, ab eadem significatione non receditur, qua intelligatur animæ participatio in idipsum, id est, rationalem creaturam cum sit mutabilis, non fieri beatam: nisi a proprio suo mutabili ad immutabile bonum, idemque commune quod deus est, a quo superba impietate abstulit, humili pietate conuersa subsistat. In quo affectu proficiens, quicquid boni facit domino facit, hoc est, in eius laudem, cuius gratiam percepit vt faciat, vnde est actio gratiarum, quæ intimo fidelium mysterio celebratur. Illud autem quod sequitur, Et annunciabit iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit dominus: superioris sensus confirmatio est. Nam quod ibi dictum est: Annunciabitur domino generatio ventura: hic est dictum, hæc annunciabit iustitiam eius. Ipsa quippe generatio, quæ ventura prophetata est piorum, atque sanctorum: iustitia dei est non ipsorum. Ne sint ex illis qui ignorantes dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiam dei non sunt subiecti. Illa nanque iustitia dei commendatur in eo quod dicitur. Ignorantes dei iustitiam, qua nos ex eius gratia iusti sumus, vt ipsa dei iustitia nos simus cum iuste viuimus, credentes in eum qui iustificat impium, non illa qua ipse iu-

stus est æterna sua & incommutabili iustitia. Hæc itaque iustitia, qua nos dei munere iusti sumus, significatur in psalmo illo, vbi scriptum est: Iustitia tua sicut montes dei. Motes quippe dei, sancti eius sunt, de quibus alibi dicitur: Suscipiant motes pacem populo tuo. Et multa de his montibus scripta sunt figurata locutione, quæ commemorare nunc longum est. Sed quia hoc ipsum quod deus iustificat homines, nimis occulto iudicio facit, quoniam gratuita gratia: Si autē gratia, non ex operibus, alioquin gratia iam non esset gratia. Ex hoc quippe incipiunt opera bona, ex quo iustificamur, non quia præcesserunt iustificamur. Et hoc est profundum, de quo superius iam multa diximus. Cōtinuo in eodem psalmo cum dixisset: Iustitia tua velut montes dei, subiunxit: Iudicia tua velut abyssus multa. Inde venit ad salutem hominibus iumentisq; communem, quia & ipsa ex misericordia dei est, & dicit: Homines & iumenta saluos facies domine, sicut multiplicata est misericordia tua deus. Vt hinc intelligamus etiam illam salutem sempiternam & immortalē, de qua dicit Apostolus: Spe enim salui facti sumus, similiter vt istam, quæ hominibus iumentisq; cōmunis est, gratis nos accipere non ex operibus, ne forte quis extollatur, quia opera sua ex ipsis iustificatione operamur. Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis quæ præparauit deus, vt in illis ambulemus. Et illa salus ergo gratuita est, de qua in alio psalmo dicitur: Domini est salus & super populum tuum benedictio tua. Sicut ergo quod legitur: Domini est salus, non ea salus intelligitur qua dominus saluus est, sed qua salui sunt, quos ipse saluos facit. Sic cum legitur dei iustitia, in eo quod scriptum est: Ignorantes dei iustitiam, & suam volentes constituere, non est illa intelligenda, qua deus iustus est, sed qua iusti sunt homines, quos gratia sua iustificat. Inde enim salui vnde iusti, quoniam quod ait: Non est opus sanis medicus sed male habentibus, exposuit in consequentibus dicens: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Non igitur secundum opera iustitiæ, quæ nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. In qua gratia spe salui facti sumus. Vnde in illo psalmo subiungitur: Filij autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Præterde misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam iis qui recto sunt corde. Huic igitur iustitiæ dei contraria superbia est, qua fidetur tanquam de operibus propriis: Ideoque ibi sequitur: Non veniat mihi pes superbiæ. Hæc iustitia dei, qua eius fide iusti sunt interim viuentes ex fide, donec perfecta iustitia perducantur ad speciem, sicut salute perfecta, etiam ad ipsius corporis immortalitatem, gratia noui testamenti. Vnde alio loco dicit Apostolus: Pro Christo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos. Obscramus pro Christo reconciliari deo: ac inde subiungit: Eum qui non nouerat peccatum, peccatum pro nobis fecit, id est, sacrificium pro peccatis. Nam & ipsa in lege peccata appellabantur, quæ pro peccatis offerebantur. Vt nos simus iustitia dei in ipso, id est, in eius corpore quod est Ecclesia, cui caput est. Nos sumus iustitia dei, quam ignorantes illi & suam volentes constituere, id est, tanquam de suis operibus gloriantes, iustitiæ dei non sunt subiecti. Inde & in hoc psalmo cum dixisset: Annunciabunt iustitiam eius,

scōscientia

Eph. 3.

Rom 9.

Caput. 27.

πρωτοστοι.

Math. 5.

Psal. 21.

1. Pet. 2.

Philipp. 2.

*al. pauper.

1. Cor. 1.

Psal. 24.

Colo. 3.

Cap. 2. 8.

M

2. Cor. 5.

Eccle. 10.

Ioan. 2.

Caput. 29.

4. sen. dist. 45. cap. sed forte.

Tobiaz. 12.

Math. 6.

Rom. 14.

Cap. 30.

Rom. 1.

Psal. 37.

Psal. 71.

Rom. 11.

Psal. 35.

Rom. 8.

Eph. 2.

Psal. 3.

Rom. 10.

Math. 9.

Titim. 2.

1. Cor. 3.

Rom. 10.

Psal. 11.

Geius, sequitur & adiugit, populo qui nascetur que fecit dominus. Quis est iste enim populus que non fecit dominus, secundum id quod homines sunt, qui etiam peccata creavit a quo est omnis vita, omnisque facta & creata natura: Sed ita intelligendum est: Quem fecit dominus, ut non solum quod homines sunt, verum etiam quod iusti sunt ab illo facti intelligantur, secundum illud quod iam non semel commemoravi ab Apostolo dictum, Ipsius enim figmentum sumus creati in Christo Iesu in operibus bonis, que preparavit deus, ut in illis ambulemus. Anima igitur rationalis mutabilitas admouetur, quo nouerit nisi participatione incommutabilis boni, iustam, saluam, sapientem, beatam se esse non posse, nec sibi eam bonum esse posse propria voluntate sed malum. Propria quippe voluntate aueritur a bono incommutabili, eaque auersione vitatur, nec sanari per seipsam potest, sed gratuita misericordia sui creatoris, que in hac vita eam ex fide viuentem in spe constituit salutis aternæ: Vnde non alium sapiat, sed timeat, eoque timore casto, inhaereat deo, qui eam a propria immundicia qua inordinate bona inferiora dilexit, velut a quadam fornicatione spiritali mundauit: nec humanis laudibus extollatur, nec sit in virginibus stultis aliena laude letantibus (hoc enim de quaestionibus tuis restat extremum) & propter ipsam inanem laudem, non propter conscientiam suam, ubi illis testis est deus, bona operantibus: sed sit in virginibus sapientibus, ubi dicat quod ait Apostolus: Nam gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostræ. Hoc enim est oleum ferre secum, non a vendentibus emere, hoc est ab adulantibus. Adulatores namque laudem suam tanquam oleum venditant stultis. De hoc oleo dicitur in psalmo: Emendabit me iustus in misericordia & arguet me, oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum. Elegit a iusto misericorditer reprehendi, & quodammodo colaphizari, quam ut ei caput in superbiam crescat peccatoris adulatione laudari. Iridentium quippe responso mihi videtur, cum eis a sapientibus virginibus dicitur, Ite potius ad vendentes & emite vobis, sicut in quodam libro Sapientie scriptum est, ubi contemptoribus dicit: Et ego perditioni vestrae superridebo. Illa autem responsione, qua petentibus oleum dictum est: Ne forte non sufficiat vobis, non desperanter, sed humiliter dictum est: Quis enim sic presumat de conscientia sua, ut certus sit eam sibi in iudicio dei posse sufficere, nisi misericors misericorditer iudicet? Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Ipsa autem sunt lampades accensæ, opera scilicet bona, de quibus dominus dicit: Luceant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. Hucusque pertendit intentio virginum sapientium, ut ideo velint videri ab hominibus opera sua bona, non quo ab eis laudentur ipsæ, sed ut glorificentur deus a quo illis est quod bene operantur. Ac per hoc interiori bono gaudent, quod est coram deo, ubi elemosynam in occulto pater qui videt in occulto reddat. Et ideo non deficiunt lampades, quia interiori oleo vegetantur, id est, intentione bonæ conscientie, qua coram deo fit in eius gloriam, quicquid coram hominibus in bonis operibus lucet. At vero stultarum virginum hoc oleum non secum portantium deficiunt lampades, id est, non perseveranter bona opera lucet, cum laus humana fuerit subtracta, propter quam illa faciebant, hucusque intentionem suam perducunt, ut viderentur ab hominibus, non ut glorificarentur

K pater qui in caelis est: que intentio perennis est gloriæ, qua nouit anima deo se debere quod iustificata est ad faciendam bona opera, & ideo in illo non in se laudari amat. Vnde alibi homo dei cantat: In domino laudabitur anima mea, ut qui gloriatur, in domino gloriatur. Sed quid est quod in eadem Euangelij lectione scriptum est: Omnes sponso tardate dormisse? somnum istum si intellexerimus, quod velut tardante iudicio, ad quod faciendum venturus est Christus, abundante iniquitate charitas refrigescit, quomodo ibi ponemus virginibus sapientes, cum potius in illis sint de quibus dicitur: Qui autem perseverauerit usque in finem, hic saluus erit? Dicitur ergo, dormierunt omnes: quia non tantum stulti, qui propter humanam laudem bona operantur coram hominibus, verum etiam sapientes, qui hoc propterea faciunt, ut laudentur deus, experiuntur istam mortem. Ex utroque enim genere moriuntur. Et ista mors sæpe in scripturis dormientium dicitur, propter futuram resurrectionem velut euigilationem. Hinc Apostolus dicit: De dormientibus autem nolo vos ignorare fratres. Et alio loco: Ex quibus plures manent usque adhuc, quidam autem dormierunt. Et alia innumerabilia in hoc testimonia aperte per scripturas utriusque testamenti reperiuntur. Vnde & ille ait: Contingit enim lethi sopor. Et si aduersus multa inuenies etiam in secularibus literis ubi mors somno comparatur. Significauit ergo dominus futurum esse tempus, quo inter tribulationes & tentationes seculi huius iam iamque eius expectaretur aduentus, tanquam propinquis atque imminens, ad quem se prepararent qui in eius familia videntur. Hoc est enim quod ait, exisse obuiam sponso & sponsæ. Sponso quidem filio dei, sponsæ autem, siue quia in eo corpore venturus est quod sumpsit ex virgine, siue quia ipsa Ecclesia tunc clarior apparebit, ut ad vniuersi corporis congregationem membra concurrant, quibus concurrentibus, eius magnitudo monstrabitur. Virgines propter continentiam nuncupant. Decem vero, id est, quinque & quinque, propter numerum quo censentur corporis sensus, in quibus habitat continentia, cum a voluptatibus turpibus & illicitis abstinetur. Lampades sicut dictum est, bona sunt opera, maximeque ad misericordiam pertinentia, & ipsa que etiam coram hominibus lucet laudabilis conuersatio. Sed magis interest, qua mentis intentione fiat. Ideo dicit alias sapientes, stultas alias. Sed hinc eas discernit quod stultæ non sumpserunt oleum secum, sapientes autem acceperunt oleum secum in vasculis suis, hoc est, in cordibus suis, ubi fit ipsa participatio intimi ac superni boni. Vnde in psalmo quodam, cum dictum esset: Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in domino, multi, inquit, dicunt, quis ostendit nobis bona? Deinde ut manifestaret, cuius boni amore debeamus operari iustitiam, hoc est, sacrificare sacrificium iustitiæ & sperare, Signatum est, inquit, in nobis lumen vultus tui domine, dedisti leticiam in corde meo. Cuius boni aliquantum participati, & plenius perfectiusque participandi intentione qui bene operatur, & laudabiliter etiam in conspectu hominum conuersatur, habet oleum secum, quo bona opera eius etiam in conspectu hominum lucentia non extinguantur, quia non in eo charitas refrigescit abundante iniquitate, sed perseverat usque in finem. Hoc oleum stultæ virginibus non habent secum, quoniam sibi tribuendo si quid boni operis faciunt, necesse est inflentur superbia, & propter hoc vitium sic laude delectentur humana, ut eius gaudium si

Cap. 34.
Matt. 25.
1. Cor. 15.
1. Thessa. 4.
Ioan. 5.
Psal. 33.
1. Cor. 1.
Cap. 32.
Matt. 25.
Math. 24.
1. Thessa. 4.
L.
Maro.
δύνατος
καὶ ὑπὸ
Cap. 33.
Cap. 33.
Galat. 6.
Prouerb. 1.
Math. 25.
Psal. 41.

Adio si quid boni agunt feruere & lucere videantur. Tardante autem sponso dormierunt omnes. Non enim tunc venit, cum speratur, sed media nocte cum valde obscurum, id est, occultum erit, an veniat. Vnde dicit, media nocte clamorem factum: Ecce sponsus venit exite obuiam ei, Nimirum clamor iste ipse est tuba illa que commemorans Apostolus dicit: Canet enim tuba & mortui resurgent incorrupti: tubæ nomine aliquid euidentissimum & preclarissimum signum vult intelligi. Quam vocem archangeli & tubæ dei alio loco dicit. Quæ etiam vox ipsius domini Iesu Christi in Euangelio dicitur, quam audient ij qui in monumentis sunt & procedent. Surgunt ergo omnes virginibus illæ & sapientes & stultæ, & aptant lampades suas, id est, rationem preparant reddere de operibus suis. Sed tunc in illius clamoris euidentia & resurrectione mortuorum, quia nulla erit dubitatio iam instantis presentisque iudicii, subtrahetur omne solatiū laudis humanæ. Neque enim vacabit de alio disceptare, vel de alio iudicare, aut gratificari atque suffragari alteri quando vnusquisque proprium onus portabit, & de suorum factorum reddenda ratione cogitabit: ac per hoc feretur animus quidem virginum stultarum consuetudine propria, sed non inuentis laudibus humanis deficiet. Neque enim germanitus dixerunt: Apud te laus mea, vel, In domino laudabitur anima mea, Aut in domino gloriata sunt, cum ignorantes dei iustitiam, suam iustitiam constituerent, ac per hoc petunt a sapientibus oleum, hoc est, aliquam consolationem, nec inueniunt nec accipiunt, illis respondentibus se nescire, vtrū sibi sufficiat ipsa conscientia, qua expectant misericordiam sub illo iudice, cui cum in throno sederit, quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato, nisi superexultet misericordia iudicio, que super eos erit, qui misericordie opera illa intentione fecerunt, ut eorum misereretur, a quo se sciebant accepisse quod habebant: nec gloriabantur quasi non acceperint, sed per ipsos habuerint quod placebant, sicut stulti qui & sibi placent tanquam de bono a se sibi parato, & ab adulantibus vel errantibus, ita laudantur, ac si ipsi sint aliquid. Qui autem putat se esse aliquid, cum nihil sit, sicut dicit Apostolus, seipsum seducit. Opus autem suum probet vnusquisque, & tunc in seipso tantum gloriam habebit, & non in altero. hoc est, portare oleum secum, non ex aliena laude dependere. Sed quam gloriam in se habebit, nisi eam cui dicitur: Gloria mea & exaltatio caput meum, ut quod sæpe dicendum est, qui gloriatur, in domino gloriatur. Proinde sapientia, que in sapientibus virginibus habitat, secundum illud quod ante prædixit, cum ait contemptoribus & sanam doctrinam accipere recusantibus. Et ego vestrae perditioni superridebo, dicit stultis virginibus. Ite potius ad vendentes, & emite vobis, tanquam diceret: Vbi sunt qui vos fallebant mendosissimis laudibus, quando & a vobis fallebamini, quia in vobis non in deo gloriabamini? Quod autem dicit: Et dum eunt emere, venit sponsus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo: hoc mihi videtur intelligendum, quod vitioso cordis affectu inhiabant inani gloriæ, quam vana mentis elatione sectate sunt. Et ipse appetitus significatus est in eo quod dictum est, dum eunt emere venit sponsus, & introierunt cum eo ad nuptias que paratæ erant, hoc est, quæ veram fidem, veramque pietatem corde gestabant, qua possent contemperari numero societatisque sanctorum, non in seipsis, sed in domino gloriantium, ut intrarent cum eis in illud gaudium, de quo dicitur: Intra in gaudium domini tui: ubi

erit perfecta participatio incommutabilis boni, cuius modo velut arra quadam per fidem tenetur, ut secundum hanc gratiam viuamus, in quantum deo non nobis viuimus. Proinde quod sequitur: Nouissime veniunt & reliquæ virginibus dicentes: Domine domine aperi nobis: non dictum est eas emisse oleum, & sic venisse, neque enim iam erat vnde, sed misericordiam sero quaesisse cum iam tempus iudicandi esset, a probis & reprobis separandi. Recte autem illis respondetur, Amē dico vobis, nescio vos. Ille quippe hoc dicit, quem non latet aliquid. Sed nescio vos, nihil aliud est, quam nescitis me, quando de vobis potius eligitis considerari quam de me. Cum enim dicitur quod nos cognoscit deus, cognitionem sui nobis præstat, ut per hoc intelligamus, ne hoc quidem nobis esse tribuendum, quod nos scimus deum, sed eam quoque scientiam illius misericordiam tribuamus. Vnde cum quodam loco Apostolus diceret: Nunc autem cognoscetes deum: corripit & ait: Immo cogniti a deo, quid aliud volens intelligi, nisi quod eos ipse fecerit cognitores suos? Nemo autem cognoscit deum, nisi qui intelligit illum esse summum atque incommutabile bonum, cuius participatione fit bonus. Quod in huius psalmi conclusione possumus est: Annuntiabunt iustitiam eius populo qui nascetur quem fecit dominus. Inde est illud quod in alio psalmo: Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Hoc enim non ad eam naturam qua homines sumus, cuius nature idem ipse creator est, qui cæli & terre, syderum omniumque animantium, sed ad illud potius referendum est, quod Apostolus ait: Ipsius enim sumus figmentum creati in Iesu Christo in operibus bonis que preparavit deus ut in illis ambulemus. Arbitror tibi satis esse solutas tuas quinque quaestiones, dum in ista mea veluti sexta immorarer, quam mihi proposui de gratia noui testamenti, propter quam verbum caro factum est, id est, qui filius dei erat, homo factus est, naturam suscipiendo nostram, non mutando suam: per quod & nobis suam recipientibus ea potestas daretur, ut qui eramus homines, filij dei fieremus participatione incommutabilis boni in melius commutati, non ad temporalem felicitatem, sed ad vitam aternam, quæ sola beata est, adoptionem. Vnde placuit etiam prophetici psalmi percurrere. Cuius Primum versum in passione commemorauit, ostendens quomodo nos deus derelinquat, & quo alio modo non recedat a nobis, ad bona aterna nos colligens, temporalia vero aliquando utiliter tribuens, & aliquando utiliter subtrahens, ut eis non hæere discamus, ne contempta luce interiori, quæ ad nouam pertinet vitam, vnde etiam psalmus iste ipse pro susceptioe matutina, tanquam pro luce noua nomē accepit, ne in exteris tenebris libenter habitemus: vnde in exteriores mittuntur, qui ex istis exteris, non se ad interiora conuertunt, ne diabolo & angelis eius sociati extrema damnatione puniamur. Intelligentes igitur peregrinationem nostram in hac vita, mundo crucifigantur, extendentes manus in latitudinem bonorum operum, & longanimitate usque in finem perseverantes, atque habentes cor sursum, ubi Christus est in dextera dei sedens, totumque hoc non nobis, sed illius misericordiam tribuentes, cuius profunda iudicia omnem scrutatorem fatigant. Hæc est enim non inaniter fabulosa, sed utiliter verax latitudo, longitudo, altitudo, profundum, vnde perueniamus ad eam supereminentem scientiam charitatis Christi, & impleamur in omnem plenitudinem dei. Scio autem quam non superuacua sollicitudine, per hanc

Cap. 35.
Math. 25.
*falsis, con
fidero.
Psal. 21.
Psal. 99.
Eph. 2.
Cap. 36.
Ioan. 1.
Jamitelo.
Epilogus.
E

Cap. 37. G per hanc occasionem quaestionū mihi à te propositarū, noui testamenti gratiam tibi uoluerim copiosius commendare. Habet enim aduersarios qui eius profunditate turbati, nō deo tribuere, sed potius sibi uolūt arrogare q̄ boni sunt. Nec tales sunt quos facile contēnas, sed cōtinenter uiuentes, atque in bonis operibus laudabiles, nec falsū Christū sicut Manichæi, aliq̄ plurimi haretici, sed eundem uerū æqualemq̄ patri & cōtēternū, ueraciterq̄ hominē factū, & uenisse credentes, & uenturū expectantes: sed tamen ignorantes dei iustitiam, & suā constituere uolentes. Neq̄ enim frustra dominus, cum & illas cōmemoraret quæ secū intrauerunt ad nuptias, & illas cōtra quas ianuas clausit, & quibus respondit: Nescio uos, utraq̄ uirgines dixit, propter cōtinentiam: & quinq̄, propter cōcupiscētiā carnis edomitam, quinario præditam sensu: ornatas utraq̄que lampadibus, propter bonorū operum bonæq̄ conuersationis in conspectu hominū luculentissimam laudem: utraq̄que obuiam sponso euntes, propter expectationem qua Christi speratur aduentus: sed tamen alius sapiētes, alius stultas, quod sapientes oleū acceperunt in uasis suis, stultæ hoc nō ferebant secum: in tam multis pares, hoc solo eas dispares demōstrat, hoc solo diuersa eis & cōtraria nomina imponit. ¶ Quid enim tam coniunctū quā uirgines & uirgines, & quinq̄ & quinq̄, & lampadibus ornatae obuiam sponso euntes, & istæ & illæ? Et quid tam contrariū quā sapientes & stultæ? uidelicet quod istæ oleū in uasis, hoc est, intelligentiam gratiæ dei portant in cordibus suis, scientes quod nemo possit esse cōtinens nisi deus det, & hoc ipsum sapientiæ deputantes, scire cuius hoc donū sit. Illæ autem largitori omnium bonorū gratias non agentes, euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratū est insipienti cor earum, dicentes se esse sapientes stultæ factæ sunt: De quibus sanē nullo modo nunc desperandum est antequā dormiamus. Sed si ita dormierint, cū factus fuerit clamor ille, quo adesse iam nunciabitur sponso, & enigilantes, hoc est, resurgentes remanserint foris, non quia uirgines nō sunt, sed quia nesciētes unde habeant quod sunt, stultæ uirgines sunt, merito foris erunt, quia intranea non secutæ fuerunt. Quando tales ergo repereris, nō tibi persuadeat inanitatem uasorum suorū, sed tu eis potius plenitudinem. Vnde ait Apostolus: Quisquis se putat aliquid scire, nondū scit quemadmodū oportet scire. Et mox ostendēs quid dixerit, quisquis autē, inquit, diligit deū, hic cognitus est ab illo. Nec sic dicere uoluit, cognouit eum, sed dicendo, cognitus est ab illo, expressius uoluit cōmendare, etiam hoc ab illo nobis esse ut eum diligam⁹. Caritas enim dei diffunditur in cordibus nostris, nō per nos ipsos, sed per spiritum sanctū qui datus est nobis. Necessē est autem ut parum diligat eum, qui non ab illo, sed à seipso bonum se arbitratur effectum: unde autē fieri potest ut talis non in seipso, sed in domino gloriatur. ¶ Qui enim gloriatur quod sit bonus, in illo debet gloriari, à quo factus est bonus: ac per hoc qui se à semetipso factum bonū arbitratur, consequens est, ut in seipso non in domino gloriatur. Omnis autem intentio gratiæ noui testamēti, qua sursum cor habemus, quia omne datum optimū, & omne donum perfectum desursum est, id agit ne simus ingrati: atque in ipsa gratiarum actiōe nihil aliud agitur, nisi ut qui gloriatur, in domino gloriatur. Habes librum, etsi prolixum, tamen quantum existimo non superfluum. Sed amatiam Ecclesiasticas legere literas, & non multa inue-

nies quæ requiras ex me, sed legendo & ruminando, si etiam pure dominum largitorem bonorum omnium depreceris, omnia quæ cognitione digna sunt, aut certe plurima, ipso magis inspirante, quā hominū aliquo commone perdiscēs: quanquam eo ipso quo forinsecus bene admonentem iudicio non errante approbamus, quid aliud quā internum lumen, magistrum nos habere testamur.

Augustinus Probæ uiduæ diuiti præscribit quomodo sit orandus deus. Epistola. CXXI.

AUGVSTINVS Episcopus seruus Christi seruorūq̄ Christi, religiōsæ famulæ dei Probæ in domino dominorū salutem. Et petiisse te & promississe me recolens, ut de orando deo, ad te aliquid scriberem, ubi tribuente ipso quem oramus, tempus facultasq̄ concessa est, oportuit ut debitū meum iam iamq̄ persoluerem, & pio studio tuo in Christi charitate seruirem. Quā me autem latificauerit ipsa petitio tua, in qua cognoui quantam rei tantæ curam geras, uerbis explicare non possum. Quod enim maius oportuit esse negociū uidiuitis tuæ, quā persistere in oratione nocte ac die secūdm̄ Apostoli admonitionem? Ille quippe ait: Quæ autē uere uidua est & desolata, sperauit in domino, & persistit in oratione nocte ac die. Vnde mirum uideri potest, cum sis secundum hoc seculum, nobilis, diues, tātāq̄ familiæ mater, & ideo licet uidua, non tamen desolata, quomodo occupauerit cor tuum, præcipueq̄ sibi uindicauerit orandi cura, nisi quia prudenter intelligis, quod in hoc mundo, & in hac uita nulla anima possit esse secūda. Proinde qui tibi eam cogitationē dedit, effecto facit quod discipulis suis, non pro seipsis, sed pro humano genere contristatis, & desperantibus quenquam posse saluari, posteaquam ab illo audierunt: Facilius esse camelum intrare per foramen acus, quā diuitem in regnum cœlorum, mirifica & misericordissima pollicitatione respondit: Deo esse facile quod hominibus impossibile est. Cui ergo facile est, ut etiam diues intret in regnum cœlorum, inspirauit tibi piā sollicitudinem, de qua me consulendum putasti, quo nam modo tibi esset orandum. Ille nanque cum etiam hic adhuc esset in carne, Zachæum diuitem in regnum cœlorum misit, & resurrectione atque ascensione glorificatus, multos postea diuites impartito spiritu sancto fecit huius seculi contemptores, & finita diuitiarum cupiditate ditiores. Quomodo enim tu sic studeres orare deum, nisi sperares in eo? Quomodo autem sperares in eo, si sperares in incerto diuitiarum, & contemneres præceptum saluberrimum, quo Apostolus ait: Præcipe diuitibus huius mundi non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum, ut diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam. Debes itaque præ amore huius ueræ uitæ, etiam desolatam te putare in hoc seculo, in quantalibet eius felicitate uerferis. Nam sicut est illa uera uita, in cuius comparatione utique ista quæ multum amatur quamlibet iucunda atque producta sit, nec uita dicenda est: sic est etiam solatium uerum, quod per Prophetam dominus promittit dicens: Dabo illis solatium uerum, pacem super pacem, sine quo solatio quæcūque sunt terrena solatia, magis in eis desolatio quā cōsolatio reperitur.

K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z

A Diuitiæ quippe atque fastigia dignitatum, cæteraque huiusmodi, quibus se felices esse putant mortales ueræ illius felicitatis expertes, quid afferunt consolationis, cum sit eis non indigere quā eminere præstantius, quæ plus ex cruciant adeptæ timore amissionis, quā concupitæ adeptionis ardore? Talibus bonis nō sunt homines boni, sed aliunde boni facti bene utendo faciunt, ut ista sint bona. Non sunt ergo in iis uera solatia, sed ibi potius ubi uera uita. Nam inde necesse est, ut fiat homo beatus, unde sit bonus. Homines autē boni uidentur etiam in hac uita præstare non parua solatia. Nam si paupertas angit, si luctus mœstificat, si dolor corporis inquietat, si contristat exilium, si uilla calamitas alia uexat, assint boni homines, qui non solum gaudere cum gaudentibus, uerumetiam flere cum flentibus norunt, & salubriter alloqui & colloqui sciunt, plurimum illa aspera leniuntur, releuantur grauiā, superantur aduersa. Sed ille hoc in eis & per eos agit, qui spiritu suo bonos fecit. Econtra si diuitiæ circumfluant, nulla orbitas accidat, assint sanitas carnis, incolumi habitetur in patria, & cohabitent mali homines, in quibus nemo sit cui fides adhibeatur, à quo non dolus, fraus, iræ, discordiæ, insidiæ timeantur atque sustineantur. Nōne illa omnia fiunt amara & dura, nec aliquid lætum uel dulce est in eis? Ita in quibuslibet rebus humanis nihil est homini amicum sine homine amico. Sed quotusquisque talis inuenitur de cuius animo & moribus sit in hac uita certa securitas? Nam sicut sibi quisque nemo alter alteri notus est, & tamen nec sibi quisque ita notus est, ut sit de sua crastina conuersatione securus. Proinde quanuis ex fructibus suis multi cognoscantur, & alij quidem bene uiuendo proximos latificent, alij male uiuendo contristent, tamen propter humanorum animorum ignota & incerta, rectissime Apostolus admonet, ut non ante tempus quicquam iudicemus donec ueniat dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuique à deo. In iis igitur uitæ huius tenebris, in quibus peregrinamur à domino quandiu per fidem ambulamus, non per speciem, desolatam debet se Christiana anima putare ne desistat orare: & scripturarum diuinarum sanctarūque sermoni discat tanquam lucernæ in obscuro loco positæ, fidei oculum intendere, donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus nostris. Huius enim lucernæ quidam fons ineffabilis lumen illud est, quod sic lucet in tenebris, ut non comprehendatur à tenebris, cui uideō, fide corda mūdanda sunt. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Et scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Tunc erit uera uita post mortem, uerūque nosstram post desolationem. Illa uita eximet animam nostram de morte, & illud solatium oculos nostros à lachrymis. Et quoniam ibi iam non erit ulla tentatio, ideo sequitur in eodem psalmo: Pedes meos à lapsu. Porro si nulla tentatio, iam nulla oratio. Non enim ibi adhuc erit promissi boni expectatio, sed redditi contēplatio: Vnde, Placebo, inquit, domino in regione uiuorum, ubi tunc erimus, non in deserto mortuorum, ubi nunc sumus. Mortui enim estis ait Apostolus, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Cum autem Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cū ipso in gloria. Hæc est enim uera uita, quam iubentur bonis operibus apprehendere diuites: & ibi est uerum

solatium, quo solatio nunc uidua desolata, etiam quæ filios & nepotes habet, & domum suam pie tractat, agens cum omnibus suis, ut ponant in deo spem suam, dicit tamen in oratione: Sitiuit in te anima mea quā multipliciter tibi caro mea, in terra deserta, & sine uia & sine aqua: quod ista moribunda uita, quibuslibet mortalibus solatiis frequentetur, quibuslibet itinerantibus comitetur, quantalibet rerum copia cumuletur, nosti quippe ista omnia quā incerta sint. Et in illius promissæ felicitatis comparatione quid essent, etiam si incerta non essent? Hæc dixi quoniam sermonem meum uidua diues & nobilis, & tantæ familiæ mater, de oratione quaesisti, ut etiam tecum in hac uita permanentibus & obsequantibus tuis, te sentias desolatam, nondum utique apprehensa illa uita, ubi est uerum certūque solatiū, ubi impletur quod in prophetia dictum est: Satiati sumus mane misericordia tua, & exultauimus & iocundati sumus in omnibus diebus nostris. Iocundati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus uidimus mala.

Antequam ergo ista cōsolatio ueniat, quantacūque temporalium bonorum felicitate circumfluas, ut persistas in orationibus die ac nocte, desolatam te esse memineris. Non enim Apostolus qualicumque uiduæ hoc munus tribuit, sed quæ uere, inquit, uidua est & desolata, sperauit in domino, & persistit in orationibus die ac nocte. Quod uero sequitur, uigilantissime caue, Quæ autem in delitiis agit, uiuens mortua est. Agit enim homo in his quæ diligit, quæ pro magno appetit, quibus beatum se esse credit. Quapropter quod scriptura dixit de diuitiis: Diuitiæ si affluant, ne apponas cor: hoc etiam de delitiis tibi dico: Delitiæ si affluant, ne apponas cor. Non ideo te magnipēdas, quod non desunt, quod affatim suppetūt, quod uelut ex fonte largissimo terrenæ felicitatis fluunt. Omnino hæc in te despice atque contemne, ne in iis quicquam requiras præter integram corporis ualitudinem. Hæc enim contemnēda non est propter necessarios usus huius uitæ, antequam mortale hoc induatur immortalitate, hoc est, uera & perfecta & perpetua sanitate, quæ non temporaliter deficiens infirmitate, corruptibili uoluntate reficitur, sed cœlesti firmitate persistens, æterna incorruptione vegetatur. Nā & ipse Apostolus: Carnis, inquit, prouidentiam ne feceritis in concupiscētiis, quia gerimus curam carnis, sed ad necessitatem salutis. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sicut item ipse dicit. Hinc est enim quod Timotheum, nimium, sicut apparet, corporis castigatorem admonet, ut modico uino utatur, propter stomachum & frequentes suas infirmitates. Has ergo delicias, in quibus uidua si agit, hoc est, si in delectatione carnis hæret atque habitat, uiuens mortua est, multi sancti & sanctæ omnimodo cauentes, ipsas uelut matres deliciarum diuitias dispergendo pauperibus abiecerunt, & tali modo in cœlestibus thesauros tutius condiderunt. Quod si tu deuincta aliquo pietatis officio nō facis, tu scis quomodo de iis rationem reddas deo. Nemo enim scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Nos non debemus ante tempus quicquam iudicare, donec ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuique à deo. Pertinet tamen ad uidualē curam tuam, delitiæ si affluant ne apponas cor, ne in eis putrescendo moriatur, quod sursum esse debet ut uiuat. Te in illorum numero depu-

D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z

Gro deputo, de quibus scriptum est: *Viuent corda eorum in seculum seculi.* Audisti qualiter ores, nunc audi & quid ores, vnde me maxime consulendum putas, quoniam te permouet quod ait Apostolus. *Quid enim oremus sicut oportet nescimus, & timuisti ne magis tibi obstit, non sicut oportet orare, quam non orare.* Quod sic itaque dici breuiter potest. Ora beatam vitam. Hanc enim habere omnes homines voluit. Nam & qui pessime & perditie viuunt, nullo modo ita uiuerent, nisi eodem modo se esse vel posse fieri beatos putaret. **Q**uid ergo aliud oportet te orare, nisi id quod cupiunt & mali & boni, sed ad quod perueniunt non nisi boni? **H**ic fortasse iam queras, quid sit ipsa beata vita. In qua quaestione multorum Philosophorum ingenia oiaque contrita sunt, qui tamen eam tanto minus inuenire potuerunt, quanto minus eius fontem honorauerunt, eique gratias egerunt. Prius itaque attende, utrum acquiescendum sit eis qui dicunt eum beatum esse, hoc secundum suam uiuit voluntatem. Sed absit ut hoc verum esse credamus. **Q**uid si enim nequiter uelit uiuere: Nonne tanto miserius esse conuincitur, quanto facilius mala eius uoluntas impletur? **M**erito hanc sententiam etiam ipsi, qui sine cultu dei philosophati sunt respuerunt. Nam quidam eorum uir eloquentissimus ait: *Ecce autem alij non Philosophi quidem, sed prompti tamen ad disputandum, omnes aiunt esse beatos qui uiuunt ut ipsi uelint: falsum id quidem. Velle enim quod non deceat, idem ipsum miserimum: nec tam miserum est non adipisci quod uelis, quam adipisci uelle quod non oporteat.* **Q**uid tibi uidentur hec uerba? Nonne ab ipsa ueritate per quemlibet hominem dicta sunt? **P**ossumus ergo hic dicere quod Apostolus ait de quodam Propheta Cretensi, cum eius illi sententia placuisset, *Testimonium hoc uerum est.* Ille igitur beatus est, qui omnia quae uult habet, nec aliquid uult quod non deceat. **Q**uid si ita est, uide iam quae homines non indecenter uelint. Alius uult coniugari, alius coniugio uiduatus deinceps continenter eligit uiuere, alius nullum concubitum: nec in ipsis nuptiis experiri. **E**t si aliud hic alio melius reperitur, nullum tamen istorum possumus dicere indecenter aliquid uelle: sic & optare filios, nuptiarum scilicet fructum, & eis qui suscepti fuerint vitam ac salutem, quo uoto plerumque occupatur etiam contentia uidualis. **N**am etsi spreto coniugio iam non optant etiam filios procreare, optant tamen quos procreauerunt inco-lumes uiuere. Ab hac omni cura immunis est uirginalis integritas. **H**abent tamen omnes charas & charas, quibus non indecenter optant etiam temporalem salutem. **S**ed cum istam salutem in seipsis & in eis quos diligunt adepti homines fuerint, num poterimus eos dicere iam beatos? **H**abent enim aliquid quod non deceat uelle. **S**ed si alia non habent maiora atque meliora & utilitatis decorisque pleniora, adhuc a beata uita longe absunt. **P**lacetne igitur ut per salutem istam temporalem optent sibi ac suis honores & potestates? **S**ane si ut per hoc consulant eis qui uiuunt sub eis, non propter haec ipsa, sed propter aliud quod inde sit bonum, deceat ea uelle: si autem propter inanem fastum elationis pompamque superfluam, uel etiam noxiam uanitatis, non deceat. **Q**uocirca si optant sibi ac suis etiam sufficientiam rerum necessariarum, de qua sic Apostolus loquitur: *Est autem quaestus magnus pietas cum sufficientia.* **N**ihil enim intulimus in hunc mundum, sed nec auferre hinc aliquid possumus: **V**ictum & tegu-

mentum habentes his contenti sumus. **N**am qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum, & desyderia multa [stulta] & noxia, quae mergunt homines in interitum & perditionem. **R**adix enim omnium malorum auaritia, quam quidam appetentes a fide errauerunt, & inseruerunt se doloribus multis. **H**anc ergo sufficientiam non indecenter uult quisquis, nec decenter uult. **H**anc optabat & pro hac orabat qui dicebat: *Diuitias & paupertatem ne dederis mihi: Constitue autem mihi quae necessaria sunt sufficienter, ut ne satius mendax efficiar, & dicam quis me uidet, aut pauper factus furer & perirem nomen dei mei.* **V**ides certe & istam sufficientiam non appeti propter seipsam, sed propter salutem corporis, & congruentem habitum personae hominis, quo habitu non sit inconueniens eis, cum quibus honeste officiosequi uiuendum est. **I**n his itaque omnibus incolumitas hominis & amicitia propter seipsa appetuntur: sufficientia uero rerum necessariarum non propter seipsam, sed propter duo superiora quari solet, cum decenter quaritur. **I**ncolumitas porro in ipsa uita ac salute atque integritate animi & corporis constituta est. **I**temque amicitia non angusti finibus terminanda est. **O**mnes enim quibus amor & dilectio debetur, amplectitur, quauis in alios propensus, in alios suspensus inclinatur. **P**eruenit autem usque ad inimicos, pro quibus etiam orare precipimur. **I**ta nemo est in genere humano cui non dilectio, etsi non pro mutua charitate, pro ipsa tamen communis naturae societate debeatur. **S**ed ij nos multum iusteq; delectant, a quibus uicissim sancte casteq; diligimur. **I**sta cum habetur ut teneantur, cum autem non habentur ut habeantur, orandum est. **H**occe totum & haec sunt omnia, quibus beata summa uita colligitur, an aliquid aliud ueritas docet quod his omnibus praefertur? **N**am & illa sufficientia, & ipsa incolumitas, uel propria, uel amicorum, quando uel temporalis est, pro aeternae uitae adeptione abiicienda est: quantum fortasse corpus, animus uero nullo modo sanus existimandus est, qui non temporalibus aeterna praepo-nit. **N**eq; enim in tempore uiliter uiuunt, nisi ad comparandum meritum quo in aeternitate uiuatur. **A**d illam ergo uiam uitam, qua cum deo & de deo uiuunt, caetera quae uiliter & deceter optantur, sine dubio referenda sunt. **I**n eo quippe nosmetipsos diligimus, si deum diligimus: & ex alio precepto proximos nostros sicut nosmetipsos ita uere diligimus, si eos ad dei similem dilectionem quantum in nobis est perducamus. **D**eum igitur diligimus propter seipsum, & nos ac proximos propter ipsum: nec cum ita uiuimus, iam nos in ipsa beata uita constitutos existimemus, quasi nihil sit amplius quod oremus. **Q**uomodo enim iam beate uiuimus, cum illud adhuc desit, propter quod unum bene uiuimus? **U**t quid ergo per multa dispergimur, & quarimus quid oremus, timentes ne forte sicut non oportet oremus, ac non potius cum psalmo dicimus: *Vnam petij a domino, hanc requiram, ut habitem in domo domini omnibus diebus uita: mea: Ut contempler delectationem dei, & uisitem templum sanctum eius: sibi nanque omnes dies non ueniendo & tractando sunt omnes, nec initium alterius est finis alterius, omnes sine sine simul sunt, ubi nec ipsa uita habet finem, cuius illi dies sunt. **P**ropter hanc adipiscendam uitaem beatam ipsa uera uita beata nos orare docuit non in multiloquio, tanquam eo fiat, ut exaudiamur, quo lo-*

Prouerb. 30.

Caput. 7.

M

Caput. 8.

Psal. 26.

A quo loquaciores sumus, cum eum oremus, qui nouit, sicut ipse dominus ait, quid nobis necessarium sit priusquam petamus ab eo. **U**nde mirum uideri potest, quauis multiloquium prohibuerit, cur nos sic orare adhortatus sit, qui nouit quid nobis necessarium sit priusquam petamus ab eo, ut diceret, *Oportet semper orare & non deficere, uideam cuiusdam proposito exemplo, quae de suo aduersario cupiens uindicare, iudicem iniquum saepe interpellando flexit ad audiendum, non iustitia nec misericordia permotum, sed caecio superatum: ut hinc admoneremur, quanto certius nos exaudiat misericors & iustus dominus deus sine intermissione orantes, quando illa nec ab iniquo & impio iudice potuit assidua interpellatione contemni, & quam libens atque placatus bona desyderia impleat eorum, a quibus aliena peccata nouit ignosci, si quod cupiebat ille peruenit, quae uoluit uindicare. **I**lle quoque, cui amicus de uia uenerat, nec quod ei apponeret habebat, ab amico sibi tres panes cupiens commodari, quibus fortasse ipsa Trinitas unius substantiae figurata est, iam cum suis seruis dormientem petitor instantissimus & molestissimus excitauit, ut daret ei quantos uolebat, magis & ipse uitando caedum quam beneuolentiam cogitando: ut hinc intelligeremus si dare cogitur qui cum dormiat, a petente excitatur inuitus, quanto det benignius qui nec dormire nouit, & dormientes nos excitat ut petamus. **H**inc est & illud: *Petite & accipietis, quarete & inuenietis, pulsate & aperietur uobis.* **O**mnes enim qui petit accipit, & quarens inuenit, & pulsanti aperietur: **A**ut quis est ex uobis homo, a quo filius suus panem petit, nunquid lapidem porrigit ei? **A**ut si piscem petit, nunquid serpentem porrigit illi? **A**ut si ouum petit, nunquid porrigit ei scorpionem? **S**i ergo uos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis uestris, quanto magis pater uester caelestis dabit bona petentibus uestris: **C**um ergo secundum tria illa, quae commendat Apostolus, fides significetur in pisce, uel propter aquam baptismi, uel quod in huius seculi fluctibus integra est, cui contrarius est ille serpens, qui ut non crederetur deo ueneno sa fraude persuasit: **S**pes in ouo, quia uita pulli nondum est, sed futura est, nec iam uidetur, sed adhuc speratur: **S**pes enim quae uidetur non est spes: cui contrarius est scorpionem, quoniam qui sperat aeternam uitaem, quae retro sunt obliuiscitur, & in anteriora se extendit: cui noxium est retro respicere: **S**corpionem autem ex ea parte cauendus est, quae uenata & aculeatam caudam retrorsum habet. **C**haritas, in pane. **M**aior enim horum charitas, & in cibis utique vincit caetera panis utilitas: cui contrarius est lapis, quoniam dura corda respuunt charitatem: siue aliud aliquid congruentius ista significant, tamen qui nouit bona data dare filiis suis, petere nos & quarere & pulsare compellit. **Q**uod quare faciat qui nouit quid nobis necessarium sit priusquam petamus ab eo, mouere animum potest, nisi intelligamus quod dominus & deus noster non uoluntatem nostram sibi uelit innotescere, quam non potest ignorare, sed exerceri in orationibus desyderium nostrum, quo possimus capere quod praeparat dare. **I**llud enim ualde magnum est, sed nos ad accipiendum parui & angusti sumus. **I**deo nobis dicitur: *Dilatamini, ne sitis iugum ualde duces cum infidelibus.* **T**anto uisus illud quod ualde magnum est, quod nec oculis uidit, quia non est color, nec auris audiuit, quia non est sonus: nec in cor hominis ascendit, quia cor hominis illuc debet ascendere, sumemus capacius, quanto*

Matth. 6. Luc. 18.

Luc. 11.

Ex. 17. Roma. 8.

1. Cor. 13.

2. Corin. 6.

Tomus secundus.

id & fidelius credimus, & speramus firmiter, & desyderamus ardentius. **I**n ipsa ergo fide & spe & charitate continuato desyderio semper oramus. **S**ed ideo per certa interualla horarum & temporum etiam uerbis rogamus deum, ut illis rerum signis nos ipsos ad moueamus quantum in hoc desyderio profecerimus nobis ipsis innotescamus, & ad hoc agendum nos ipsos acrius excitemus. **D**ignior enim sequetur effectus, quem feruentior praecedat affectus. **A**c per hoc & quod ait Apostolus. *Sine intermissione orate, quid est aliud quam beatam uitaem, quae nulla nisi aeterna est, ab eo qui eam solus dare potest, sine intermissione desyderate.* **S**emper ergo hanc a domino deo desyderemus & oremus semper. **S**ed ideo ab aliis curis atque negociis, quibus ipsum desyderium quodammodo tepescit, certis horis ad negocium orandi mentem reuocamus, uerbis orationis nos ipsos admonentes in id, quod desyderamus intendere, ne quod tepescere coeperat, omnino frigeret, & penitus extinguatur, nisi crebrius inflammetur. **U**nde & illud quod idem Apostolus ait: *Postulationes uestrae innotescant apud deum: non sic accipiendum est, tanquam deo innotescant, qui eas & antequam essent utique nouerat, sed nobis innotescant apud deum per tolerantiam, non apud homines per instantiam. **A**ut forte etiam innotescant angelis qui sunt apud deum, ut quodammodo eas offerat deo, & de his consulant, & quod eo iubente implendum esse cognouerint, sicut oportere ibi cognouerint, hoc nobis uel euidenter uel latenter apportet. **D**ixit enim angelus homini: *Et nunc quando orabas tu & Sara, ego obtuli orationem uestram in conspectu claritatis dei.* **Q**uare cum ita sint, etiam cum diu orare uacat, id est, cum alia bonarum & necessariarum actionum non impediuntur officia, quauis & in eis, ut dixi, desyderio illo semper orandum sit, non est improbum nec inutile. **N**eq; enim, ut nonnulli putant, hoc est, orare in multiloquio si diu oratur. **A**liud est sermo multus, aliud diuturnus affectus. **N**am & de ipso domino scriptum est, quod pernoctauerit in orando, & quod prolixius orauerit, ubi quid aliud quam nobis praebebat exemplum, in tempore precator opportunus, cum patre exauditor aeternus: **D**icuntur fratres in Aegypto crebras quidem habere orationes, sed eas tamen breuissimas & praecipue quodammodo iaculatas, ne illa uigilanter erecta, quae oranti plurimum necessaria est, per productiores moras euanescat atque hebetetur intentio. **A**c per hoc etiam ipsi satis ostendunt, hanc intentionem, sicut non est obtinenda, si perdurare non potest, ita si perdurauerit, non cito esse rumpendam. **A**bsit enim ab oratione multa loquutio, sed non desit multa precatio, si feruens perseuerat intentio. **N**am multum loqui, est in orando rem necessariam superfluis agere uerbis. **M**ultum autem precari, est ad eum quem precamur diuturna & pia cordis excitatione pulsare. **N**am plerumque hoc negocium plus gemitibus quam sermonibus agitur, plus fletu quam affatu. **P**onit autem lacrymas nostras in conspectu suo, & gemitus noster non est absconditus ab eo qui omnia per uerbum condidit, & humana uerba non quaerit. **N**obis ergo uerba necessaria sunt, quibus commoueamur, & inspiciamus quid petamus, non quibus dominum seu docendum seu flectendum esse credamus. **C**um ergo dicimus: *Sanctificetur nomen tuum, nos ipsos admonemus desyderare, ut nomen eius quod semper sanctum est, etiam apud homines sanctum habeatur, hoc est, non contemnatur, quod non deo sed hominibus prodest. **E**t in eo quod dicimus: *Adueniat regnum tuum, quod seu uelimus seu uolumus, utique ueniet, desyderium nostrum ad illud regnum excitamus, ut***

Cap. 9.

1. Tess. 5.

Col. 4.

E

Tobit. 12. Caput. 10.

Luc. 6.

Breuis & clara oratio.

F

Caput. 11.

Luc. 11. Expositio orationis dominicae.

mus, ut

Gmus, vt nobis veniat, atque nos in eo regnare mereamur. Cum dicimus: Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra, nobis ab illo precamur ipsam obedientiam vt sic in nobis fiat voluntas eius, quemadmodum fit in caelestibus ab angelis eius. Cum dicimus: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, per id quod dicitur, hodie, significatur hoc tempore, vbi vel illam sufficientiam petimus, a parte qua excellit, id est, nomine panis totam significantes, vel sacramentum fidelium, quod in hoc tempore necessariū est, non tamen ad huius temporis, sed ad illam aeternam felicitatem assequendam. Cum dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, nos admodum nemus & quid petamus, & quid faciamus, vt accipere mereamur. Cum dicimus: Ne nos inferas in tentationem, nos admonemus hoc petere, ne deserti eius adiutorio, alicui tentationi vel consentiamus decepti, vel cedamus afflicti. Cum dicimus: Libera nos a malo, nos admonemus cogitare nondum nos esse in eo bono, vbi nullum patiemur malum. Et hoc quidem vltimū, quod in dominica oratione positū est, tam late, tamque euidenter & manifeste patet, vt homo Christianus in qualibet tribulatione constitutus, in hoc gemitu adat, in hoc lachrymas fundat, hinc exordiat, in hoc immoretur, ad hoc terminet orationem. His enim verbis res ipsas memoriam nostram commendari oportebat.

H Nam quamlibet alia verba dicamus, quae affectus orantis vel procedendo format vt clareat, vel consequendo attendit vt crescat, nihil aliud dicimus quam quod in ista dominica oratione positum est, si recte & congruenter oramus. Quisquis autem id dicit quod ad istam Euāgelicam precem pertinere non possit, etiam si nō illicite orat, carnaliter orat: quod nescio quemadmodum non dicatur illicite, quandoquidem spiritu renatos non nisi spiritaliter decet orare. Qui enim dicit verbi gratia: Clarificare in omnibus gentibus sicut clarificatus es in nobis. Et propheta tui fideles inueniantur: quid aliud dicit, quam Sanctificetur nomen tuum? Qui dicit: Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus: quid aliud dicit, quam

I Veniat regnum tuum? Qui dicit: Itinera mea dirige secundum verbum tuum, & ne dominetur mei omnis iniquitas: quid aliud dicit, quam Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra? Qui dicit: Paupertatem & diuitias ne dederis mihi: quid aliud dicit, quam Panem nostrum quotidianum da nobis hodie? Qui dicit: Memēto domine Dauid & omnis mansuetudinis eius: aut Domine si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala: quid aliud dicit, quam Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? Qui dicit: Aufer a me concupiscentias ventris, & desiderium concubitus ne apprehendat me: quid aliud dicit, quam Ne nos inferas in tentationem? Qui dicit: Erue me de inimicis meis deus, & ab insurgentibus super me libera me: quid aliud dicit, quam Libera nos a malo? Et si per omnia precationum sanctarum verba discurras, quantum existimo, nihil inuenies quod non ista dominica contineat & concludat oratio. Vnde liberum est aliis atque aliis verbis, eadem tamen in orando dicere, sed non debet esse liberum alia dicere. Hæc & pro nobis, & pro nostris, & pro alienis, atque pro ipsis inimicis sine fluctu dubitationis oranda sunt: quanuis alius pro isto, alius pro illo, sicut se habent propinquitates vel longinquitates necessitudinum in corde orantis oriatur,

K aut extollat affectus. Qui autem dicit in oratione, verbi gratia: Domine multiplica diuitias meas, aut da mihi tantas quantas illi vel illi dedisti, aut honores meos auge, aut fac me in hoc seculo præpotentem atque clarentem, vel si quid huiusmodi est, & hæc dicit, eorum habens concupiscentiam, non id attendens, vt ex his secundum deum proficit hominibus, puto eum non inuenire in oratione dominica quod possit hæc vota coaptare. Quamobrem pudeat saltem petere quae non pudet cupere, aut si & hoc pudet, sed cupiditate vincit, quanto melius hoc petitur, vt etiam ab isto cupiditatis malo liberet, cui dicimus, Libera nos a malo.

L Habes quantum arbitror, non solum qualis ores, verumetiam quid ores, non me docente, sed illo qui omnes nos docere dignatus est. Beata vita querenda est, hæc a domino deo petenda est. Quid sit beatum esse, a multis multa sunt disputata, sed nos ad multos & ad multa vt quid dicimus: Breuiter in scriptura dei veraciterque dictum est: Beatus populus cuius est dominus deus ipsius. In ipso populo vt simus, atque ad eum contemplandum, & cum eo sine fine viuendum peruenire possumus, finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. In eisdem tribus, pro conscientia bona spes posita est. Fides ergo & spes & charitas ad deum perducunt orantē, hoc est, credentē, sperantē, desiderantē, & quae petat a dño in dominica oratione considerantē. Ieiunia & ab aliis voluptatibus sine salutis neglectu carnalis concupiscentiae refrenatio, maximèque elemosynæ multum adiuuant orationem, vt possumus dicere, In die tribulationis meae deum exquisiui manibus meis, nocte coram eo, & nō sum deceptus. Quomodo enim deus incorporalis & impalpabilis manibus exquiritur, nisi operibus exquiratur? Adhuc est fortasse quod quaeras, cur Apostolus dixerit: Quid enim oremus sicut oportet nescimus. Neque enim vllō modo credendum est vel ipsum, vel quibus ista dicebat dominicam nescisse orationem. Cur ergo putamus hoc eum dixisse, quod nec temere potuit, nec mendaciter dicere, nisi quia molestæ tribulationesque temporales plerumque profunt, vel ad sanandum tumorem superbiae, vel ad probandam, exercendamve patientiam, cui probata & exercitata clarior merces vberiorque seruatur, vel ad quaecunque flagellanda & abolenda peccata: tamen nos nescientes quid ista profint, ab omni tribulatione optamus liberari. Ab hac ignorantia nec seipsum Apostolus ostendit alienum, nisi forte quid oraret sicut oportet sciebat, quando in reuelationum magnitudine ne extolleretur datus est illi stimulus carnis angelus Satanæ, qui eum colaphizaret: propter quod ter dominum rogauit vt eum auferret ab eo, vtique sicut oportet nesciens quid oraret. Denique dei responsum cur non fieret quod vir tantus orabat, & quare fieri non expediret, audiuit: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. In his ergo tribulationibus quæ possunt & prodesse & nocere, quid oremus sicut oportet nescimus, & tamen quia dura, quia molesta, quia contra sensum nostræ infirmitatis sunt, vniuersali humana voluntate vt a nobis hæc auferantur oramus. Sed hoc deuotionis debemus domino deo nostro, vt si ea non abstulerit, nō ideo nos ab eo negligi existimemus, sed potius pia patientia malorum, bona speremus ampliora: sic enim virtus in infirmitate perficitur. Nonnullis quippe impatientibus dominus deus quod petebat concessit iratus, sicut contra Apostolo negauit propitius. Nam legimus Il-

M raelitæ quid & quomodo rogauerint & acceperint, sed expleta concupiscentia, impatientia est grauius castigata. Dedit & regem petentibus secundum cor eorum, sicut scriptum est, non secundum cor suum. Dedit etiam quod diabolus postulauit, vt probandus eius famulus tentaretur. Exaudiuit rogantes & immūdos spiritus, vt in multos suos legio dæmonum mitteretur. Hæc scripta sunt, ne forte se quisque magnipendat si fuerit exauditus, cum aliquid impatienter petit, quod non impetrare plus proficit: aut se abiiciat, & de diuina erga se miseratione desperet, si non exaudiatur cum forte aliquid petit, quo accipiendo affligatur atrocius, vel a prosperitate corruptus penitus euertatur. In talibus ergo quid oremus sicut oportet nescimus. Vnde si aliquid contra quam oramus acciderit, patienter ferendo & in omnibus gratias agendo, hoc potius oportuisse quod dei, non quod nostra voluntas habuit, minime dubitare debemus. Nam & huiusmodi exemplū præbuit nobis ille mediator, qui cum dixisset: Pater si fieri potest, transeat a me calix iste, humanam in se voluntatem ex hominis susceptione transformans, continuo subiecit. Verum non quod ego volo, sed quod tu vis pater. Vnde non immerito per vnus obedientiam iusti constituntur multi. Quisquis autem illam vnam petit a domino, & hanc requirit, certus ac securus petit, nec timet ne forte obfit cum acceperit, sine qua nihil prodest quicquid aliud sicut oportet acceperit. Ipsa est enim vna, vera, & sola beata vita, vt contemmur domini delectationem in aeternum, immortales atque incorruptibiles corpore & spiritu. Propter hanc vnam cætera requiruntur, & non indecenter petuntur. Istam quisquis habuerit omnia quæ vult habebit, nec aliquid ibi velle est, qui nec habere poterit quod non decebit. Ibi quippe est fons vitæ, quem sitire nunc oportet in oratione, quandiu in spe viuimus, & quod speramus nondum videmus, in protectione alarum eius, ante quem est omnē desiderium nostrum, vt inebriemur ab vbertate domus eius, & torrente voluptatis eius potemur: quoniam apud eum est fons vitæ, & in lumine eius videbimus lumen: quando fatiatur in bonis desiderium nostrum: & nihil erit vltra quod gemendo quaramus, sed quod gaudente teneamus. Veruntamen quia ipsa est pax quæ præcellit omnem intellectum, etiam ipsam in oratione poscēdo, quid oremus sicut oportet, nescimus. Quod enim sicuti est cogitare nō possumus, vtique nescimus, sed quicquid cogitanti occurrerit, abiicimus, respicimus, improbamus, non hoc esse quod quaerimus nouimus, quanuis illud nondum quale sit nouerimus. Est ergo in nobis quadam, vt ita dicam, docta ignorantia, sed docta spiritu dei, qui adiuuat infirmitatem nostram. Nam cum dixisset Apostolus: Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Ibi subiecit, Similiter & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Quid enim oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid spiritus sapiat, quia secundum deum interpellat pro sanctis. Quod non sic est intelligendum, vt existimemus sanctum spiritum dei, qui in trinitate incommutabilis deus est, & cum patre & filio vnus deus, tanquam aliquem qui non sit quod deus est interpellare pro sanctis. Dicitur quippe est: Interpellat pro sanctis, quia interpellare sanctos facit, sicut dictum est: Tentat vos dominus deus vester, vt sciat si diligatis eum, hoc est vt scire vos faciat.

1. Reg. 5. Iob. 1. & 2. Lucæ. 8. Cap. 13. Psal. 143. 1. Tim. 4. Roma. 5. Psal. 76. Cap. 14. Roma. 8. Psal. 55. Roma. 8. Caput. 15. Deute. 13. Numer. 11.

A Interpellare vtique sanctos facit gemitibus inenarrabilibus, inspirans eis desiderium etiam adhuc incognitæ tantæ rei, quam per patientiam expectamus. Quomodo enim narratur, quando desideratur quod ignoratur? Nam vtique si omnimodo ignoraretur, non desideraretur: & rursus, si videretur, non desideraretur, nec gemitibus quaeretur. Hæc omnia confyderans, & si quid aliud de hac re tibi dominus insinauerit, quod vel mihi non occurrit, vel dici a me longum fuit, concerta in oratione vincere hoc seculum, ora in spe, ora fideliter & amanter, ora instanter atque patienter, ora sicut vidua Christi. Quanuis enim ad omnia membra eius, hoc est ad omnes qui in eum credunt, & eius corpori sociatur, sicut docuit, orare pertineat, specialiter tamen diligentior cura orationum in scriptura eius viduis inuenitur iniuncta. Nā duæ fuerunt Annæ honorabiliter nominatæ: vna coniugata, quæ sanctū Samuel peperit, alia vidua quæ sanctum sanctorum cum adhuc infans esset agnouit. Oratit & coniugata in dolore animi & afflictione cordis, quia filios non habebat: tunc ipsum Samuel impetrauit, & acceptum deo reddidit, quia cū posceret vouit. Sed oratio eius quomodo ad orationē illam dominicā pertineat, nō facile reperitur, nisi quia in eo quod ibi positū est: Libera nos a malo, nō paruū malū videbatur, & nupta esse, & fructu carere nuptiarum, cum sola excuset nuptias procreandorū causa filiorū. De illa vero Anna vidua vide quid scriptum sit: Quia non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Nec aliunde Apostolus quod & supra commemorauit: Quæ autē verē vidua est, inquit, & desolata, sperauit in domino, & persistit in orationibus nocte ac die. Et dominus cum semper ad orandum & non desiciendū nos hortaretur, viduam commemorauit, quæ licet iniquum & impium iudicem, ac dei & hominū contemptorem ad audiendam causam suā assidue interpellando cōuertit. Quam ergo præ cæteris viduæ debeāt vacare orationibus, satis hinc intelligi potest, quod omnibus ad suscipiendum orandi studium de viduis propositū est exhortationis exemplum. Quid autem in hoc operis genere in viduis electum est, nisi desitutio & desolatio? Quapropter si se omnis anima intelligat in hoc seculo desolatam atque desolatam quandiu peregrinatur a domino, profecto quandam viduitatem suam deo defensori assidua & impensissima precatione cōmendat. Ora ergo vt vidua Christi, nodum habens eius conspectum, cuius precaris auxiliū. Et licet sis ditissima, sicut pauper ora. Nō enim veras futuri seculi diuitias habes, vbi nulla dāna formides. Licet habeas filios & nepotes, numero famq; familiam, quod & supra dictum est, sicut desolata ora: incerta sunt enim omnia temporalia, etiam vsque in finem vitæ huius in nostram consolationē mansura. Tu autem si ea quæ sursum sunt quaeris & sapias, aeterna & certa desideras, quæ quandiu nodum habes, etiam saluis omnibus atque obsequiis tuis, tanquam desolatam deputare te debes. Et si tu, profecto etiam tuo exemplo religiosissima nurus tua, & alia sanctæ viduæ virginisq; sub vestra cura securius constituta: quanto enim magis domum vestram pie tractatis, tanto impensius orationibus instare debetis, rerum presentium nō occupata negociis, nisi quæ flagitat causa pietatis. Sanè meminertis & pro nobis non negligenter orare. Nolumus enim sic nobis honorem quem periculosum gerimus deferatis, vt adiutoriū quod necessariū nouimus auferatis. A familia Christi oratū est pro

D Interpellare vtique sanctos facit gemitibus inenarrabilibus, inspirans eis desiderium etiam adhuc incognitæ tantæ rei, quam per patientiam expectamus. Quomodo enim narratur, quando desideratur quod ignoratur? Nam vtique si omnimodo ignoraretur, non desideraretur: & rursus, si videretur, non desideraretur, nec gemitibus quaeretur. Hæc omnia confyderans, & si quid aliud de hac re tibi dominus insinauerit, quod vel mihi non occurrit, vel dici a me longum fuit, concerta in oratione vincere hoc seculum, ora in spe, ora fideliter & amanter, ora instanter atque patienter, ora sicut vidua Christi. Quanuis enim ad omnia membra eius, hoc est ad omnes qui in eum credunt, & eius corpori sociatur, sicut docuit, orare pertineat, specialiter tamen diligentior cura orationum in scriptura eius viduis inuenitur iniuncta. Nā duæ fuerunt Annæ honorabiliter nominatæ: vna coniugata, quæ sanctū Samuel peperit, alia vidua quæ sanctum sanctorum cum adhuc infans esset agnouit. Oratit & coniugata in dolore animi & afflictione cordis, quia filios non habebat: tunc ipsum Samuel impetrauit, & acceptum deo reddidit, quia cū posceret vouit. Sed oratio eius quomodo ad orationē illam dominicā pertineat, nō facile reperitur, nisi quia in eo quod ibi positū est: Libera nos a malo, nō paruū malū videbatur, & nupta esse, & fructu carere nuptiarum, cum sola excuset nuptias procreandorū causa filiorū. De illa vero Anna vidua vide quid scriptum sit: Quia non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Nec aliunde Apostolus quod & supra commemorauit: Quæ autē verē vidua est, inquit, & desolata, sperauit in domino, & persistit in orationibus nocte ac die. Et dominus cum semper ad orandum & non desiciendū nos hortaretur, viduam commemorauit, quæ licet iniquum & impium iudicem, ac dei & hominū contemptorem ad audiendam causam suā assidue interpellando cōuertit. Quam ergo præ cæteris viduæ debeāt vacare orationibus, satis hinc intelligi potest, quod omnibus ad suscipiendum orandi studium de viduis propositū est exhortationis exemplum. Quid autem in hoc operis genere in viduis electum est, nisi desitutio & desolatio? Quapropter si se omnis anima intelligat in hoc seculo desolatam atque desolatam quandiu peregrinatur a domino, profecto quandam viduitatem suam deo defensori assidua & impensissima precatione cōmendat. Ora ergo vt vidua Christi, nodum habens eius conspectum, cuius precaris auxiliū. Et licet sis ditissima, sicut pauper ora. Nō enim veras futuri seculi diuitias habes, vbi nulla dāna formides. Licet habeas filios & nepotes, numero famq; familiam, quod & supra dictum est, sicut desolata ora: incerta sunt enim omnia temporalia, etiam vsque in finem vitæ huius in nostram consolationē mansura. Tu autem si ea quæ sursum sunt quaeris & sapias, aeterna & certa desideras, quæ quandiu nodum habes, etiam saluis omnibus atque obsequiis tuis, tanquam desolatam deputare te debes. Et si tu, profecto etiam tuo exemplo religiosissima nurus tua, & alia sanctæ viduæ virginisq; sub vestra cura securius constituta: quanto enim magis domum vestram pie tractatis, tanto impensius orationibus instare debetis, rerum presentium nō occupata negociis, nisi quæ flagitat causa pietatis. Sanè meminertis & pro nobis non negligenter orare. Nolumus enim sic nobis honorem quem periculosum gerimus deferatis, vt adiutoriū quod necessariū nouimus auferatis. A familia Christi oratū est pro

G Petro, oratum est pro Paulo, & nos in eius familia esse gaudemus, & incomparabiliter plus quam Petrus & Paulus orationum fraternarum auxiliis indigemus. Orate certatim concordii sanctoque certamine: non enim aduersus alterutrum certatis, sed aduersus diabolum in sanctis omnibus inimicum. In ieiuniis & vigiliis, & omni castigatione corporis quamplurimum adiuuatur oratio. Faciat quaeque vestrum quod poterit: quod altera minus potest, ea quae potest faciat, si in altera diligit, quod ideo quia non potest ipsa non facit: proinde quae minus valet, non impediatur plus valentem, & quae plus valet, non urgeatur minus valentem. Conscientiam quippe vestram deo debetis. Nemini autem vestrum aliquid debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Exaudiat te dominus, qui potens est facere supra quam petimus aut intelligimus.

Augustinus Victoriano presbytero, consolans eum ad tolerantius accipienda mala quae Barbari in Italia et Hispaniam incursum faciunt, inferebant sanctis uiris et sacerdotibus.

Epistola. CXXII.

HOMINO dilectissimo & desyderantissimo fratri & copresbytero Victoriano, Augustinus in domino salute. Literae tuae impleuerunt grandi dolore cor nostrum, quibus petisti, ut prolixo opere aliqua responderem, cum talibus malis magis prolixo gemitus & fletus, quam prolixo libri debeantur. Totus quippe mundus tantis affligitur cladibus, ut penes pars nulla terrarum sit, ubi non talia qualia scripsisti committantur atque plangantur. Nam ante paruam tempus etiam in illis solitudinibus Aegypti, ubi monasteria separata ab omni strepitu, quasi secura delegerant, a Barbaris interfecti sunt fratres. Iam vero quoque modo in regionibus Italiae, quae in Gallis nepharia perpetrata sunt, etiam vos latere non arbitror: de Hispanis quoque tot prouincis, quae ab his malis diu videbantur intactae, coeperunt iam talia nunciari. Sed quid longe imus? Ecce in regione nostra Hipponensi quoniam eam Barbari non attigerunt, clericorum Donatistarum, & Circuncellionum atrocissima sic vastant ecclesias, ut Barbarorum fortasse facta mitiora sint. Quis enim Barbarus excogitare potuit quod isti, ut in oculos clericorum nostrorum calcem & acetum mitterent, quorum membra etiam caetera plagis horrendis vulneribusque sauciuntur? Depradantur etiam domos, aliquas & incendunt, fructus aridos diripiunt, humidos fundunt: & talia caeteris comminando, multos etiam rebaptizari compellunt. Prudenter quam ista ad te dictarem, ex uno loco per huiusmodi terrores xl. & octo animae mihi rebaptizatae nunciatae sunt. Plangenda sunt haec, non miranda, & exclamandum ad deum, ut non secundum merita nostra, sed secundum misericordiam suam a tantis malis liberet nos. Nam quid utique sperandum fuit generi humano, cum haec & in Prophetis & in Euangelio tanto ante praedicta sint? Non itaque debemus tam nobis ipsi esse contrarii, ut credamus quando leguntur, & queramus quando complentur: sed potius & illi qui increduli fuerant, cum haec in sanctis libris conscripta legerent vel audirent, nunc saltem credere debent cum compleri iam vident ut de his tam magnis pressuris tanquam in torculari domini dei nostri, sicut amurca infidelium murmurantium & blasphemantium fluit, ita oleum quoque fidelium contentium & orantium exprimi & liquari non cesset. Illis enim qui contra Christianam fidem querelas impias iactare non quiescunt, dicentes, quod ante-

quam ista doctrina per mundum praedicaretur, tanta mala non patiebatur genus humanum, facile est ex Euangelio respondere. dominus enim dicit: Seruus nesciens voluntatem domini sui & faciens digna plagis, vapulabit paucis: Seruus autem sciens voluntatem domini sui, & faciens digna plagis, vapulabit multis.

Quid ergo mirum si Christianis temporibus iste mundus tanquam seruus iam sciens voluntatem domini sui & faciens dignas plagis, vapulatur multis? Attendunt quanta celeritate Euangelium praedicatur, & ad omnem populum terrae. Serui autem dei humiles & sancti dupliciter mala temporalia patiuntur, quia & ab ipsis impiis & cum ipsis patiuntur: habet consolationes suas, & spem futuri seculi. Vnde dicit Apostolus: Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Proinde charissime etiam illis quorum verba dicis te perferre non posse, quoniam dicunt: Si nos peccatores ista meruimus, quare & serui dei Barbarorum ferro perempti sunt, & ancillae dei captivae ductae sunt, humiliter & veraciter & pie responde. Quantamlibet enim iustitiam seruemus, quantumlibet domino obedientiam exhibeamus, nunquid meliores esse possumus illis tribus viris, qui in camino ignis ardentis pro conseruanda lege dei proiecti sunt: Et tamen lege quid illic dicat Azarias vnus ex tribus, qui aperiens os suum, in medio ignis dixit: Benedictus es domine deus patrum nostrorum, & laudabile & gloriosum nomen tuum in secula, quoniam iustus es in omnibus quae fecisti nobis, & omnia opera tua vera, & rectae viae tuae, & omnia iudicia tua veritas, & iudicia veritatis fecisti per omnia quae intulisti nobis & ciuitati sanctae patrum nostrorum Hierusalem: quoniam in veritate & iudicio intulisti nobis omnia haec propter peccata nostra, quoniam peccauimus & legi tuae non paruimus, & mandatis tuis non obaudiuimus, ut bene nobis esset: & omnia quae intulisti nobis, iudicio vero intulisti, & tradidisti nos in manus iniquorum inimicissimorum transfugarum, & regi iniusto & pessimo ultra vniuersam terram. Et nunc non est ut possimus aperire os. Vere confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis, & eis qui te colunt: Ne tradideris nos in perpetuum propter nomen tuum domine, & ne despexeris testamentum tuum domine, & ne abstuleris misericordiam tuam a nobis, propter Abraham qui a te dilectus est, & propter Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum, quibus loquutus es, multiplicaturum te semen eorum ut astra caeli & arenam maris: quoniam domine minimi facti sumus praeter omnibus nationibus, & sumus humiles hodie in terra propter peccata nostra.

Vides certe frater, quales viri, quam sancti quam fortes in medio tribulationis, ubi tamen eis parcebatur, & eos vrere ipsa flamma verebatur, peccata sua confitebatur, pro quibus se digne & iuste humiliari nouerant nec tacebant. Nunquid etiam meliores esse possumus ipso Daniele, de quo per Ezechielem prophetam dicit deus ad principem Tyri: Nunquid tu sapientior quam Daniel? Et qui ponitur vnus in tribus iustus quos dicit deus solos se esse liberaturum, ostendens utique in illis tres quasdam formas iustorum, quos ita se liberaturum dicit, ut nec filios suos secum liberent, sed ipsi soli liberentur, Noe, Daniel & Iob? Lege tamen etiam precem Danielis, & vide quemadmodum in captiuitate positus peccata non tantum populi sui, verum etiam sua confiteatur, & pro his dicat per iustitiam dei se ad illam captiuitatis poenam & opprobria peruenuisse. Sic enim scriptum

Luce 12.

Roma 8. 7. seculi.

Daniel 3.

M

Ezech. 28.

Ezech. 14.

A scriptum est: Et dedi faciem meam ad dominum deum ut quererem preces & obsecrationes in ieiunationibus & sacco, & precatus sum dominum deum meum & confessus sum, & dixi: Domine deus magne & mirabilis, & qui seruas testamentum tuum, & misericordiam diligentibus te, & seruantibus praeccepta tua, peccauimus, aduersus legem fecimus, impie egimus, & recessimus & declinauimus a praecceptis tuis, & a iudiciis tuis; & non exaudiuimus seruos tuos prophetas, qui loquebantur in nomine tuo ad reges nostros, & ad omnem populum terrae. Tibi domine iustitia, nobis autem confusio faciei, sicut dies hic viro Iuda & habitantibus Hierusalem, & omni Israe, qui proximi sunt & qui longe sunt in omni terra, in qua eos disseminasti propter contumaciam eorum, quia improbaeuerunt te domine. Nobis autem confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris, quia peccauimus tibi domine deo nostro miserationis & propiciationis, quoniam recessimus & non audiuius vocem domini dei nostri, ut essemus in praecceptis legis huius, quam dedit in conspectu nostro per manus seruorum eius prophetarum omnium Israe. Peccauerunt enim aduersus legem tuam, & declinauerunt ne audirent vocem tuam, & si peruenit nobis maledictio & iusurandum, quod scriptum est in lege Moysi serui dei: quoniam peccauimus, & statuit sermones suos quos loquutus est ad nos, & ad iudices nostros, qui iudicabant in nos, superducere mala magna, quae nunquam facta sunt sub omni caelo, secundum ea quae facta sunt in Hierusalem, sicut scriptum est in lege Moysi: Omnia mala haec venerunt ad nos, & non rogauimus dominum deum nostrum ut auerteret a nobis delicta nostra, & ut intelligeremus omnem veritatem tuam. Et vigilauit dominus deus ad omnem sanctum suum, & perduxit ea quae fecit ad nos, quoniam iustus dominus deus noster in omni mundo suo quem fecit, & non audiuius vocem eius. Et nunc domine deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu forti, & fecisti tibi nomen sicut dies hic, delicta aduersus legem tuam fecimus, domine in omnibus misericordia tua. Auertatur itaque impetus tuus, & ira tua a ciuitate tua Hierusalem, & monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Hierusalem & populus tuus in confusione venit omnibus qui circum nos sunt. Et nunc exaudi deus noster preces serui tui, & orationem eius, & ostende nobis faciem tuam ad sanctificationem tuam, quae deserta est. Propter te inclina domine deus meus aurem tuam & exaudi, aperi oculos tuos, & vide interitum nostrum, & ciuitatis tuae Hierusalem, super quam inuocatum est nomen tuum: quoniam non in nostra iustitia iactauimus preces nostras in conspectu tuo, sed ad misericordiam tuam quae magna est, exaudi domine, propiciare domine, intende domine, & ne tradideris propter te deus meus, quoniam nomen tuum inuocatum est, in ciuitate tua super populum tuum. Et adhuc me loquente & orante & enumerante peccata mea & peccata populi mei, laudiui vocem dicentem mihi: Daniel intellige verba quae loquor tibi, quia ego missus sum ad te &c. Vide quae modum sua peccata prius dixit, & postea populi sui. Et hanc dei comedat iustitia, & haec dei laudem dicit: quia non iniuste, sed pro peccatis eorum flagellat etiam ipsos sanctos suos. Si ergo ista dicunt qui excellentissima sanctitate ignes & leones circa se innoxios habuerunt, quid nos oportet dicere in humilitate nostra, qui tam longe illis impares sumus, quantumcumque iustitiam seruare videamur? Sed ne aliquis existimet ill-

Daniel 9. 21. v. 21.

Sic distinguit Graeci.

B

C

los dei seruos, quos dicis a Barbaris interfectos, sic illam mortem euadere debuisse, quomodo tres illi viri ab ignibus, & Daniel a leonibus liberatus est, sciant illa propterea facta miracula, ut eos verum deum colere crederent reges, a quibus in illa supplicia tradebantur. Hoc enim erat in occulto iudicio & misericordia dei, ut illis regibus eo modo consuleret ad salutem. Antiocho autem regi, qui Maccabeos poenis crudelibus interemit, noluit ita consulere, sed eorum gloriosissimis passionibus cor duri regis acriori seueritate puniuit. Lege tamen, etiam vnus illorum qui sexto loco patiebatur quid dicat. Ita enim scriptum est: Et post hunc sextum applicuerunt. Cumque hic tormentis excruciatu moreretur, dixit: Noli te seducere propter nos, haec patimur peccantes in deum nostrum, & facta sunt haec digna nobis. Tu autem noli te putare impunitum futurum, qui aduersus deum & legem eius legibus tuis pugnare voluisti. Vides etiam isti quam humiliter & veraciter sapiant, qui pro peccatis suis esse flagellari a domino consentunt. De quo scriptum est: Quem enim diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Vnde & Apostolus: Si enim nosmetipsos iudicauerimus, a domino non utique iudicabimur: Cum iudicamur autem, a domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Haec fideliter lege, fideliter praedica, & quantum potes caue, & cauendum doce, ne aduersus deum in his tetationibus & tribulationibus murmuretur. Bonos dicis dei seruos & fideles & sanctos, gladio Barbarorum peremptos, Quid autem interest, utrum eos febris an ferrum de corpore soluerit? Non qua occasione exeant, sed quales ad se exeant dominus attendit in seruis suis, nisi quod maiorem habet poenam languor diuturnus quam citissimus exitus: & tamen etiam ipsum languorem diuturnum & horrendum legimus qualem passus est Iob ille, cuius certe iustitia deus ipse qui falli non potest, tale perhibet testimonium. Grauiissima sane & multum dolenda est illa captiuitas foeminarum castarum atque sanctarum: sed non est captiuitas earum deus, nec captiuas deserit suas, si nouit suas. Nam & illi sancti quorum passiones & confessiones de scripturis sanctis commemorauimus, ab hostibus ducti atque in captiuitate positi, illa dixerunt quae conscripta leguntur a nobis, ut discamus captiuos dei seruos non deserere a domino suo. Vnde autem scimus quid etiam per istas omnipotens & misericors deus in ipsa terra Barbarica fieri velit mirabilium suorum. Tantum ne cessetis pro illis ingemiscere ad deum, & querere quantum potestis, & quantum ipse permittit, cum tempus & facultate dederit, quid de illis factum sit, vel quae vestra possint habere solatia. Nam Sitisensis ante paucos annos Seueri episcopi neptis sanctimonialis a Barbaris ducta est, & per mirabilem dei misericordiam, cum honore magno suis parentibus restituta est. Domus enim illa Barbarorum ubi captiua ingressa est, subita coepit dominorum infirmitate iactari, ita ut omnes ipsi Barbari, tres, nisi fallor vel amplius fratres periculosissima infirmitate laborarent. Quorum mater animaduertit puellam deo dedita, & credidit quod eius orationibus sui filij possent ab imminenti iam mortis periculo liberari, petiuit ut oraret pro eis, pollicens quod si salui facti essent, eam suis parentibus redderent. Ieiunauit illa & orauit, & exaudita continuo est. Ad hoc enim factum erat, quantum exitus docuit. Ita illi tam repetino dei beneficio salute percepta, mirantes eam & honorantes, quod eorum mater promiserat implerunt. Ora ergo deum pro eis, & roga ut etiam ipsas doceat

2. Macch. 7.

Prover. 3. Hebr. 12. 1. Cor. 11.

1. de Ciuitate dei. ca. 14.

F

Roma 13. Ephe. 5.

1. de Ciuitate dei. ca. 30.

G talia dicere, qualia supra memoratus sanctus Azarias, inter cetera in oratione & cōfessione sua fudit ad deū. Sic enim sunt illa in terra captiuitatis suae, quomodo erant illi in ea terra vbi nec sacrificare more suo poterant domino, sicut nec ista possunt, vel ferre oblationē ad altare dei, vel inuenire ibi sacerdotem per quem offerant deo. Donet ergo eis dominus vt ei dicant quod Azarias dixit in consequentibus precum suarū. Non est in hoc tempore princeps & propheta & dux, nō hō locusta neq; oblatio, neque supplicationes nec locus ad sacrificandum in conspectu tuo & inuenire miseri cordiam, sed in anima contrita & spiritu humilitatis accipiamur: Sicut in holocaustomatibus arietū & taurorum, & in multitudine agnorum pinguiū, sic fiat sacrificium nostrū in conspectu tuo hodie perficere subsequentes te, quoniam nō erit confusio iis qui in te cōfidunt. Et nunc sequimur toto corde & timemus te, & quārimus faciem tuam domine, ne confundas nos, sed fac nobiscum secundum mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiae tuae, & libera nos secundum mirabilia tua, & da gloriam nomini tuo domine, & reuerentur omnes qui ostendunt seruis tuis mala, & confundantur ab omnipotentia tua, & virtus eorum cōteratur, & sciant quoniam tu es dominus deus solus, & gloriosus in vniuerso orbe terrae. Hae illis dicentibus & ad deum ingemiscens, omnino suis aderit qui suis adesse consuevit. Et aut nihil in earū castissimis mēbris libidine hostili perpetrari permittet, aut si permittit, cum earum animus nulla cōsensionis turpitudine maculatur, etiam carnē suam defendet à crimine. Et quicquid in ea nec commisit, nec permisit libido patientis, solius erit culpa facientis, omnisq; illa violentia nō pro corruptionis turpitudine, sed pro passionis vulnere deputabitur. Tantum enim in mēte valet integritas castitatis, vt illa inuiolata, nec in corpore possit pudicitia violari, cuius membra potuerint superari. Hae epistola pro tuo desyderio breuis, pro meis tamen occupationibus multū proluxa, & propter perlatoris festinationē nimis accelerata sufficiat charitati tuae. Multo vberius vos dominus consolabitur si scripturas eius intentissime legeritis.

Augustinus Orontio resalutans illum.

Epistola. CXXIII.

DOMINO eximio meritoq; honorabili & suscipiendo filio Orontio, Augustinus. Ago gratias quod aduentū eximietatis tuae literis etiā praenire dignatus es, & ante contuitum misisti colloquium, vt tuo prius affatu q̄ aspectu fruere mur, & diu desyderatam notitiā epistolari solatio quodammodo praegustantes, expectarem audius & ardentius, quod iocundius gratulq; caperemus, domine eximie meritoq; honorabilis & suscipiende fili. Reddo itaq; meritis tuis & praecurrentibus officiis debitum resalutationis obsequium, incolumitatem tuam gaudens nunciatam, optansq; continuam. Et quod rescripta exiguitatis meae iure praerogatae benevolentiae reposcēdo addidisti dicēs: Si tamen id de tanta sanctitate possumus promereri, nullo modo audeo desperare, sanctitatis eiusdē, cuius haustu pro nostro modulo aliquid sumus, ipsum fontem non solum laudandum, verum etiam nobiscū participandum, & tuae prudentiae placitum, vt deus incomparabiliter atq; incommutabiliter bonus, qui per suam potentiam tam bonae tuae mentis est institutor, sit etiam per gratiā restitutor. Incolumē te deus omnipotens feliciorēq; tueatur domine eximie meri-

toq; honorabilis ac suscipiende fili.

Augustinus Olympio ad dignitatem proeecto, ut ea recte utatur, commendans ei causam Bonifacij.

Epistola. CXXIIII.

DOMINO dilectissimo & in membris honorabiliter amplectēdo filio Olympio, Augustinus. Quicquid sis secundum seculi huius cursum, nos tamē charissimo & sincerissimo conseruo Olympio Christiano fidelissime scribimus. Hoc enim tibi esse scim⁹ omni gloria gloriosius, & omni sublimitate sublimius. Fama quippe ad nos pertulit honorem te adeptum esse celsiorem, quā vtrem vera esset, nondum apud nos fuerat cōfirmatum, cum hac scribendi prouenit occasio. Sed quoniam nouimus te à domino didicisse, non alta sapere, sed humilibus cōsentire, quolibet culmine prouectus esses, non aliter quā soles literas nostras te accepturum esse praesumimus, domine dilectissime, & in Christi membris honorabiliter amplectēde fili. Temporalis vero felicitate ad aeterna lucra te prudenter vsurum minime dubitamus, vt quāto plus potes in hac terrena republica, tanto plus impendas caelesti illi quae te in Christo peperit ciuitati, quod tibi vberius rependatur in regione viuientium, & in vera pace securorum, ac sine fine gaudiorum. Sancti fratris & coepiscopi mei Bonifacij petitionem tuae rursus charitati commendo, ne forte nunc fieri possit quod ante non potuit. Cum enim posset sine vlla forsitan quaestione quod praecessor eius, quauis sub alieno nomine comparauerat: & sub ecclesiae nomine possidere iam ceperat, consequenter etiam ipse retinere: nolimus tamen quoniam fisci debitor fuit, hūc scrupulum habere in cōscientia. Neq; enim fraus ista, quia fisco fiebat, ideo non fiebat: quia ille quidem Paulus, postquam Episcopus factus est, renunciatur suis omnibus rebus propter immensum cumulum fiscalium debitorū, exacta quadam cautione, in qua certum ei pōdus debebatur argenti, hoc exiguo sacculo vt vnde victum sustentaret tanq; ecclesiae comparauit, sub nomine tunc potentissimae domus, vt etiam ex ipsis morem suū sequēs cum fisco non solueret, nullas exactorum molestias pareret. Iste autem, qui eidem ecclesiae illo defuncto est ordinatus, timuit hos agros suscipere, & cū posset pro solis fiscalibus debitis, quae de memoratis possessiunculis ille contraxerat imperiale beneficium postulare, totum maluit confiteri, quod eas Paulus de argento proprio, cum esset fisco obnoxius, de ascario * emerat, vt eas ecclesia si fieri potest, non occulta Episcopi iniquitate, sed manifesta Christiani imperatoris liberalitate possideat. Quod si fieri non potest, melius inopiae laborem serui dei tolerant, quā vt necessariorum facultatem cum conscientia fraudis obtineant. Ad hoc tuū suffragium petimus impartiri digneris: quia id quod primo impetratū est, noluit allegare, ne iterum supplicandi sibi intercluderet facultatem: non enim erat ad desyderata responsum. Nunc vero cum sis eadem benignitate qua soles, sed amplior potestate, non desperamus adiuuante domino, meritis tuis hoc facile posse cōcedi. Cū etiā si tuo noīe eadē loca peteres, & memoratae ecclesiae ipse donares, quis reprehenderet, aut quis nō maxime praedicaret petitionē tuā, nō terrene cupiditati sed Christianae pietati seruientem? Domini dei nostri misericordia te in Christo feliciorē tueatur dñe fili.

Augustinus Cornelio scortis dedito, admonens illum, ut uxoris defunctae pudicitiam imitetur, si uelit illius impetrare laudes. Epistola. CXXV.

Domino

DOMINO dilectissimo & honorabili fratri Cornelio, Augustinus. Scripsisti mihi vt ad te aliquam prolixam epistolam consolatoriā darem, quod grauer optima vxoris morte mouearis, sicut sanctum Paulinū ad Macarium fecisse meministi. Et illa quidem anima in societate recepta fidelium atq; castarū, laudes nec curat, nec quærit humanas: sed quia propter eos sūt ista qui viuunt, prius est vt tu qui consolari eius laude desyderas, ita uiuas, vt illic vbi ipsa est, esse merearis. Neq; enim dubito quod eam non credas ibi esse, vbi illa sunt quae vel adulteris lectulum coniugalem polluerunt, vel nullo cōiugio delicatae fornicationi fluxerunt. Quare de illius laude viro longē dissimili quasi fugare velle mœsticiam, adlatio est, nō consolatio. Nam si eam diligeres, sicut ipsa te dilexit, seruasses ei quod tibi ipsa seruauit. Et cum illa si prior obtisses, nullo modo credenda sit cuiquam fuisse nuptura, nōne si vere obitum eius laudibus eius consolandus doleres, ne vnam quidem ac licitam post illam coniugem quæreres? Hic tu dicturus es: Quid mecum asperere agis: quid dure obiurgas? Nonne inter haec verba, ecce semitiis tuis, dum vita ducitur prius finiēda quā corrigenda est? Vis vt ignoscā fatiabili tui securitati tuae quanto fatius tu ignoscis si non amabili, certe miserabili sollicitudini meae. Inimico quidem animo Tullius inuehebatur, & longē aliter erat terrenam rempublicam gubernantis intentio, & tamen ait: Cupio patres conscripti me esse clementem, cupio in tantis reipublicae periculis non dissolutum videri. Quanto iustius ego dico, cum ipse noueris quā tibi amicū animum geram, in aeterna ciuitatis seruitio constitutus minister verbi sacramentique diuini, cupio frater Corneli, me esse clementem, cupio in tantis tuis meisque periculis non dissolutum videri? Plebs mulierū excubat lateribus tuis, crescit indies speculorum numerus, eiusdem autem numeri dominū, immō vero seruum in satiabilem per tot sortā libidinis disfluente, & laudes defunctae castae cōiugis à nobis velut ad mitigandam mœsticiam suam iure amicitiae flagitantem Episcopi patienter audimus? Quod cum esses, non dico catechumenus, sed in errore nobiscum perniciosissimo cōstitutus iuuenis, in moribus tuis ab hoc te vitio temperatissima voluntate correxeras, quod nō post longum tempus sordidius es reuolutus. Deinde in extremo vitae periculo baptizatus, non dicam de fide, etiam nobis ecce iam senibus & insuper Episcopis nō dum emendaris. Vis de bonae vxoris morte per nos cōsolari, nos de hac tua veriore morte quis cōsolatur? An quia nō possumus obuiisci tanta erga nos merita tua, ideo cruciandi adhuc sumus moribus tuis, ideo contemnendi, & pro nihilo habendi quando gemimus ad te de te? Sed fatemur nos non esse aliquid ad te corrigendum ac sanandum, deus attendatur, Christus cogitetur. Apostolus audiat dicens: Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis: Si qualiscunque Episcopi amici tui verba spernis in corde tuo, corpus domini tui cogita in corpore tuo. Postremo quomodo de die in diem differendo peccas, cum extremum diem tuum nescias? Nunc probatō quas tu ab ore nostro laudes Cyprianae desyderes. Certē si adhi. c in schola rhetorum verba discipulis viderem, prius ab eis mercedem sumerem. Vendere tibi volo laudē pudicissimae coniugis tuae, prius mihi mercedem da, pudicitiam tuam. Da, inquam, & accipe. Humānum dico propter infirmitatem tuam, puto quod non sit apud

Tomus secundus.

te digna Cypriana, cuius laudibus antepōnis amorem concubinarum tuarum, quod vtique faciens permanere in illo amore, quā ad istas laudes peruenire maluēris. Quid mihi vis extorquere postcēdo, cum pro te videas esse quod posco? Quid precaris subiectus, quod potes iubere correctus? Mittamus munera spiritalia cōiugi tui, tu imitationem, ego laudem: quanquam sicut supra dixi, laudem ab hominibus iam illa non quærat, imitationē vero tuam tātum quærit etiam defuncta, quantum te dilexit etiam dissimilem viua. Faciam de illa quod vis, cum tu feceris quod & ego volo & illa. Si enim diues ille superbus atq; impius, sicut in Euangelio dominus loquitur, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide, cū malorum meritorū poenas apud inferos lueret, neque de digito contempti ante ianuam suam pauperis aquae stillā impetrare valuisset, recordatus est quinque fratres suos, & rogauit ad eos eundem pauperem mitti, cuius requiem in sinu Abrahamae longē prospiciebat, ne & ipsi venirent in illū locum tormentorum: quātomagis tua coniūx te recordatur: quātomagis te casta non vult ad poenas venire mœchorum? Si fratres suos nec superbus ad poenas venire vult superborum, & cum frater nollet fratribus in malis se esse coniunctum: quātomagis vult in bonis constituta coniūx virū in malis habere separatum? Lege ipsum locum in Euangelio: Christi est vox pia, Crede deo. Doles videlicet coniugem mortuam, & putas si eam laudaueris, quod meis affatibus consolaberis, discere quod doleas si cum illa nō eris. An magis tibi dolendum est, quod à me nondum laudatur, quā mihi, quod à te non amatur? Nam vtique si amares, cū illa esse post mortē desyderares, quod profecto non eris, si qualis es talis eris. Ama ergo cuius exigis laudem, ne quod mendaciter exigis, iuste denegē. Et alia manu. Dominus nobis praestet de tua salute gaudere domine dilectissime & honorabilis frater.

Augustinus Antonio gratias agit pro laudibus, collaudās quod ingenue professus sit dogma catholicum.

Epistola. CXXVI.

AVGVSTINVS Antonio. Cū à duobus tibi scripta deberentur, cumulatissime maior pars reddita est, quod vnum nostrum praesentem vides, cuius ex ore cum me quoq; apicis tui poteram non rescribere, nisi ipso iubente fecissem, quo proficiscente supernacianum videbatur esse quod feci. Quapropter fertilius fortasse tecum colloquor, quam si coram adessem, cum & epistolam meam legis, & eū audis, in cuius pectore me habitare optime nosti. Cū magno gaudio literas sanctitatis tuae consyderavi atque digessi, quod & Christianum animum tuum sine vllō suco iniqui temporis & in nos lamicissimū praese gerunt. Gratulor tibi, & gratias ago deo & domino nostro de spe & fide & charitate tua, tibiq; apud eum, quod de nobis tam bene existimas, vt fideles dei seruos esse credas, idq; ipsum in nobis corde purissimo diligas: quanquam hinc etiā gratulandum beneuolentiae tuae potius, quā gratiae tibi agendae sunt. Tibi enim prodest ipsam diligere bonitatem, quam profecto diligit qui eum diligit, quem credit bonum, siue ille se ita, siue aliter quā creditur habeat. Vnus tantum in hac re cauendus est error, ne quisque non de homine, sed de ipso hominis bono aliter sentiat, quā veritas postulat. Tu vero frater dilectissime, qui nullo modo erras credendo vel sciendo, magnum bonū esse libenter deo castiq; seruire, cum quemlibet hominū propterea diligis,

quod

Daniel.

32. q. 5. ad decum.

1. de Ciuitate dei. ca. 16. 18. & 29.

K

Roma. 12.

L

aliās hos exiguos agelos.

M * forte, ascario. † hastario.

aliās, deligatae, fornicatione.

† tenuimus. B † exitiabilis.

† pellicum.

† iuniorib⁹.

1. Cor. 6.

Verba vendere.

† Spiritus coniugis

Luc. 16.

E

† accipis

E

r iij quod

G quod huius boni participem credis, tecum est fructus tuus, etiam si ille non ita sit. Quapropter tibi de hac re gratulandum est, illi autem non, si propterea diligitur: sed si talis est qualem esse existimat, a quo propterea diligitur. Quales itaque nos sumus, quantumque in deum promouerimus, ipse viderit, cuius non solum de hominis bono, sed homine ipso non potest errare iudicium. Tibi ad mercedem beatitudinis, quod ad hanc rem at tinet, satis est, quod nos tales credens quales oportet esse seruos dei, toto sinu cordis amplecteris. Gratias vero tibi vberes agimus, quod nos cum laudas, tanquam tales simus, mirabiliter hortaris, ut tales esse cupiamus: vberiores etiam, si non solum te commendes orationibus nostris, sed etiam non praetermittas orare pro nobis. Gratiior est enim deo pro fratre deprecatio, ubi sacrificium charitatis offertur. Parvulum tuum plurimum saluto, & secundum praecipia domini salutaria opto grandescere. Domui quoque tuae vnam fidem & deuotionem veram, quae sola catholica est, prouenire desydero & precor in quam rem, si quam forte aliam nostram operam necessariam existimas, ne tibi vendicare dubites & communi domino fretus & iure charitatis. Illud sane admonuerim, religiosissimam prudentiam tuam, ut amoris dei non irrationabilem vel inferas infirmiori vasi tuo, vel nutriae, diuina lectione grauius colloquio. Nemo enim sollicitus de statu animae suae atque ob hoc sine pertinacia inquirenda voluntati domini intentus est, qui bono demonstratore vsus non dinoscatur, quid inter schisma quodlibet atque vnam catholicam inter sit.

Augustinus Donato Proconsuli Africae, ut Donatistas coerceat non occidat.

Epistola. CXXVII.

DOMINO eximio meritoque honorabili insigniterque laudabili filio Donato Augustinus in domino salutem. Nollem quidem in his afflictionibus esse Africanam ecclesiam constitutam ut terranae vllius potestatis indigeret auxilio. Sed quia sicut Apostolus dicit, Non est potestas nisi a deo: proculdubio cum per vos syncerissimos catholicae matris filios eidem subuenitur, Auxilium nostrum in nomine domini est qui fecit caelum & terram. Quis enim non sentiat in tantis malis non paruam nobis consolationem diuinitus missam, cum tu vir talis & Christi nominis amatissimus, Proconsularibus es sublimatus insignibus, ut ab sceleratis & sacrilegis ausibus inimicos ecclesiae bonae tuae voluntati potestas sociata cohiberet, domine eximie meritoque honorabilis insigniterque laudabilis fili: Denique vnum solum est quod in tua iustitia pertimescimus, ne forte quoniam quicquid mali contra Christianam societatem ab hominibus impiis ingratissimisque committitur, profecto grauius est & atrocius, quam si in alios talia committantur, tu quoque pro immanitate facinororum, ac non potius pro lenitate Christianae consyderatione censeas coarctandum, quod te per Iesum Christum ne facias obsecramus. Neque enim vindictam de inimicis in hac terra requirimus, aut vero ad eas angustias animi nos debent coarctare quae patimur, ut obliuiscamur quid nobis praeceperit, pro cuius veritate ac nomine patimur, qui diligimus inimicos nostros & oramus pro eis. Vnde ex occasione terribilium iudicium ac legum ne aeterni iudicij poenas incidant, corrigi eos cupimus, nec necari, nec disciplinam circa eos negligi volumus, nec supplicij quibus digni sunt exerceri. Sic igitur eorum peccata compesce, ut sint quos poeniteat peccasse. Quae sumus igitur ut cum ecclesiae

causas audis, quamlibet nefariis iniuriis appetitam vel afflictam esse cognoueris, potestatem occidendi te habere obliuiscaris, & petitione nostram non obliuiscaris. Non tibi vile sit neque contemptibile sibi honorabiliter dilectissime, quod vos rogamus ne occidantur, pro quibus dominum rogamus ut corrigantur, excepto etiam quod a perpetuo proposito recedere non debemus vincendi in bono malo. Illud quoque prudentia tua cogitet, quod causas ecclesiasticas insinuare vobis nemo praeter ecclesiasticos curat. Proinde si occidendos in his sceleribus homines putaueritis, deterrebitis nos ne per operam nostram ad vestrum iudicium aliquid tale perueniat: quo comperto illi in nostram perniciem licentiore audacia grassabuntur, necessitate nobis impacta & indicta, ut etiam occidi ab eis eligamus quam eos occidendos vestris iudiciis ingeramus. Hanc admonitionem, petitionem, obsecrationem meam, ne quaeso aspernanter accipias. Neque enim te arbitror non recolorere, magnam me ad te & multo quam nunc es altius sublimatum, etiam si Episcopos non essem fiduciam tamen habere potuisse. Cito interim per edictum excellentiae tuae nouerint haeretici Donatistae manere leges contra errorem suum latas, quas iam nihil valere arbitrantur & iactant, ne vel sic nobis parcere aliquatenus possint. Plurimum autem labores & pericula nostra quod fructuosa sint adiuuabis, si eorum vanissimam & impia superbiam plenissimam sectam non ita cures imperialibus legibus comprimere, ut sibi vel suis videantur qualescunque molestias pro veritate atque iustitia sustinere, sed eos cum hoc abs te petitur, rerum certarum manifestissimis documentis apud acta vel praestantiae tuae vel minorum iudicium conuinci atque instrui patiaris, ut & ipsi qui te iubente attinentur, dura si fieri potest, flectant in melius voluntatem, & ea caeteris salubriter legant. Onerosior est quippe quam vtilior diligentia, ut quantum magni deferatur malum, & magnum teneatur bonum, cogitatum homines non doceri.

Augustinus eidem Donato, blande extimulans ad vitam ueritate Christianam. Epistola. CXXVIII.

DOMINO eximio & syncerissima dilectione honorabili fratri Donato, Augustinus in domino salutem. Quod te administratorem multum desyderans, etiam cum Tibiliu venisses, videre non potui, credo propterea factum esse, ut animo tuo curis publicis expedito potius fruerer, quam ut illa salutatio, me apud te ocioso, & te negocioso, neuter nostrum quantum satis esset, desyderium temperaret. Recolens quippe honestatem ab ineunte aetate indolis tuae, abundanter idoneum tuum pectus existimo, cui se Christus largissime infundat, fructus ei afferas in aeterna & caelesti gloria, quam temporali & terreno praerogio digniores. A multis enim, immo prorsus ab omnibus, quos vel percontari vel vltro etiam praedicantes audire potui, castitatem virtutemque administrationis tuae constantem omnino laudantibus atque praerferentibus, & sine vlllo scrupulo dissonae varietatis accepi, & eo certius, quod ignorabant necessitudinem nostram, & vtrum te vel tenuiter nossem penitus nesciebant praedicatores tui, ne magis eos auribus meis se dedisse quam vera de te spergere crederem. Ibi enim est a vanitate remota laudatio, ubi etiam vituperatio ab offensione secura est. Veruntamen o frater eximie & syncerissima dilectione honorabilis, non nunc docendus es, sed fortasse admonendus, omnem istam gloriam famamque popularem non in ore vulgi esse latabilem, sed in rebus ipsis, quae

etiam

A etiam si vulgo displiceant, proprio tamen fulgore ac pondere non imperitorum commendatione preciosae sunt magisque miserandus est qui talia improbat, quam illi qui de talibus improbat iudicandus miser. Cum vero placet, & sibi debita laude populariter quoque praedicantur, nec sic quidem ipsae maiores melioresque sunt alieno iudicio, quoniam integritate intima veritate, & solius conscientiae robore solidantur. Vnde magis hominibus recte existimantibus, quam ei de quo vulgus bene existimat, aliquid ex eo foelicitatis accidit. Quae cum optime noueris, vir bone, intueri ut coepisti fortissima cordis acie dominum nostrum Iesum Christum, & ab omni inani fastu omnino detumescens, asurge in illum, qui non ventose alleuat coeuersos ad se, sed certis fidei passibus inuites atque ascendentes collocat in sempiterno fastigio caelestis atque angelicae dignitatis. Per quem te obsecro ut rescribas mihi, tuosque omnes, quos in Sinitensi vel Hipponensi habes, ad catholicam ecclesiam communionem communiter & benigne adhorteris. In cuius gremio etiam patrem tuum laudabilem & egregium virum abs te genitum esse cognoui, quem ut debito meritis eius a me officio salutes peto, & nos visere non graueris. Quod etiam propter rem tuam, quam hic habes meliorem apud deum facendam, non imprudenter exposco: Dei misericordia te circumplectatur, & ab omni iniquitate conseruet.

Augustinus Olympio Comitum, ut leges Caesaris aduersus Donatistas euulget. Epistola. CXXXIX.

DOMINO eximio & merito praestantissimo multumque in Christi charitate honorando filio Olympio, Augustinus in domino salutem. Quamuis mox ut audiuimus te merito sublimatum, cum ipsa fama nodum nobis certissima esset, nihil aliud de animo tuo credidimus erga ecclesiam dei, cuius te veraciter filium esse gaudemus, quam quod tuis literis mox aperuissimam etiam illis lectis, quibus vltro dignatus es etiam si pigri & cunctantes essemus, exhortationem beneuolentissimam mittere, ut instruetur humilitate nostra per religiosam obedientiam tuam, dominus cuius munere talis es, ecclesiae suae iamque subueniat, maiore fiducia tibi scribimus domine eximie & merito praestantissime multumque in Christi charitate honorande fili. Et fratres quidem multi sancti college mei, grauer ecclesiam perturbata profecti sunt penes fugientes ad gloriosissimum comitatum, quos siue iam videris, siue literas eorum ab vrbe Roma opportunitate cuiusquam occasionis acceperis, ego tamen licet nullum consilium cum eis communicare potuerim, non potui praetermittere per hunc fratrem & compresbyterum meum, qui vrgeti necessitate pro salute cuius sui, etiam media hyeme quomodocunque ad illas partes venire compulsus est, & salutare & admonere charitatem tuam, quam habes in Christo Iesu domino nostro, ut opus tuum bonum diligentissima acceleretur instantia, quod nouerint inimici ecclesiae, leges illas, quae de idolis infringendis & haereticis corrigendis viuo Stilichone in Africam missae sunt, ex voluntate Imperatoris piissimi & fidelissimi constitutas, quo nesciente vel nolente factum siue dolose iactant, siue libenter putant, atque hinc animos imperitorum turbulenter reddunt, nobisque periculose ac vehementer infestos. Hoc autem quod petendo vel suggerendo admono praestantiam tuam, non dubito omnium per Africam collegarum meorum fieri voluntate. Arbitrorque quacumque primitus exorta occasione facillime posse ac debere maturari, ut nouerint

sicuti dixi homines vani, quorum & aduersantium salutem requirimus & leges quae pro Christi ecclesia misse sunt, magis Theodosij filium quam Stilichonem curasse mittendas. Propterea quippe memoratus presbyter harum perlator, cum de regione sit Mileuitana, ab Episcopo suo venerabili fratre meo Severo, qui tuam mecum syncerissimam dilectionem multum salutat, per Hipponem regium, ubi ego sum, transire iussus est: quia cum forte simul essemus in magnis ecclesiae tribulationibus & perturbationibus, quae rebamus occasione scribendi ad eximietatem tuam & non inueniebamus. Iam quidem vnam epistolam miseram in negotio sancti fratris & collega mei Bonifacii Episcopi Cataquensis: sed nondum ad nos peruenerant grauiora, quae nos vehementius agitant, quibus comprimendis vel corrigendis quemadmodum meliore secundum Christi misericordiam consilio consulatur, commodius Episcopi qui propterea nauigauerunt, cum tanta benignitate tui cordis acturi sunt, qui potuerunt communi consilio diligentius deliberatum aliquid ferre, quantum temporis permittebat angustia. Illud tamen quoque animum clementissimi & religiosissimi principis erga ecclesiam prouincia nouerit, nullo modo esse differendum, sed etiam antequam episcopos qui profecti sunt videas, quam primum tua praestantissima pro Christi membris in tribulatione maxima constitutis vigilantia potuerit accelerandum suggero, peto, obsecro, flagito. Neque enim paruum in his malis solatium dominus obtulit, quod te voluit multo amplius posse quam poteras, quando iam de tuis multis ac magnis operibus bonis gaudebamus. Multum sane de quorundam neque paucorum fide firma & stabili gratulamur, qui ex occasione legum ipsarum ad Christianam religionem vel catholicam pacem conuersi sunt, pro quorum salute sempiterna nos in hac temporali etiam periclitari delectat. Propterea enim maxime ab hominibus nimium dureque peruersis, nunc inimicitiarum grauiore impetus sustinemus, quos nonnulli eorum nobiscum patientissime sustinet: sed plurimum infirmitati metuitur donec discant & valeant adiuuante misericordissima gratia domini, seculum praesens & hominum diem cum robore cordis valentiore contemnere. Commonitorium quod missi fratribus Episcopis, quia sicut puto nodum ibi sunt, ab eximietate tua illis tradatur cum venerint. Tantam quippe tui syncerissimi pectoris habemus fiduciam, ut adiuuante domino deo nostro, non solum imperitorem auxilij te velimus, verum etiam consilij participem.

Augustinus Circensibus a factione Donatistarum conuersis ad ecclesiam catholicam societatem gratulatur, admo-nens ut ex animo faciant quod faciunt, et in eo persistant.

Epistola. CXXX.

DOMINIS honorabilibus & merito suscipiendis, charissimis ac desyderatissimis fratribus in omni honorum gradu, Circensibus, Augustinus Episcopus. Si id quod in vestra ciuitate nos grauer contristabat absumptum est, si duritia cordis humani resistens manifestissime & quodammodo publica veritati eiusdem veritatis vi tunc est, si sapit dulcedo pacis vnitatisque charitas, & non iam reuerberat oculos saucios, sed sanos illustrat ac vegetat, non sunt haec opera nostra sed dei, non haec humanis operibus omnino tribuerem, nec si cum apud vos essemus tanta conuersio multitudinis nobis loqueribus & horrantibus proueniret. Hoc agit ille & efficit, qui per ministros suos rerum signis extrinsecus admonet, rebus autem ipsi

† aliis, eiusdem potentia veritatis &c.

Roma. 13.

Pfal. 123.

23. q. 5. vnum

Haereticos corrigi vult.

23. q. 5. vnum

† aliis, praedicta.

vnum.

M.

Comitatus.

Gtem ipsis per seipsum intrinsecus docet. Nec ideo pi-
grius moveri nos oportet ad visendos vos, quoniam
quicquid in vobis laudabile est factum, non a nobis, sed
ab illo factum est qui facit mirabilia solus. Multo enim
alacrius debemus accedere ad spectanda opera diuina
quam nostra, quia & nos si quid boni sumus, opus illius
non hominum sumus. Vnde Apostolus dixit, Neque qui
plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum
dat deus. Xenocrates Polemonem vt scribitis, &
nos ex illius literis recordamur, de fruge temperantiae
disputando, non solum ebriosum, verum etiam tunc
ebrium ad mores alios repente conuertit. Quanquam
ergo ille sicut prudenter & veraciter intellexistis, non
deo fuerit acquisitus, sed tantum a dominatu luxuriae
liberatus, tamen ne id ipsum quidem quod melius in eo
factum est humano operi tribuerim, sed diuino? Ipsius
namque corporis quod est infimum nostrum, si qua bo-
na sunt, sicut forma & vires & salus, & si quid eiusmodi
est, non sunt nisi ex deo creatore ac perfectore naturae,
quantomagis animi bona donare nullus alius potest.
Quid enim superbius vel ingratius cogitare potest hu-
mana vecordia, si putauerit cum carne pulchrum fa-
ciat deus hominem, animo castum ab homine fieri? Hoc
in libro christiana sapientiae scriptum est, Cum sci-
rem, inquit, quia nemo esse potest continens, nisi deus
det, & hoc ipsum erat sapientiae seire cuius esset hoc do-
num. Polemo ergo si ex luxurioso continens factus ita
sciret, cuius esset hoc donum, & eum abiectis supersti-
tionibus gentium pie coleret, non solum continens, sed
etiam veraciter sapiens & salubriter religiosus existeret,
quod ei non tantum ad praesentis vitae honestatem,
verum & ad futuram immortalitatem valeret. Quaro-
minus igitur mihi arrogare debeo conuersionem istam
vestra vel populi vestri, quam modo nobis nunciastis,
quae me nec loquente, nec saltem praesente proculdubio
diuinitus facta est, in quibus veraciter facta est. Hoc
itaque praecipue cognoscite, hoc pie humiliterque cogi-
tate, deo fratres, deo gratias agite, deum timete ne defi-
ciatis, amate vt proficiatis. Si autem adhuc quosdam
amor hominis occulte segregat, & timor hominis fal-
laciter congregat, obseruent qui tales sunt, quoniam deum,
cui nuda est humana conscientia, nec testem fallunt, nec
iudicem fugiunt. Si quid autem illos de quaestione ip-
sius vnitatis, pro sua salutis sollicitudine permouet, hoc
sibi quantum existimo iustissimum extorqueant, vt de
catholica ecclesia, id est, toto orbe diffusa potius id cre-
dant quod diuinae scripturae dicunt, non quod lingua
humanae maledicunt. De ipsa vero dissensione quae in-
ter homines orta est, qui qualeslibet fuerint non utique
praerudicant promissis dei, qui dixit ad Abraham, In se-
mine tuo benedicentur omnes gentes, quod creditum
est cum audiretur praedictum, & negatur cum videtur
impletum, hoc tantum interim breuissimum, & nisi fal-
lor inuictissimum cogitent, aut actam esse istam causam
in ecclesiastico transmarino iudicio, aut non esse actam.
Si acta ibi non est, innocens est Christi societas per om-
nes transmarinas gentes, cuius societatis nos commu-
nitione gaudemus, & ideo ab eis innocetibus utique sa-
cilega direptione separantur. Si vero acta est ibi ista
causa, quis non intelligat, quis non sentiat, quis non vi-
deat eos in ea victos quorum inde communio separa-
ta est: Eligant ergo, utrum malint credere quod pronun-
ciauerunt ecclesiastici cognitores, aut quod murmurant
victi litigatores. Aduersus istam complexionem dictum
breuissimam, intellectu facillimam, attēdite pro vestra

prudencia diligenter, quam nihil sobrium responderi
possit, & tamen malus Polemo magis ebrietate inue-
terati erroris vertitur. Date veniam prolixiori fortas-
sis epistola quam iucundiori: veruntamen vt arbitror,
vtiliori quam blandiori, domini honorabiles & merito
suscipiendi, charissimi, ac desyderantissimi fratres. De
aduentu autem nostro ad vos, vtrorumque desyderium
deus impleat. Quanto enim charitatis ardore accen-
damur ad visendos vos, verbis explicare non possumus,
sed vos benigne credere minime dubitamus.

*Augustinus Memorio Episcopo commendat Posidium,
damnae disciplinas liberales, nisi adsit studium pietatis.
Multa de libris quos scripsit de Musica. Item de uersibus
Davidicis. Epi. CXXXI.*

DOMINO beatissimo & venerabiliter cha-
rissimo & synceriter desyderantissimo fratri
& coepiscopo Memorio, Augustinus in do-
mino salutem. Nullas iam reddere debui literas san-
cta charitati tuae sine his libris, quos a me sancti amo-
ris iure violentissimo flagitasti, vt hac saltem obedi-
entia responderem epistolis tuis, quibus me magis onera-
re quam honorare dignatus es. Quanquam vbi succu-
bo, quia oneror, ibi etiam quia diligor, subleuor. Neque
enim a quolibet diligor, subleuor, & eligor, sed ab eo
viro & domini sacerdote, quem sic acceptum deo sen-
tio, vt cum animam tuam tam bonam leuas ad domi-
num, quoniam in illa me habes, leuas & me. Debui ergo
nunc libros mittere, quos emendaturum me esse pro-
miseram, Et ideo non misi, quia non emendauit: non
quia nolui, sed quia non potui, curis videlicet multis &
multum praualeuibus occupatus. Nimis autem ingra-
tum ac ferreum fuit, vt te, qui nos sic amas, hic sanctus
frater & collega noster Posidius in quo nostram non
paruam praesentiam reperies, vel non disceret, vel sine
literis nostris disceret. Est enim per nostrum ministe-
rium, non literis illis, quas variatum serui libidinum,
liberales vocant, sed dominico pane nutritus quantus
ei potuit per nostras angustias dispensari. Quid enim
aliud dicendum est eis, qui cum sint iniqui & impij li-
beraliter sibi videntur eruditi, nisi quod in literis vere
liberalibus legimus, Si vos filius liberauerit, tunc vere li-
beri eritis. Per eum namque praefatur, vt ipse etiam quae
liberales disciplinae ab eis, qui in libertatem vocati non
sunt appellantur, quid in se habeant liberale noscatur.
Neque enim habent congruum libertati, nisi quod ha-
bent congruum veritati. Vnde ille ipse filius, Et veritas,
inquit, liberabit vos. Non ergo illae innumerabiles
& impiae fabulae, quibus vanorum plena sunt carmina
poetarum, vltimo modo nostrae consonant libertati: Non
oratorum inflata & expolita mendacia: Non denique
ipsorum philosophorum garrulae argutiae, qui vel deum
profus non cognouerunt, vel cum cognouissent deum,
non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed
evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est in-
sapiens cor eorum, & dicentes se esse sapientes, stulti fa-
cti sunt, Et immutauerunt gloriam incorrupti dei in
similitudinem imaginis corruptibilis hominis & vo-
lucrum atque quadrupedum & serpentium vel qui istis
simulacris non dediti, aut non nimis dediti, coluerunt
tamen & seruiuerunt creaturae potius quam creatori. Ab-
sit omnino vt istorum vanitates & insanie mendaces,
ventosae nugae ac superbus error, recte liberales literae
nominentur, hominum scilicet infelicium, qui dei gra-
tiam per Iesum Christum dominum nostrum quia so-
la liberamur de corpore mortis huius non cognoue-
runt,

Arunt, nec in eis ipsis quae vera sunt senserunt. Historia
sanctae, cuius scriptores fidem se praecipue narrationibus
suis debere profiterentur, fortassis habeat aliquid cogni-
tione dignum liberis, cum siue bona siue mala homi-
num, tamen vera narrantur. Quauis in eis cognoscen-
dis qui spiritu sancto non adiuti sunt, rumoresque colli-
gere ipso humane infirmitatis conditione copulsi sunt,
quemadmodum non fallerentur in plurimis omnino
non video. Est tamen in eis aliqua propinquitas liber-
tatis, si voluntatem mentiendi non habent, nec homi-
nes fallunt, nisi cum ab hominibus humana infirmi-
tate falluntur. Verum quia in omnibus rerum moti-
bus qui numeri valeant, facilius consideratur in voci-
bus, eaque consideratio quibusdam quasi gradatim itine-
ribus nititur ad superna intima veritatis, in quibus viis
ostendit se sapientia hilariter, & in omni prouidentia
occurrit amantibus, initio nostri oculi, cum a curis ma-
ioribus magisque necessariis vacabat animus, volui
per ista quae a nobis desyderasti scripta proludere, qua-
do conscripsi de solo rhythmico sex libros, & de melo
scribere alios forsitan sex, fateor, disponebam, cum mihi
ocium futurum sperabam. Sed postea quam mihi cu-
rarum ecclesiasticarum sarcina imposita est, omnes il-
lae delitiae fugere de manibus, ita vt vix nunc ipsum co-
dicem inueniam, quoniam tuam voluntatem, nec pe-
titionem, nec iussionem continere nequeo. Quod sa-
ne opusculum si potuero mittere, non quidem me tibi
obtemperasse, veruntamen te hoc a me tantopere fla-
gitasse poenitebit. Difficillime quippe intelliguntur in
eo quinque libri, si non assit qui non solum disputantium
possit separare personas, verum etiam pronuntiatio ita
sonare morulas syllabarum, vt eis exprimauntur sen-
sumque aurium feriant genera numerorum: maxime qui-
busdam etiam silentiorum dimensa interualla miscen-
tur, quae omnino sentiri nequeunt, nisi auditorem pro-
nunciator informet. Sextum sane librum quem emen-
datum repperi, vbi est omnis fructus ceterorum, non
distuli mittere charitati tuae, fortassis ipse tua non mul-
tum refugiet grauitatem. Nam superiores quinque vix
filio nostro & codiacono Iuliano, quoniam & ipse iam
nobiscum commisit, l. lectione & cognitione digni
videbuntur. Quem quidem non audeo dicere plus amo-
quam te, quia nec veraciter dico, sed tamen audeo di-
cere, plus desydero quam te. Mirum videri potest, que-
admodum quem pariter amo, amplius desyderem, sed
hoc mihi facit spes amplior videnti eum. Puto enim
quod si ad nos te iubente vel mittente venerit, & hoc
faciet quod adolescentem decet, maxime quia nodum
curis maioribus detinetur, & te ipsum mihi expeditus
apportabit. Quibus numeris consistant versus Davidi-
ci non scripsi, quia nescio, Neque enim ex Hebraea lin-
gua, quam ignoro, potuit etiam numeros interpretis ex-
primere, ne metri necessitate ab interpretandi veritate
amplius quam ratio sententiarum sinebat digredi co-
geretur: certis tamen eos constare numeris, credo illis
qui eam lingua probe callent. Amavit enim vir ille
sanctus Musicam piam, & in ea studia nos magis ipse
quam vllus alius author accendit. Habitatis omnibus in
aeternum in adiutorio altissimi, qui habitatis vnanimis
in domo, pater materque fratres filiorum, & cuncti vnus
patris filij, memores nostri.

*Augustinus Florentinae puella studiose, offerens
suam docendi operam, si proferat quid velit exponi.
Caput. CXXXI.*

DOMINAE eximia meritoque honorabili in
Christo ac suscipienda filia Florentina, Augu-
stinus Episcopus in domino salutem. Sanctum
propositum tuum & inuisceratus cordi tuo timor do-
mini castus permanens in seculum seculi, curam pro te
nostram non solum in precibus apud deum, verum etiam
in admonitionibus ad te ipsam non mediocriter susci-
tat. Quod quidem in epistolis meis, quas ad matrem re-
uerentiae tuae, debito mihi cum honore nominandam,
dedi, non semel feci. Sed quia hoc mihi rescribere di-
gnata est, prius te velle accipere literas meas, tunc de-
mum si quid forte opus esset tibi ex ministerio meo,
quod venerando studio tuo omniumque talium, quantum
possum libera seruitute debere me noui, non te esse ta-
cituram & rescribendo insinuaturam. Ecce feci quod te
voluisse, quauis non per te, comperi, ne viderer tibi
ostium fiduciae inhumaniter claudere: superest vt pro-
mas ipsa, si quid ex me quaerendum putas. Aut enim scio
quod inquisieris, & non negabor. Aut ita nescio, vt nul-
lo fidei salutisque detrimento nesciam, & de hoc etiam
te ipsam si potuero faciam reddita ratione securam: Aut
certe si & nescio & tamen sciendum est, vel impetrabo
a domino ne tibi desim. Nam saepe officium impertiendi
meritum est accipiendi: vel ita tibi respondebo, vt no-
ueris pro hac ipsa re quam pariter nescimus ad quem
pulsare debeamus. Hac ideo praelocutus sum, ne te pro-
certo speres quicquid a me quaesueris audire, & cum
hoc l. non l. prouenerit, audacter potius quam pruden-
ter me fecisse arbitreris, quod tibi quaerenti si quid vo-
les facultatem dedi. Hoc enim feci non doctor perfe-
ctus, sed cum docendis perficiendus, domina eximia me-
ritoque honorabilis in Christo ac suscipienda filia. Equi-
dem etiam in iis rebus quas utcumque scio, magis te cu-
pio esse scientem, quam scientiam nostrae indigentem.
Neque enim vt quod scimus doceamus, aliorum igno-
rantiam optare debemus. Multo quippe melius omnes
sumus dociles deo quod utique in illa superna patria,
cum in nobis completum fuerit quod promissum est,
perficietur, vt non dicat homo proximo suo, Cognosce
dominum. Omnes enim cognoscent eum, sicut scriptum
est, a minore usque ad maiorem eorum. Et sollicitissime
cauendum est in docendo superbiae vitium, quod in di-
scendo non ita est. Vnde & sancta scriptura nos admo-
net dicens: Sit omnis homo velox ad audiendum, tar-
dus autem ad loquendum. Et ille in psalmo ait: Audi-
tui meo dabis & exultationem & letitiam: continuoque
subiecit, Et exultabunt ossa humiliata. Vi-
dit enim in audiendo facillime seruari humilitatem,
quae difficilis est in docendo, quoniam necesse est vt do-
ctor habeat superiorem locum, vbi laboriosum est ob-
tinere ne subrepat elatio. Vides ne quemadmodum peri-
clitemur a quibus hoc expectatur, vt non solum docto-
res simus, verum etiam cum simus homines diuina do-
ceamus? Sed laborum periculorumque nostrorum singu-
lare est solatium, cum ita proficiscis, vt illo peruenias,
vbi nullius hominis doctoris egeatis. Isto autem peri-
culo non tantum nos, nam ad illum de quo dictum est
sum, quid sumus nos? Non ergo nos tantum periculo
isto, sed etiam ille doctor gentium periclitatum se esse
testatur cum dicit: Ne in magnitudine reuelationum
meorum extollar, datus est mihi stimulus carnis &c.
Vnde & ipse dominus tumoris huius admirabilis me-
dicus, Nolite, inquit, ab hominibus vocari rabbi, vnus
est enim magister vester Christus. Quod retines idem
ipse doctor gentium dicit: Neque qui plantat est aliquid,
neque

1. Cor. 3.
Xenocrates

Sapient. 8.

Genes. 12.

Ioan. 8.

Contra li.
liberales di-
sciplinas.

Psalm. 8.

E

Hier. 31.

Iacobi. 1.
Psalm. 50.

F

2. Cor. 12.

Math. 23.

1. Cor. 3.

G neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Hoc & ille meminit, qui in natis mulierum, quanto magnus erat, tanto se in omnibus humiliabat, indignum se affirmans qui Christi calciamenta portaret. Quid enim aliud ostendit ubi ait: Qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi stat & audit eum, & gaudium gaudet propter vocem sponsi? Hic est ille auditus de quo paulo ante commemoratum in psalmo positum, Auditui meo dabis exultationem & letitiam, & exultabunt ossa humiliata. Proinde tanto me certius, tanto solidius, tanto sanius gaudere scias de fide & spe & dilectione tua, quantum minus indigueris, non tantum à me quicquam discere, sed ab vilo prorsus hominum. Veruntamen quia cum illic essem, te quidem per ætatem verecundante, boni parentes & amantissimi bonorum studiorum tuorum, quanto pietatis veracis, sapientiae ardore flagrantes mihi intimare dignati sunt, & benevolentissime petierunt, ne tibi instruendæ in quo opus esset meam operulam denegarem: admonendam te his literis credidi, secundum supradictas optiones, ut quæras, quod vis, ne sim superfluus si conatus fuero docere quod scis, dum tamen firmissime teneas, quod etsi aliquid salubriter per me scire potueris, ille te docebit qui est interioris hominis magister interior, qui in corde tuo tibi ostendit verum esse quod dicitur, Quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus.

Augustinus Italicæ cuidam de clade Romanorum à Barabaris illata, de perpetuandis malis spe vitæ celestis.

Epistola. CXXXIII.

RELIGIOSISSIMÆ atque in Christi membris merito sanctæque laudabili famulæ dei Italicæ, Augustinus in domino salutem.

Tres epistolas tuæ benignitatis acceperam cum ista rescipsi. Vnam, quæ adhuc meas literas exigebat: alteram, quæ ad te iam peruenisse indicabat: tertiam, quæ benevolentissimam pro nobis curam tuam etiã de domo clarissimi & egregij iuuenis Iuliani, quæ nostris adhæret parietibus, continebat. Qua accepta continuo respondere non distuli, quia procurator eximietatis tuæ cito se Romam posse mittere scripsit, cuius literis grauius contristatus sumus, quod ea quæ illic in vrbe vel circa urbem geruntur, non nobis insinuare curauit, ut certum apud nos fieret quod incertæ famæ credere non lebamur. Fratrum quippe literis ante transmissis, quantumuis molesta & dura, multo tamē leuiora nunciata sunt. Plus sanè quam dici potest miratus sum, quod nec tanta occasione hominum tuorum fratres sancti Episcopi scripserint, nec epistola tua quicquam nobis de tantis tribulationibus vestris insinuauerit, quæ utique per viscera charitatis nostræ sunt, nisi forte faciendum non putasti quod nihil prodesse duxisti, aut nos tuis literis mœstificari noluisse. Prodest aliquid, quantum ego arbitror, etiam ista cognoscere. Primo, quia iniustum est gaudere velle cū gaudētibus, & flere non velle cū flentibus. Deinde quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spes, spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Absit itaque ut recusemus audire etiam quæ amara & tristia sunt erga charissimos nostros. Nescio quo enim modo minus sit quod patitur vnum membrum si compatiuntur alia membra. Nec ipsa mali relatio sit per communionem cladis, sed per solatium charitatis, ut quantum alij ferendo patiuntur, alij cognoscendo compatiuntur,

Roma. 12.
Roma. 12.

1. Cor. 12.

communis sit tamen tribulatio, quibus probatio, spes, dilectio spiritusque communis est. Omnes autem nos dominus consolatur, qui & hæc temporalia mala prædixit, & post hæc bona æterna promisit: Nec debet cum præliatur infringi, qui vult post prælium coronari, vires illo subministrante certantibus qui præparat infestabilia dona victoribus. Rescripta illa nostra non tibi ad nos auferant scribendi fiduciam, præsertim quia timorem nostrum non improbabilis defensione lenisti. paruos tuos resalutamus, & in Christo tibi grandescere optamus, qui iam in hac ætate cernunt quàm sit amor huius seculi periculosus & noxius, atque vitiam cum magna & dura patiuntur, parua & flexibilia corrigantur. De domo illa quid dicam, nisi benignissimæ tuæ curæ gratias agam? Nam eam quæ dare possumus nolunt, quam volunt autem dare non possumus. Neque enim sicut falso audierunt, à decessore meo relicta est ecclesiæ, sed inter antiqua eius prædia possidetur, & antiqua alteri ecclesiæ sic cohæret, quemadmodum ista de qua agitur alteri.

Augustinus Pammachio viro senatori, gratulatur quod eam Numidie partem cui præerat adhortatus sit literis, ut à Donatistis conferrent sese ad Ecclesiæ communionem.

Epistola. CXXXIII.

DOMINO eximio & merito suscipiēdo, atque in Christi visceribus dilectissimo filio Pammachio, Augustinus in domino salutem.

Bona opera tua Christi gratia germinantia, te nobis in membris eius honorandum, & planè notissimum dilectissimumque fecerunt. Neque enim si quotidie faciem tuam viderem, notior mihi es, quàm cū interiorum tuorum pacis decorem, pulchrum ac veritatis luce radiantem, in vnus tui facti candore cōspexi, cōspexi & agnoui, agnoui & amaui: Huic nunc loquor, huic scribo, dilecto amico meo, qui mihi corpore absenti absens innotuit. Veruntamen iam simul eram, & coniuncti sub vno capite vivebamus, in cuius charitate nisi radicatus esses, non tibi tam dilecta catholica vnitas foret, nec colonos tuos Aphros, eod terrarū, vnde Donatistarum furor exortus est, hoc est, in media cōsulari Numidia constitutos tali admoneone alloquio, tanto feruore spiritus animares, ut deuotione præoptissima ad sequendum eligerent, quod te talem ac tantum virum, non nisi agnita veritate sequi cogitarēt, & tam longe à te locorum interuallis remoti irent sub idem caput, atque in eius membris in æternum tecum deputarentur, cuius præcepto tibi temporaliter seruimus. In hoc ergo tuo facto te cognitum amplectens, exultauit ut gratularer tibi in Christo Iesu domino nostro, tibi que has gratulatorias literas mitterem, qualecunque specimen cordis & amoris erga te mei. Neque enim amplius potui. Sed quæso ne tu hæc quicquid te diligo meriaris, perlectam transi hanc epistolam trāsitu inuisibili qui intus sit, & perge cogitando in pectus meum, & cerne quid illic de te agatur. Patebit enim oculo charitatis cubiculum charitatis, quod claudimus aduersus nugas tumultuosas seculi, cum illic deū adoramus: & videbis ibi delicias letitiæ meæ de tam bono opere tuo, quas nec lingua effari, nec stylo exprimere valeo, calentes atque flagrantes in sacrificio laudis eius, quo inspirante hoc voluisti, & quo adiuuante potuisti. Gratias deo super inenarrabili dono eius. O quam multorum tecum pariter senatorū, pariterque sanctæ ecclesiæ filiorū, tale opus desideramus in Aphrica, de quali tuo lætamur. Sed illos periculosum est exhortari, tibi securum

A securum est gratulari. Illi enim forte non facient, & tanquam nos in animo eorum vicerint inimici ecclesiæ, decipiendos insidiabuntur infirmis. Tu verò iam fecisti, vnde inimici ecclesiæ, liberatis confundantur infirmis. Proinde sufficere visum est, ut ipse quibus Christiano iure potueris, amica fiducia istam epistolam legas. Sic enim ex tuo facto fieri posse in Aphrica credunt, quod forte dum putant fieri non posse, pigrescunt. Insidias autem quas ipsi hæretici distorto corde moluntur, quoniam nisi eos arbitratos valere aliquid in possessione Christi animo tuo, nec rescribere volui. Audies tamen hæc à fratribus meis, quos plurimum commendo eximietati tuæ, ne in tam magna tamque inopinata salute hominum, de quibus per te catholica mater exultat, asperneris etiam superflua metuentes.

Augustinus Severo abbati, blandissime monens, ne mutis laudibus certet, sed potius ea tractet, quæ propius pertinent ad pietatem. Epi. CXXXV.

DOMINO beatissimo atque dulcissimo, venerabili nimiumque desiderabili fratri & cōsacerdoti Severo, & qui tecum sunt fratribus, Augustinus & qui mecum sunt fratres in domino salutem.

Epistola mea quæ peruenit charissimus filius & condiaconus noster Timotheus, iam parata erat profecturo, quado filij nostri Quodvultdes & Gaudentius ad nos venerunt cum literis tuis. Inde factum est ut cōtinuo proficiscens, non afferret responsonem meam, quoniam post illorum aduentum quantumcumque apud nos immoratus est, & profecturus per horas singulas videbatur. Sed etsi per eum respondiissem, adhuc debitor forem. Nam & tunc quod videor respondiisse debitor sum, nō dico charitatis, quam tanto magis debemus, quanto amplius impenderit, cuius nos perpetuos debitores ostēdit Apostolus, dicens, Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis, sed ipsius epistolæ tuæ, quando enim sufficiam tuæ suauitati, tãtæque auiditati animi tui, quam mihi lecta nunciauit? Rem quidem mihi in te notissimam insinuauit, veruntamen etsi nō mihi rei nouæ insinuatix, noua tamen rescriptorū exactrix fuit. Miraris fortasse, cur me huius debiti perfolutorum imparem dicam, cum tu de me tam multum sentias, qui me tanquam anima mea noueris. Sed hoc ipsum est quod mihi magnam difficultatem facit respondendi literis tuis, quia & quantus mihi videaris parco dicere propter verecundiam tuam, & utique minus dicendo cum tu in me tantam laudem cōtuleris, quid nisi debitor remanebo? Quod non curarem si ea quæ de me ad me locutus es, non ex charitate synecrissima dicta scirem, sed adulatione inimica amicitia. Hoc quippe modo ne debitor fierem, quia talia rependere non deberem: sed quanto magis noui quàm fideli animo loqueris, tanto magis video quod debito grauer. Vide autem quid mihi contigit, vt me quodammodo ipse laudauerim, qui me à te fideliter laudatū dixerim. Sed quid aliud dicerem, quàm id quod de te admonui quem nosti. Ecce mihi nouam feci quæstionem, quam tu non proposuisti, & eam fortassis expectas vt soluam, ita mihi parum erat quod debitor eram, nisi etiam me ampliore debito ipse cumularem. quāquam hoc facile sit ostendere, & si non ostendam facile tibi videre, & vera infideliter dici posse, & non vera fideliter. Qui enim sic credit vt loquitur, etsi non vera loquitur, fideliter loquitur: qui autem non credit quæ loquitur, & si vera loquitur, infideliter loquitur. Nūquid ergo dubito quod ea de me credas quæ scripsisti? Quæ

Rom. 13.

cum in me non agnosco, potuisti fideliter de me non vera dicere: sed nolo te vel beneuolentia sic falli cui beneuolentia debitor sum, quia & tam fideliter & tã beneuole ea quæ vera sunt possem de te dicere, nisi vt supra dixi, verecundia tue parcerem. Ego autem quando laudor à germanissimo & familiarissimo animæ meæ, velut à meipso lauder, sic habeo. Quod cernis quàm molestum sit etiã vera si dicantur. Quanto potius, quia etiam cum sis altera anima mea, immo vna sit anima tua & mea, sic in me falleris putando mihi adesse quæ desunt, quomodo & de se ipse vnus homo falli potest? Quod non tam ideo nolo ne quem diligo tu fallaris, verum etiam ne minus ores vt sim quod iam me esse credis: nec in eo sum tibi debitor, vt eodē progressu beneuolentia credam & loquar de te bona, quæ adhuc & tu tibi deesse cognoscis, sed vt animo tam quidem beneuolo ea tantum dicam bona tua dona dei, de quibus in te certus sum. Quod non ideo non facio ne fallar in eis, sed ne tu à me laudatus, ipse te laudasse videaris: & propter illam iustitiæ regulam, quia mihi fieri nolo. Quod si fieri debet, eligo esse debitor quandiu puto nō esse faciendum, Si autem fieri non debet, nec debitor sum. Sed noui quid mihi ad hæc respondere possis, Ita ista loqueris quasi prolixam epistolam tuam de laudibus meis desiderauerim. Absit vt hoc de te credam: sed epistola tua, nolo dicere quàm veris vel quàm non veris, plena tamen laudibus meis, hoc de me vt reprehederem etiam te nolente flagitauit. Nam si quid aliud volebas vt scriberem, largitorem me desiderabas, non redditorem. Porro iustitiæ ordo sic se habet, vt debitū prius reddamus, tum deinde cui reddimus si hoc placet aliquid, & donemus: quanquam etiam talia qualia desiderasti vt scriberem, si diligenter præcepta dominica cogitemus, reddimus potius quàm donamus, si nemini quicquam debendum est nisi vt inuicem diligamus. Ipsa quippe dilectio exigit debitum, vt fraternæ charitati seruientes, eum qui se adiuuari rectè velit, in quo possumus adiuuamus. Sed mi frater & tu credo quod noueris, quanta sint in manibus meis, quibus ob diuersas curas quas nostræ seruitutis necessitas habet, vix mihi paucissimæ guttæ temporis stillantur, quas aliis rebus si impendero contra officium meum mihi facere video. Quod enim vis vt ad te prolixam epistolam scribam, & hoc quidē debeo fateor, debeo prolixus hoc tam dulci, tam sincera, tã meræ voluntati tuæ. Sed quia bonus es amator iustitiæ, inde te admotheo, vt de illa quam diligis hoc à me libentius audias. Cernis prius esse quod & tibi & aliis quàm quod tibi tantummodo debeo, & tempus ad omnia mihi non sufficit, quando nec ad illa quæ priora sunt. Vnde omnes charissimi & familiarissimi mei, quorū in nomine Christi inter primos mihi es, vñ facient officij sui, si non solum alia mihi scribenda ipsi non imponat, verum etiam ceteros quanta possunt autoritate & sancta benignitate prohibeāt, ne videar ego durus cum à singulis petita non dēdero, dum ea volo magis reddere quàm omnibus debeo. Denique cum sicut speramus & promissum tenemus, ad nos venerit venerabilitas tua, scies quibus operibus literarum & quantum occupatus sim, & instantius facies quod rogavi, vt & alios quos potueris mihi aliquid aliud scribendum volentes iniungere à me demoliaris. Dominus deus noster impleat cordis tui tam grandem, & tam sanctum finem quem ipse fecit, domine beatissime.

Augustinus

G Augustinus Felici & Hilarino Episcopis, adhortas ut afflictiones patienter ferant, Bonifacium presbyterum liberans inuidia, quod diceretur ab ipso submotus ex ordine presbyterij. Epi. CXXXVI.

DOMINIS dilectissimis meritoq; honorandis fratribus Felici & Hilarino, Augustinus in domino salutem. Non miror satanam fidelium animos perturbantem, cui resistite, permanentes in spe promissorum dei, qui fallere non potest, qui non solum nobis in se credentibus & sperantibus, & in eius charitate vsque in finem perseverantibus polliceri premia aeterna dignatus est, verumetiam temporalia scandala non defutura praedixit, quibus fidem nostram exerceri & probari oporteret. Ait enim: Quonia abudabit iniquitas, refrigescet charitas multorum: sed continuo subiecit, Qui autem perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Quid ergo miru si homines seruis dei detrahunt, & qui eorum vitam peruertere non possunt, famam decolorare conantur, cum ipsum deum & dominum eorum quotidie blasphemare non cessent, cum eis displicet quicquid contra eorum voluntatem

Matth. 24.

H iusto & occulto iudicio facit: Vnde exhortor prudentiam vestram, domini dilectissimi meritoq; honorandi fratres, ut scripturam dei qui nobis haec omnia futura praenunciauit, & aduersus ea nos firmos esse debere praemonuit, contra hominum malefica vaniloquia suspicionisque temerarias corde Christianissimo cogitatis. Breuiter itaque dico charitati vestrae, Bonifacium presbyterum in nullo crimine apud me fuisse detectum, nequaquam me de illo tale aliquid credidisse vel credere. Quomodo ergo iuberem de numero presbyterorum nomen eius auferri, vehemeter terrente Euangelio vbi dominus ait: In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini: Cu enim causa qua inter illum & Spem exorta est, sub diuino examine pendeat secundum placitum eorum, quod vobis si volueritis poterit recitari, quis ego sum vt audeam dei praenire sententiam in delendo vel supprimendo eius nomine, de quo nec suspicari temere mali aliquid Episcopus debui, nec dilucide iudicare homo de occultis hominum potui, cum in ipsis causis secularibus, quando ad maiorem potestatem refertur arbitrium iudicandi, manentibus sicuti erant omnibus rebus, expectetur illa sententia, vnde iam non liceat pronocari, ne superiori cognitori fiat iniuria, si eius pendente iudicio aliquid fuerit commutatum? Et vtique multum interest inter diuinam & humanam quamlibet excellentissimam potestatem. Domini dei nostri misericordia nunquam vos deserat, domini dilectissimi & honorandi fratres.

Matth. 7. Videur esse nomen propriam.

2. q. 1. nom. 6.

Apparet quendam e sodalitate Augustini parum secundae fama inuenit intendisse crimen Bonifacio presbytero Augustini, quod ab eo fuerit de se pro interpellatus. Quum res evidentibus argumentis nec reselli nec coargui posset, iussus est uterque adire sepulchrum martyris, ut miraculo transigeretur iudicium. Id ut clam feret, curarat Augustinus. Verum quoniam res eruperat in notitiam hominum, hortatur omnes, ne temere iudicent, neue ob paucorum delicta, vel ipsi deficiant a pietate, vel de omnibus male suspicentur, declarans nullam fuisse tam foelicem sodalitate, in qua non aliquid flagitium extiterit.

Epistola. CXXXVII.

DILECTISSIMIS fratribus Clero, senioribus, & vniuersae plebi ecclesiae Hipponensis, cui seruis in dilectione Christi, Augustinus in domino salutem. Vtinam scripturae dei sollicita

mente intendentes, in quibusq; scandalis adiutorio nostri sermonis non egeretis, & ille vos potius consolaretur qui consolatur & nos: qui non solum bona, qua sanctis & fidelibus suis est redditurus, verumetiam mala quibus erat hic mundus abundaturus ante praedixit, ante describenda curauit, vt bona post seculi finem securura certiores expectaremus, quam mala similiter praenunciata ante seculi finem praecedentia sentiremus. Vnde & Apostolus dicit: Quaecunque enim ante scripta sunt, vt nos doceremur scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus ad deum. Quid autem opus erat vt ipse dominus Iesus non solum diceret: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui, quod post seculi finem futurum est, verumetiam exclamaret, Vae mundo ab scandalis: nisi vt nobis non blandiremur venire nos posse ad sedes foelicitatis aeternae, nisi temporalibus malis exerciti non defecerimus: Quid opus fuit vt diceret: Quonia abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum, nisi vt illi de quibus continuo locutus adiunxit: Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit: cum hac iniquitatis abundantia refrigescentem charitatem viderent, non perturbarentur, non expauescerent, non quasi rebus insperatis & inopinatis contristati deficerent, sed potius videtes accidere qua futura praedicta sunt ante finem, patienter perseverarent vsque in finem, vt securi mererentur regnare post finem, in ea vita qua non habet finem. Proinde charissimi in isto scandalo quod de Bonifacio presbytero nonnulli perturbantur, non vobis dico vt non doleatis. Qui enim ista non dolent, non est in eis charitas Christi: qui autem etiam de talibus gaudent, abundat in eis malignitas diaboli. Non quia in memorato presbytero apparuit aliquid quod dignum damnatione iudicaretur, sed quia duo de domo nostra talem habent causam, vt vnus eorum sine dubio perditus habeatur, & sit alterius fama apud quosdam mala, apud quosdam dubia, etiam si non sit maculata conscientia. Dolete ista, quoniam dolenda sunt. Non tamen sic vt eo dolore vestra charitas a bene viuendo refrigescat, sed potius ad dominum deprecandum inardescat, vt si innocens est presbyter noster quod magis credo: quia cum sensisset alterius motum impudicum & immundum, nec consentire voluit nec tacere, cito eum sua diuina sententia manifestatum ministerio proprio repraesentet. Si autem male sibi conscius, quod suspicari non audeo, voluit alterius existimationem laedere, cum eius pudicitiam contaminare non posset, sicut dicit ipse cum quo habet causam, non eum permittat sua occultare nequitiam, vt quod homines inuenire non possunt, de quolibet eorum diuino iudicio propaletur: Cum enim ista me causa diu cruciasset, nec inuenirem quomodo vnus e duobus conuinceretur, quanuis magis presbytero credidissem, cogitaueram primo sic ambos deo relinquere, donec in vno eorum qui mihi suspectus erat aliquid existeret, vnde non sine iusta & manifesta causa de nostro habitaculo proiceretur. Sed cu promoueri in clericatu, sine illic per me, siue alibi per literas meas vehementissime conaretur, ego autem nullo modo adducerem ei homini, de quo tantu mali existimarem manus ordinationis imponere, aut per commendationem meam alicui fratri meo eum subintroducere, turbulentius agere cepit, vt si ipse in clericatu non promoueretur, nec presbyter Bonifacius in suo gradu esse permitteretur. In qua eius prouocatione cu viderem Bonifacium nolle quibuslibet infirmis & ad sus-

K

Rom. 15. 780e-784f

Matth. 13.

Matth. 18.

Matth. 24.

L

M

suspicionem

A spicionem propensis de sua vita dubitatione scandalu fieri, paratumq; esse honoris sui apud homines damnu perpeti potius, quam in ea contentione, in qua non posset ignorantibus & dubitantibus vel ad male suspicandum procliuoribus suam demonstrare conscientiam, vsque ad Ecclesiae perturbationem inaniter progredi, elegi aliquid mediu, vt certo placito se ambo constringerent ad locum sanctum se peregrinatos, vbi terribiliora opera dei non sanam cuiusque conscientiam multo facilius aperirent, & ad confessionem vel poena vel timore compellerent. Vbi quidem deus est, & nullo continetur vel includitur loco, qui condidit omnia, & eum a veris adoratoribus in spiritu & veritate oportet adorare, vt in occulto exaudiens, in occulto etiam iustificet & coronet. Veruntamen ad ista qua hominibus visibiliter nota sunt, quis potest eius consiliu perscrutari, quare in aliis locis haec miracula fiant, in aliis non fiat? Multis enim notissima est sanctitas loci, vbi beati Foelicii Nolensis corpus conditum est, quo volui vt pergerent, quia inde nobis facilius fidelisq; scribi potest, quicquid in eorum aliquo diuinitus fuerit propalatu. Nam & nos nouimus Mediolani apud memoria san-

Nonum iudicium.

1. Cor. 12.

2. q. 1. nom. 6.

2. Cor. 11.

11. q. 3. quid obest.

1. Petri. 5.

B etorum, vbi mirabiliter & terribiliter daemones confitentur, furem quendam quia ad eum locum venerat vt falsum iurando deciperet, compulsus fuisse confiteri furtum, & quod abstulerat reddere: Nunquid non & Aphrica sanctoru martyrum corporibus plena est? Et tamen nusquam hic scimus talia fieri. Sicut enim quod Apostolus dicit: Non omnes sancti habent dona curationum, nec omnes habent diuinationem spirituum, ita nec in omnibus memoriis sanctoru ista fieri voluit ille, qui diuidit propria vnicuique pro vt vult. Quapropter cum ego noluissem hunc grauissimu dolorem cordis mei vobis perferri in notitiam, ne vos atrociter & inaniter contristando turbarem, fortassis ideo deus noluit vos latere, vt nobiscu orationibus incumbatis, vt quod ipse in hac causa nouit, nos autem nosse non possumus, etiam nobis manifestare dignetur. Nomen autem presbyteri propterea non ausus sum de numero collegaru eius vel supprimere vel delere, ne diuina potestati sub cuius examine causa adhuc pendet, facere videret iniuriam, si illius iudicium meo vellem iudicio praenire: quod nec in negociis secularibus iudices faciunt, quando causae dubitatio ad maiorem potestatem refertur, vt pendente relatione aliquid audeant commutare. Et in Episcoporum concilio constitutum est, nullum clericum, qui nondum conuictus sit, suspensi a communione debere, nisi ad causam sua examinandam se non presentauerit. Bonifacius tamen hanc humilitate suscepit, vt nec literas acciperet quibus in peregrinatione honorem suum quaereret, vt in eo loco vbi ambo ignoti sunt, circa ambos aequalitas seruaretur. Et nunc si vobis placet vt nomen eius non recitetur, ne iis qui ad ecclesiam accedere nolunt, sicut ait Apostolus, demus occasionem quaerentibus occasionem, non erit nostrum hoc factum, sed eorum quorum causa fuerit factum. Quid enim obest homini, quod ex illa tabula non vult eum recitari humana ignorantia, si de libro viuorum non eum delet iniqua conscientia? Proinde fratres mei qui timetis deum, mementote quod ait Apostolus Petrus: Quonia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumit, quaerens quem deuoret. Que non potest deuorare seductum ad nequitiam, famam ipsius inquinare conatur, vt si fieri potest opprobriis hominum, & malarum linguaru detractioe deficiat,

& sic in eius fauces ruat. Si autem nec famam innocentis maculare potuerit, hoc ei persuadere tentat, vt per maleuolas suspensiones de fratre suo iudicet, & sic ab illo implicatus absorbeat. Et quis omnes eius captiones & circumuentiones vel coprehendere vel enumerare sufficiat? Aduersus tamen haec tria qua ad causam presentem pertinent propius, ne mala exempla imitando ad nequitiam seducamini, ita vos per Apostolu alloquitur deus: Ne sitis iugum ducetes cum infidelibus. Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? Aut qua societas luci ad tenebras? Item alio loco, Nolite, inquit, seduci: Corruptunt mores bonos colloquia mala, Sobrii estote iusti, & nolite peccare. Vt autem linguas detrahentium non deficiatis, sic per Prophetam dominus dicit: Audite me qui scitis iudicium, populus meus in quorum corde lex mea est. Opprobria hominum nolite metuere, & detractioe eorum ne superemini, nec quod vos spernant magni duxeritis: Sicut enim vestimentum ita per tempus absumentur, & sicut lana a tineae comedentur, iustitia autem mea in aeternum manet. Iam vero ne maleuolo animo de seruis dei falsa suspicando pereatis, illud Apostolicum recordamini vbi ait: Nolite ante tempus iudicare quicquam, donec veniat dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuiq; a deo. Et item illud quod scriptum est, Quae manifesta sunt, vobis: quae autem occulta sunt, domino deo vestro. Manifestu est quidem, quia ista in ecclesia non accidunt sine graui tristitia sanctorum atque fidelium, veruntamen consoletur nos qui cuncta praedixit, atq; vt abundantia iniquitatis non refrigescamus sed vsq; in finem perseveremus, vt salui esse possimus admonuit. Nam quantum ad me atinet, est in me quantulaunque charitas Christi, quis vestru infirmatur & ego non infirmor: Quis scandalizatur & ego non vror? Nolite itaque augere cruciatu meos deficiendo vel in suspicionibus falsis, vel in peccatis alienis. Nolite obsecro vos, ne dicam de vobis. Et super dolores vulneru meorum addiderunt. Nam illi qui gaudent de istis doloribus nostris, de quibus in persona corporis Christi ratio ante praedictum est, Aduersus me insultabant qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebant vinum, multo tolerabilius sustinetur, pro quibus tamen etiam ipsi orare & bonum eis velle dicimus. Ad quid enim aliud sedent isti, & quid aliud captant, nisi vt quisquis Episcopus vel clericus vel monachus vel sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse credant, sed non omnes posse manifestari: Et tamen etiam ipsi cum aliqua maritata inuenitur adultera, nec proiciunt vxores suas, nec accusant matres suas. Cum autem de aliquibus qui sanctum nomen profitentur, aliquid criminis vel falsitatis sonuerit vel veri patuerit, instant, satagunt, ambiunt, vt de omnibus hoc credatur. Hos ergo de nostris doloribus suauitatem suae malae linguae captantes, facile est vt illis canibus coparemus, si forte in malo intelligedi sunt, qui lingebant vulnera pauperis illius, qui ante inuam diuitis iacebat, & quousq; veniret ad requiem sinuum Abrahae, laboriosa & indigna omnia tolerabat. Vos me nolite amplius cruciare, qui aliquid spem habetis ad deum. Vos nolite illa vulnera que illi lingebat multiplicare. Vos pro quibus periclitamur, omni hora habentes foris pugnas, intus timores, l periculū in ciuitate, l periculum in deserto, periculum ex gentibus, periculum ex falsis fratribus. Scio quia doletis, sed nunquid acrius quam ego? Scio quia conturbati estis, & timo ne

1. Cor. 6.

1. Cor. 15.

Esa. 51.

1. Cor. 4.

1. Cor. 11.

Psal. 68.

Luce. 16.

2. Cor. 7. & 11.

G meo ne inter linguas maledicorum deficiatis, & pereat infirmus, propter quem Christus mortuus est. Non ex vobis increpatur dolor noster, quia non culpa nostra factus est vester. Nam hoc est quod praecavere conatus sum, vt si fieri posset hoc malum, nec vitandum negligere, nec in vestram noticiam perferretur, vbi infirmitate cruciarentur firmi & periculose turbarentur infirmi. Sed qui hoc cognitio permisit vos tentari, det vobis vires sustinendi, & erudiat vos ex lege sua, doceat vos & mitiget a diebus malignis, donec fodiatur peccatoris fouea. Audio nonnullis vestrum hoc amplius contristari, qd de lapsu duorum illorum diaconorum, qui ex parte Donati venerant, tanquam disciplina Proculiani insultauerint, velut gloriantis de nobis, quod ex nostra disciplina nihil tale in clericis extitisset. Quod qui cumq; fecistis, fateor vobis, no bene fecistis. Ecce docuit nos deus, vt qui gloriatur, in domino glorietur. Nec obiciatis haereticis, nisi quia non sunt catholici, ne similes eis sitis, qui non habendo quod in causa sue diuisionis defendant, non nisi hominum crimina colligere affectant, & ea ipsa plura falsissime iactant: vt quia ipsam diuinam scripturam veritatem, qua vbiq; diffusa Christi ecclesia commendatur, criminari & obscurare no possunt, homines per quos praedicatur adducant in odium, de quibus & fingere quicquid in mentem venerit possunt. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in illo docti estis. Ipse quippe fideles suos securos fecit etiam de dispensatoribus malis, mala sua facientibus, & bona eius loquentibus, vbi ait, Quae dicunt facite, quae autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & no faciunt. Orate quidem pro me, ne forte alij praedicans ipse reprobos inueniar. Veruntamen cum gloriamini, no in me, sed in domino gloriamini. Quantumlibet enim vigilet disciplina domus meae, homo sum & inter homines vivo, nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit quam arca Noe, vbi tamen inter octo homines reprobos vnus inuentus est: Aut melior sit quam domus Abrae, vbi dictum est, Ejice ancillam & filium eius: Aut melior sit quam domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est, Jacob dilexi, Esau autem odio habui: Aut melior sit quam domus Iacob, vbi lectum patris filius incestauit: Aut melior sit quam domus ipsius David, cuius filius cum sorore concubuit, cuius alter filius contra patris tam sanctam mansuetudinem rebellauit: Aut melior quam cohabitatio Pauli Apostoli, qui tamen si inter omnes bonos habitaret, no diceret quod superius commemorauit, Foris pugnae, intus timores: nec diceret cum de sanctitate & fide Timothei loqueretur, Neminem habeo qui ger mane de vobis sollicitus sit. Omnes enim sua quaerunt, non quae sunt Iesu Christi: Aut melior quam cohabitatio ipsius domini Christi, in qua vndecim boni perfidum & furem Iudam tolerauerunt: Aut melior sit postremo quam caelum, vnde angeli ceciderunt. Simpliciter autem fateor charitati vestrae coram domino deo nostro, qui testis est super animam meam, ex quo deo seruire coepi, quomodo difficile sum expertus meliores quam qui in monasterijs profecerunt, ita non sum expertus peiores quam qui in monasterijs ceciderunt, ita vt hinc arbitrer in Apocalypsi scriptum, Iustus iustior fiat, & fordidus fordescat adhuc. Quapropter est contristamur de aliquibus purgamentis, consolamur tamen etiam de pluribus ornamentis. Nolite ergo propter amurcam, qua oculi vestri offenduntur, torcularia detestari, vnde apothecae dominicae fructu olei luminosioris imple-

tur. Domini dei nostri misericordia vos aduersus omnes insidias inimici in sua pace custodiat dilectissimi fratres.

Augustinus Clero & populo Hipponensi excusat absentiam suam, adhortans ut in subleuandis pauperibus solito sint alacriores, ob afflictiones temporarias.

Epistola. CXXXVIII.

DILECTISSIMIS fratribus conclericis & vniuersae plebi, Augustinus in domino salutem. In primis peto charitatem vestram, & per Christum obsecro, ne vos mea contristet absentia corporalis. Nam spiritu & cordis affectu puto vos non dubitare vlllo modo me a vobis posse discedere, quanuis me amplius contristet quam forte vos ipsos, quod infirmitas mea sufficere non potest omnibus curis, quas de me exigunt membra Christi, quibus me & timor eius & charitas seruire compellit. Illud enim nouerit dilectio vestra, nunquam me absentem fuisse licentiosa libertate, sed necessaria seruitute, quae saepe sanctos fratres & collegas meos, etiam labores marinos & transmarinos copulit sustinere, a quibus me semper non indeuotio mentis, sed minus idonea valetudo corporis excusauit. Proinde dilectissimi fratres sic agite, vt quod ait Apostolus, siue adueniens & videns vos, siue absens audiam de vobis, quia statim in vno spiritu, vno animo collaborantes fidei Euangelicae, si vos aliqua molestia temporalis exagitat, ipsa vos magis admonere debet, quemadmodum de illa vita cogitare debeatis, vbi sine aliquo labore viuatis, euadentes non molestas angustias temporis parui, sed horredas penas ignis aeterni. Nam si modo tanta cura, tanta intentione, tanto labore agitis ne in aliquos cruciatus transitorios incidatis, quantum vos oportet esse sollicitos, vt sempiternas miseras fugiatis? Et si mors sic timetur, quae finit temporalem laborem, quomodo timenda est quae mittit in aeternum dolorem? Etsi delicta seculi huius breues & fordide sic amantur, quanto vehementius futuri seculi gaudia pura & infinita quaerenda sunt: Ista cogitantes nolite esse pigri in operibus bonis, vt ad vestri seminis messem suo tempore veniatis. Nunciatum enim est mihi, quod morem vestrum de vestendis pauperibus fueritis oblitus, ad quam misericordiam cum praebens essem vos exhortatus sum, & nunc exhortor, ne vos vincat & pigros faciat contritio huius mundi, cui talia videtis accidere, qualia dominus & redemptor noster, qui metiri non potest, ventura praedixit. Non solum ergo non debetis minus facere opera misericordiae, sed etiam debetis amplius quam soletis. Sicut enim ad loca munitiora festinatus migrant, qui ruinam domus videt contritis parietibus imminere: sic corda christiana quanto magis sentiunt mundi huius ruinam crebrescentibus tribulationibus propinquare, tanto magis debet bona quae in terra recondere disponebant, in thesaurum caelestis impigra celeritate transferre: vt si aliquis humanus casus acciderit, gaudeat qui de loco ruinoso emigravit: si autem nihil tale fuerit subsecutum, non contristetur qui quandoq; moriturus, immortalis domino ad quem venturus est bona propria commendauit. Itaque fratres mei dilectissimi, ex eo quod quisque habet, secundum suas vires quas ipse nouit, facite quod soletis, alacriore animo quam soletis, & inter omnes seculi huius molestias Apostolicam exhortationem corde retinete, vbi ait: Dominus in proximo est, nihil solliciti fueritis. Talia mihi de vobis nuncientur, quibus nouerim, non propter meam praesentiam, sed propter dei praecipium qui nunquam

quam est absens, vos solere facere, quod multis annis me praesente, & aliquando etiam me absente fecistis. Dominus vos in pace conseruet, & dilectissimi fratres orate pro nobis.

Audax Augustino, flagitans illius scripta.

Epistola. CXXXIX.

DOMINO vere predicabili ac nimium suscipiendo, omnique laudum genere prosequendo patri Augustino, Audax in domino salutem.

Habeo gratiam beatitudini tuae, quod libenter mei sumpleris tentamenta sermonis. Tunc enim bonae fidei filius datur audacia, cum paterni fontis hymbribus fuerit irrorata. Proouocauit itaque te dulcis antistes, non vt praerari pectoris pusillum libamen acciperem, sed vt ingens diuitis vberum flumen haurirem. Thesaurum sapientiae desideravi, sed minus accepi quam volui, licet minus non debet dici, sed munus, quod oraculum legis contulerit Augustinus, sacrorum iustitiae, instaurator spiritalis gloriae, dispensator salutis aeternae. Tam tibi mudanus orbis notus est, quam notatus: tantu ei cognitus, quam probatus. Opto itaque sapientiae floribus pasci, & viui fontis hauribus irrigari. Praestanti cupienti quod utique proficit. Potest enim feminudi roboris velamen genitale viridari, si meruerit tuis sensibus fluentis augeri. Itaque humilitatis meae praesentiam spodeo non tam stylo quam voto, si venerabilitatis tuae scripto prouisu relegero. Diuina te clementia tueatur annis innumeris domine venerabilis.

Cur mihi fons orbis paruo sermone meauit? An minus apta sua sperauit corda fluentis? Cum pateat mens omnis aquis, spectetq; loquacem. Religionis opem, gratos da sentibus hymbres, Exspectat quos plena fides Christi de stipite pendens.

Augustinus Audaci, excusat occupationes suas, admonens ut vel intendat euoluendis ipsius libris, vel praesens audiat ipsum loquentem. Epi. CXL.

DOMINO dilectissimo & in Christo predicando nimiumq; desiderabili fratri Audaci, Augustinus in domino salutem. Breuem epistolam tuam, sed plane vehementem flagitricem prolixam epistolam meam, non inuitus, immo etiam laetus accepi. Non quod facile sufficeret audiatu, sed quod gratularer charitati tuae, quia etsi non de idoneo expetis, bonum est tamen quod expetis. Et ad longam quidem epistolam conscribendam magis mihi ocium quam facultas deest, occupatissimo scilicet ecclesiasticis curis, a quibus pauculae temporum stillae vix recreant, vel cogitantem aliquid, vel ea quae magis vrgent, & mihi videntur pluribus profutura dictantem, vel rescipientem corporis vires nostrae necessarias seruituti. Nam verba non desunt, quibus possit multa charta compleri, sed quod a nobis in eadem sermonis prolixitate desideras, ad hoc me idoneum non esse respondeo. Thesaurum enim sapientiae te desiderasse dixisti, sed minus accepisse quam voluisti, cum ego ex illo thesauro mendicanda prece quotidiana nam stipem rogem, vixq; impetrem. Oraculum autem legis quomodo sum, de cuius locis atq; abditis penetralibus nescio longe plura quam scio, eiusq; multiplices sinus opacosq; secessus adire ac penetrare non valeo sicut volo, & me non aliud quam minus dignum esse cognosco? Porro sacrorum iustitiae quis ego, cui me sacrorum esse permagnu est? Iam vero quod instauratorem spiritalis gloriae me appellas, da veniam, multu cui loquaris ignoras. Ipse quippe adhuc in hac gloria sic instauror, vt de die in die non solum

versus heptameter.

L Philip. 2.

M Simile elegans.

† laus.

Philip. 2.

Tomus secundus.

quantum accedam, sed vtrum omnino aliquid accedat latere me fatear. Dispensator plane salutis aeternae, cum ceteris innumerabilibus conseruis meis sum. Quod si volens facio, mercedem habeo. Si autem inuitus, tantum dispensatio mihi credita est: neq; enim esse salutis illius dispensator per verbum ac sacramentum, iam hoc est etiam esse participem. Nam si per bonos non dispensaretur, no recte Apostolus diceret: Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Rursus si per malos non dispensaretur, non de quibusdam dominus diceret: Qui dicunt facite, quae autem faciunt, facere nolite: Dicunt enim & no faciunt. Multi ergo dispensatores sunt, per quorum ministerium peruenitur ad aeternam salutem: Sed quae inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur, & inter ipsos fideles, in quorum me numero ille qui no fallitur coputet, alius est sic, alius autem sic, sicut vniciq; deus partitus est mensuram fidei. Itaq; frater charissime atq; dulcissime, pascat te dominus potius sapientiae floribus, & viui fontis hauribus irriget. Si quid autem per operula mea religiosissimo studio tuo coferru posse arbitraris, quia & capacem te esse intelligo, & audiu sentio, magis in alia nostra opuscula, quae multis voluminibus comprehenduntur, tibi animus intendendus est, quam per epistolas aliquid sperandū, quod tuū desideriu possit explere. Aut certe in praesentia sume quod potero, quia te puto tuam nobis ideo no exhibere, quia no vis. Quid enim magnu est adiuuante domino vt homo liber a cuiusquam loci munere venias ad nos, siue nobiscu diu futurus, siue peracto saltē paucillo temporis rediturus: Ecce penē factum est, quod in quinq; versu tuoru tercio posuisti, vt magis loquacē quam eloquentem haberes epistolam meam. Quod autem in quinto atq; vltimo versu septē pedes sunt, nescio vtru numerus tuū fecerit auditu, an experiri voluisti, vtru ego adhuc ista diiudicare meminerim, quae forte ia oblitu sunt, qui talia aliquando studiosi postea plurimu in ecclesiasticis literis profecerunt. Plalteriu a sancto Hieronymo translatur ex Hebreo no habeo. Nos autē non interpretati sumus, sed codicu Latinorum nonnullas mendositates ex Graecis exemplaribus emendauimus. Vnde fortassis fecerimus aliquid comodius q̄ erat, no tamen tale quale esse debebat. Na etiam nunc, quae forte nos tunc praterierunt, si legentes mouerint, collatis codicibus emendamus. Ita illud quod perfectum est, tecum nos quoque requirimus.

Augustinus Maximae studiose femina, consolans illam super afflictione Barbarorum & Donatistarum.

Epistola. CXLI.

HONORABILI & eximie atque in meritis Christi laudabili famulae dei Maximae, Augustinus in domino salutem. Quantum nos studium sanctum letificat, tantum rursus contristat quod per errores noxios & perniciosissimos prouinciam vestram nimium periclitari significas. Sed quia ista futura praedicta sunt, mirandum no est quod exurgant, sed vigilandum est ne noceant. Haec autem deus liberator noster exurgere non permitteret, nisi sanctis eius etiam per huiusmodi tentationes erudiri expediret. Comparant sibi quidem illi sua voluntate peruersa, & praesentis meritum cecitatis, & futuri eterni supplicij, si per contumaciam indociles fuerint, sed cum in hac vita sunt corrigere atque emendare neglexerint. Veruntamen sicut ipsi male vtuntur bonis dei, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, qui eos per patientiam suam ad poenitentiam vocat, cum thesaurizant sibi iram in die irae,

1. Cor. 9.

1. Cor. 4.

Math. 23.

1. Cor. 4.

1. Cor. 7.

Roma. 12.

E

F

Math. 5.

Roma. 12.

Psal. 99.

Hiere. 3.

Math. 23.

1. Cor. 9.

47. dif. quamlibet.

Gene. 9. Gene. 21.

Malach. 1.

Gene. 49. 2. Reg. 11.

1. Cor. 7.

Philip. 2.

47. dif. quamlibet.

Apoc. 22.

G die ira, & reuelationis iusti iudicij dei. Sicut ergo ipsi benignitate & patientia, id est, bonis dei male vtuntur dum non corriguntur: sic contra deus etiam malis eorum bene vtitur, non solum ad iustitiam suam, qua his digna in fine retribuet, sed etiam ad exercitationem & profectum sanctorum suorum, vt ex ipsa etiam malorum peruersitate boni proficiant, & probentur & manifestentur, sicut Apostolus ait: Oportet haereses esse, vt probati manifesti fiant inter vos. Nam si nullus etiam malorum bonus vsus esset deo ad vtilitatem electorum suorum, qui etiam de malo ludę tantum bonum nobis prestitit. Christi sanguine redimeremur, poterat eos aut nasci non permittere, quos malos futuros esse presciebat, aut in ipso eorum initio malignitatis extinguere. Sed tantum eos permittit esse, quantum nouit expedire atque sufficere admonendę atque exercendę sanctę domui suę. Ideo nostram de illis tristitiam cōsolatur: quia & ipsa tristitia, quam pro illis habemus, nos releuat, illos autem in sua peruersitate perseverantes grauat. Gaudium verō quod percipimus, quando aliqui ex eis correcti in melius commutantur, & sanctorum societati copulantur, nulli gaudio in hac vita comparari potest. Propterea scriptum est, Fili, si sapiens fueris, tibi sapiens eris & proximis tuis: Si autem malus euaseris, solus hauries mala. Quia cum gaudemus de fidelibus & iustis, & illis & nobis prodest bonum eorum. Cum autem contristamur de infidelibus & iniquis, illis solis nocet & eorum malitia, & nostra tristitia. Nos autem etiam hoc plurimum adiuuat apud deū, quod pro eis misericorditer contristamur, & pro ipsa tristitia cōgemiscimus & oramus. Vnde honorabilis & in Christo laudabilis famula dei, & mōstitiam tuam de talibus, & vigilantiam atque cautelam contra tales quam tuis literis expressisti, multum approbo & laudo, atque vt in hac via perseveranter ambules, pro meis viribus quia hoc exigis, & hortor & moneo, vt miseraris eorum tanquam simplex vt columba, caueas autem illos tanquam astuta sicut serpens, desq; operam quantum potes, vt qui tibi adherent tecum in recta fide permanent, aut ad fidem rectam, si forte in aliquo aliqui deprauati sunt, corrigantur. De homine autem, quem suscepit verbum dei, cum caro factum est & habitauit in nobis, emendarem aliquid, si in eo quod credis falsum aut peruersum inuenirem. Hoc ergo crede quod credis, quia in illo homine totam naturā nostram suscipit filius dei, id est, & animam rationalem & carnem mortalem sine peccato. Infirmis enim nostrę particeps factus est non iniquitatis, vt per infirmitatem communem, solueret iniquitatem nostram, & adduceret nos ad iustitiam suam, bibens mortem de nostro, & propinans vitam de suo. Sed si habes aliquam scripturam eorum, in qua asserunt quod huic fidei sit contrarium, dignare eam mittere, vt non solum fidem nostram dicamus, sed eorum quoque perfidiam quantum possumus refellam. Sine dubio enim hoc ipsum, quod peruerse & impie sentiunt, aliquibus testimoniis diuinarum scripturarum conantur astruere. In quibus eis ostendendum est, quā non recte intelligant literas sacras conscriptas ad fidelium salutem: tanquā si quisquam se medicinalibus ferramentis grauititer vexet, quę vtique non ad vulnerandum, sed ad sanandum sunt instituta. Multum autem laborauimus & laboramus, quantum dominus donat contra diuersos errores arguendos. Sed laborum nostrorum opuscula si forte habere desideras, mitte qui tibi describant. Voluit enim

deus vt hoc facillime possis, qui tibi dedit vnde possis. **K**
CXLII.

Hoc loco sequebatur Epistola proluxa ad Demetriadem virginem, quam quidam putant Iuliani Pelagiani. Certe nec Augustini nec Hieronymi constat esse: eam hoc loco summouimus, cuius amore si quis tenetur, reperiet inter epistolas eruditissimas, sed falso Hieronymo inscriptas. Quorsum enim attinet iisdem singula onerare volumina? Numerum tantum priorem manere passus sumus.

Inuenies hanc in fine Tomi repositam.

Augustinus ex Alipius Iuliane uidue matri Demetriadis uirginis, ne fallatur epistola quam eloquens quidam ad illam scripsit. Quidā suspicantur esse Iuliani, sed non alienā ab errore Pelagianorū. Epi. CXLIII.

DOMINAE debitis in Christo officiis honorandę & merito illustri filię Iulianę Alipius & Augustinus in domino salutem. Grate admodum nobis iocundę accidit, vt simul nos constitutos apud Hipponem tuę reuerentię literę reperirent, quibus hęc rescripta pariter redderemus, cognita vestra incolumitate gaudentes, vicissimq; nostram quam vobis charam esse confidimus mutua dilectione nunciantes, domina debitis in Christo officiis honoranda & merito illustris filia. Scire autem vos optime scimus, quantum vobis debeamus religionis affectum, quantaq; nobis & apud deum & inter homines sit cura de vobis. Licet enim vos per literas primum, deinde etiam presentia corporali pia & catholica, hoc est, vera membra Christi exiguitas nostra cognouerit, tamē etiam per ministerium nostrum, cum accepissetis verbum auditus dei, sicut dicit Apostolus, Accepistis non vt verbum hominum, sed sicut est vere verbū dei. Cuius ministerij nostri adiuuante gratia & misericordia saluatoris in domo vestra tantus fructus exortus est, vt humanis nuptiis iam paratis, sancta Demetrias spiritalem sponsi illius praeferret amplexum, cui specioso prae filiis hominum ad habendam spiritus vberiore fecunditatem, nec ad amittendam carnis integritatem virgines nubunt. Nesciremus autem quemadmodum nostra illa tunc exhortatio a fidei & nobili virgine fuisset accepta, nisi nobis profectis, cum post paululum professa fuisset sanctimoniam virginalem hoc ingens dei donum quod per seruos quidem suos plantat & rigat, sed per seipsum dat incrementum, nobis operariis prouenisse, vestrarum literarū letissimo nuncio & veraci testimonio disceremus. Quę cum ita sint, nemo nos improbos dixerit, si in vobis admonendis vt contraria gratię dei dogmata deuiteris, necessitudine sumus propensiore solliciti. Nam licet nos Apostolus non solum opportune, verum etiam importune praedicando verbo instare praecipiat, non tamen in eorum hominum numero vos habemus quibus sermo vel pagina nostra importuna videatur, quando id quod ad sanam doctrinam non pertinet, vos vt vigilantiter euitetis alloquimur. Hinc ergo est quod admonitionem nostrā tam grato animo suscepistis, vt in epistola tua ad quam nunc rescribimus diceretis, Sanę quod me hortatur reuerentia vestra, ne aures indulgeā his hominibus, qui prauis tractatibus venerandā fidem saepe corrumpūt, gratias vberes ago tā pię admonitioni. Quod itaque adiungis & dicis, Sed nouerit sacerdotium vestrū longe me ac domunculā meā ab huiusmodi personis esse discretā, omniscq; familia nostra adeo catholicā sequitur fidem, vt in nullā haeresim aliquādo deuiauerit, nec

rit, nec vnquam lapsa sit, nō dico in eas sectas quę vix expiantur, sed nec in eas quę paruos habere videntur errores, hoc est quod nos magis magisq; compellit nō tacere apud vos de iis qui etiam illa quę sana sunt, vitare conantur. Domū enim vestrā non paruā Christi ecclesiam deputamus. Nec sanę paruus est error illorum, qui putant ex nobis ipsi nos habere, siquid iustitię, continentię, pietatis, castitatis in nobis est, eo quod ita nos condiderit deus, vt vltra, praeter quod nobis reuelet scientiam, nihil nos adiuuet, vt ea quę facienda discendo nouimus, etiam diligēdo faciamus, naturam scilicet atque doctrinam definientes tantummodo esse gratiam dei & adiutorium, vt recte iusteq; viuamus. Ad habendam verō bonam volūtatē, vbi est hoc ipsum quod iuste viuimus, & ipsa charitas quę in omnibus dei donis ita excellit, vt etiā deus dicta sit, qua vna adimpletur in nobis si quid diuinę legis & admonitionis implemus, nolunt nos diuinitus adiunari, sed nos ipsos dicunt arbitrio proprio nobis ad ista sufficere. Non vobis videatur error iste mediocri, profiteri vel Christianos, nec velle audire Apostolum Christi: quicum dixisset, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, ne quisquam eam se habere nō nisi per proprium putaret arbitrium, continuo subiunxit, Per spiritū sanctum qui datus est nobis. Hanc esse magnam gratiam saluatoris, qui ascendens in altum, captiuauit captiuitatem & dedit dona hominibus, quisquis nondū confitetur, quantum & quā exitiabiliter erret, intelligis. Quomodo ergo a vobis, quibus tantam dilectionē debemus, admonendis vt talia caueatis, dissimulare possemus, cum legissemus librum, quem ad sanctam Demetriadem quisnam scripserit, vel vtrum ad vos peruenierit, vestrīs potius rescriptis nosse volumus: In quo libro, si fas est, legat virgo Christi vnde credat virginalem suā sanctitatem, omnesq; spirituales diuitias non nisi ex seipsa sibi esse, atque ipsa priusquā sit plenissime beata, discat deo esse, quod absit, ingrata. Verba enim ad illam scripta in eodem libro sunt ista: Habes ergo & hic, inquit, per quę merito preponaris aliis, immo hinc magis, Nam corporalis nobilitas atque opulentia, tuorum intelliguntur esse non tua, Spirituales verō diuitias nullus tibi praeter te conferre poterit. In his ergo iure laudanda, in his merito ceteris praeferranda es, quę nisi ex te & in te esse non possunt. Cernis nempe quanta in his verbis sit cauenda pernicies. Nam vtique quod dictum est, Non possunt esse ista bona nisi in te, optime & verissime dictum est, Ille planē cibus est. Quod verō ait, Nō nisi ex te, hoc omnino virus est. Absit vt hęc libenter audiat virgo Christi, quę pie intelligit propriā paupertatem cordis humani, & ideo illic nisi sponsi sui donis nescit ornari. Audiat ergo potius Apostolum dicentem, Desponsamui vos vni viro, virginem castā exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit in versutia sua, sic & vestrę mentes corrumpantur a castitate quę est in Christo. Et propterea de his quoque spiritualibus diuitiis, non istum qui dicit, Nullus tibi eas praeter te cōferre potest, & nisi ex te & in te esse non possunt: sed illum audiat qui dicit, Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, vt eminentia virtutis sit dei & non ex vobis. De ipsa quoque sacra continentia virginali, quod non sibi sit ex seipsa, sed sit dei donum, quanuis credenti volentiq; collatum, eundem audiat veracem piūq; doctorem, qui cum hinc ageret ait, Vellem omnes esse sicut meipsum, Sed vnusquisq; propriū donum habet a deo, alius sic, alius autē sic. **Au-**
Tonus secundus.

diat etiā ipsum, non tantum suū, sed vniuersā ecclesię vnicum sponsum de tali castitate atque integritate dicentem, Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est, vt intelligat ex eo quod habet tam magnū bonum atq; preclarum, se potius deo & domino nostro gratias agere debere, quā cuiusquam verba, quod velut ex seipsa id habeat, vt non dicamus assentatis adulatoris, ne de occultis hominū temere iudicare videamur, certe erratis laudatoris audire. Omne quippe datum optimum & omne donum perfectum, sicut dicit etiam Apostolus Iacobus, desursum est descendens a patre luminum. Hinc ergo & sancta virginitas, qua te filia volentem gaudentemq; vicit, natu posterior, actu prior, genere ex te, honore ante te, arate subsequens, sanctitate praecedens: in qua etiam tuum esse coepit quod in te esse non potuit. Illa quippe carnaliter non nupsit, vt non tantum sibi, sed etiā tibi vltra te spiritualiter augetur: quoniā & tu ea cōpensatione minor illa es, quod ita nupsisti vt nasceretur. Hac dei dona sunt, & vestra quidem sunt, sed non ex vobis. Habetis enim thesaurū istum in terrenis corporibus, & adhuc fragilibus tanquam in vasis fictilibus, vt eminentia virtutis sit dei & non ex vobis. Nec miremini, quia dicimus & vestra esse, & ex vobis non esse. Nam & panē quotidianum dicimus nostrum, sed tamen addimus, da nobis, ne putetur esse ex nobis. Proinde sicut scriptum est: Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite, Oratis vt perseveranter & proficenter habeatis, gratias agitatis, quia non ex vobis habetis. Quis enim vos ab illa ex Adam massa mortis perditionisq; discernit? Nōne ille qui venit querere & saluare quod perierat? An verō quādo Apostolo dicente audierit homo: Quis enim te discernit: responsum est, Bona volūtas mea, fides mea, iustitia mea, & non cōtinuo quod sequitur auditorus. Quid enim habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Nolumus ergo vt virgo sacra, cum audit vel legit, Spirituales diuitias nullus tibi praeter te cōferre poterit, in iis iure laudanda, in iis merito ceteris praeferranda es, quę nisi ex te & in te esse non possunt, Nolumus prorsus ita gloriatur quasi non acceperit. Dicat quidem: In me sunt deus vota tua quę reddā laudes tibi. Sed quia in illa non etiā ex illa, meminerit etiā dicere, Domine in voluntate tua praestitisti decori meo virtutem: quia est illa propter arbitrium proprium, sine quo nō operamur bonū, non tamen sicut iste dixit, nō nisi ex illa. Propriū quippe arbitriū nisi dei gratia iuuetur, nec ipsa bona voluntas esse in homine potest. Deo est enim, inquit, Apostolus, qui operatur in nobis & velle & operari pro bona volūtatē, Nō sicut isti sentiunt tantūmodo scientiā reuelādo vt nouerimus quid facere debeamus, sed etiam inspirando charitatē, vt ea quę discendo nouimus, etiā diligēdo faciamus. Nā vtique nouerat ille quā magnū bonū esset cōtinens qui dicebat: Et cū scire quia nemo potest esse cōtinens nisi deus det, Non solū ergo sciebat quantū esset hoc bonum, & quā desiderabiliter esset concupiscendū, verum etiā quod nisi dante deo esse nō posset, Docuerat enim eū sapientia. Nam hoc dicit, Et hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donū. Nec tamen ei scientia sufficit, sed ait, Adij dominum & deprecatus sum illum. Non igitur tantūmodo in hoc nos adiuuat deus vt sciamus quid agendū sit, verum etiā vt amādo agamus quod discēdo iam scimus. Nemo itaq; potest esse nō solū sciens, verum etiā continēs, nisi deus det. Vnde cum iam ille haberet scientiam, precabatur
I ij vt habe-

1. Cor. 11.

Prouer. 9.

L

1. Thef. 2.

M

Roma. 5.

Psal. 67.

2. Cor. 11.

1. Cor. 4.

1. Cor. 11.

Matth. 19.

Jacobi. 11.

2. Cor. 4.

E

Luc. 11.

1. Thef. 5.

Luc. 19.

1. Cor. 4.

Psal. 51.

Psal. 29.

Phil. 2.

Sap. 8.

G vt haberet & continetiam, vt esset in illo quod sciebat quia non esset ex illo: aut si propter liberum arbitrium proprium aliquantum & ex illo, non tamen nisi ex illo quia nemo potest esse continens nisi deus det. Iste autem de spiritalibus diuitiis, in quibus est vtiq; etiā ipsa luminosa & speciosa cōtinentia, non ait, In te & ex te esse possunt, sed ait, nisi ex te & in te esse nō possunt: vt quē admodū non ei sunt alibi nisi in illa, sic ei non aliunde nisi ex illa esse posse credatur, & ob hoc (quod miserator dominus à corde eius auertat) sic gloriatur quasi nō acceperit. Et nos quidē de sanctæ virginis disciplina & humilitate Christiana, in qua nutrita & educata est, hoc existimamus, quod illa verba cū legeret, si tamē legit, ingemuit & pectus humiliter tucudat, ac fortassis & fleuit, dominūq; cui dicata & à quo sanctificata est fidenter orauit: vt quomodo illa nō sunt verba ipsius, sed alterius, ita non sit talis & fides eius qua se aliquid habere credat, de quo in se non in domino gloriatur. Nā gloria quidē eius in ipsa est, non in verbis alienis, sicut Apostolus dicit: Opus autē suum probet vnusquisq; & tunc in semetipso gloriā habebit, & non in altero. Sed absit vt gloria sua ipsa sit, & non ille cui dicitur, Gloria mea, & exaltans caput meum. Ita quippe est in ea salubriter gloria eius, cum deus qui in illa est, ipse est gloria eius, à quo habet omnia bona quibus est bona, & habebit omnia quibus melior erit, in quātum in hac vita melior esse poterit, & quibus perfecta erit, quando fuerit diuina gratia nō humana laude perfecta. In domino enim laudabitur anima eius, qui satiauit in bonis desiderium eius, quia & hoc desiderium ipse inspirauit, ne virgo eius sic in aliquo bono gloriaretur quasi nō acceperit. De hoc ergo eius affectu verum nam fallamur, inde nos fac potius rescribendo certiores. Nam illud optime nouimus, cū omnibus vestris cultores vos esse & fuisse indiuiduæ Trinitatis. Sed non hinc solum error humanus obrepit, vt aliquid secus sentiat de indiuidua Trinitate. Sunt enim & alia in quibus perniciosissime erratur, sicuti hoc est, vnde diuinitus fortasse quā sātis esset vestræ fideli castitatis prudentiæ in hac Epistola locuti sumus: quanquam qui bonum quod ex deo est negat esse ex deo, nescimus cui faciat iniuriam nisi deo, ac per hoc illi vtiq; Trinitati, quod malū absit à vobis, sicuti abesse credimus. Absit omnino vt tale aliquid in animo non dicimus tuo, vel sacræ virginis filie tuæ, sed in cuiusque extremi meriti famuli vel famulæ vestræ liber iste fecerit, ex quo nonnulla verba quæ facilius intelligi possent ponenda credidimus. Si autem diligentius intendatis, etiam illa quæ ibi videntur velut pro gratia siue adiutorio dei dicere, sic inuenietis ambigua, vt possint referri vel ad naturā vel ad doctrinam, vel ad remissionem peccatorum. Nam & quod coguntur confiteri, orare nos debere ne intremus in tentationem: possunt ad hoc referre, vt hactenus nos ad id respondeant adiuari, quatenus orantibus atque pulsantibus nobis aperiat intelligentia veritatis, vbi discamus quid facere debeamus, non vt vires accipiat voluntas nostra quibus id quod discimus faciamus. Et quod nobis in gratia vel adiutorio dei dicunt dominū Christum bene viuendi propositum exēplum, ad eandem doctrinam reuocant, quia scilicet in eius exemplo discimus quemadmodum viuere debeamus. Non autē volunt ad hoc nos iuari, vt quod discendo cognoscimus, etiam diligendo faciamus. Aut certe in eodē libro inuenite aliquid si potestis, vbi excepta natura, excepto quod ad eandē naturam pertinet arbitrio voluntatis,

excepta remissione peccatorum & reuelatione doctrinæ, tale dei adiutorium confiteatur, quale confitetur ille qui dixit, Cum scire quia nemo potest esse continens nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum, adij dominū & deprecatus sum illum. Neque enim iste aut naturam precando volebat accipere in qua cōditus erat, aut de naturali voluntatis arbitrio satagebat cum quo conditus erat, aut remissionē peccatorum desiderabat, quin potius continentiam ne peccaret optabat, vel quid faciendum esset scire cupiebat, cum iam se scire fateretur cuius esset hoc donum. Sed vtiq; tantas voluntatis vires, tantum dilectionis ardorem volebat accipere spiritu sapientiæ, qui sufficeret ad implendam magnitudinem continentie. Si ergo tale aliquid illic inuenire potueritis, vberimas gratias agimus, si rescribendo insinuare dignemini. Satis enim dici non potest quātum cupiamus in eorum hominum scriptis, qui propter acrimoniam atque facundiam leguntur à plurimis apertam confessionem illius gratiæ reperiri, quam vehementer commendat Apostolus, qui etiam ipsius mensuram fidei, sine qua impossibile est deo placere, ex qua iustus viuunt, quæ per dilectionem operatur, ante quam & sine qua omnino nulla cuiusquam bona opera existimanda sunt, quoniam omne quod nō est ex fide, peccatum est, deū dicit vnique partitum, Nec sola reuelatione scientiæ nos diuinitus adiuari, vt pie iusteq; viuamus, quæ sine charitate inflat, verumetiam inspiratione charitatis ipsius, quæ plenitudo legis est, & quæ cor nostrum vt scientia non inflat, edificat. Sed adhuc nusquam tale aliquid in eorum literis potuimus inuenire. Maxime autem hoc in isto libro esse vellemus, ex quo descripta illa verba posuimus, vbi virginem Christi ita laudans tanquam spirituales diuitias nullus ei præter ipsam conferre possit, & tanquam nisi ex ipsa esse non possint, non vult eā in domino gloriari, sed se gloriari quasi non acceperit. In quo libro quauis nec ipsius nec tuæ reuerentiæ nomen expresserit, tamen à matre virginis vt ad eā scriberet, à se postulatam esse commemorat. In quadā verō epistola sua idem Pelagius, vbi & nomen suū apertissime ponit, nec nomen sacræ virginis tacet, dicit ad eam se scripsisse, & eiusdem sui operis testimonio probare nititur se gratiam dei quam vel tacere vel negare asseritur, apertissime confiteri. Sed vtrum ipse sit liber, in quo de spiritalibus diuitiis illa verba posuit, vel vtrū ad vestram peruenerit sanctitatē, rescriptis vestris petimus nos dignemini facere certiores.

Augustinus Anastasio, exhortans ad amorē charitatis, quæ nobis non cōtingit, nisi ex dono dei. Epi. CXLIIII.

DOMINO fratri sancto & desiderabili Anastasio, Augustinus in domino salutem. Salutandi sinceritatem tuam fidissima occurrit occasio, honorabilium seruorum dei, fratrum nostrorum Lupicini & Concordialis, per quos etiam si non scribere, posset charitas tua omnia quæ apud nos aguntur addiscere. Scio enim quantum nos in Christo diligas, quia & tu scis quantum in illo vicissim diligaris à nobis, Et ideo non dubitavi te cōfiteri potuisse, si eos vidisses sine literis meis, quos à nobis profectos & tāta nobis familiaritate coniunctos ignorare non possis, Simul etiam quia rescriptorum debitor fui. Nam ex quo sumpsi epistolam tuam, nisi nunc primum rescripsisse me nescio. Tātis enim curis obstricti & distentissimi, vt etiā hoc nesciā. Vobis autē quemadmodum sit & vtrum vobis aliquam requiem, quantum in hac

Sap. 8.

Heb. 7.
Abac. 2.
Gala. 5.
Roma. 14.

M

A terra potest, dominus præstiterit, valde nosse cupimus: quoniam si glorificatur vnū membrum, congaudent omnia membra, atque ita plerunq; contingit, vt dum aliquos fratres nostros in quantalacunque requie cōstitutos in mediis nostris anxietatibus cogitamus, non parua ex parte recreemur, tāquam & nos id ipsis quietius tranquilliusq; viuamus, quauis etiam cum molestiæ in huius vitæ fragilitate crebescunt, æternam requiem nos desiderare compellunt. Mūdus quippe iste periculosior est blandis quam molestis, & magis cauendus cum se illicit diligit, quā cum admonet cogitq; contemni. Nam cum omnia quæ in illo sunt, concupiscentia sint carnis & concupiscentia oculorum & ambitio seculi, sæpe etiā iis qui talibus spiritalia, inuisibilia, æterna preponunt, inserit se terrenæ suauitatis affectus, & delectationibus suis nostra comitatur officia. Quanto enim sunt charitati futura meliora, rāto sunt infirmitati violentiora præsentia. Et vtinam ij qui ea videre & gemere nouerunt, vincere & euadere mereantur. Quod sine dei gratia nullo modo voluntas implet humana, quia nec libera dicenda est, quādiu est vincens, & vincens cupiditatibus subdita. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Et si vos filius liberauerit, ait ipse dei filius, tunc vere liberi eritis. Lex itaque docendo & iubendo quod sine gratia impleri non potest, homini demonstrat suam infirmitatem vt quærat demonstrata infirmitas saluatorem, à quo sanata voluntas possit quod infirma non possit. Lex igitur adducit ad fidem, fides impetrat spiritum largiorem, diffundit spiritus charitatem, implet charitatem legem. Ideo lex pedagogus vocatur, sub cuius minacissima seueritate qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Quomodo autem inuocabunt in quem nō crediderunt: Proinde ne litera sine spiritu occidat, spiritus viuificans credentibus & inuocantibus datur, charitas verò dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, vt fiat quod idē Apostolus dicit: Plenitudo legis charitas. Ita bona est lex illi qui ea legitime vitatur. vitatur autē legitime qui intelligens quare sit data, per eius comminationem confugit ad gratiam liberantem. Huic gratiæ qua iustificatur impius quisquis ingratus velut ad legem impledam de suis viribus fidit, ignorans dei iustitiā & suam volens constituere, iustitiæ dei non est subiectus, Ac per hoc fit ei lex nō absolutionis adiutorium, sed vinculum criminis. Nō quia lex malum est, sed quia peccatum sicut scriptum est per bonum talibus operatur mortem. Per mandatum enim grauius delinquit, qui per mandatum scit quā malum sit quod admittit. Inaniter autem putat victorem se esse peccati, qui pœnæ timore non peccat, quia etsi non impletur foris negocium malæ cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas intus est hostis. Et quis coram deo innocens inuenitur, qui vult fieri quod vetatur, si subtrahas quod timetur? Ac per hoc in ipsa voluntate reus est qui vult facere quod non licet fieri, sed ideo non facit quia impune non potest fieri. Nam quantum in ipso est, mallet non esse iustitiam peccata prohibentem atque punientem. Et vtiq; si mallet non esse iustitiam, quis dubitauerit quod eam si posset auferret? Ac per hoc quomodo iustus est, iustitiæ talis inimicus, vt eam si potestas detur præcipientem auferat, ne comminantem vel iudicantem ferat? Inimicus ergo iustitiæ est, qui pœnæ timore non peccat: amicus autem erit, si eius amore non peccet. Tunc enim vere timebit peccare. Nam qui gehennas

2. Cor. 12.

1. Ioan. 2.

1. Ien. dist. 6. ca. nam vt.

2. Petri. 2. Ioan. 8.

Gal. 3.

Roma. 10.

Roma. 5. Roma. 13.

Roma. 10.

nas metuit, non peccare metuit, sed ardere. Ille autem peccare metuit, qui peccatum ipsum sicut gehennas odit. Ipse est timor domini castus permanens in seculo seculi. Nam ille timor pœnæ tormentum habet & nō est in charitate, eumq; perfecta charitas foras mittit. Tantum porrō quisque peccatum odit, quantum iustitiam diligit, quod non poterit lege terrente per litteram, sed spiritu sonante per gratiam. Tunc fit quod Apostolus admonet, Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ, sicut enim exhibuistis mēbra vestra deseruire immunditiæ & iniquitati ad iniustitiā, sic nunc exhibete membra vestra deseruire iustitiæ in sanctificationem. Quid enim est, sicut illud, ita & hoc, nisi, quemadmodum ad peccandum nullus vos cogebat timor, sed ipsius libido voluptasq; peccati, sic ad iuste viuendum non vos supplicij metus virgeat, sed ducat delectatio charitasq; iustitiæ: Et hæc quidem quantum mihi videtur nondum est perfecta, sed quodammodo adulta iustitia. Neque enim frustra præmitteret, Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ, nisi quia plus aliquid dicendum fuit, si iam illi ferre potuissent. Plus quippe seruituris debetur iustitiæ, quam peccato solent homines exhibere. Nam pœna corporis etsi non à voluntate, tamen reuocat ab opere peccati. Nec facile quisquam est qui palam committat quod per illicitam & immundam percipiat voluptatem, si cruciatus vindictæ certum est continuo secururos. Iustitia verò sic amanda est, vt ab eius operibus etiam pœnæ corporis nos cohibere non debeant, atque inter manus crudelium inimicorum luceat opera nostra coram hominibus, vt quibus placere possunt, glorificent patrem nostrum qui in cœlis est. Hinc est quod ille fortissimus iustitiæ dilector exclamat, Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est, Quoniam propter te mortificamur tota die, deputati sumus vt oues occisionis. Sed in his omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angelus, neque principatus, neque presentia, neque futura, neque virtus, neque altitudo, neque profundum, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Vide quemadmodum non vt unque ait, Quis nos separabit à Christo, sed ostendens vnde cohareamus Christo, quis nos, inquit, separabit à charitate Christi? Charitate igitur Christo, non pœnæ timore coharemus. Deinde commemoratis eis quæ videntur habere violentiam, nec tamen habent valentiam separandi, ira concludit, vt eandem diceret charitatem dei quam dixerat Christi. Et quid est à charitate Christi, nisi à charitate iustitiæ? De illo quippe dictum est, Qui factus est nobis sapientia à deo & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, vt quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in domino gloriatur. Sicut ergo ille est iniquissimus, quē nec pœnæ corporales deterrent ab immundis operibus sordidæ voluptatis: Ita ille iustissimus qui nec pœnarū corporalium terrore reuocatur à sanctis operibus luminosissimæ charitatis. Quæ charitas dei quod perpetua cogitatione tenendum est, diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, vt qui gloriatur, in domino gloriatur. Cum ergo nos huius charitatis qua lex verissime impletur, pauperes egenesq; sentimus, non de inopia nostra diuitias eius exigere, sed orando petere, quærere & pulsare debemus, vt

Psal. 18. 1. Ioan. 4.

Roma. 6.

E

Matth. 5.

Roma. 8.

Psal. 13.

F

1. Cor. 12.

Hicre. 9.

Roma. 5.

G ille apud quē est fons vitę, det nobis inebriari ab vberitate domus suę, & voluptatis suę potare torrente, quo mundati atque vegetati, non solum tristitia non absorbeamur, verum etiam gloriemur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes verò non confundit: non quia per nos ipsos hoc possumus, sed quoniam *charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Delectavit me ista saltem per literas loqui tecum, quę cum pręsente nõ potui, & hoc non propter te, qui non alta sapiens consentis humilibus, sed propter quosdam qui nimium arrogāt humanę voluntati, quam lege data putant ad eam implendam sibi posse sufficere, nulla super doctrinā legis gratia sanctę inspirationis adiutam. Per quorum disputationem infirmitati hominum miserę atque indigę suadetur, vt nec orare debeamus ne intremus in tentationem. Non quia hoc audent aperte dicere, sed eorum sententiam velint nolint hoc vti que sequitur. Nā vt quid nobis dicitur: Vigilate & orate ne intretis in tentationem: Vt quid etiam secundum hanc exhortationem cum doceret orare, pręcepit vt dicamus, Ne nos inferas in tentationem, si hoc non impletur ex adiutorio gratię diuinę, sed id totum est in arbitrio voluntatis humanę: Quid plura? Saluta fratres qui tecum sunt, & orate pro nobis vt salui simus secundum illam salutem de qua dicitur, Non est opus sanis medicus, sed male habētibus. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Orate ergo pro nobis vt iusti simus, quod quidem homo non potest nisi norit & velit, & erit continuo qui plene voluerit, sed hoc ipsum in eo nõ erit nisi gratia spiritus sanetur & adiuuetur vt possit.*

Augustinus Sebastiano, de pia tristitia, quam boni ferunt ex impietate malorum. Huic epistola subscripsit Alipius.
Epistola. CXLV.

DOMINO sancto desyderabili & in Christi honore suauissimo fratri Sebastiano, Augustinus in domino salutem. Quāuis ab animo nostro nullo modo te separatū esse permittat dulce vinculu charitatis, & indefinenter tuos sanctos mores atq; colloquia recolamus, tamen bene fecisti & gratias agimus quod nobis etiam corporalis salutis tuę nuncios apices mittendo, nos plurimum exhilarasti. Sensi autem in epistola tua, quod tedium te detinuerit i peccatoribus relinquentibus legem dei. Illo enim spiritu viuus quo dictum est: Vidi insensatos & tabescebā. Pia est ista tristitia, & si dici potest, beata miseria, vitis alienis tribulari nõ implicari, mœrere non hærere, dolore contrahi non amore attrahi. Hęc est persecutio quam patiuntur omnes qui volūt in Christo pie viuere, secundum Apostolicam mordacem veramq; sententiam. Quid enim hic magis persequitur vitam bonorum, quā vita iniquorū, non cum cogit imitari quod displicet, sed cum cogit dolere quod videt? Quoniam coram pio viuens impie, etsi non obligat consentientē, cruciat sentientem. Nām sepe & diu impiorum corporibus à secularibus potestatis, & quorumlibet vexationibus parcitur, piorum autem cordibus à malis hominum moribus nunquam vsque ad huius seculi finē. Sic ergo potius impletur quod commemoravi dixisse. Apostolum: Quia omnes qui volūt in Christo Iesu pie viuere, persecutione patientur, & tanto amarius, quāto interius, donec diluuiū transeat, vbi arca continet coruum & columbam. Sed in hęc frater illi à quo audisti, Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Cō-

ingere domino, vt crescat in nouissimis vita tua. Scio enim non deesse recreationē cordis de fratribus bonis, Huic adiunge promissiones dei fideles, magnas, certas, sempiternas, ipsiusq; tolerantia imperturbabilem inefabilemque mercedē. Et vide quā verum domino carēs, Secundum multitudinem dolorum meorū in corde meo, consolationes tuę iocundauerunt animā meam. Mitte fratri Firmo literas nostras. Sanctitatem tuā & familiā dei, quę tuo ministerio gubernatur, fratres & sorores, quę apud nos sunt nobiscū in domino resalutant. Et alia manu. Incolumes pro nobis oretis dilectissimi & sancti fratres. Ego Alipius impensissime saluto sinceritatem tuam, omnesq; tibi in domino cōiunctos. Atque vt hanc tanquam meam epistolam deputes peto. Etsi enim aliam propriā mittere potuissem, tamen malui huic subscribere, vt vnanimitatem nostram vna etiam pagina testaretur.

Augustinus Consentio, respondens illius questionibus, de corpore Christi & nostris corporibus, qualia futura sint in resurrectione. Epi. CXLVI.

DILECTISSIMO fratri Consentio, Augustinus. Quantum ad oculos attinet corporales quosdam videmus nec nouimus quorū à nobis studia vitęq; nesciuntur, quosdam nouimus nec videmus quorum nobis charitas & affectus innotuit, in quibus & te annumeramus, & ideo te magis videre desyderamus, vt in iis sis quos & videmus & nouimus. Nam illi qui ignoti nostris oculis ingeruntur, non solum desyderabiles nõ sunt, sed vix tolerabiles sunt, nisi aliquibus signis pulchritudo in his hominis interioris appareat. Quorum autē sicut tuus nobis prius animus intelligendo quā videndo corpus apparuit, iam quidem nouimus eos, sed ideo etiam videre desyderamus, vt per illud quod conspicitur oculis, multo iucundius & familiarius eo, quem iam nouimus amico interiore perfruamur. Verū & hoc de te nobis deus fortasse donabit, quietioribus & trāquillioribus sicut optamus rebus humanis, vt id honestę charitatis sit potius quā molestę necessitatis. Nunc ad ea respondeam sicut domino adiuuante potuero, quę prater epistolam in alia chartula à me quærenda misisti. Quæris utrū nunc corpus domini ossa & sanguinem habeat, aut reliqua carnis liniamenta. Quid si adderes, vtrum etiam vestimenta, nõne augetur quæstio, qua causa, nisi quia ea quę in vsu vitę huius nostrę corruptibilia nouimus, sine corruptione cogitare vix possumus, cum diuinorū miraculorum quædam documenta iam data sint, ex quibus liceat coniectare maiora? Nam si vestis Israëliitarum per tot annos in eremo sine tritura esse potuit, si morticina pellis calciamentorū tam diu sine labe durauit, potest vbiq; deus quorumlibet corporum, per quātum voluerit tempus incorruptā protendere qualitātē. Ego proinde domini corpus ita in cœlo esse credo, vt erat in terra I quādo ascendit in cœlum. Dixerat autem discipulis, vt in Euāgelio legimus, de sua resurrectione dubitantibus, & illud quod videbant, non corpus sed spiritū esse putantibus. Videte manus meas & pedes, palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere. Sic eorum cū esset in terra contractatus est manibus, sic eorum est cū iret in cœlum deductus aspectibus. Ibi vox angelica sonuit, Sic veniet quæadmodum eum videtis euntem in cœlū. Fides assit, & nulla quæstio remanebit. Nisi forte de sanguine requirendum est, quia cum dixisset, Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet: non addidit,

A didit, sanguinem. Nõ ergo & nos addamus inquirere, quod ille non addidit dicere. Et de compendio si placeat, finita sit quæstio. Fortassis enim, accepta occasione sanguinis, virgebit nos molestior perscrutator, & dicet, Si sanguis, cur non & pituita, cur non & fel flauum, & fel nigrum, quibus quatuor humoribus naturā carnis temperari etiam medicinæ disciplina testatur. Sed quodlibet quisque addat, corruptionem addere caueat, ne suę fidei sanitatem castitatēque corrumpat. Ex consuetudine rerum expertarum, inexperta opera diuina, infirmitas metitur humana, & argutule se garrire arbitrat cum dicit, Si caro est, & sanguis est: si sanguis, & ceteri humores: si ceteri humores, ergo & corruptio. Eo modo diceret, Si flamma est, & ardet: si ardet, & vrit: si vrit, ergo virorum trium in fornacem ignis ab impio rege missorum corpora incendit. Si autem hoc in tribus viris miraculum factum esse non dubitat, quisquis de diuinis operibus rectē sapit, cur non creditur qui fecit illa corpora non posse igni corrumpi, fecisse illud corpus nec igne nec fame nec morbo nec senio, ne vlla vi alia, qua solet humana corpora labefactare corruptio? Quod si quisquam dicit nõ carni trium illorum virorum additam contra ignem incorruptionem, sed ipsi igni detractam corrumpendi facultatem, quid veremur ne carnem facere nequiuert non posse corrumpi, qui fecit ignem non posse corrumpere? Nam si illud non de carnis, sed de ignis mutatione intelligitur, multo est mirabilius. Simul enim & hominum corpora non vrebat, ne posset nocere, & ligna fornacis vrebat vt posset arderē. Sed qui etiam ista non credunt, nimium de diuina potestate diffidūt, nec cum eis vel ad eos nunc sermo nobis est. Qui autem ista credunt, ex his etiam illa vtunque coniciant quę fideliter quærunt. Valet igitur diuina potentia de ista visibili atque tractabili natura corporum quibusdam manentibus auferre, quas voluerit qualitates: ac per hoc valet etiam membra mortalia formę liniamentis manētibus, corruptione verò mortalitatis emortua, stabili vigore firmare: vt absit labe, assit effigies: assit motio, absit fatigatio: assit vscendi potestas, absit esuriendi necessitas. Quod ergo legitur apud Apostolum, Caro & sanguis regnum dei non possidebūt: soluitur quidem quæstio etiam isto modo quem tu commemorasti, vt carnis & sanguinis nomine, opera carnis & sanguinis intelligantur: verum quia non de operibus, sed de modo resurrectionis loquebatur Apostolus, & eam quæstionem disputando versabat, melius eo loco intelligitur caro & sanguis pro corruptione carnis & sanguinis posita. Si enim nomen carnis significat operationem, cur non significet etiam corruptionem sicut dictum est, Omnis caro fœnum? Nam & hic ipsa corruptibilitas significata est. Sequitur enim, Et omnis honor carnis vt flos sceni: scenum aruit, flos decidit. Nunquid nam hoc etiam illi carni competit, de qua dictum est, Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet: sicut me videtis habere? Nam quomodo arefcet aut decidat, cum scriptum sit, quod Christus surgens à mortuis, iam notus moritur, & mors ei vltra non dominabitur? Proinde ipsam Apostolicam sententiam desuper inspicere, totamq; consideratam resurrectionem mortuorum persuadere vellet eis qui dicebant, quod resurrectio mortuorum non est, Christi resurrectione præmissa in exēplum, inter cetera quę ibi differunt, intulit sibi quæstionem atque ait: Sed dicit aliquis, quomodo resurgent mortui, quo autem Tomus secundus.

tem corpore veniet, id est, quali corpore? Deinde adhibens documenta seminum. Stulte, inquit, tu quod feminas non viuificatur, nisi prius moriatur, & quod feminas non corpus quod futurum est feminas, sed nudum granum ferē tritici, aut alicuius ceterorum: Deus autem illi dat corpus quomodo voluerit, & vnicuique feminam proprium corpus. Secundum hoc ergo dixerat: Non corpus quod futurum est feminas. Neq; enim non triticū erit ex tritico: sed quia nemo seminat herbam vel stipulam, & multiplicia in palea tegumenta granorum, cum quibus tamen femina exurgunt, ideo ait, Sed nudum granum: hinc volens ostendere, quia si deus potest addere quod nõ erat in nudo semine, multo magis potest reparare quod erat in hominis corpore. Iam verò quod adiungit, ad differentiam pertinet resurgentium, propter diuersas glorias fidelium atque sanctorum. Non omnis, inquit, caro eadem caro: alia quippe hominum, alia autem caro pecorum, alia volucrum, alia piscium, & corpora cœlestia, & corpora terrestria: sed alia est cœlestium gloria, & alia terrestriū: & alia gloria solis, alia gloria lunę, & alia gloria stellarum. Stella enim à stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorum. In his omnibus iste sensus est, Si genera carnis cum sint cuncta mortalia, differunt tamen inter se pro diuersitatibus animantium: & si corpora cum sint omnia visibilia, differunt tamen pro diuersitatibus locorum: vnde alia est cœlestiū gloria, alia terrestrium: & si in locis sublimibus cum sint cuncta cœlestia, differunt etiam ipsa claritatis luminum, non mirum est quod in resurrectione mortuorum distabit gloria meritorum. Hinc iam venit ad illud, quod communiter habet omnis caro, quę ad vitam resurgit æternam, & dicit: Seminatur in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in contumelia, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. In his verbis Apostoli, nunquid fas est putare melius corpora nostra resurrectura quā Christi: cum de illo sit propositum exemplum quod fideliter intēdere & per eius gratiam sperare debeamus. Ac per hoc nullo modo potuit corpus Christi cum corruptione resurgere, si nostrum in incorruptione resurrecturū promittitur, nec potuit illud sine gloria, si nostrū resurget in gloria. Quę autem ibi gloria, vbi adhuc corruptio? Nihil itaq; absurdū est, vt credamus illud corpus & in infirmitate esse seminatum, id est, mortificatū, & in infirmitate resurrexisse, cum corpus nostrū seminetur in infirmitate, resurgat in virtute: & dicat idem Apostolus de Christo: Etsi crucifixus est ex infirmitate, sed viuit in virtute dei. Quis verò tam absurde sapiat, vt credat illud corpus animale seminatum, animale resuscitatum, si nostrum seminatur animale, resurget spiritale? Constat itaque, neque villo modo dubitandum est, corpus Christi, quod licet corruptionem putredinis in sepulchro non viderit, vnde scriptum est, Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, clavis tamē & lancea perumpi potuit, nunc omnino in incorruptione consistere: & quod in contumelia passionis mortisq; seminatum est, nunc esse in gloria vitę æternę: & quod ex infirmitate potuit crucifigi, nunc in virtute regnare: & quod erat corpus animale, quoniam ex Adam sumptū est, nunc esse spiritale, quoniam spiritui iam inseparabiliter copulatum est. Cum enim vellet Apostolus de corpore animalis adhibere testimonium scripturarum, illud posuit quod in Genesi legitur: Si est, inquit, corpus animale, est & spiritale,

Psal. 35.

Roma. 5.

Math. 26.

H

Math. 9.

Psal. 118.

1. Tim. 3.

Math. 24.

Psal. 92.

L

M

Deus vestit⁹ est in cœlo.

Luc. 24.

Luc. 24.

Act. 17.

1. Cor. 15.

Esa. 46.

Luc. 24.

Roma. 6.

1. Cor. 15.

149

D

E

1. Cor. 15.

E

1. Cor. 15.

Psal. 118.

1. Cor. 15.

f iij spiritale,

G Spiritale, sicut scriptum est. Factus est primus Adam in animam viuentem, vel in animā viuam. Recolis certe quemadmodum scriptum sit: Et insufflauit deus in faciem eius flatum vitæ, & factus est homo in animam viuam. Dicitur etiam de animalibus: Producat terra animam viuam. Intelligitur ergo corpus animale dici simile cæteris animalibus propter mortis dissolutionem & corruptionem, quæ quotidie cibo reficitur, & postea superata animantis compago dissoluitur. Spiritale autem corpus, quod iam cum spiritu immortale est: quanuis nonnulli arbitrentur tunc fieri corpus spiritale, cum iam & ipsum corpus mutatur in spiritū, & quod homo erat ex corpore & spiritu, utrumque ac totum spiritus erit: quasi dixerit Apostolus: Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Proinde sicut animale corpus non est anima: sed corpus, ita & spiritale corpus non spiritum debemus putare, sed corpus. Quis porro audeat opinari, vel Christi corpus non spiritale resurrexisset, vel si spiritale surrexit, iam non corpus fuisse, sed spiritum: cum hanc opinionem discipulorum refellat, ubi cum eum videntes existimarent se spiritum videre, ait: Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere. Iam igitur illa caro spiritale erat corpus, nec tamen spiritus erat, sed corpus, nulla vltius morte ab anima resoluumdum atque separandum sicut corpus animale, quale animatum est dei flatu, cum factus est homo in animā viuam, etiam ipsum ex animali spiritale sine mortis interuentu futurum, nisi transgressio præcepti prius commisso peccato infligeret poenam, quam deus seruatur iustitiæ daret coronā. Vnde dominus Christus per nos ad nos venit, cum peccatores iustus inuenit, per stratū quodammodo humilitatis nostræ, sed non cum morbo iniquitatis nostræ. Nam per animale nobis, hoc est, per mortale corpus apparuit, qui utique si voluisset, cū corpore immortali primitus aduenisset. Sed quia nos humilitate filij dei sanari oportebat, vsque ad nostrā infirmitatem descendit, & fidei nostræ meritum ac præmium, virtute suæ resurrectionis ostendit. Ideo sequitur Apostolus & dicit: Nouissimus Adam in spiritum viuificantem: siue intelligatur primus Adā, qui de puluere ante formatus est: nouissimus autē Adam, qui de virgine procreatus est: siue in vnoquoque homine vtrūque cōpleatur, vt primus Adam sit in corpore mortali, nouissimus Adam idem ipse in corpore immortali: tamē inter animam viuentem & spiritum viuificantem hoc interesse voluit, vt illic sit corpus animale, hic spiritale. Anima quippe in corpore animali viuuit quidē, sed non viuificat vsque ad auferendam corruptionem. In corpore verō spiritali quoniam perfecte adherens domino, vnus spiritus est, sic viuificat vt spiritale corpus efficiat, absumens omnem corruptionem, nullam metuens separationem. Proinde sequitur: Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale, postea quod spiritale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo cælestis: qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius qui de celo est. Quid est, Qualis terrenus, tales & terreni: nisi mortales ex mortali: Et quid est, Qualis cælestis, tales & cælestes: nisi immortales per immortalem? Illud per Adā, hoc per Christum. Dominus enim ad hoc terrenus factus est, cum esset cælestis, vt eos qui terreni erant, faceret cælestes: hoc est, ideo ex immortali mortalis fa-

ctus est, assumendo serui formam, non domini mutando naturam, vt eos qui mortales erant, faceret immortales, impertiendo dominicam gratiam, non seruilem iniuriam retinendo. Cum igitur de resurrectione corporis Apostolus disputans, doceret nostra corpora futura ex corruptibilibus incorruptibilia, ex contemptibilibus gloriosa, ex infirmis fortia, ex animalibus spiritalia, hoc est, ex mortalibus immortalia, subiicit vnde agitur atque ait, Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum dei possidere non possunt. Et ne quisquam putaret secundum substantiam carnis hoc Apostolum definiisse, aperuit quid diceret subiungendo, Neque corruptio in corruptionem possidebit. Tanquam diceret, quod dixi, Caro & sanguis regnum dei non possidebunt: ideo dixi, quia corruptio in corruptionem non possidebit. Hoc ergo loco nomine carnis & sanguinis corruptionem mortalitatis intelligi voluit. Denique tanquam ei diceretur, Quomodo caro erit, & caro non erit? Caro quippe erit, quoniam dominus post resurrectionem ait, Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere: Caro autem non erit, quoniam caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Exponit quid dixerit, adiciens: Ecce mysterium vobis dico, Omnes quidem resurgemus, vel sicut Græci codices habent, Omnes quidem dormiemus, non tamen omnes immutabimur. Hanc immutationem vtrum in deterius an in melius intelligi voluerit, inferiora demonstrant. In atomo, inquit, hoc est in puncto temporis, quod diuidi non potest. In ictu oculi, hoc est in summa celeritate. In nouissima tuba, hoc est, in nouissimo signo, quod dabitur, vt ista compleantur. Canet enim tuba, inquit, & mortui resurgent incorrupti, & nos commutabimur. Ergo istam commutationem in melius sine dubitatione oportet intelligi, quia omnes & iusti & iniusti resurrexerunt sunt. Sed, sicut dominus in Euangelio loquitur, qui bene fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui male egerunt, in resurrectionem iudicij: Iudicium appellans poenam sempiternam, sicut alio loco, Qui non credit, inquit, iam iudicatus est. Proinde illi qui ad iudicium resurrexerunt sunt, non commutabuntur in illam incorruptelam, quæ nec doloris corruptionem pati potest. Illa nanque fidelium est atque sanctorum, isti verō perpetua corruptione cruciantur, quia ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur. Quid sibi ergo vult ista distinctio, Et mortui resurgent incorrupti, & nos commutabimur: nisi quia omnes incorrupti resurgent? Sed ex his etiam iusti immutabuntur in illam incorruptelā, cui omnino nulla possit nocere corruptio: ac per hoc qui in ea non commutabuntur, incorrupti quidem resurgent integritate membrorum, sed tamen corrupendi dolore poenarum, cum audierint: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. A quo auditu malo iustus non timebit. De illa verō commutatione iustorum cum dixisset, Nos commutabimur, tanquam quæreremus quomodo istud fiat, vel qualis illa commutatio futura sit, adiungit & dicit: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam, & mortale hoc induere immortalitatem. Non, vt opinor, dubitandum est secundū hoc dictum, Caro & sanguis regnum dei non possidebunt: quia non ibi erit corruptio & mortalitas carnis & sanguinis. Secundum has enim qualitates hoc loco carnem & sanguinem nūcupauit. Quocirca, vt aliquid ex epli gratia ponā, quod interim

K
L
M

A occurrit, sicut scriptum est. Ne forte tentauerit vos qui tentat, & inanis sit labor vester: atque hic intelligitur diabolus, tanquam deus omnino non tentet: de quo alio loco scriptura dicit. Ipse autem neminem tētat: nec cōtraria est ista sententia ei qua dicitur: Tentat vos dominus deus vester: sed soluitur quæstio, cū vocabulum tentationis diuersas intelligentias habeat, eo quod alia sit tentatio deceptionis, alia tentatio probationis: secundū illā non intelligitur qui tentat, nisi diabolus, secundum hanc vero tentat deus: ita cū dicitur, Caro possidebit regnū dei, & caro non possidebit regnū dei: etiā huius nominis intelligentia discernat, & nulla erit quæstio: quoniam caro secundum substantiam, secundū quam dictum est, Spiritus ossa & carnem non habet sicut me videtis habere, possidebit regnum dei: Caro autem, cum secundum corruptionem intelligitur, non possidebit. Hoc enim expositum est, cum diceretur, Caro & sanguis regnum dei non possidebunt: in eo quod continuo additum est, Neque corruptio in corruptionem possidebit, sicut satis quantum arbitror discernimus. Quod autem queris, vtrum sigillatim a creatore deo corporū linimenta formentur: non temouebit, si quantum potest humana mens potentiam diuinæ operationis intelligas. **Quomodo enim negare poterimus deum etiam nunc operari cuncta quæ creantur, cum dominus dicat: Pater meus vsque nunc operatur? Vnde illa cessatio septimi diei ab ipsis naturis condendis intelligenda est facta, non ab earum administratione, qua conditæ referuntur. Cum ergo natura rerum a creatore administratur, & per ordines præfinitis locis & temporibus suis cuncta nascantur, deus vsque nunc operatur. Nam si deus nunc ista non format, quomodo legitur: Priusquam te formarem in vtero, noui te. Quomodo etiam accipi potest: Quod si fenui agri, quod hodie est & cras in clibanum mittitur, deus sic vestit: nisi forte credendū est fœnum a deo vestiri, & a deo corpora non formari? Cum enim dixit, vestit, non de præterita ordinatione, sed de præfenti operatione satis indicat. Vnde est etiā illud Apostoli de seminibus, quod supra commemorauimus. Non, inquit, corpus quod futurum est seminans, sed nudum granū, fere tritici, aut alicuius cæterorū: Deus autē illi dat corpus quomodo voluerit. Non dixit, dedit aut disposuit, sed dat, vt creatorem intelligas efficaciam sapientiæ suæ rebus, quæ quotidie suis temporibus oriuntur, condendis adhibere. De qua sapientiā dictum est: Pertedit a fine vsque in finem fortiter, & non dixit, disposuit, sed disponit omnia suauiter. Multum est autem vel tenuiter sapere quomodo cōmutabilia & temporalia non commutabilibus & temporalibus creatoris motibus, sed æterna & stabili virtute condantur. De illo sanē quod percontandum putasti, vtrum baptizati omnes, si absque poenitentia diuersis criminibus irretiti, de corpore exierint, veniā quolibet tempore consecuti sint, librum non parue quantitatis iam scripsi, quem si describere curaueris, fortasse nihil vltius? hinc requires. Vis etiam per me scire, vtrum dei flatu ille in Adam idem ipse sit anima. Breuiter respondeo: Aut ipse est, aut ipso anima facta est. Sed & si ipse est, factus est, De anima quippe loquitur per Esaiam prophetam deus, ubi dicit: Omnem flatum ego feci, quod sequentiā satis indicat. Sequitur enim: Propter peccatum modicum quid cōristem illum? Id est, ipsum flatum, & cætera, quæ nisi de anima humana intelligi nequeunt. In hac enim quæstione maxime cauendum est, ne anima non a deo facta natura, sed ipsius de substantia tanquā**

vnigenitus filius, quod est verbum eius, aut aliqua eius particula esse credatur, tanquam illa natura atque substantia, qua deus est quicquid est, commutabilis esse possit. Quod esse animam nemo non sentit, qui se animā habere sentit. Cum ista dictarem, perlator iam ventū expectans, me vehementer vt nauigaret vrgebat. Itaque si quid hic incondite atque inculte dictum legeris, vel si totum ita esse perspexeris, doctrinæ da operam, lingua veniam.

Augustinus Proculiano Episcopo, ut apparet partis Donatiana, imitans illum, ut mutua collatione Schisma componatur. Epistola. CXLVII.

DOMINO honorabili & dilectissimo Proculiano, Augustinus. Propter imperitorum hominum vanitates diutius apud te de titulo epistolæ meæ disputare non debeo. Cum enim nos reuocare inuicem ab errore conamur, quanuis ante plenissimam discussionem causæ quibusdam videri possit quis nostrum erret incertum: seruimus tamen inuicem nobis, si bono animo nobiscum agimus, vt à peruersitate discordiæ liberemur. Quod me sincero corde agere & cum tremore Christianæ humilitatis, etiam si plebisq; hominibus apertum non est, videt tamen ille cui nulla corda clauduntur. Quid autē in te honorare non dubitē, facile intelligis. Non enim errorem schismatis, vnde omnes homines, quantum ad me attinet, cupio sanari, dignum honore aliquo existimo. Sed te ante omnia, quod ipsius nobis humanæ societatis vinculo astringeris, & quod nonnulla in te præminet placidioris mentis indicia, quibus nullo modo desperandum est, facile te posse veritatem, cum fuerit demonstrata, complecti, sine vilo æstu dubitationis honorandum puto. Dilectionis autem tantum tibi debeo, quantum nobis imperat ipse qui nos dilexit vsque ad crucis opprobriū, Sed ne mireris quod apud beneuolentiam tuam diu ta cui, non putabā in hac te esse sententia, quam mihi frater Euodius, cui fidem non habere non possum, gaudēs indicauit. Nam cum forte contigisset, vt in vnam domū conueneretis, & sermo inter vos de spe nostra, hoc est, de Christi hereditate ortus esset, ait dixisse benignitatem tuam, velle te & bonis viris sedentibus conferre nobiscum. Quod te multum gaudeo nostræ humilitati offerre dignatum. Neque vilo modo possum tantam occasionem benigni animi tui deserere, vt quantum vires dominus præbere dignabitur, quarerem tecum atque discutiam, quæ causa, quæ origo, quæ ratio in ecclesia Christi, cui dixit: Pacem meam do vobis, pacē meā relinquo vobis, tam lugendæ atque plangendæ discissionis extiterit. Audiui quidem de memorato fratre te fuisse conquestum, quod nescio quid tibi contumeliose responderit: quod quæso te ne illam contumeliam depones, quam certū mihi est non de superbo animo processisse: noui enim fratrem meum, sed si quid in disputando pro fide sua, & pro ecclesiæ charitate dixit fortasse feruentius, quam tua grauitas nollet audire, non illa contumacia, sed fiducia nominanda est. Collatorē enim & disputatorem, non assentatorem & adulatorē se esse cupiebat. Nam hoc est oleū peccatoris, quo Propheta non vult impinguari caput. Ita enim dicit: Emēdabit me iustus in misericordia, & arguet me, oleū autē peccatoris non impinguet caput meum. Mauult enim seuera misericordia iusti emēdari, quam leni adulationis vnctione laudari. Vnde etiam illud propheticum est: Qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt. Ideoque de homine, quem falsæ blanditiæ faciunt arroganter,

Gene. 2.
Gene. 1.
Origenicū.
Luc. 24.
1. Cor. 15.
1. Cor. 15.
1. Cor. 15.
1. Cor. 15.
1. Cor. 15.

atomo.
Esaia. 64.
Matth. 25.
Psalm.
1. Cor. 15.
Esaia. 42. & 57.

Ioan. 14.
Psalm. 146.
Esaia. 3.

Grogantē, recte etiā vulgo dicitur: Creuit caput. Impingua-
tum est enim oleo peccatoris, hoc est, non aspera veritate
corrigentis, sed leni falsitate laudantis. Neq; hoc
in eam partem peto accipias, quasi ego te à fratre Euo-
dio tanquam à iusto emendatum intelligi velim. Ve-
reor enim ne me quoq; aliquid contumeliose in te di-
cere existimes, quod vehementer caueo quantum pos-
sum. Sed iustus est ille qui dixit: Ego sum veritas. Itaq;
de cuiuslibet hominis ore nobis verum cum aliqua a-
speritate sonuerit, non ab illo homine qui forte pecca-
tor est, sed ab ipsa veritate, hoc est, à Christo qui iustus
est, emendamur, ne nostrum caput blandæ, sed pernicio-
sæ adulationis vinctio, hoc est, oleum peccatoris im-
pinguet. Quanquam etiam si frater Euodius aliquan-
tum pro suæ communionis defensione turbator, ali-
quid elatius animo commotiore dixisset, ætati hominis
& necessitatis causa te oporteret ignoscere. Istud tamē
quod promittere dignatus es, peto memineris, vt leden-
tibus quos ipse delegeris, dummodo verba nostra non
inaniter ventilentur, sed stylo excipiantur: vt & tran-
quillius & ordinatius disseramus & si quid forte à no-
bis dictum de memoria lapsum fuerit, recitatione re-
uocetur, & rem tam magnam & ad salutem omnium
pertinentem cum cōcordia requiramus. Aut si placet,
nullo medio interposito, prius nobiscū sine per episto-
las, siue per colloquationē atque lectionem vbi placuerit
conferamus, ne forte intemperantes nonnulli audito-
res malint quasi nostrum expectare certamē, quam de
nostra salute in nostra colloquatione cogitare, vt quod
fuerit inter nos terminatū, postea per nos populus no-
uerit, aut si per epistolas agi placet, ipse plebibus recite-
tur, vt aliquando nō plebes, sed plebs vna dicatur. Pro-
ter sicut volueris, sicut iusseris, sicut tibi placuerit, libe-
ter amplector. Et de animo beatissimi & venerabilis
mihi patris Valerij nunc absentis tota securitate pol-
liceor, hoc cum magna latitia cogniturum. Noui
enim quantum diligit pacem, & nulla vani fastus ina-
nitate iactetur. Rogo te quid nobis est cum veteribus
defensionibus, vt hucusque vulnera illa durauerint, quæ
animositas hominū superborum nostris membris in-
fixit: quorum vulnerum putrefactione etiam dolorē
perdidimus, quo solet medicus implorari. Vides quāta
& quāta miserabili fœditate Christiana domus fami-
liarq; turbata sint. Mariti & vxores de suo lecto sibi cō-
sentiant, & de Christi altari dissentiant. Per illum sibi
iurant, vt inter se pacem habeant, & in illo habere nō
possunt. Filij cum parentibus vnā domum habent
suam, & domum dei non habent vnā. Succedere in
eorum hereditatem cupiunt, cū quibus de Christi hæ-
reditate rixantur, serui & domini communē deū di-
uidunt, qui formam serui accepit, vt omnes seruiendo
liberaret. Honorant nos vestri, honorant vos nostri.
Per coronam nostram nos adiurant vestri, per coronā
vestram vos adiurant nostri. Omnium verba suscipi-
mus, neminē offendere volumus. Quid nos solus Chri-
stus offendit, cuius mēbra laniamus: Et homines quidē
causas suas seculares apud nos finite cupientes, quando
eis necessarii fuerimus, sic nos sanctos & dei seruos ap-
pellant, vt negocia terræ suæ peragant: aliquando aga-
mus & negocium salutis nostræ, & salutis ipsorum, nō
de auro, non de argento, non de fundis & pecoribus,
pro quibus rebus quotidie submisso capite salutamur,
vt dissensiones hominū terminemus, sed de ipso capite
nostro tam turpis inter nos & perniciofa dissensio est.
Quantumlibet capita submittant, qui nos salutant, vt

eos concordēs in terra faciamus, de cælo vsque ad cru-
cem submissum est caput nostrum, in quo concordēs
non sumus. Rogo te atq; obsecro, si est in te aliqua hu-
manitas, quam multi prædicant, hic appareat bonitas
tua, si nō propter honores transitorios simulatur, vt cō-
tremiscant in te viscera misericordiæ, & velis aliqua-
do rem discuti instando nobiscum orationibus, & om-
nia pacifice conferendo: ne miseræ plebes, quæ nostris
honoribus obsequuntur, premant nos obsequiis suis in
iudicio dei, sed potius nostra non ficta charitate nobis-
cum reuocata ab erroribus & dissensionibus, in veri-
tatis & pacis itinera dirigantur. Opto te coram oculis
dei beatum esse, domine honorabilis & dilectissime.

*Augustinus Valerio Episcopo suo, cui erat collega, pre-
sertim in dispensando uerbo dei, demonstrat quā diffi-
cile sit sacerdotem piū agere, obsecrans ut patiatur ip-
sum in secessu precibus & studio hoc agere, ut sit ido-
neus imposito muneris.*

Epistola. CXLVIII.

DOMINO beatissimo & venerabili, in cōspe-
ctu domini sincera charitate charissimo pa-
tri Valerio, Augustinus presbyter in domino
salutem. Ante omnia peto, vt cogitet religiosa pru-
dentia tua nihil esse in hac vita, & maxime hoc tem-
pore facilius & lætius, & hominibus acceptabilius Epi-
scopi aut presbyteri aut diaconi officio, si persuntoriē
atq; adulatoriē res agatur: sed nihil apud deū miserius
& tristi⁹ & dānabilius. Itē nihil esse in hac vita, & ma-
xime hoc tēpore difficilium, laboriosius, periculosius E-
piscopi aut presbyteri aut diaconi officio, sed apud deū
nihil beatius, si eo modo militetur quo noster impera-
tor iubet. Quis autem iste sit modus, nec à pueritia, nec
ab adolescentia mea didici: & eo tempore quod disce-
re cœperam, vis mihi facta est, merito peccatorū meo-
rum. Nam quid aliud existimē nescio, vt secundus lo-
cus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tene-
re non noueram. Sed arbitror dominum meum pro-
pterea me sic emendare voluisse, quod multorum pec-
cata nauarū, antequā expertus essem quid illic agitur,
quasi doctior & melior reprehendere audebam, itaque
postquā missus sum in medium, tūc sentire cœpi teme-
ritates reprehensionum mearum, quanquam & antea
periculosissimum iudicarem hoc ministerium. Et hinc
erant lachrymæ illæ, quas me fundere in ciuitate ordi-
nationis meæ tempore nonnulli fratres animaduerte-
runt, & nescientes causas doloris mei, quibus potuerūt
fermonibus, qui omnino ad vulnus meū non pertine-
rent, tamen bono animo consolati sunt. Sed multo val-
de multo amplius expertus sum q̄ putabam, non quia
nouos aliquos fluctus aut tēpestatē vidi, quas ante nō
noueram, vel non audieram, vel non legerē vel non co-
gitaueram, sed ad eas euitandas aut perferendas soler-
tiam & vires meas omnino non noueram, & alicuius
momenti arbitrabar. Dominus autem irrisit me, & re-
bus ipsis ostendere voluit me ipsum mihi. Quod si nō
damnado sed miserado fecit, hoc enim spero, certe vel
nunc cognita egritudine mea, debeo scripturarum eius
medicamenta omnia perscrutari, & orando ac legen-
do agere, vt idonea valetudo animæ meæ ad tam peri-
culosa negocia tribuatur: quod ante non feci, quia & tē-
pus non habui. Tunc enim ordinatus sum, cum de ipso
actionis tempore ad cognoscendas diuinas scripturas
cogitarem, & sic nos disponere vellemus, vt nobis
ociūm ad hoc negocium posset esse. Et quod verū est,
nondum sciebam quid mihi deesset: ad tale opus, quale
me nunc

Ame nunc torquet & conterit. Quod si propterea in re
ipsa didici quid sit homini necessarium, qui populo mi-
nistrat sacramentum & verbum dei, vt iam non mihi
liceat assequi, quod me non habere cognoui: iubes ergo
vt pereā pater Valeri? Vbi est charitas tua? Certe dili-
gis me, certe diligis ipsam ecclesiā, cui me sic ministra-
re voluisti, & tamen certum sum quod & me, & ipsam
diligis. Sed putas me idoneum, cum ego melius me no-
uerim, qui tamen nec ipse me nossem, nisi experiendo
didicissem. Sed dicit fortasse sanctitas tua: Vellem sci-
re quid desit instructioni tuæ. Tam multa autē sunt,
vt facilius possim enumerare quæ habeo, quā quæ ha-
bere desydero. Audeo enim dicere, scire me & plena fi-
de retinere quid pertineat ad salutē nostram. Sed hoc
ipsum quomodo ministrem ad salutem aliorum, non
quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui
fiat: Et sunt fortasse aliqua, imō non est dubitandū es-
se in sanctis libris cōscripta cōsilia, quibus cognitio &
apprehensio possit homo dei rebus ecclesiasticis ordina-
toribus ministrare, aut certe inter manus iniquorum
vel viuere conscientia saniore vel mori, vt illa vita nō
amittatur, cui vni christiana corda humilia & māsue-
ta suspirat. Quomodo autem hoc fieri potest, nisi quē-
adammodum ipse dominus dicit, petendo, quærendo, pul-
sando, id est, orando, legendo, plangēdo: Aut quod ne-
gocium mihi paruum tempus vel vsq; ad Pascha im-
petrari volui per fratres à tua sincerissima & venera-
bili charitate, & nunc per has preces volo. Quid enim
responsurus sum domino iudici: Non poteram ista iā
quærare, cum ecclesiasticis negociis impediret? Si ergo
mihi dicat, Serue nequam, si villa ecclesiæ calumnio-
sum aliquem pateretur, cuius fructibus colligendis ma-
gna opera impenditur, neglecto agro quem rigauī san-
guine meo, si quid agere pro ea posses apud iudicē ter-
ræ, nōnne omnibus cōsentientibus, nōnullis etiam iu-
uentibus & cogentibus pergeres, & si contra te iudica-
retur, etiā trans mare proficisceris, atque hoc modo
vel annum vel amplius absentiam tuā nulla querela
reuocaret, ne alius possideret terrā, non animā sed cor-
pori pauperum necessariam, quorum tamen famē viuē-
arbores meæ multo facilius mihiq; gratius si diligēter
colerentur explerent: Cur ergo ad dicendam agricul-
turam meam, vacatione temporis tibi desuisse cau-
sas: Dic mihi quid respondeam rogo te? An forte vis
dicam, Senex Valerius dum me omnibus rebus instru-
ctum esse credidisset, quanto amplius me dilexit, tan-
to minus ista discere permisit? Attende omnia ista se-
nex Valeri, obsecro te per bonitatem & seueritatem
Christi, per misericordiam & iudicium eius, per eū qui
tantā tibi inspirauit erga nos charitatem, vt te nec pro
luero animæ nostræ audeamus offendere. Sic autē mi-
hi deum & Christum testem facis innocentia & cha-
ritatis, & sinceri affectus quem circa nos habes quasi
ego non de his iurare omnibus possim. Ipsam ergo cha-
ritatem & affectum imploro, vt miseraris mei, & cō-
cedas mihi ad hoc quod rogauī tempus quantum ro-
gauī, atque adiuues me orationibus tuis, vt non sit ina-
nie desyderium meum, nec infructuosa ecclesiæ Chri-
sti atq; vtilitati fratrum & conseruorū meorum absen-
tia mea. Scio quod illa charitate pro me orante, maxi-
me in tali causa non aberit t dominus, & eam sicut sa-
crificium suauitatis accipiens, fortassis breuiore tempo-
re quā postulauī, me saluberrimis consiliis de scriptu-
ris suis reddet instructum.

Augustinus Profuturo, de tolerāda aduersa valetu-
dine & cohibenda ira.

Epistola. CXLIX.

RATRI Profuturo Augustinus. Secundū
spiritum quantum domino placet, atque vi-
res ipse præbere dignatur, recte sumus, Corpo-
re autē ego in lecto sum. Nec ambulare enim nec stare
nec sedere possum, rhagadis vel exochadis dolore &
tumore. Sed etiam sic, quoniā id domino placet, quid
aliud dicendum est, nisi quia recte sumus? Potius enim
si id nolumus quod ille vult, nos culpādi sumus, quā
ille non recte aliquid vel facere existimandus est. No-
sti hæc omnia, sed quia mihi es alter ego, quod libe-
tius tecum loquerer, nisi quod tecum loquor: Commē-
damus ergo sanctis orationibus tuis & dies & noctes
nostras, vt oretis pro nobis, ne diebus intemperanter
vtamur, vt noctes æquo animo toleremus, vt etiam si
ambulemus in medio vmbrae mortis, nobiscum sit do-
minus ne timeamus mala. Quod senex Megalius de-
functus sit, iam vos audisse quis dubitet: Erant autem
depositione corporis eius cum hæc scriberem, dies fer-
mē viginti quatuor. Vtrū iam videris t, disponebas e-
nim successorem primatus eius, si fieri potest nosse vo-
lumus. Non desunt scandala, sed neque refugium: Non
desunt mœrores, sed neq; consolationes. Atq; inter hæc
quā vigilandum sit, ne cuiusquam odium cordis in-
tima teneat, neque sinat vt oremus deum in cubili
nostro clauso ostio, sed aduersus ipsum deum claudat
ostium, nostri optime frater. Subrepat autem dum nul-
li irascenti ira sua videtur iniusta. Ita enim inuetera-
scens ira fit odiū, dum quasi iusti doloris admixta dul-
cedo, diutius eam in vase detinet, donec totum acefcet
vasq; corrumpat. Quapropter multo melius nec iuste
cuiquam irascimur, quā velut iuste irascendo in ali-
cuius odium irā occulta facilitate delabimur. In reci-
piendis enim hospitibus ignotis ista solemus dicere,
multo esse melius malum hominem perpeti, quā for-
sitan per ignorantiam excludi bonum, dum cauemus
ne recipiatur malus. Sed in affectibus animi cōtra est.
Nam incomparabiliter salubrius est etiā irā iuste pul-
santi non aperire penetrale cordis, quā admittere nō
facile recessuram, & peruenturam de surculo ad trabē.
Audet quippe impudenter etiam crescere citius quā
putatur. Non enim erubescit in tenebris, cum super eā
sol occiderit. Recolis certe qua cura & quanta sollicitu-
dine ista scripserim, si recolis quid mecū nuper in iti-
nere quodam loquutus sis. Fratrem Seuerum, & qui cū
eo sunt salutamus. Etiam fortasse ipsis scriberemus si
per festinationē perlatoris liceret. Peto autem vt apud
eundem fratrem nostrum Victorem cui ago etiā apud
tuam sanctitatem gratias quod Constantinam dum
pergeret indicauit, petendo adiuues propter negocium
quod ipse nouit, de quo grauissimum pondus pro ea re
multum deprecantis Nectarij maioris patior, per Ca-
lamam remeare ne grauetur: sic enim promisit mi-
hi. Vale.

Augustinus Elpidio, qui uidebatur cum Arrianis non nihil
sentire, declarās de rebus ineffabilibus parciissime loquē-
dum. Epistola. CL.

DOMINO eximio meritoque honorabili &
desyderabili Elpidio, Augustinus. Quis no-
strum erret in fide vel in cognitione Trini-
tatis, alia quæstio est. Gratū sanē habeo quod me quan-
uis incognitum facie, tamen quia errare credidisti, re-
uocare ab errore conatus es. Huius tibi beneuolentiæ
mercedem

Rhagades,
Celus, Plini-
us & Diosco-
rides, alijsq;
medici refe-
runt inter vi-
tia sedis: qm̄
autē scissurā
comitatur
tumor, addi-
dit & alterū
vocabulum
exochadis.

† inuenieris;

† inuenieris;

† inuenieris;

† inuenieris;

† despiciet.

Gmercedem retribuat deus, & nosse te faciat quod nosse te putas. Res enim ardua est, vt existimo, & quæso te ne in vllam contumeliæ partem acceperis, quod tibi tantæ cognitionis munus optaui. Vereor enim ne opinatæ scientiæ præiudicium, si nõ præcepta vera, quæ nequaquam ad te mihi arrogauerim, at certe bona vota nostra, quæ mihi etiam in docto habere de te licet, nõ enim perire, sed amice exhibenda sunt, repellat ab auribus tuis, potiusq; mihi succenseas quod nõ tibi iam sim sapienti gratulatus, quàm gratias agas quod tibi sapientiam deprecatus sim. Veruntamen si ego portans Episcopalis nominis sarcinam, libentissime amplector benevolentiam tuam, quod me Bonoso & Iasoni, vt scribis, doctissimis viris etiam trans mare mittere dignatus es, ad reportandos ex eorum disputationibus vberes fructus: quod deniq; ad detegendas totius erroris caliginis, libellum cuiusdam Episcopi vestri, ingenio & viribus elaboratum, ad me perferendum sollicita benignitate curasti: quanto est æquius te bono animo accipere, quod ea quæ nullo humano ingenio & viribus dari possunt, a domino deo tibi vt concedatur optaui? Apostolus enim, inquit: Non spiritum huius mundi accipimus, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis, quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed docti spiritu, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit quæ sunt spiritus dei: stultitia est enim illi. Magis ergo tecum, si fieri posset, mallem quærere quousq; appellandus sit animalis homo, vt si cum iam transcendimus, recte fortasse illa quæ supra humanam mentem atque intelligentiam incommutabiliter manent, aliqua ex parte nos attingisse gaudeamus. Cauendū est enim ne propterea videatur stultum, cum filium patri audimus æqualem, quia hominem animale adhuc agimus, de quo dictum est, quod stultitia sunt illi quæ sunt spiritus dei: quamquam sanè maiestas illa supra cuncta sublimis a spiritualibus cogitari possit, a nullo autem possit effari: videre tamen, quantum arbitror, facile est, nõ esse factum per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil. Si enim per seipsum factus est, erat antequam fieret, vt fieri per se posset. Quod certe tanto absurdius dicitur, quãto vanius cogitatur. Si autem nõ per se factus est, non est per quem facta sunt omnia: quoniam quicquid factum est, per ipsum factum est. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Miror parum attendi quæ tam expresse Euangelista voluit intimare vt neminem dissimulare permitteret. Non enim satis fuit dicere, Omnia per ipsum facta sunt, nisi adderet, Et sine ipso factum est nihil. At ego quanuis tardus, & nondum deterisa caligine, faucium mentis oculum gerens ad intuentiam patris & filij incomparabilem ineffabilemq; præstantiam, tamen hoc tota facilitate cõplector, quod nobis in Euangelio propterea præfeminatum est, non vt hinc comprehendere illam diuinitatem, sed vt hinc admoneremur nõ oportere nos de temeraria comprehensione iactare. Si enim omnia per ipsum facta sunt, quicquid non per ipsum factum est, nõ est factum: ipse autem per se factus non est. Non est igitur factus, & omnia per ipsum facta esse ab Euangelista credere cogimur. Ab eodem ergo cogimur eum factum esse non credere. Item si sine ipso factum est nihil, ipse ergo nihil est: aut factum non esse, nõ autem sine se factum esse. Restat vt fateamur, aut non sine se factum esse, quia sine se factus est. Quod si opinari sacrilegum est, non possumus dicere,

Si enim ipse se fecit, iam erat antequam fieret: Si autem ad se faciendum alteri, a quo factus est, adiutorium præbuit: nihilominus vt se adiutante ipse fieret, iam erat antequam fieret. Relinquitur itaque vt sine se factus sit. Quicquid autem sine illo factum est, nihil est. Aut nihil est igitur, aut factus non est: sed non est nihil, factus igitur nõ est. At si factus nõ est, & tamen filius est, sine dubio natus est. Quomodo, inquis, potuit de solo patre nasci filius æqualis ei de quo natus est? Iam hoc enarrare non possum, & cedo Prophetiæ dicenti: Generationem eius quis enarrabit? Quod si tu de humana generatione qua per virginem natus est accipiendum putas, ipse te discute, & interroga animam tuam, vtrum si in humana generatione defecit, audeat enarrare diuinam. Noli ergo, inquis, dicere æqualem. Cur non dicam quod dixit Apostolus: Non rapinam, inquit, arbitratu est esse se æqualem deo. Etsi enim aequalitatem illam non explicauit humanæ menti nondum purgatæ, posuit tamen in verbo quod in re possit inueniri purgatæ. Demus itaque operam mundando cordi nostro vt inde exurgat acies, qua ista videre valeamus, Beati enim, inquit, mundicordes, quoniam ipsi deum videbunt. Ita excedentes animalis hominis caliginosas imagines, ad serenitatem illam synceritatemq; veniemus, qua videre possumus quod dici non posse videamus. Nam libello quem dignatus es mittere, si mihi sit ocium facultasq; tribuatur ad singula respondere, arbitror te cogniturum, tanto minus quemque vestiri lumine veritatis quanto magis sibi videtur nudam depromere veritatē. Quis enim ferat, vt alia omittam, & hoc solum interim commemorem quod maxime ingemui, cum Apostolus Paulus dicat: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, istum iam dicere omni integramẽto reiecto nudam se depromere veritatem, qui si diceret nudam videmus veritatem, nihil esset cæcius ista arrogancia visionis. Non autem dixit videmus, sed depromimus, vt non solum iam veritas intentioni mentis patere, sed etiam potestati lingue subiaceret videatur. Multa sunt quæ de Trinitatis ineffabilitate dicantur, nõ vt ipsa dicatur, alioquin nõ est ineffabilis, sed vt illis dictis, illa dici nõ posse intelligatur. Verum iam vt arbitror modum excessit Epistola mea, cū per tuam me admonueris breuiter scribere: Sed quia institutione veterum te excusare dignatus es, nõ tibi absurdus videbor, si modum quarundam Epistolarum Ciceronis, quia eius quoq; in literis tuis mentionẽ fecisti, non te pigeat recordari.

Augustinus Nebridio, quibus in rebus sita sit vera beatitudo.

Epistola. CLI.
NEBRIDIO Augustinus. Vtrum nescio quo, vt ita dicam, blãdiloquio tuo factum putem, an verè ita se res habeat, incertum apud me est. Nam repete accidit, nec satis delibatum est, quantum debeat committi fidei. Expectas quid istud sit. Quid censet? Prope persuasisti mihi, nõ quidem beatum esse me, Nam id solius sapientis prædium est, sed certe quasi beatum: vt dicimus hominem, quasi hominẽ in comparatione illius quem Plato nouerat, aut quasi rotunda, & quasi quadra ea quæ videmus, cum longe ab eis absit quæ paucorum animus videt. Legi enim literas tuas ad lucernam iam cõnatus, proxima erat cubitio, sed non ita etiam dormitio, Quippe diu mecum in lecto situs cogitauit atq; has loquelas habui, Augustin? ipse cum Augustino. Nonne verum est, quod Nebridio placet

A placet beatos nos esse? Non vtique. Nam stultos adhuc esse nec ipse audeat negare. Quid si etiam stultis beata vita contingit? durū, quasi vero parua, vel alia vlla miseria sit quàm ipsa stultitia. Vnde ergo illi visum est, an lectis illis libellis etiam sapientẽ me ausus est credere? Non vsq; adeo temeraria est læticia gestiens, presertim hominis cuius quanti ponderis consyderatio sit bene nouim? Illud igitur scripsit quod nobis putauit dulcissimum fore, quia & illi dulce factum est, quicquid possumus in iis literis: & scripsit gaudes, nec curauit, quid committẽdum gaudenti calamo esset. Quid si Soliloquia legisset? lætaretur multo exundantius, nec tamen reperiret plus aliquid quod me appellaret quàm beatum. Cito ergo summum nomen effudit in me, nec sibi aliquid reseruauit, quod de me lætior asseueret. Vide lætitia quid faciat. Sed vbi est ista beata vita? vbi? vbi nam? O si ipsa esset, repelleret atomos Epicuri. O si ipsa esset, sciret nihil deorsum esse præter mundum. O si ipsa esset, nosset extrema spheræ tardius rotari quàm mediū, & alia similia quæ similiter nouimus. Nunc verò quomodo vel qualiscunq; beatus sum, qui nescio cur tantus mundus sit, cum rationes figurarum per quas est, nihil prohibeat esse quanto quis voluerit amplior? An non mihi diceretur, imò non cogemur confiteri corpora in infinitum secari, vt a certa velut vas in quantitate certam certus corpusculorum numerus surgeret? Quare cum corpus nullum esse minimum finitur, quo pacto sinamus esse amplissimum, quo amplius esse non possit: nisi forte illud quod Alipio aliquando dixi occultissime, habet magnam vim: vt quoniam numerus ille intelligibilis infinite crescit, non tamen infinitum minuitur, nam non eum licet vltra monadem resolueret, Contra sensibilis, nam quid est aliud sensibilis numerus, nisi corporeorum vel corporum quantitas, minui quidẽ infinite, sed infinite crescere nequeat. Et ideo fortasse merito philosophi in rebus intelligibilibus diuitias ponunt, in sensibilibus egestatem. Quid enim ærumnosius quàm minus atque minus semper posse fieri: Quid ditius quàm crescere quantum velis, ire quò velis, redire cum velis, quousq; velis, & hoc multum amare quod minui non potest? Quisquis nanque intelligit istos numeros, nihil sic amat vt monadem, nec mirum cum per eam fiat vt cæteri ametur. Sed tamen cur tantus est mundus? Poterat enim esse vel maior vel breuior: nescio. Tale est enim: Et, cur hoc loco potius quàm illo. Nec in ea re debet esse quæstio, vbi quicquid esset, quæstio esset: vnum illud multum mouebat, quod infinite corpora secarentur. Cui fortasse responsum est, de vi contraria intelligibilis numeri. Sed expecta, videamus quid sit hoc nescio quid, quod suggeritur menti, Certe sensibilis mundus, nescio cuius intelligibilis imago esse dicitur. Mirum autem est quod in imaginibus videmus quæ specula referunt: nam quanuis ingentia specula sint, non reddunt maiores imagines quàm sūt corpora etiam breuissima obiecta. In paruis autem speculis sicut in pupillis oculorum, etsi magna facies sese opponat breuissima imago pro modo speculi formatur. Ergo & imagines corporum minui licet, si specula aliquando latet, sed nunc dormiendum est. Neque enim Nebridio beatus quærendo videor, sed fortasse aliquid inueniendo. Id autem aliquid quid est? an illa ratiocinatio, cui tanquàm vnica meæ blandiri soleo, & ea me nimis oblectare. Vnde constamus ex animo & corpore. Quid horum melius? videlicet animus. Quid lauda-

tur in corpore? nihil aliud video quàm pulchritudinẽ. Quid est corporis pulchritudo? congruentia partium cum quadã coloris suauitate: Hæc forma vbi vera melior, an vbi falsa? Quis dubitet vbi vera est esse meliorem? Vbi ergo vera est: in animo scilicet. Animus igitur magis amandus quàm corpus. Sed in qua parte animi est ista veritas? in mente atque intelligentia. Quid huic aduersatur? sensus. Resistendum ergo sensibus totis animi viribus liquet. Quid si sensibilia nimium delectant? Fiat vt non delectent. Vnde sit: cõsuetudine iis carendi appetendiq; meliora. Quid si moritur animus? ergo moritur veritas, aut non est intelligentia veritas, aut intelligentia non est in animo, aut potest mori aliquid in quo aliquid immortale est? Nihil autem horum fieri posse Soliloquia nostra iam cõtinent, fatiq; persuasum est, sed nescio qua consuetudine malorum teritur atq; titubamus. Postremò etiam si moritur animus, quod nullo modo posse fieri video, non esse tamen beatam vitam in lætitia sensibilium, hoc ocio satis exploratum est. His rebus fortasse atque talibus Nebridio meo si non beatus, at certe quasi beatus videor. Videar & mihi quid inde perdo, aut cur parcam bonæ opinionis? Hęc mihi dixi. Deinde orauit vt solebam atq; dormiui. Hęc placuit scribere tibi. Delectat enim me quod mihi gratias agis, si nihil te quod in buccam uenerit celem, & gaudeo, quia sic tibi placeo. Apud quem ergo libentius me aperia, quàm cui displicere nõ possum? At si in potestate fortunæ est vt hominẽ amet homo, vide quàm beatus sim, qui de fortuitis tam multum gaudeo, & talia bona fateor desydero mihi vbertim accrescere. Fortunæ autem bona verissimi sapientes, quos solos beatos fas est vocari, nec timeri voluerunt, nec cupi an cupiri, tu videris, Et belle accidit. Nam vultus declinationis huius gnarum facias. Cum enim adiungo verba similia, incertior fio. Nam ita est cupio, vt fugio, vt sapio, vt iacio, vt capio, sed vtrum fugiri an fugi, vtrum sapiiri an sapi, sit modus infinitus, ignoro. Possem attendere iaci & capi, ni vereretur ne me caperet & pro ludibrio iaceret quò vellet, qui aliud iactum & captum, aliud fugitum, cupitum, sapitum, esse conuinceret. Quæ item tria, vtrum penultima longa, an inflexa, an graui breuiq; pronuntianda sint, similiter nescio. Prouocauerim te ad Epistolam longiorẽ, peto vt paulo diutius te legã. Nam nequeo tantum disserere, quantum volupe est legere te.

Augustinus ad populum factionis Donatianæ, quomodo illorum Episcopi in concilio conuicti sint, hortans ut nunc saltem redeant ad Ecclesiæ communionem ne post non fecisse sero poeniteant.

Epistola. CLII.
SILVANVS Senex, Valentinus, Aurelius, Innocentius, Maximinus, Optatus, Augustinus, Donatus, & cæteri Episcopi de concilio Zertenti ad Donatistas. Cum in auribus nostris fama crebresceret, hoc vobis vestros Episcopos dicere, cognitorum præmio fuisse corruptum, vt contra eos sententia proferreretur, vos autem ista facile credere, ac propterea multos vestrum adhuc nolle acquiescere veritati, placuit nobis cogente domini charitate ex concilio nostro hæc ad vos scripta dirigere, quibus primitus admoneremini illos vobis victos atque conuictos hæc mendacia iactare: qui etiam in suo mandato quod pro illa collatione fecerunt, & suis nominibus atque subscriptionibus firmauerunt, nos illic traditores & persecutores suos esse dicentes, in falsitate atque mendacio manifestissimo

1. Cor. 2.

† incomparabiliter.

† aliis, non est factus omnino.

Ioan. 1.

Esa. 55.

Philip. 2.

Math. 5.

1. Cor. 13.

2. Retra. 4.

† basi.

† aliis, lib. 2. tuis ineptia.

Accensus.

2. Retra. 4.

G stissimo detecti atq; conuicti sunt, ita vt volentes gloriari de multitudine cōepiscoporum suorum, inter aliquorum absentium noia etiam mortui nomen insererent, Et cum quæreretur vbi esset, subita perturbatione cæcati, ipsi eū confiterentur in itinere defecisse. Et cū interrogarentur, quomodo potuerit apud Carthaginē subscribere qui in itinere iā defecerat, vehementius perturbati, alio mendacio se obligauerūt, respondentes eū à Carthagine redeuntē fuisse defunctum. De quo mendacio exire omnino minime potuerunt. Ecce quibus creditis, vel de antiqua traditione, vel de cognitoris corruptione, qui mandatū suum vbi nobis obiecerunt crimē traditionis, non potuerunt conscribere sine crimine falsitatis. Proinde quæ maxime necessaria credidimus, his literis tanq̄ breuiario collecta inseruimus, ne forte ad magna gestorū volumina vel peruenire non facile possitis, vel ea legere laboriosum putetis. Carthaginem venimus, & nos & Episcopi vestri, & quod prius nolebāt & indignum esse dicebant, in vñ conuenimus, Electi sunt ex nobis & ex ipsis, septē hinc, & septem inde, qui pro causa omnium loquerentur. Electi sunt alij septem hinc, & septē inde, cum quibus vbi opus erat consilium pertractarent. Electi sunt quatuor hinc, & quatuor inde, qui gestis conscribendis custodes essent, ne infalsatum aliquid ab aliquo diceretur. Dati sunt etiam à nobis & ab ipsis notarij quatuor hinc, & quatuor inde, vt bini cum exceptoribus iudicis alternarent, ne aliquis nostrum se dixisse aliquid causaretur quod non fuisset exceptum. Huic tantæ diligentiae etiam illud est additum, vt & nos & ipsi quemadmodum ipse iudex verbis nostris subscriberemus, ne quisquam diceret in illis gestis aliquid vel postea fuisse corruptum. Cum enim adhuc venientibus eis qui subscriperūt, innotuerint eadem gesta omnibus locis in quibus oportet vt innotescant, sic etiam ad posteros cōfirmata veritas perdurabit. Nolite ergo esse ingrati tātae misericordiae dei quæ per istam diligentiam vobis ministrata est. Nulla excusatio iam remansit, nimirū dura, nimirū diabolica sunt hominum corda, quæ adhuc tantæ manifestationi veritatis obstitunt. Ecce Episcopi partis vestrae, quos omnes elegerunt vt pro omnibus loquerentur, conati sunt quantum potuerunt, vt omnino ipsa causa non ageretur, propter quam tantus numerus Episcoporum vtriusq; partis de vniuersa Africa, & de tam longinquis locis Carthaginem venerat. Et cum omnis anima suspensa expectaret in tanta collectione quid ageretur, illi vehementer instabant vt nihil ageretur. Quare hoc? nisi quia causam suā malam sciebant, & facillime se posse conuinci si ageretur dubitare non poterant? Ipse ergo animus eorum quo timebant ne causa ageretur, iam victos eos esse monstrabat. Si enim extorquerēt quod volebāt, vt iam collatio ipsa non fieret, nec disputationibus nostris veritas appareret, redeuntēs à Carthagine, quid vobis erant responsum, quid demonstraturus? Credo prolaturū erant gesta & dicturi vobis, nos instabamus vt causa non ageretur, illi instabant vt ageretur. Vos expectatis videre, quid egerimus, Ecce legite vbi eos vicimus, vt nihil ageremus. Forte & vos responderetis si cor haberetis. Nihil ergo acturi, vt quid istis? vel potius qui nihil egistis vt quid redistis? Denique posteaquam non potuerunt efficere quod conati sunt, id est, vt causa non ageretur, ipsa actio demonstrauit, quid timerint, quando in omnibus victi sunt. Cōfessi sunt enim contra ecclesiam catholicam, quæ toto terrarum orbe diffunditur, nihil se habere quod dicerent,

quia diuinis sanctarum scripturarum testimonio oppressi sunt, quibus ecclesia designatur, incipiens ab Hierusalem creuisse per loca, in quibus Apostoli predicauerunt, & nomina eorundem locorum in suis epistolis & actis conscriperunt, & inde diffundi per cæteras gentes: contra istam ecclesiam se non habere causam manifesta voce professi sunt, vbi est euidentissima in nomine dei nostri victoria. Cum enim confirmant ecclesiam, cui nos communicare, ipsos autem non communicare manifestum est, olim se victos esse testatur, & vobis, si sapitis, apertissime indicant, quid dimittere & quid tenere debeatis, non in ea falsitate, qua vobis non cessant adhuc vsq; mentiri, sed in illa veritate quæ victi coacti sunt confiteri. Quisquis ergo ab hac catholica ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se viuere existimet, hoc solo scelere quod à Christi unitate disunctus est, non habebit vitam, sed ira dei manet super eum. Quisquis autem in hac ecclesia bene vixerit, nihil ei præiudicat aliena peccata, quia vnusquisque in ea proprium onus portabit, sicut Apostolus dicit: Et quicumq; in ea corpus Christi manducauerit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Nam etiā hoc ipse Apostolus scripsit. Cum autem dicit, iudicium sibi manducat, satis ostendit, quia non alteri iudicium manducat, sed sibi. Hoc nos egimus & ostendimus & obtinimus, quia communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensione factorum. Nam si in factis malis non eis quisque consentiat, portat malus causam suam & personam suam, nec præiudicat alteri, quem in consensione mali operis, socium non habet criminis. Hoc enim ipsi voce apertissima coacti sunt confiteri, non tunc quando ista dicebamus, sed postea cum aliud ageretur. Nam cum ventum fuisset ad causam etiam Cæciliani, quam nos ab ecclesiae causa distinguebamus, vt si forte malus esset inuentus, ipsum anathematizarem, non tamen propter ipsum ecclesiam Christi relinqueremus, cui per malam suam causam præiudicare non posset. Cum ergo etiam ad ipsam Cæciliani causam ventum fuisset, & legissent illi concilium Carthaginense, vbi recitabant septuaginta plus minus Episcoporum sententias contra Cæcilianum absentem prolatas. Respondimus eis, sic non obesse illud Episcoporum concilium absentis Cæciliano, quemadmodum non obfuit plurium Episcoporum partis Donati concilium absentis Primiano, quando enim in Maximiani causa plus minus centum Episcopi damnauerunt. Tunc illi nominata causa Maximiani, vnde sciunt se etiam quos damnauerant, in honore integro suscepisse, & baptismum in sacrilego Maximiani schismate datum se confirmasse, & nō destruxisse, & in sua Vagaitana sententia, qua eos damnauerunt, quibusdam qui in ipso schismate fuerunt, dilationem dedisse & dixisse, quod eos non polluerint sacrilegi furculi Maximiani plantaria. Ista ergo causa posteaquam eorum aures percussit, expauescentes & perturbati & oblitū vnde superius contra nos contendebant, continuo dixerunt, Nec causa causa, nec persona personæ præiudicat: & confirmauerunt verbis suis quod nos antea de ecclesia dicebamus: quia non solum catholice transmarinae, contra quam se confessi sunt non habere quod dicerent, verum etiam catholice Africanae, quæ illi unitatis communione coniungitur, causa & persona Cæciliani, qualiscunq; fuisset, præiudicare non posset: si Maximianus, qui cum cæteris sociis suis Primianum damnauit, si etiam Felicianus, qui simul

23. q. 4. ff. quis à catholica.

Galat. 6.

1. Cor. 11.

L.

M.

A qui simul Primianum damnauit, & postea in causa Primiani à Donati parte damnatus est, non præiudicat parti Donati, cui modo Episcopus sicut antea fuerat receptus, adiungitur: sic etiam ipsi sociis suis Maximianus non præiudicat, quibus isti dilationem dederunt, dicentes eos ab illo cum quo fuerunt non fuisse pollutos, quia nec causa causa præiudicat, nec persona personæ. Quid ergo queritis amplius? Multis quidem verbis superfluis gesta onerauerunt, & quia non potuerunt efficere vt causa non ageretur, hoc fecerunt multum loquendo, vt quod actum est difficile legeretur. Sed debent vobis etiam ista eorum pauca verba sufficere, ne propter nescio quæ, nescio quorum hominum crimina, oderitis vnitatem catholicæ ecclesiae: quia sicut ipsi dixerunt, relegerunt, subscriperunt, nec causa causa præiudicat, nec persona personæ. Nam & in ipsa causa Cæciliani, quam licet ad ecclesiae causam nō pertinentem, tamen defendendam suscepimus, vt etiā ibi calumniae manifestarentur ipsorum, apertissime victi sunt, nihilq; eorum quæ in Cæcilianum intendebant probare potuerunt. Insuper etiā de criminibus traditionis, nos episcopalia gesta protulimus, vnde recitauimus aliquos eorum Episcoporum, qui sententias in absentem dixerant Cæcilianū, manifestissimos fuisse traditores. Cōtra ipsa gesta illi quia non habebant quod dicerēt, falsa esse dixerunt, sed nullo modo probare potuerunt. Insuper etiā confessi sunt, vel potius pro magna gloria professi sunt, Cæcilianum apud Constantinū imperatorem à suis præcessoribus accusatum. Et addiderunt mendaciū, quod illis accusantibus fuerit ab imperatore damnatus. Ecce & hinc victi sunt, vnde vobis solēt nebulas erroris offundere, concitantes nobis inuidiam, & in odium vestrum nos adducētes, quia ecclesiae causam apud imperatores agimus. Ecce maiores eorū de quorum omnibus gloriantur, ecclesiae causam egerunt apud imperatorem, persequuti sunt accusando Cæcilianum, apud imperatorem damnatū dixerunt. Iam non vos inducant vanissimis & mendacissimis verbis, redite ad cor vestrum, timete dominū, cogitate veritatem, relinquitte falsitatem. Quicquid enim iam passi fueritis imperialibus legibus, quod non pro iustitia, sed pro iniquitate patimini, non poteritis dicere ideo nos esse iniustos, quia sic vobiscum agi non debuit, vt imperator vos ab ista iniquitate cōpesceret. Episcopi enim vestri confessi sunt maiores suos sic egisse cum Cæciliano quomodo vobiscū agi non vultis, & tamē quod Cæcilianum apud imperatorem persecuti fuerint, etiam ipsis consistentibus & profertibus satis constitit. Quod autem Cæcilianus fuerit ab imperatore damnatus, omnino non constitit: immo etiā constitit eum accusantibus & persequentibus maioribus eorū, & bis numero prius ab episcopis, & ab ipso postea imperatore fuisse purgatum. Hoc etiam ipsi confirmauerunt talia postea quasi pro causa sua proferēdo, vt magis contra ipsos esse inuenirentur, & pro causa Cæciliani etiam illa quæ protulerunt recitarentur. Quoscumque ergo accusare voluerunt, nullis certis documentis probare potuerunt. Quicquid autem nos & pro ecclesiae causa & pro Cæciliani causa diximus, & verbis suis & lectionibus à se prolatis etiam ipsi confirmauerunt. Nam protulerunt primo codicem Opatii, vnde qua si probarēt Cæcilianum ab imperatore damnatum. Qui codex cum contra illos legeretur, & magis ostenderet Cæcilianum fuisse purgatum, ab omnibus risi sunt. Sed quia ipse risus non potuit ab exceptoribus excipi, verbis suis apud

Opatius.

D acta risos se esse testati sunt. Iterum recitauerūt, & protulerunt libellum imperatori Constantino à suis maioribus datū, vbi questi sunt quod eos memoratus imperator grauer persequeretur, ac sic eodē libello manifestarunt se apud imperatorem à Cæciliano fuisse sit peratos, falsūque esse quod dixerant eum ab imperatore damnatum. Tertio protulerunt literas eiusdem Constantini ad vicarium Verinum datas, vbi eos grauer detestatur, & propterea dicit de exilio relaxandos & furori suo dimittendos, quia iam deus coeperat in illos vindicare. Ac sic etiam istis imperatoris literis confirmauerunt se falsum dixisse, quod Cæcilianus ab imperatore damnatus sit, cum potius imperator ipsos à Cæciliano victos esse monstrauerit, quando eos vehementer execratus, ideo iussit vt de exilio dimitterentur, vt deo iudice sicut etiam coeperant punirentur. Postea Felicius Abtungenis ordinatoris Cæciliani in medium causam miserunt, dicentes eundem Felicem fuisse traditorem, à quo Cæcilianus fuerat ordinatus. Et eiusdem Constantini imperatoris pro Cæciliano cōtra seipsum literas protulerunt, vbi ad Procōsulem scripsit, vt ad comitatū suum mitteret Vigentiū. Iste autem Vigentius confessus fuerat in cognitione Heliani Proconsulis, falsum se fecisse aduersus Felicem Cæciliani ordinatorem. Dicebant ergo isti non sine causa voluisse imperatorem, vt ad se mitteretur Vigentius, nisi quia Cæciliani adhuc causa pendebat: & conabantur immittere suspicionem vanissimā, quod postea quam Vigentius ad comitatum directus est, tunc imperator contra Cæcilianum protulerit iudicare, & illud iudicium suū quod nos recitaueramus, vbi inter patres cognouerat Cæcilianumque purgauerat, sententia posteriore rescindere. Sed dicebatur eis, vt hoc postea legerent, & nihil omnino proferebant. Illæ autem literæ imperatoris, quibus ad se mitti iussit Vigentium, quas contra seipsum pro Cæciliano recitauerunt, hoc continent, quod Helianus Proconsul in causa Feliciis audientiam præbuerit competentem, eundemque Felicem à crimine traditionis innocentem fuisse constiterit. Sed Vigentium ad comitatum propterea iubere transmitti, vt illis qui ibi erant, & diuturnis diebus eum interpellare non desinebant, apparere & intimari posset, & frustra eos Cæciliano inuidiam comparare, & aduersus eum violenter insurgere voluisse. Quis eos crederet ista contra se recitasse pro nobis, nisi dei omnipotentis nutu factum esset, vt non solum verba eorum gestis tenerentur, sed etiam manus subscribentium legerentur? Nam & ordinem consulum & dierum qui gestis expressus est, si quis nunc diligenter aduertat, inueniet primo Cæciliano Episcopali iudicio fuisse purgatum. Deinde non multo post Feliciis Abtungenis causa ab Heliano Proconsule examinata est, vbi eum constitit innocentē. In qua causa ad comitatum mitti iussus est Vigentius, & lōgē postea ipse imperator causam inter partes cognouit atque finiuit. In qua cognitione Cæcilianum innocentem, illos autem calumniosissimos iudicauit. In quo ordine consulum & dierum satis ostenditur fallaciter eos & calumniose dixisse, quod imperator misso ad comitatum Vigentio, iudicium suum mutauit, & Cæcilianum quem prius purgauerat, postea condemnauit. Non solum autem nihil de hac re legere potuerunt, & contra se ipsos tanta legerunt, sed etiam per ordinem consulum euidentius conuincuntur, post causam Feliciis Procōsulari iudicio terminatam, in qua iussus est, vt ad comitatum

Constantin.

Verinus.

H.

F.

Gmitatum Vigentius mitteretur, nec paruo intervallo sed longe postea memorati imperatoris iudicio inter partes habito, Cæcilianum fuisse purgatum. Non ergo vobis dicant, quia præmio corrupimus iudicem. Quid enim aliud solent victi homines dicere? Aut si aliquid dedimus iudici, vt contra illos pro nobis pronunciet, ipsis quid dedimus, vt contra se pro nobis tanta non solum dicerent, verumetiam recitarent? An forte volunt vt eis apud vos gratias agamus, quia cum dicant iudicem præmio à nobis esse corruptum, ipsi tamen multa quæ pro nobis contra seipsos dixerunt & recitauerunt, gratis nobis omnia præstiterunt: Aut certe si propterea dicunt quod nos vicerint, quia melius egerunt causam Cæcilianam quam nos, hoc planè credatis illis. Nos enim duas lectiones pro illo sufficere putaueramus: illi autem quatuor protulerunt. Sed quid vos pluribus literis oneremus? Si vultis nobis credere, credite, & tenemus pariter vnitatem quam iubet & diligit deus. Si autem nobis non vultis credere, gesta ipsa legite, aut vobis vt legantur admittite, & an vera sint quæ scripsimus vobis ipsi probate. Si autem nihil horum facere vultis, & manifestissima veritate coniectam partis Donati falsitatem adhuc sequi desideratis, mundi erimus à pœna vestra quando vos sero postea pœnitebit. Si verò id quod vobis præstitit deus non contempseritis, & post causam tam diligenter actam, & tam diligenter manifestatam, peruersam consuetudinè relinquētes, paci Christi & vnitati confenseritis, de vestra correctione gaudebimus: & sacramenta Christi quæ in sacrilegio schismatis ad iudicium habetis, vtilia & salubria vobis erunt, cum in catholica pace habueritis caput Christū, vbi charitas cooperit multitudinem peccatorū. Hæc ad vos scripsimus octauodecimo Kal. Julias, piissimo Honorio Augusto imperante, vt quando possunt ad quoscūq; vestrum istæ literæ peruenirent.

Publicola Augustino proponit multas questiones.
Epistola. CLIII.

DILECTO & venerabili patri Augustino episcopo, Publicola. Scriptum est. Interrogata patrem tuum & indicabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. Vnde & mihi exquirendam legem de ore sacerdotis iudicavi in causa tali. Quæ qualis sit, per literas expono, simul et iam vt ego instruar in diuersis causis. Singulas autem quæstiones & diuersas per capitula signari feci, ad quas singillatim dignare respondere. In Arzugibus, vt audiui, decurioni qui limiti præest, vel tribuno solent iurare Barbari, iurantes per dæmones suos qui ad deducendas bastagas pacti fuerint, vel aliqui ad seruandas fruges ipsas: singuli possessores vel conductores solent ad custodiendas fruges suscipere, quasi iam fideles epistolam decurione mittente, vel singuli transeuntes, quibus necesse est, per eos trāsire. Mihi disceptatio in corde nata est, si ille possessor, qui susceperit Barbarum, cuius fides per dæmonum iurationem firma visa est, non coinquinatur, vel ipse, vel illa quæ custodit, vel ille qui deducitur à deductore Barbaro. Sed hoc debes scire, quia qui iurat Barbarus à possessore pro seruandis frugibus accipiat aurum vel à viatore deductor, sed tamen cum hac veluti mercede quæ solet dari à possessore vel à viatore, iuramentum etiam illud in medio est mortale datum decurioni vel tribuno: Quod perturbat me ne polluat illum qui suscipit Barbari iuramentum, vel illa quæ

custodit Barbarus. Quacunque enim conditione etiā auro dato & obsidibus datis, vt audiui, tamen iuramentum iniquum medium intercessit. Dignare autem mihi definite rescribere & non suspenso. Quod si ipse scribas dubitanter, ego maiores dubitationes incidere possum quam antequam interrogassem. Hoc etiam audiui, quia ipsi homines conductores qui præfunt rei meæ, iuramentum per dæmones suos iurantibus Barbaris accipiūt pro seruandis frugibus. Si ergo cum illi iurant per dæmones suos vt custodiant fruges, non polluant ipsas fruges, vt si inde manducauerit Christianus sciens, vel deprædatio ipsarum rerum fuerit, coinquinetur, significare dignare. Item ab alio audiui quod conductor non iuratur à Barbaro, & alter dixit, quia iuratur conductori. Si etiam falsum mihi dixit ille, qui dixit iurari conductori, si iam pro hoc quod solum audiui nō debeo vt de ipsis frugibus, vel de precio ipsarum propter auditum solum, quia dictum est: Si autem quis dixerit hoc immolatum est: idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit, si tamen etiam hæc causa similis est causæ de immolatio: Quod si ita est, quid debeo de ipsis frugibus, vel de precio ipsarum facere? Si debeo requirere de utroque, qui mihi dixit, quia non iuratur conductori, aut qui dixit quia iuratur conductori, & dictum vniuscuiusque probare per testes, qui verum dixit de illis duobus, & tandiu non contingere de ipsis frugibus, vel de precio quandiu mihi probatum fuerit si verum dixit ille qui dixit quia non iuratur conductori: Si Barbarus qui per iuramentum sum iurat malum, fecerit illum Christianum conductorem vel Tribunū qui limiti præest iurare sibi pro fide illi seruanda pro custodiendis frugibus, per ipsum iuramentum mortale per quod ipse iurat, si solus ille Christianus coinquinatus sit, an nō illa quorū causa iurat. Aut si Paganus qui limiti præest iurauerit Barbaro pro fide illi seruanda per mortale iuramentum, si non coinquinat pro quibus iurat. Si quæ mihi fero ad Arzuges si licet ei iuramentum accipere à Barbaro, illud mortale, & si non coinquinatur si susceperit tale iuramentum Christianus? Si de area trituratoria tritici vel cuiuscunque leguminis, aut torculari, de qua dæmoni oblatum est, si licet inde manducare Christianum scientem, De luco si licet ad aliquem usum suum Christianum scientem ligna tollere: Si quis vadēs ad macellum vt emat carnem quæ non sit immolatoria, & cogitationes duas habuerit in corde, quod immolata sit, & non sit immolata, & illam tenuerit cogitationem qua non immolata, si manducauerit an peccat? Si quis bonam rem de qua dubitat an bona aut mala sit faciat et putat bonam, cum tamen putasset & malam, si peccatum ascribatur ei: Si quis dixerit quod immolatum est mētiens, & postea dixerit iterum quia mētitus est, & ad fidem verè mētitus est, si licet Christianum inde manducare aut vendere, & de precio vti ex eo quod audiuit? Si Christianus aliquis ambulans passus necessitatem, victus fame vnus diei vel bidui, vel multorum dierum, vt iam durare non possit, ita occurrerit vt in ipsa necessitate famis in qua sibi videt iam mortē proximare, inuenit cibum in idolio positum, vbi nullus sit hominum, & non possit inuenire alium cibum, debet mori aut exinde cibari? Si Christianus videat se à Barbaro vel à Romano velle interfici, debet eos ipse Christianus interficere ne ab illis interficiatur. Vel si licet sine interfectione eos repellere vel impugnare, quia dictum est, Non resistere ma-

† de precio.

L

M

Matth. 5. lo: Si

A lo: Si murum possessio debet Christianus facere propter hostem, & si ille Christianus, qui fecerit murū causa non existit homicidij, cum inde aliqui cœperint pugnare, & interficere hostes: Si licet de fonte bibere, vel de puteo, vbi de sacrificio aliquid missum est: Si de puteo qui in templo est & desertū factum est, debet Christianus bibere: Si in templo quod colitur idoli puteus, ibi sit vel fons, & nihil ibi factum sit in eodem puteo vel fonte, si debet haurire aquas inde Christianus & bibere? Si Christianus debet in balneis lauare, vel in thermis in quibus sacrificatur simulachris: Si Christianus debet in balneis, quibus in die festo suo Pagani loti sunt lauare, siue cū ipsis siue sine ipsis? Si in folio vbi descenderūt Pagani ab idolis venientes in die festo suo, & aliquid illic in folio sacrilegij sui fecerint, & scierit Christianus, si debet in eodē folio descendere? Si Christianus inuitatus ab aliquo apposita habuerit carnē in escam, de qua dictū fuerit illi quia immolatio est, & non manducauerit eam: postea autem ab aliquo translata in ipsam carnē aliquo casu inuenit venalem & emerit eam, aut apposita habuerit ab aliquo alio inuitatus & nō cognouerit eā & manducauerit, si peccat? Si de orto vel de possessione idolorū, vel sacerdotum eorum debet Christianus sciens, holus emere vel aliquē fructum, & inde edere: Sanè de iuramento vel de idolis vt laborem nō patiaris in requirēdo, quæ vt dominus donauit, inuenimus, ante oculos tuos volui proponere: si quid autē aliud apertius aut melius in scripturis inuenis, dignare mihi significare. Vnde quæ inuenimus, hæc sunt, vbi Laban dixit ad Iacob, Deus Abraham & deus Nachor: quem autē deum, nō significauit scriptura. Et iterū ad Abimelech quando venit ab Isaac vbi iurauit, vel qui eū illo erant, sed quale iuramentum, nō significauit scriptura. Iterū de idolis, vbi ad Gedeon dictum est à domino in libro Iudicū, vt de vitulo quem occiderat holocaustum faceret. Et in Iesu Naue de Hiericho, vt omne aurum, argentum & aramentum inferretur in thesauris domini, & sanctū vocatum est de ciuitate, quæ anathema est. Et quid est illud, quod in Deuteronomio positū est: Nō inferes abominatioem in domum tuā, & anathema eris sicut hoc ipsum est. Dominus te seruet, saluto te, ora pro me.

Augustinus Publicola dissoluit aliquot ex propositis quæstionibus.
Epistola. CLIIII.

HONORABILI & dilectissimo filio Publicolæ, Augustinus in domino salutē. Aestus animi tui postea quā didici literis tuis, etiam mei continuo facti sunt, non quo me omnia talia permouerent, qualibus indicasti te esse permotū, sed quomodo tibi auferretur hi aestus, fateor, aestuavi, maxime quia petis vt definite tibi rescriberē, ne in maiores dubitationes incideres, quam antequā interrogasses. Hoc enim video nō esse in mea potestate. Nam quomodo libet scripsero quæ mihi videntur esse certissima, si tibi non persuasero, proculdubio eris incertior. Non autem sicut mihi adiacet suadere, eo modo adiacet etiam persuadere cui libet. Verūtamen ne tuæ dilectioni negarem operulam meā, post aliquantā deliberationem rescribendum putavi. Mouet te certe, vtrum eius fide vtendum sit, qui vt eam seruet per dæmonia iurauerit. Vbi te volo prius considerare, vtrum si quispiam per deos falsos iurauerit se fidem seruaturū, & eam nō seruauerit, non tibi videatur bis peccasse: Si enim tali iuratione promissam custodierit fidem, ideo tantū peccatum secundus.

Gene. 31.
Gene. 26.
Iudicium. 6.
Iosue. 6.
Deute. 7.

21. q. 1. Mo. uct.
3. sentent. dist. 39. cap. post hæc.
Prima quæstio de iurandis.

caste iudicaretur, quia per tales deus iurauit. Illud autē nemo recte reprehēderet, quia fidem seruauit. Nūc vero quia & iurauit per quos non debuit, & contra pollicitam fidē fecit quod non debuit, bis utiq; peccauit. Ac per hoc qui vtitur fide illius quem constat iurasse per deos falsos, & vtitur non ad malā rem, sed ad licitā & bonā, non peccato eius se sociat quo per dæmonia iurauit, sed bono pacto eius quod fidem seruauit. Neque hic eandem fidē dico seruari qua fideles vocantur qui baptizantur in Christo. Illa enim longe alia est longeq; discreta à fide humanorū placitorum atq; pactorū. Veruntamen sine vlla dubitatione minus malum est per deum falsum iurare veraciter, quam per deum verum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis est sanctū, tantomagis est pœnale periuriū. Alia ergo quæstio est, vtrū non peccet qui per falsos deos sibi iurari fecit, quam ille qui ei iurat per deos falsos, quos colit. Cui quæstioni possunt illa testimonia suffragari, quæ ipse commemorasti de Laban & Abimelech, si tamen Abimelech per deos suos iurauit, sicut Laban per deū Iacob. Hæc, vt dixi, alia quæstio est, quæ me merito fortassis moueret, nisi illa exēpla occurrissent de Isaac & Iacob, & si qua alia possunt inueniri. Si tamen illud nō adhuc mouet quod in nouo testamēto dictum est: Ne omnino iuremus. Quod quidem mihi propterea dictum videtur, nō quia verum iurare peccatum est, sed quia peierare immane peccatum est. A quo nos longe esse voluit, qui omnino ne iuremus admonuit. Sed tibi aliud videri scio, vnde nunc disputandum non est, vt illud potius agamus vnde me consulēdum putasti. Proinde sicut nō iuras, ita nec alium, si hoc placet iurare compellas, quanuis dictum sit ne iuremus: nunquam autem in scripturis sanctis legi meminerim, ne ab alio iurationem accipiamus. Alia vero quæstio est, vtrum ea pace debeamus vtī, quæ inter alios inuicem iurantes facta est. Quod si noluerimus, vbi viuamus in terris, nescio vtrum inuenire possimus. Neq; enim tantummodo limiti, sed vniuersis prouinciis pax conciliatur iuratione Barbarica. Vnde & illud sequetur, vt nō fruges tantum quæ ab eis custodiuntur qui per deos falsos iurauerunt, sed vbique inquinata sint omnia, quæ ipsa pace muniantur, quam iuratio illa confirmat. Quod si absurdissimum est dicere, nec illa te moueant quæ mouebant. Item si de area vel torculari tollatur aliquid ad sacrificia dæmoniorum sciente Christiano, ideo peccat si fieri permittit, vbi prohibendi potestas est. Quod si factum non comperit, aut prohibendi potestatem non habuit, vtitur mundis reliquis fructibus, vnde illa sublata sunt, sicut fontibus vtitur de quibus hauriri aquā ad usum sacrificiorum certissime scimus: Eadem est etiam ratio lauacrorum. Neq; enim spiritum deducere de aère dubitamus, in quem scimus ire fumum ex aris omnibus & incensis dæmoniorum. Vnde apparet illud esse prohibitum, ne in honorem alienorum deorū aliqua re vtamur, aut vtī existimemur, sic eam accipiendo, vt quanuis animo contēnamus, eos tamen qui nostrum animū ignorāt ad hæc honoranda edificemus. Et cum templa, idola, luci, & si quid huiusmodi data potestate, euertuntur, quantuis manifestum est, cum id agimus, non ea nos honorare, sed potius detestari: ideo tamen in vsus nostros priuatos duntaxat & proprios non debemus inde aliquid vsurpare, vt appareat nos pietate ista destruere non auaritia. Cum vero in vsus communes non proprios ac priuatos, vel in honore dei veri conuertuntur, hoc de illis

22. q. 1. sed queritur.

3. sen. dist. 39. cap. post hæc.

22. q. 1. id nouo. Matth. 5.

22. q. 1. quæstio 15.

26. q. 2. si de arca.

fit

G fit quod de ipsis hominibus, cum ex sacrilegis & impiis in veram religionem mutantur. Hoc deus intelligitur docuisse illis testimoniis quae ipse posuisti, cum de luco alienorum deorum iussu ligna ad holocausta adhiberi. Et de Hiericho ut omne aurum, argentum & aramentum inferretur in thesauros domini. Quapropter etiam illud quod in Deuteronomio scriptum est: Non concupisces argentum vel aurum illorum, nec accipies inde tibi, ne excedas propter illud, quoniam abominatio est domino deo tuo: & non conferes excrementum in domum tuam, & eris anathema, sicut & illud est, & offensione offendes & coinquatione inquinaberis abominatione illa, quia anathema est: Satis apparet aut ipsos priuatos vsus in talibus esse prohibitos, aut ne sic inde aliquid inferatur in domum ut honoretur. Tunc enim est abominatio & execratio, non cum talibus sacrilegiis honor apertissima destructione subuertitur. De eis autem idolorum nihil amplius nos debere obseruare quam quod praecipit Apostolus, certus esto. Et ideo de hac re verba eius recole, quae si obscura essent, pro modulo nostro exponemus. Non autem peccat, qui cibum postea nesciens manducauerit, quem prius tanquam idolothytum respuit. Ovis vel quilibet fructus in quolibet agro natus, eius est qui creauit: Quia domini est terra & plenitudo eius. Et omnis creatura dei bona est. Sed si illud quod in agris nascitur consecratur idolo vel sacrificatur, tunc inter idolothyta deputandum est. Cauendum est enim, ne si putauerimus non vescedum olere quod nascitur in orto templi idoli, consequens sit, ut existimemus non debuisse Apostolos apud Athenas cibum sumere, quia ciuitas erat Mineruae eiusque numini consecrata. Hoc & de puteo responderim, vel fonte qui in templo est. Plus autem mouet re vera si aliquid sacrificiorum in fontem vel puteum proiciatur. Sed eadem ratio est aeris qui omnem eorum fumum recipit, de quo supra diximus. Aut si hoc ideo putatur distare, quia illud sacrificium, de quo fumus aeris confunditur, non fit ipsi aeri, sed idolo alicui vel demonio, aliquid autem sic mittuntur sacrificia in aquas ut ipsi aquis sacrificetur, non ideo utique solis huius luce non vitimur, quia ei sacrilegi ubi possunt, sacrificare non cessant. Sacrificatur etiam ventis, quibus tamen vitimur ad tantas nostras commoditates, cum eorundem sacrificiorum suorum fumum ipsi quodammodo haurire & vorare videantur. Si quis dubitat de aliqua carne, utrum immolatio sit & non est immolatio, si eam cogitationem tenuerit quod immolatio non sit & ea vescatur, non utique peccat: quia nec est, nec iam putatur immolatio, etsi antea putabatur. Neque enim non licet corrigere cogitationes a falsitate in veritatem. Si quis autem bonum putauerit esse quod malum est, & fecerit hoc putando, utique peccat. Et ea sunt omnia peccata ignorantiae, quando quisque bene fieri putat quod male sit. De occidendis hominibus ne ab eis quisque occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, ut non profese hoc faciat, sed pro aliis, vel pro ciuitate, ubi etiam ipse est, accepta legitima potestate si eius congruit personae. Qui vero repelluntur aliquo terrore, ne male faciant, etiam ipsis aliquid fortasse praestatur. Hinc autem dictum est. Non resistamus malo, ne nos vindicta delectet, quae alieno malo animum pascit, non vt correctionem hominum negligamus. Vnde nec reus est mortis alienae, qui cum suae possessioni murum circumduxerit,

aliquis ex ipsorum vsu percussus intereat. Neque enim reus est Christianus, si bos eius aliquem feriendo, vel equus calcem iaciendo aliquem occidat, aut ideo non debent Christiani boues habere cornua, aut equus vngulas, aut dentes canis, Aut vero quoniam Apostolus Paulus satis egiit, ut in Tribuni notitiam perferretur, insidias sibi a quibusdam perditis preparari, & ob hoc deductores accepit armatos, si in illa arma scelerati homines incidissent. Paulus in effusione sanguinis eorum suum crimen agnosceret. Absit vt ea quae propter bonum ac licitum facimus aut habemus, si quid per haec praeter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputet. Alioquin nec ferramenta domestica & agrestia sunt habenda, ne quis eis vel se vel alterum interimat. Nec arbor aut restis, ne quis se inde suspedit. Nec fenestra facienda est, ne per hanc se quisque praecipitet. Quid plura commemorem, cum ea commemoranda finire non possim: Quid enim est in vsu hominum bono ac licito, vnde non possit etiam pernicies irrogari? Restat ni fallor vt dicamus aliquid de illo viatore Christiano, quem commemorasti victum famis necessitate, si nihil vsquam inuenit, nisi cibum in idolo positum, ubi nullus alius est hominum, utrum ei satius sit fame emori quam illud in alimentum sumere. In qua quaestione, quoniam non est consequens, vt cibum ille idolothytum sit. Potuit enim vel ab eis qui ibi ab itinere diuertentes corpus refecerant, obliuione seu voluntate dimitti, vel illic ob aliam causam quamlibet poni, Breuiter respondeo, Aut certum est esse idolothytum, aut certum est non esse, aut ignoratur. Si ergo certum est esse, melius Christiana virtute respuitur. Si autem vel non esse scitur vel ignoratur, sine villo conscientiae scrupulo in vsu necessitatis assumitur.

Augustinus Martiano veteri amico gratulatur, quod catechumenus sit factus, hortans illum ut baptismum accipiat & Eucharistiam.

Epistola. CLV.

DOMINO merito suscipiendo & in Christo dilectissimo ac desiderantissimo fratri Martiano, Augustinus in domino salutem. Abripui vel potius obrupui, & quodammodo furatus sum memetipsum multis occupationibus meis, vt tibi scriberem antiquissimo amico, quem tamen non habebam quando in Christo non tenebam. Nosti quippe vt definierit amicitiam Romani, vt ait quidam, maximus author Tullius eloquii. Dixit enim & verissime dixit: Amicitia est rerum humanarum & diuinarum cum beneuolentia & charitate consensio. Tu autem mihi charissime aliquando mihi consentiebas in rebus humanis, cum eis more vulgi frui cuperem, & mihi ad ea capessenda quorum me poenitet fauendo velificabas, immo vero vela cupiditatum mearum cum caeteris, tunc dilectoribus meis inter praecipuos aura laudis inflabas. Porro in rebus diuinis, quarum mihi illo tempore nulla luxerat veritas, utique in maiore illius definitionis parte nostra amicitia claudicabat. Erat enim rerum tantummodo humanarum, non etiam diuinarum, quoniam cum beneuolentia & charitate consensio. Et postea quam illa cupere destitit, perseverante quidem beneuolentia, saluum me esse cupiebas salute mortali, & ea rerum prosperitate felicem quam mundus optare consuevit. Etiam sic itaque aliquantum tibi erat mecum rerum humanarum beneuola & chara consensio. Nunc vero quantum de te gaudeo, quibus explicem verbis, quando eum quem quoquo modo habui

A habui diu amicum, habeo iam verum amicum. Accessit enim etiam rerum consensio diuinarum, quoniam qui mecum temporalem vitam quodam incunctissima benignitate duxisti, nunc spe vitae aeternae mecum esse coepisti. Modo vero etiam de rebus humanis inter nos nulla dissensio est, qui eas rerum diuinarum cognitione penamus: ne plus eis tribuamus, quam modus earum iustissimus postulat: nec eas in aliquo contemptu abiiciendo, creatori earum domino rerum caelestium atque terrestrium faciamus iniuriam. Ita fit vt inter quos amicos non est rerum consensio diuinarum, nec humanarum plena esse possit ac vera. Necessario enim vt aliter quam oportet humana estimet, qui diuina contemnit, nec hominem recte diligere nouerit, quisquis eum non diligit qui hominem fecit. Proinde non dico nunc mihi plenius amicus est qui eras ex parte, sed quantum ratio indicat, nec ex parte eras, quando nec in rebus humanis mecum amicitiam veram tenebas. Rerum quippe diuinarum ex quibus recte humana pesantur, focus mihi nondum eras, siue quando nec ipse in eis eram, siue postea quam ego eas vtunque sapere coepi, a quibus tu longe abhorrebas. Nolo autem succenseas, nec tibi videatur absurdum, quod illo tempore cum in vana huius mundi aestuarem, quoniam me multum amare videreris, nondum eras amicus meus, quando nec ipse mihi amicus eram, sed potius inimicus. Diligebam quippe iniquitatem, & re vera quia diuina sententia est, qua scriptum est in sanctis libris: Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Cum ergo odissem animam meam, verum amicum quomodo habere poteram, ea mihi optantem in quibus ipse meipsum patiebar inimicum? Cum vero benignitas & gratia saluatoris nostri illuxit mihi, non secundum merita mea, sed secundum ipsius misericordiam, tu ab hac alienus, quomodo esse posses amicus meus, qui vnde beatus esse possem penitus ignorabas, & non in hoc me amabas in quo mihi ipse iam fueram vtunque amicus effectus? Gratias itaque deo, quod te mihi amicum facere tandem aliquando dignatur. Nunc enim nobis est rerum humanarum & diuinarum cum beneuolentia & charitate consensio in Christo Iesu domino nostro verissima pace nostra. Qui duobus praecipis cuncta praecordia diuina conclusit dicens: Diliges dominum deum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuum tanquam teipsum. In illis duobus praecipis tota lex pendet & propheta. In illo primo rerum diuinarum, in hoc secundo rerum humanarum est cum beneuolentia & charitate consensio. Haec duo si mecum firmissime teneas, amicitia nostra vera ac sempiterna erit, & non solum tios inuicem, sed etiam ipsi domino sociabit. Quod vt fiat, exhortor grauitatem & prudentiam tuam, vt iam etiam fidelium sacramenta percipias. Decet enim aetatem, & congruit quantum credo moribus tuis. Memento quid mihi dixeris profecturo, comicum quidem de Terentio recolens versum, sed tamen aptissimum & vtilissimum. Nunc hic dies vitam aliam avertit, alios mores postulat. Quod si veraciter dixisti, sicut de te dubitare non debeo, iam profecto sic viuus, vt sis dignus baptismi salutari remissionem praeteritorum accipere peccatorum. Iam omnino non est cui alteri praeter dominum Christum dicat genus humanum. Te duce si qua manent sceleris vestigia nostri, Irrita perpetua soluent formidine terras. Quod ex Entheo, id est, ex sibyllino carmine se falsus est translulisse Virgilius, quoniam fortomus secundus.

tassis etiam illa vates aliquid de vnico saluatore in spiritu audierat quod necesse habuit confiteri. Hac tibi domine merito suscipiende & in Christo dilectissime, ac desiderantissime frater, siue pauca, siue forsitan multa sint vtunque occupatissimus scripsi, tua mereri scripta desidero, & te nomen dedisse inter competentes, vel daturum esse, iamamque cognoscere. Dominus deus noster in quem credidisti, & hic & in futuro seculo te ceteruet domine merito suscipiende & in Christo dilectissime ac desiderantissime frater.

Augustinus Probatum resalutat, & gratias agit quod de salute ipsius fuerit sollicitus.

Epistola. CLVI.

DOMINO insigni & merito illustri & praestantissima filia Probae, Augustinus. Est quidem ita vt dicis, quod in corpore corruptibili anima constituta terrena quadam cogitatione constringitur, & tali onere quodammodo depresso curuatur, vt in imo multa quam in summo vnum facilius concupiscat & cogitet. Nam hoc etiam sancta scriptura ita dicit: Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Sed ideo venit saluator noster, qui mulierem illam in Euangelio per decem & octo annos curuam, quae fortasse hoc significabat, verbo salutis erexit, vt anima Christiana non frustra audiat, Sursum cor: Nec frustra respondeat, se habere ad dominum. Quod intuens recte facis, mala huius mundi tolerabilia ducere spe futuri. Sic enim vsu quodam bono conuertuntur in bonum dum non augent nostram concupiscentiam, sed exercent patientiam, de qua re Apostolus ait. Scimus quoniam diligetibus deum omnia cooperantur in bonum. Omnia, inquit, non solum illa quae appetunt vt suauia, verum etiam illa quae vt molesta vitantur, quando alia sic sumimus ne capiamur, alia sic ferimus ne frangamur. Et secundum praeccepta diuina in omnibus gratias agimus ei de quo dicimus: Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo: Et bonum est mihi quoniam humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Neque enim reuera si fallacis prosperitatis semper hic tranquillitas arrideret, anima humana portum illum verae certaeque securitatis appeteret domina insignis & merito illustris & praestantissima filia. Reddens itaque debitum praestantiae tuae salutacionis obsequium, agensque gratias quod salutis nostrae religiosissimam curam geris, posco tibi a domino futurae vitae praemia, praesentisque solatia, omniumque vestrum in quorum cordibus per fide habitat Christus, me dilectioni orationique commendo. Et alia manu. Deus verus & verax veraciter ceteruet cor tuum, & protegat salutem tuam, domina insignis & merito illustris ac praestantissima filia.

Augustinus Optato demonstrat, quid de animarum origine certum sit, quid adhuc salua fidei veritate queri neque sciriue possit.

Epistola. CLVII.

DOMINO beatissimo & sincera dilectione desiderabili fratri & coepiscopo Optato, Augustinus in domino salutem. Quoniam tuae sanctitatis nullas ad meipsum datas acceperim literas, tamen quia illas quas ad Mauritaniam Caesariensem misisti, me apud Caesarem praesente venerunt, quod nos iniuncta nobis a venerabili Papa Zozimo apostolicae sedis Episcopo ecclesiastica necessitas traxerat, factum est vt ea quae scripsisti etiam ipse perlegeret, tradente mihi eandem epistolam tua famulo dei sancto e ij Renato

G Renato, in Christo nobis fratre charissimo, Quo pe-
tente & mihi licet aliis occupato vehemēter instante,
ad ea sum respondere cōpulsus. Accessit huc etiam al-
terius sancti & cum debito honore nominandi fratris
nostri, & quantum ab illo comperi necessarij tui Mu-
ressis cum in supradicto oppido remoraremur aduen-
tus. Qui mihi retulit etiam sibi missas de hac re lite-
ras venerationis tuæ, Et me de hac ipsa quæstione con-
suluit, vt quid inde sentirem, vel meis vel suis rescrip-
tis ad te faceret peruenire, vtrum scilicet animæ vt
corpora propagatione nascantur, sintq; ex illa vna quæ
primo homini creata est. An creator omnipotens, qui
vtique vique nunc operatur, sine vlla propagatione
nouas faciat, singulis proprias. De qua re antequam a-
liquid admoneam, sinceritatem tuā scire volo, in tam
multis opusculis meis nunquā me fuisse ausum de hac
quæstione definitam proferre sententiam, & impudē-
ter referretur in literas ad alios informandos, quod a-
pud me non fuerit explicatum. Quarum autē rerum atq;
causarum consideratione permouear, vt in neutrā
asserionem meus inclinetur assensus, sed adhuc inter
H vtrāque disceptem, nimis longum est hac epistola ex-
primere. Nec tam necessarium, vt hoc omisso nō possit
de hac quæstione quod satis est deputari, & si non ad
auferendam cunctationē, certe ad cauendam temerita-
tatem. Illud enim vbi vel maxime fides Christiana cō-
sistit, quod per hominem mors, & per hominem resur-
rectio mortuorum, Sicut enim in Adam omnes mori-
untur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Et quod
per vnum hominē peccatum in hunc mundū intrauit,
& per peccatū mors, & ita in omnes homines pertra-
siit in quo omnes peccauerunt. Et quod iudicium qui-
dem ex vno in condēnationem. Et quod per vnus deli-
ctum in omnes homines ad condēnationem, & per
vnus iustificationē in omnes homines in iustificatio-
nem vitæ: Et si qua alia testimonia declarant neminē
nasci ex Adam, nisi vinculo delicti & dānationis ob-
strictum, neminemq; inde liberari nisi renascēdo per
Christum, tam incōcūse tenere debemus, vt sciamus
eum qui hoc negauerit, nullo modo ad Christi fidem,
& ad eam quæ per Christū datur pusillis & magnis dei
gratiam pertinere. Vnde si origo animæ lateat, dum ta-
men redemptio clareat, periculū nō est. Neq; enim in
Christum credimus vt nascamur, sed vt renascamur
quomodocunq; nati fuerimus. Hactenus autem dici-
mus sine periculo latere animæ originem, vt nō tamen
eam partē dei esse credamus: sed creaturā. Nec de deo
natam, sed ab illo factam atq; in eius genus adoptan-
dam mirabili dignatione gratiæ, non parili dignitate
naturæ. Nec eam corpus esse sed spiritum, non creato-
rem vtique, sed creatum. Nec ideo venisse in hoc corpus
corruptibile quo grauat, quod illuc eam vitæ in cœ-
lestibus vel in quibuslibet aliis partibus mundi antea
malæ gestæ merita compulerunt. Nondum enim na-
tos Apostolus, cum de Rebecca geminis loqueretur, ni-
hil egisse dicit boni vel mali, vt non ex operibus qui-
bus nullis alter distinguebatur ab altero, sed ex vocan-
te diceretur minori seruiturum esse maiorem. His igitur
firmissime constitutis, si tam reconditum atq; ab-
ditum est in occultis operibus dei, vt nec scripturarum
diuinarum manifesto eloquio declaretur, vtrum pro-
pterea nihil boni vel mali nondum nati egisse creden-
di sint, quia non ex aliis propagatas, sed mox ex nihilo
creatas animas singuli accipiunt: an quia cum ef-
ferent originaliter in parentibus, adhuc ipsi nulli erant,

1. Cor. 15.
Rom. 8.

Rom. 6.

qui suas & proprias vitas agerent, illa tamen sit fides
salua qua credimus nullum hominum, siue maioris si-
ue paruulæ quamlibet & recentis ætatis liberari a cō-
tagione mortis antiquæ & obligatione peccati quod
prima natiuitate cōtraxit, nisi per vnum mediatorum
dei & hominum, hominem Christū Iesum, Cuius ho-
minis eiusdemq; dei saluberrima fide, etiam illi iusti
salui facti sunt, qui priusquam veniret in carne, credi-
derunt in carne venturū. Eadem namq; fides est & no-
stra & illorū, quoniā hoc illi crediderunt futurū, quod
nos credimus factū. Vnde dicit Apostolus Paulus. Ha-
bentes autē eundem spiritū fidei, secundū quod scriptū
est: Credidi propter quod locutus sum: & nos credim⁹
propter quod & loquimur. Si ergo eundē spiritū fidei
& illi habebāt qui venturū in carne Christū prænu-
ciarunt, quē etiam illi qui eū venisse nunciarūt, sacra-
menta esse potuerunt pro temporū diuersitate diuersa
ad vnitatē tamen eiusdē fidei concordissime recurrē-
tia. Scriptū est in Actibus Apostolorū loquēte Apосто-
lo Petro: Nūc ergo quid tentatis deū imponere iugum
supra collū discipulorū, quod neq; patres nostri neque
nos portare potuimus, sed per gratiā domini Iesu cre-
dim⁹ nos saluos fieri quē admodū & illi: Si ergo & illi,
id est patres portare iugū legis veteris nō valentes, per
gratiā dñi Iesu saluos se fieri crediderūt, manifestū est
q; hæc gratia etiā antiquos iustos viuere fecit ex fide.
Iustus enim ex fide viuuit. Lex autē subintravit vt abū-
daret delictū, vt superabūdaret gratia per quā sanaret
delictū abundātia. Si enim data esset lex quæ viuifica-
re posset, omnino ex lege esset iustitia. Cui tamē bono
lex data sit, consequēter adiunxit dicens: Sed conclusit
scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu
Christi daretur credētibus. Danda itaq; fuerat lex quæ
manifestius sibiipsum ostenderet hominem, ne super-
bus animus humanus à seipso se posse esse iustum pu-
taret, & ignorans dei iustitiam, id est, quæ homini ex
deo est, & suā volens constituere, id est, quasi suis viri-
bus partā, iustitiæ dei subiectus non fieret. Oportebat
itaque vt addito mandato cuius vox est: Non concu-
piscēs, superbo peccatori etiam præuaricationis crimē
accederet, atque ita gratiæ medicinam non sanata per
legem sed conuicta infirmitas quaereret. Proinde cum
omnes iusti, hoc est, veraces dei cultores, siue ante in-
carnationem, siue post incarnationem Christi, nec vi-
xerint, nec viuant, nisi ex fide incarnationis Christi,
in quo est gratiæ plenitudo, profecto quod scriptum
est: Non esse aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat
saluos fieri nos, ex illo tempore valet ad saluandū ge-
nus humanum, ex quo in Adam vitiatū est genus hu-
manum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita
& in Christo omnes viuificabuntur. Quia sicut in re-
gno mortis nemo sine Adam, ita in regno vitæ nemo
sine Christo. Sicut per Adā omnes iniusti, ita per Chri-
stum omnes iusti homines: Sicut per Adam omnes
mortales in pœna facti sunt filij seculi, ita & per Chri-
stum omnes immortales in gratia sunt filij dei. Cur au-
tem creentur etiā illi quos creator præsciuit ad dāna-
tionem nō ad gratiam pertinere, beatus Apostolus 4.
succinctiore breuitate, quāto maiore auctoritate cō-
memorat. Deum enim dicit volentem ostendere irā,
& demonstrare potentiam suam attulisse in multa pa-
tientiā vasa iræ quæ perfecta sunt in perditionē, & vt
notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericor-
diæ, quem superius dixerat tanquā figulum luti ex ea-
dem massa facere, aliud vas in honorem, aliud in con-
tumeliam.

K
3. sen. dist.
25. cap. 1.

1. Timo. 2.

2. Cor. 4.
Psal. 115.

Act. 15.

L

Abach. 2.
Rom. 5.

Galat. 5.

Jalās, Cur
tamen bonū
lex, &c.

Rom. 10.

Rom. 7.

3. sen. dist.
25. cap. 1.

M

Act. 4.

1. Cor. 15.

Rom. 9.

A tumeliam. Merito autem videretur iniustum, quod fi-
unt vasa iræ ad perditionem, si non esset ipsa vniuer-
sa ex Adam massa damnata. Quod ergo fiunt inde na-
scendo vasa iræ, pertinet ad debitam pœnam. Quod
autem fiunt renascendo vasa misericordiæ, pertinet ad
indebitam gratiam. Ostendit ergo deus iram suam, nō
vtique animi perturbationem, sicut est, quæ ira homi-
nis nuncupatur, sed iustam fixamq; vindictam, quæ de
stirpe inobedienciæ ducitur propago peccati atque sup-
plicij. Et homo natus ex muliere, sicut in libro Iob scri-
ptum est, breuis est vitæ & plenus iracundiæ. Eius enim
rei vas est qua plenus est, vnde iræ vasa dicuntur. Osten-
dit & potentiam suam, qua bene etiam vtitur malis,
multa illis naturalia & temporalia bona largiens, eorūq;
malitiam ad exercendos & comparatione ad-
monendos bonos accommodans, vt in eis discant a-
gere gratias deo, quod ab eis, non suis meritis qui in
eadem massa paria fuerunt, sed illius miseratione di-
creti sunt. Quod maxime apparet in paruulis, de qui-
bus cum per Christi gratiam renascuntur, & istam vi-
tam in illa tenera ætate finientes, in æternam trans-
eunt & beatam, dici non potest quod libero discernun-
tur arbitrio ab aliis infantibus, qui sine hac gratia in
ipsius massæ damnatione moriuntur. Si autem hi soli
crearentur ex Adam, qui essent per gratiam recreandi,
& præter illos qui in dei filios adoptantur, nulli alij ho-
mines nascerentur, lateret beneficium quod donaretur
indignis, quia nullis ex eadem damnabili stirpe veni-
entibus debitum supplicium redderetur. Cum vero at-
tulit in multa patientiā vasa iræ, quæ perfecta sunt in
perditionem, non solum ostendit iram & demonstra-
uit potentiam suā redhibendo vindictā, & bene vtēdo
nō bonis, sed etiam notas fecit diuitias gloriæ suæ
in vasa misericordiæ. Ita enim quid præstetur sibi di-
scit gratis iustificatus, dum non suo merito, sed gloria
largissimæ dei misericordiæ discernitur à dānato, cum
quo eadem iustitia fuerat & ipse dānandus. Tam mul-
tos autē creando nasci voluit, quos ad suā gratiam nō
pertinere præsciuit, vt multitudinem incōparabili plures
sint illis, quos in sui regni gloriā filios promissionis
discernere dignatus est, vt etiā ipsa reiectorū multi-
tudo ostēderetur, quā nullius momēti sit apud deū
iustum quātalibet numerositas iustissime dānatorum.
C Atque vt hinc quoque intelligant qui ex ipsa damna-
tione redimuntur, hoc fuisse debitū massæ illi vniuer-
sæ, quod tam magnæ parti eius redditū cernerent, non
solum in eis, qui originali peccato multa addunt male
voluntatis arbitrio, verū etiam in tam multis paruulis,
qui tantummodo vinculo peccati originalis obstricti,
sine gratia mediatoris ex hac luce rapiuntur. Tota
quippe ista massa iustæ damnationis reciperet debitū,
nisi ex ea faceret non solum iustus, sed etiā misericors
figulus, alia vasa in honorem secundum gratiam, non
secundum debitum, dum & paruulis subuenit, quorum
nulla merita dici possunt, & maiores præuenit, vt ha-
bere aliqua merita possint. Quæ cum ita sint: si asser-
tio tua non eō tendit, vt nouas animas dicas propter
innocentiam nouitatis suæ, antequam ad peccandum
libero vtantur arbitrio damnationi originali obnoxia-
as esse non posse, sed eas fide catholica cōfiteris, etiam
si in illa tenera ætate de corpore exierint in dānatio-
nem perditionis ituras, nisi sacramento mediatoris,
qui venit querere & saluum facere quod perierat li-
berentur, quere vbi, vel vnde, vel quando cœperint dā-
nationis meritum habere, si noue sunt, ita sanē vt deū
Tomus secundus.

Iob. 14.

* pares fue-
rant, aut pa-
ria fecerāt

Luc. 19.

non facias, nec aliquam naturam quam non condidit
deus, vel peccati earum vel innocentium damnationis
authorem. Et si inueneris quod te querere admonui,
quod ipse adhuc fateor non inueni, defende quantum
potes atque asserere animarum infantium eiusmodi esse
nouitatem, vt nulla propagatione ducantur; & nobiscū
quod inueneris fraterna dilectione cōmunica. Si autē
non inueneris, quare vel quomodo sunt animæ infan-
tium peccatrices, & nihil in seipsis habentes malitiæ,
à quo cogantur ex Adam trahere vnde damnentur, cō-
eas credas non ex illa prima peccatrice propagatas, sed
nouas atq; infontes includi carne peccati: nec sic iā te-
mere in aliam sententiā tua deflectatur assensus, vt eas
ex illa vna credas propagando traduci, ne forte alius
inuenire possit, quod ipse non possis, aut aliquādo in-
uenias quod nunc nō potes. Nam & illi qui animas ex
vna propagari asserunt, quā deus primo homini dedit,
atque ita eas ex parentibus trahi dicunt, si Tertulliani
opinionē sequuntur, profecto eas non spiritus, sed cor-
pora esse contendunt, & corpulentis seminibus exori-
ri. Quo peruersius quid dici potest? Neque hoc Tertul-
lianum somniasse mirandum est, qui etiam ipsum crea-
torem deum nō esse nisi corpus opinatur. Qua demē-
tia repulsa à corde atque ore Christiano, quisquis ani-
mam sicuti est, nō esse corpus sed spiritum constituitur,
& tamen in filios ex parentibus duci, in eo quidē nul-
lis coarctatur angustiis, quod omnes animas etiā par-
uulorū quos ecclesia non vtique in falsa, sed in vera pec-
catorum remissione baptizat, vera fides prædicat tra-
here originale peccatū propria primi hominis volun-
tate cōmissum, & in omnes posteros generatione trā-
missum, ac sola regeneratione purgandum. Sed cū con-
siderari & pertractari cœperit quid dicatur, mirum si
vllus sensus cōprehendit humanus, quo nā modo tan-
quā lucerna de lucerna accendatur, & sine detrimēto
alterius alter inde ignis existat, sic anima de anima pa-
rentis fiat in prole, vel traducatur in prolem: Vtrū in-
corporeū semen animæ, sua quadā occulta & inuisi-
bili via seorsum ex patre currat in matrē, cum sit con-
ceptus in foemina: an quod est incredibilis in semi-
ne corporis lateat. Cum autem fluunt irrita sine vllis
conceptibus semina, vtrum semen animæ non similit
exeat, an summa celeritate, atq; atomo temporis vnde
exierat recurat, an pereat: Et si perit, quomodo ipsa cu-
ius mortale semen est, immortalis est anima? An im-
mortalitatem tunc accipit, quando formatur vt viuat,
sicut iustitia quando formatur vt sapiat: & quo pacto
eam deus fingat in homine, etiam si anima feminali-
ter trahatur ex anima, sicut fingit in homine corporis
membra, quauis corpus feminaliter trahatur ex cor-
pore? Si enim non spiritalis creatura fingeretur à deo,
non scriptum esset: Qui fingit spiritum hominis in ip-
so. Et in eo quod legitur: Qui finxit singillatim corda
hominum: si per corda significatæ sunt animæ, fingi-
eas posse quis dubitet? Sed queritur, vtrum ex vna a-
nima hominis primi, sicut fingit singillatim facies ho-
minum, ex vno tamen corpore hominis primi. Cum
hæc atque huiusmodi de hac re multa querantur, quæ
nullo sensu cordis explorari possunt, & à nostra expe-
rientia longe remota sunt, atq; in abditissimis naturæ
sinibus latent, non erubescendū est homini cōfiteri se
nescire quod nescit, ne dum se scire mentitur, nunquā
scire mereatur. Quis autem negat non vnus tantū sed
omnis animæ creatorē deum atq; factorē, nisi qui eius
eloquis apertissime refragatur? Sine vlla quippe am-
t iij biguitate

D

B

F

Psal. 32

1. Cor. 15

1. Cor. 15

G bignitate per Prophetam dicit: Omnem flatum ego feci, animas videlicet intelligi volens, quod verba consequentia manifestant. Non itaque vnum quem factum ex terra homini primo inspirauit, sed omnem flatum ipse fecit, ipse adhuc facit. Quæritur tamen, vtrum omnem flatum ex illo vno flatu, sicut omne corpus homini ex vno illo corpore faciat: an vero noua quidæ corpora faciat ex vno, animas autē nouas ex nihilo. Quis enim congrua suis originibus genera rerū etiam de feminibus facit, nisi qui ipsa semina sine feminibus? Sed vbi res naturaliter obscura nostrū modulum vincit, & aperte diuina scriptura nō subuenit, temere hinc aliquid definire humana coniectura præsumit. Secundum vitas autē, quas proprias habere incipiunt, nouos homines dicim⁹ nasci, siue anima, siue corpore. At vero secundū originale peccatū veteres nascuntur, ideo baptisinate renouantur. Aliquid ergo certum de animæ origine nondū in scripturis canonicis cōperi. Nam ij qui nouas sine vlla propagine asserunt animas fieri, inter testimonia, quibus id nituntur ostendere, ponunt etiam illa duo, quæ paulo ante cōmemorauit. Qui fingit spiritū hominis in ipso: Et qui finxit singillatim corda hominum. De quibus vides quæadmodum possit à resistētibus responderi. Vtrum enim cum fingit ex alio fingat, an ex nihilo, incertum est. Illud tamen inter cætera testimonium mihi videtur esse præcipuū, quod in libro Salomonis Ecclesiaste legitur: Et reuertetur puluis in terram sicut erat, & spiritus reuertetur ad deum qui dedit eum. Sed facillime respondetur: Corpus in terram, de qua factum est primum hominis corpus, & spiritus ad deū, à quo facta est prima hominis anima. Sicut enim nostrum corpus, inquiunt, quanuis ex primo illo corpore propagatum sit, eò tamen redit vnde ipsum primum corpus effectum est. Sic anima nostra quanuis ex illa anima propagata, non ad nihilū, quia immortalis est, sed ad illū redit à quo ipsa prima anima facta est. Ac per hoc illud quod scriptū est de spiritu cuiusq; hominis, quod redeat ad deum qui dedit eum, nō soluit istam obscurissimā quæstionem, quia siue ex illo vno, siue ex nullo alio, deus vtique dedit eum. Itemq; illi qui propaginem animarum inconsiderate temeritate defendunt, inter alia testimonia quæ suæ causæ suffragari arbitrantur, nullum quasi manifestius & expressius pro se possunt putare proferendum, quàm id quod in Genesi scriptum est: Omnes autem animæ quæ introierunt cum Iacob in Aegyptum, qui exierunt de femoribus eius. Hoc enim velut euidentissimo testimonio possunt credi animæ in filios ex parentibus propagari, quoniam satis aperte dictum videtur, animas etiam de femoribus Iacob, non sola exisse corpora filiorum. Vt eo modo etiā illud intelligi velint à parte totum, quod dixit Adam, cum illi mulier eius ostenderetur. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Non enim dixit: Et anima de anima mea: sed ita fieri potest, vt carne nominata vtrunq; intelligatur, sicut hic animas nominauit, & tamen etiam corpora in filiis intelligi voluit. Sed hoc testimonium certe, quasi tam clarum atque manifestum enodandæ huic quæstioni non sufficeret, nec si ita legeretur genere feminino, quæ exierunt de femoribus eius, vt animas intelligeremus vsquequaque exire. Ideo autem nō sufficeret, quoniam & animæ nomine corpus solum posse significari, modo quodam locutionis ostenditur, quo significatur per id quod continetur illud quod cōtinet, sicut ait quidam: Vina coronant, cum coronarentur va-

sa vinaria. Vinum enim continetur & vas continet. Sicut ergo appellamus Ecclesiam basilicam, qua continetur populus, qui vere appellatur Ecclesia, vt nomine Ecclesiæ, id est, populi, qui continetur, significemus locum qui continet. Ita quod animæ corporibus continentur, intelligi corpora filiorum per nominatas animas possunt. Sic enim melius accipitur etiā illud quod lex inquinari dicit eum, qui intrauerit super animam mortuam, hoc est, super defuncti cadauer, vt nomine animæ mortuæ, mortuum corpus intelligatur, quod animam continebat: quia & absente populo, id est, Ecclesiæ, locus tamen ille nihilominus Ecclesiæ nuncupatur. Hæc responderentur, si vt dixi, feminino genere positum esset, quæ exierunt de femoribus Iacob, id est, quæ animæ. Nunc vero cum masculinum genus sit positum, id est, qui exierunt de femoribus Iacob, quis nō ita intelligere malit, omnes animæ eorum qui exierunt de femoribus eius, id est, animæ hominum, vt etiam sic possint intelligi secundum corpus tantummodo existere homines de femoribus patris, quorum erant illæ animæ, per quarum numerum intelliguntur tot homines. Vellem autem legere libellum tuum, cuius mentionem fecisti in literis tuis, ne forte aliqua ibi testimonia non ambigua posuisti. A me autē cum quæsisset amicus mihi charissimus, & diuinarū studiosissimus literarum, quid de hac quæstione sentirem, eiq; remota verecūdia, hinc æstus meos & ignorantia fastus essem, scripsit inde longe trans mare ad doctissimū virū, cui rescripsit ille, vt potius me cōsuleret, nesciēs quod iam fecerat, nec aliquid à me certū ac definitum audire potuerat. Significauit tamen in eadē breui epistola sua, se potius fieri quàm propagari animas credere. Simul etiam admonens animarum propaginem, quia ipse in Oriente est, Occidentalem ecclesiā solere sentire. Hac ego maiore occasione comperta, scripsi ad eum nō breuem librum, consulens eum & petens vt prius me doceat, & tunc ad me mittat quos doceat. Qui liber deus non vt doctoris, sed inquisitoris, & potius discere cupientis apud me legi potest: mitti vero vsipiam nō debet, vel cuiquam foras dari, nisi cum rescripta domino adiuuante percepero, id quod ille sentit, promptissime ac libentissime defensurus, si me docere potuerit, quomodo animæ non ex Adam veniant, & tamen ex illo iustam sortem dānationis inueniant, nisi ad remissionem peccatorū renascendo perueniant. Absit enim vt credamus vel animas paruulorum in lauacro regenerationis falsam accipere peccatorū mundationem, vel deum esse, aut aliquam naturam quam non condidit deus, illius ex qua mundantur iniquationis authorē. Donec ergo aut ille rescribat, aut ego si deus voluerit aliquo modo discam, si nullam de illa peccatrice originem ducit, quæ causa sit animæ subeundi originale peccatum, quod necesse est esse in omnibus paruulis, ad quod eam nec deus cogit infontē, quia peccādi author non est, nec vlla mali natura, quæ nō est, nihil tale audeo prædicare. Te autē si libenter vel patienter admittis, charissime frater, admono, ne hæresim nouā minus cautus incurras, quæ antiquissimæ fidei stabilita molitur fundamenta cōuellere aduersus dei gratiā disputando, quā dominus Christus pusillis & magnis ineffabili bonitate largit. Cuius vel authores, vel certe accerrimi notissimiq; suasores, cū Pelagi⁹ & Cœlesti⁹ extitissent, cōcilioꝝ Episcopaliū vigiliātia in adiutorio saluatoris, qui suā tuetur Ecclesiā, etiā à duob⁹ venerabilibus antistitibus apostolicę sedis, Papa Innocētio &

A Papa Zozimō, nisi correcti etiam egerint penitentiā, toto Christiano orbe dānati sint. De quibus exempla recentium scripturarū, siue quæ specialiter ad Aphros, siue quæ vniuersaliter ad omnes Episcopos de memorata sede manarunt, ne forte ad vestram sanctitatem nōdum peruenerint, vobis curauimus mitti ab eis fratribus, quibus & has literas vt tuæ venerationi dirigerent, dedimus. Hi autem non ideo sunt hæretici, quia dicunt animas originem de illa prima peccatrice non ducere, quod vel aliqua fortasse ratione vera dici potest, vel sine fidei labe nesciri: sed hinc conantur efficere, vnde omnino apertissimi hæretici iudicantur, animas paruulorum nihil mali ex Adam trahere, quod sit lauacro regenerationis expiandum. Nam Pelagij de hac re argumentatio, quæ inter alia eius damnabilia etiam literis apostolicę sedis adiuncta est, ita se habet. Si anima, inquit, ex traduce non est, sed sola caro tantum habet traduce peccati, sola ergo poenā meretur. Iniustum est enim, vt hodie nata anima, non ex massa Adæ, tam antiquum peccatum portet alienum: quia nulla ratione conceditur, vt deus qui propria peccata dimittit, vnum imputet alienum. Si ergo ita potes animarū asserere sine vlla propagine nouitatem, vt ratione iusta & à fide catholica nō aliena, etiam sic peccato primi hominis ostendantur obnoxia, asserere quod sentis vt potes. Si autem non eas aliter potes à propagatione facere alienas, nisi vt simul facias ab omni peccati vinculo liberas, cohibe te ab huiusmodi disputatione omnimodo. Non est enim falsā etiam in paruulorum baptisinate remissio peccatorum, nec verbote minus dicitur, sed veraciter agitur. Nā vt iam verbis vtatur quæ in ipsa epistola beatissimi antistitis Zozimi leguntur: Fidelis dominus in verbis suis; eiusq; baptisimus re ac verbis, id est, opere, confessione & remissione vera peccatorū, in omni sexu, ætate, conditione generis humani eandem plenitudinem tenent. Nullus enim nisi qui peccati seruus est, liber efficitur, nec redemptus dici potest, nisi qui vere per peccatū fuerit ante captiuis, sicut scriptum est: Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Per ipsum enī renascimur spiritaliter. Per ipsum crucifigimur mūdo. Ipsius morte mortis ab Adam omnibus nobis introductæ atq; transmissæ vniuersæ animæ, illud propagatione contractum chirographum rumpitur, in quo nullus omnino natoꝝ antequam per baptismum liberetur non tenetur obnoxius. In his enim verbis apostolicę sedis, tam antiqua atque fundata certa & clara est catholica fides, vt nefas sit de illa dubitare Christiano. Quoniam ergo mortē Christi, non vnus aut aliquarum, sed vniuersæ animæ propagatione contractum mortis chirographum rumpitur, si potes animas sic alienas à propagatione defendere, vt tamē hoc chirographo quod sola Christi morte rumpendum est rectissima ratione demonstrentur obstrictæ, nec sua propagatione, sed carnis hoc debito iuste appareant obligatæ, non solum nemine prohibente defende, verum etiam id nobis quomodo tecum defendere possimus, ostende. Si autem aliter non potes quod de animarū nouitate sentis, asserere, nisi vt eas di cas peccato primi hominis nō teneri, aut per propagationem non suā, sed carnis, authore deo, vel nescio qua mali natura innocentissimas fieri peccatrices, melius origo anime latet, dum tamē eam nō dubitemus dei esse creaturam, quàm vel deus peccati author dicitur, vel cōtra deū aliena mali natura introducatur, vel baptisma paruulorū irritum ducatur. Vt autem & à me tua

dilectio de hac quæstione aliquid audiat definitū, non parū estimandū, immo præcipue necessarium atq; retinēdum, quomodo libet se origo habeat animarum, siue ex illa vna, siue ex nulla alia propagentur, Mediatoris tamen animā nullum ex Adam traxisse peccatū dubitare fas non est. Si enim nulla propagatur ex altera, vbi omnes tenentur propagata carnis peccati, quanto minus credendum est ex propagine peccatricis animam venire potuisse, cuius caro venit ex virgine, non libidine concepta, sed fide, vt esset in similitudine carnis peccati, non in carne peccati. Si autem peccato primæ anime peccatricis, ideo caterę tenentur obnoxia, quia ex illa sunt propagatę, profecto illa quā sibi vni-genitus coaptauit, aut peccatū inde non traxit, aut omnino inde non tracta est. Neque enim non potuit animam sibi trahere sine peccato, qui soluit nostra peccata, aut qui nouam creauit ei carnem, quam sine parere fecit ex terra, non potuit nouam creare carnem, quam sine vivo sumpsit ex femina. Hoc sicut potui non quidem ad me datis, sed tamē ad charissimos nostros sanctitatis tuę literis, nō peritiam quā desyderasti, sed sollicita dilectione respondi. Si grate accipis & admonitionē fraternam etiam vtilem, non errando, sed prudenter cōsiderando cum Ecclesiæ pace conseruas, deo gratias. Si autem me ista nondum nosse miraris, vel etiā nec miraris, & me aliquid certum de origine animarum salua ista fide quæ certissima atq; clarissima est, mutua charitate docere nō renuis, multo vberius, deo gratias. Memor nostri domino semper viuas, domine beatissime & syncera dilectione desyderabilis frater.

Augustinus Marcellino, ut quæ aduersus Donatistas in concilio Episcoporum decreta sunt publicentur, rogans ut qui nolunt respicere castigentur, sed citra mortis poenā.

Epistola. CLVIII.

DOMINŌ merito insigni multumq; charissimo ac desyderatissimo filio Marcellino, Augustinus in domino salutē. Gesta quę promissit præstantia tua vehementer expecto, & in Ecclesia Hipponensi iam iam cupio recitari, ac si fieri potest per omnes Ecclesias etiam in nostra diocesi constitutas: vt audiant homines pleneq; agnoscant confessiones iniquitatis, non dei timore extorquente penitentiam, sed iudiciaria diligētia crudelissimorum peccatorum aperiente duriciam: siue illorum qui de homicidio & de excæcato ac debilitato presbyteri corpore cōfessi: siue illorum qui si illa scire potuissent, quanuis sibi dicerent displicere, negare non ausi sunt, refugientes catholicam pacem, velut ne criminibus polluantur alienis, & in illo schismatis sacrilegio inter sceleratorum tam immanium tantam multitudinem perdurantes: siue etiam illorum qui se inde nō recessuros etiam demonstrata sibi catholica veritate, & Donatistarum peruersitate dixerunt: Non est leue quod deus agi voluit per operam tuam. Vtinam tales eorum causas crebras sic audias & facinora eorum atque insana pertinacia sic sæpe prodatur, eademq; publicata gesta in omnium notitiam perferantur. Quod autē scripsit eximietas tua dubitare te, vtrum in theopropia debeas eadem gesta iubere proponi, fiat si potest illuc frequēs confluere multitudo. Alioquin alius locus celebrior prouidentus est, non tamen vilo modo prætermittendum. Poena sanē illorum quanuis de tantis sceleribus confessorum, rogo te vt præter supplicium mortis sit, & propter conscientiam nostram, & propter catholicam mansuetudinem cōmendandā. Ipse enim fructus

Esa. 42. & 57.

Gen. 1. 2.

Eccle. 12.

Gen. 46.

Gen. 2.

Maro.

Numc. 19.

L

Hieronym⁹.

M

Ioan. 8.

C

Theopropia seu theopropia Graecis oraculo. Videtur sic appellatus locus vbi solent Casarū edita promulgari. 2. q. 5. poena t. iij. ad nos

G ad nos peruenit confessionis illorum, quia inuenit Ecclesia catholica ubi sua erga atrocissimos inimicos feruet atque exhibeat lenitatem. In tanta quippe crudelitate quæcunq; præter sanguinem vindicta processerit, magna lenitas apparebit. Quod & si modo quibusdã nostris illa atrocitate commotis videtur indignum, & quasi dissolutionis & negligentia simile, tranfactis tamen motibus animorum, qui recentioribus factis solent turbulenti excitari, egregie luculenta bonitas apparere, & ob hoc magis eadem gesta legere atque ostendere delectabit, domine merito insignis multumq; charissime ac desiderantissime fili. Ibi est sanctus frater & coepiscopus meus Bonifacius, & per diaconum Peregrinum, qui cum illo perrexit comonitorium direxi, quod sic habe præsentiam meam. Et quod vobis in comune pro ecclesie utilitate placuerit, hoc adiuuante domino fiat, qui potens est misericorditer optulari in tantis malis. Modo Macrobius Episcopus eorum stipatus cuneis perditorum vtriusque sexus, hac atque illac circumit, aperuit sibi basilicas, quas possessorum quantuluscumq; timor clauserat. Præsentem autem procuratorem viri clarissimi Celeris Spondeo, quem tuæ dilectioni commendavi multumq; commendo, vtriusque eorum frangebatur audacia: nunc vero posteaquã Carthaginensem profectus est, etiam in fundis ipsius basilicas aperuit, populos congregat. Cum ipso etiam est ille Donatus diaconus rebaptizatus, qui cum fuerit colonus ecclesie, versatus est in illa cæde præcipuus: qui tales non cum eo sunt quando & ille cum ipso est? si Proconsul vel simul ambo in illos estis sententia prolaturi. Et forte ille persiluit velle gladio vindicare, quãquam sit Christianus, & quãtum aduertere potuimus, non sit ad hæc cruenta procliuis, tamen si necesse fuerit etiam gestis iubete allegari epistolas meas, quas de hac re singulas vobis mittendas putavi. Soleo enim audivere in potestate esse iudicis mollire sententiam, & mitius vindicare quãm libeant leges. Si autem nec literis meis ad hoc consenserit, hoc saltem præstet, ut in custodiam recipiantur, atque hoc de clementia Imperatoris impetrare curabimus, ne passiones seruorum dei, quæ debent esse in Ecclesia gloriosa, inimicorum sanguine dehonefentur. Scio enim in causa clericorum Anaenensium, qui occisi à gentilibus nunc martyres honorantur, imperatorem rogatum facile concessisse, ne illi qui eos occiderant & capti iam tenebantur, poena simili punirentur. Libros de Baptismo paruulorum, cum iam codicem ipsum præstantia tua misissem, cur abs te rursus acceperim oblitus sum: nisi forte cum inspicerem, mendosos eos repperi & emendare volui, quod mirabiliter impeditus, adhuc vsque non feci. Epistolã quoq; ad te scribendam & his adiungendam quã cum ibi essem iam dictare cœperam, paulo addito sic esse imperfectam scias. Si autem rationem omnium dierum & lucubrationum aliis necessitatibus impensarum tibi possem reddere, grauius cõrristatus mirareris, quãta me distendant quæ differri omnino non possunt, & negare illa non permittunt, in qua me petedo & admonendo argues? volentem, & ineffabiliter quia non possum dolentem. Cum enim ab eorum hominum necessitatibus aliquantulum vaco, qui me sic angariant: ut eos nullo modo liceat euitare, nec continere oporteat, non desunt quæ dictanda præpono, sic in articulis temporum constituta, vt dilationem temporum non ferant. Sicut mihi fuit breuiter collationis nostræ satis operosa, cum viderem neminem se velle tã-

to aggeri literarum legendo committere. Sicut mihi fuit etiam epistola ad ipsos laicos Donatistas, de hac eadem collatione nostra, quam modo aliquot lucubrationibus terminavi. Sicut epistolæ duæ non breues, vna ad dilectionem tuam, altera ad virum illustrem Volusianum, quas vos accepisse iam credo. Sicut nunc in manibus habeo librum ad Honoratum nostrum de questionibus quibusdã quinq; quas mihi proposuit, & per literas intimauit, cui non continuo respondere vides quãminime oporteat. Charitas enim quæ tanquam nutritrix fouet filios suos, non ordine amandi: sed ordine subueniendi infirmiores fortioribus antepone, quos tales vult esse, quales iam illi sunt, quos non contemnendo: sed de his confidendo interim præterit. Tales ergo mihi necessitates distandi aliquid, quod me ab electionibus impediatur, quibus magis inardesco, deesse non possunt, cum paululum spatij vix datur inter acruos occupationum, quibus nos alienæ vel cupiditates vel necessitates angariatos trahunt. Et quid faciam profus nescio. Audisti vnde mecum dominum deprecoris, sed etiam quod tam instanter, & tam crebro me admones, nolo cesses, non nihil agens. Commendo etiam ego excellentia tuæ Ecclesiam in Numidia constitutam, propter cuius necessitates sanctus frater & coepiscopus me Delphinus à fratribus & coepiscopis meis ibi collaborantibus & compericulantibus missus est. Nec de hac re plura scribo, cum ipse præsentem sis auditurus. Cætera in comonitorio inuenies, quæ ad presbyterum missi, siue modo, siue per diaconum Peregrinum, ne mihi ea tãtens iterare necesse sit. Semper in Christo cor tuum vigeat, domine merito insignis multumq; charissime ac desiderantissime fili. Filium nostrum Rufinum Circensem principalem commendo eximietati tuæ.

Augusti. Marcellino Tribuno, ut Donatistas in questione confessos atrocita facinora puniat citra supplicium carpitur, non quod illi mereantur hanc clementiam, sed quod ita congruat Ecclesie mansuetudini.

Epistola. CLIX.

DOMINO eximio & merito insigni atq; charissimo filio Marcellino, Augustinus in domino salutem. Circuncelliones illos & clericos partis Donati, quos de Hipponensi Ecclesia ad iudicium pro factis eorum publicæ disciplinae cura deduxerat, à tua nobilitate comperi auditos, & plurimos eorum de homicidio, quod in Restitutum catholicum presbyterum comiserunt, & de cæde Innocentij alterius catholici presbyteri, atq; de oculo eius effosso, & de digito præciso fuisse confessos. Vnde mihi sollicitudo maxima incussa est, ne forte sublimitas tua ceseat eos tanta legum seueritate plectendos, ut qualia fecerunt, talia patiantur. Ideoq; his literis obtestor fidem tuam quã habes in Christo, per ipsius domini Christi misericordiam, ut hoc nec facias, nec fieri omnino pmitas. Quãuis enim ab eorum interitu dissimulare possemus, qui non accusantibus nostris, sed illorum notoria, ad quos tuenda publicæ pacis vigilantia pertinebat, præsentati videantur examini: nolimus tamen passiones seruorum dei, quasi vice talionis paribus suppliciis vindicari. Nò quo scelestis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri, sed hoc magis sufficere volumus, ut viui & nulla corporis parte truncati, vel ab iniquitate insana ad sanitatis oculum legum coërtione dirigantur, vel à malignis operibus alicui vtili operi deputentur. Vocatur quidem & ista damnatio. Sed quis nò intel-

K
2. retrac. 42.

2. retrac. 36.

L

23. q. 5. circuncelliones.
M

Orat pro homicidis haereticis.

A ligat magis beneficium quã supplicium nuncupandum, ubi nec saeuendi relaxatur audacia, nec poenitendi medicina subtrahit. Imple Christiane iudex pij patris officium, sic succense iniquitati, ut consulere humanitati memineris. Nec in peccatorum atrocitatibus exerceas vlciscendi libidinem, sed peccatorum vultibus curandi adhibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione seruasti, quando tantorum scelerum confessionem, non extendente eculo, non sulcantibus vngulis, non vrentibus flammis, sed virgarum verberibus eruiisti. Qui modus coërtionis & à magistris artium liberalium, & ab ipsis parentibus, & sæpe etiam in iudiciis solet ab Episcopis haberi. Noli ergo atrocios vindicare quod lenius inuenisti. Inquirendi quã puniendi necessitas maior est. Ad hoc enim & mitissimi homines facinorocultatum diligenter atque instanter examinant, ut inueniant quibus parcant. Vnde plerumq; necesse est, exerceatur acris inquisitio, ut manifestato scelere sit ubi appareat mansuetudo. Omnia quippe bona opera amant in luce constitui, non propter humanam gloriam, sed ut videant, ait dominus, bona opera vestra, & glorificet patrem vestrum qui in cælis est. Et ideo nò sufficit Apostolo monere, ut mansuetudinem seruaremus, sed ut eam etiam notam omnibus facerem. Mansuetudo, inquit, vestra nota sit omnibus hominibus. Et alio loco: Mansuetudinem ostentantes ad omnes homines. Vnde nec illa sancti David quãdo inimico sibi in manus tradito clementer pepercit, præclarissima lenitas emineret, nisi potestas pariter appareret. Nò te ergo exasperet vindicandi potestas, cui lenitatem non excussit examinandi necessitas. Noli facinore inuenito quærere percussorem, in quo inueniendo noluit adhibere tortorem. Postremo pro Ecclesie utilitate missus es. Hoc Ecclesie catholice, aut vt modum dispensationis meæ non supergredi videat, hoc Ecclesie ad Hipponensium regionem diocesim pertinenti prodesse, hoc expedire contestor. Si non audis amicum petentem, audi Episcopum consulentem. Quauis, quoniã Christiano loquor, maxime in tali causa non arrogat dixerim, audire te Episcopum conuenit iubetem, dominum eximie & merito insignis atq; charissimi filii. Vnde scio quidem causas ecclesiasticas excellentia tuæ potissimum iniunctas. Sed quia credo istam curã ad virum clarissimum atq; spectabilem Proconsulem pertinere, ad eum quoq; literas dedi: quas rogo ut ipse illi tradere & allegare si opus est non graueris, atque ambos obsecro ne importunam arbitremini, vel intercessionem, vel suggestionem, vel sollicitudinem nostram: & passiones catholicorum seruorum, quæ infirmis ad ædificationem spiritalem vtilis esse debent, haud reciproca inimicorum à quibus passi sunt poena decoloratis, sed potius refracta iudiciali seueritate, & vestram fidem, quia filij estis Ecclesie, & ipsius matris mansuetudinem commendare minime negligatis: Deus omnipotens præstantiam tuam bonis omnibus augeat, domine eximie & merito insignis atq; charissime fili.

Augustinus Apringium iudicem rogat ac monet, ut Circuncelliones atrocita confessos mitius puniat, memor ecclesiasticæ mansuetudinis.

Epistola. CLX.

DOMINO insigni & merito sublimi ac præstantissimo filio Apringio, Augustinus. Non dubito in hac potestate, quã tibi deus homini in homines dedit, cogitare te diuinum iudici-

um, ubi & iudices stabunt ratione de suo iudicio reddiduri. Christiana quippe fide te imbutum scio, vnde mihi ad excellentiam tuam maior fiducia tribuitur, nò solum petendi, verumetiam monendi propter illud dominum, in cuius familia nobiscum cœlesti iure censearis, in quo spem vitæ æternæ pariter habemus, & quem pro vobis in sacrosanctis mysteriis inuocamus. Proinde domine insignis & merito sublimis ac præstantissime fili, primum quaeso, ut non tibi videar importunus irruere actibus tuis, ea sollicitudine quam me præcipue gerere oportet pro Ecclesia mihi credita, cuius utilitatem seruo, cui non tam præesse, quã prodesse desidero. Deinde obsecro, ut quod moneo vel rogo, nò digneris accipere, non cuncteris acquiescere. Circuncelliones quosdam & clericos Donatistas cura eorum, qui disciplina publicæ inseruiunt, præmissa notaria ad iudicia legesq; perduxit. Hi cum audirentur à viro clarissimo & spectabili tribuno & notario fratre tuo, filio meo Marcellino, non tormentis vngularum atq; flammarum, sed virgarum coërtiti, horrenda facinora in fratres & comprehyteros meos à se perpetrata confessi sunt, quò scilicet vnum eorum exceptum insidias trucidauerunt, alterum è domo raptum, oculo effosso digitoq; amputato truncauerunt. Hæc cum comperissem illos fuisse confessos, ideoq; minime dubitarem sub iura tua securus esse venturos, has ad tuam nobilitatem literas acceleravi, quibus deprecor, & per misericordiam Christi obsecro, quo sic de tua maiore atq; certiore sollicitate gaudeamus, ut eis paria nò retribuatur, quãquam lapidis ictibus digitorum præcidere oculumq; conuellere leges puniendo non possunt, quod isti saeuendo potuerunt. Vnde securus sum de iis qui hoc se fecisse confessi sunt, quod hanc vicissitudinem non reportabunt, sed ne vel ipsi vel illi, quorum homicidium patet factum est, per tuæ potestatis sententiam multentur, hoc timeo, hoc ne fiat & Christianus iudicem rogo, & Christianum Episcopum moneo. De vobis quidẽ dixisse Apostolum legimus, quod non sine causa gladium geratis, & ministri dei sitis vindices in eos qui male agunt. Sed alia causa est prouinciae, alia est Ecclesie. Illius terribiliter gerenda est administratio, huius clementer cõmendanda est mansuetudo. Si apud iudicem non Christianum mihi sermo esset, aliter agerem, nec tamen etiam sic Ecclesie causam desererem, & quantum admittere dignaretur instarem, ne passiones seruorum dei catholicorum, quæ prodesse debent ad exempla patientia, inimicorum suorum sanguine foedarentur, & si nollet acquiescere, inimico animo eum resistere suspicarer. Nunc vero quãdo apud te res agitur, alia mihi ratio est, alia consultatio. Rectorem te quidem præcelsæ potestatis videmus, sed etiam filium Christianæ pietatis agnoscimus. Subdatur sublimitas tua, subdatur fides tua. Causam tecum tracto communem, sed tu in ea potes, quod ego non possum. Confer nobiscum consilium, & porrige auxilium. Diligenter actum est, ut inimici Ecclesie, qui solent vaniloquio seductionis sollicitare animos imperitos, tanquam de persecutione gloriantes, quam se perpeti iactant, horrenda facinora sua in catholicos clericos perpetrata faterentur, & suis verbis implicarentur. Legenda sunt gesta ad sanandas animas, quas pestifera suasio venenauerunt. Nunquid placet tibi, ut ad finem gestorum, si cruentum istorum supplicium continebit, legendo peruenire timeamus, ubi ponimus & ipsam conscientiam, ne malum pro malo qui passi sunt reddidisse videantur?

Roma. 19.

F

2. retrac. 33.

tal. possunt, nec agere illa permittant. 1. vrges.

2. retrac. 39.

Gdeantur? Si ergo nihil aliud constitueretur frenandæ maliciæ perditorum, extrema fortasse necessitas, ut tales occiderentur vrgeret: quamquam quod ad nos attinet, si nihil mitius eis fieri posset, mallemus eos liberos relaxari, quam passiones fratrum nostrorum fuso eorum sanguine vindicari. Nunc vero quoniam aliquid fieri potest, quo & mitis commedetur Ecclesia, & immitium cohibeatur audacia, cur non flectas in partem prouidentiorum lenioremque sententiam, quod licet iudicibus facere etiam non in causis Ecclesiæ? Time ergo nobiscum iudicium dei patris & cõmenda mansuetudinem matris. Cum enim tu facis: Ecclesia facit propter quam facis, & cuius filius facis. Contende ergo bonitate cum malis. Illi scelere immani mēbra de corpore viuo auulserunt: tu opere misericordie effice, ut illa quæ nefandis operibus exercebant, alicuiuslibet operi integra eorum membra deseruiant. Illi non pepercerunt correctionem sibi prædicantibus dei seruis: tu parce cõprehensis, parce indoctis, parce conuictis. Illi impio ferro fuderūt sanguinem Christianum. Tu ab eorum sanguine etiam iuridicum gladium cohibe propter Christum. Illi ministro Ecclesiæ occiso extorserūt spatium viuendi. Tu inimicis Ecclesiæ viuentibus relaxa spatium pœnitentiæ. Talem te oportet esse in causa ecclesiæ iudicem Christianum, petentibus, monentibus, intercedentibus nobis. Solent homines quando cum inimicis eorum conuictis lenius agitur, à mitiore sententia prouocare. Sed inimicos nostros ita diligimus, ut nisi de tua Christiana obedientia præsumamus, à tua seuera sententia prouocemus. Deus omnipotens excellentiam tuam auctiorem, feliciorēque conferuet, domine insignis & merito sublimis ac præstantissimi me filii.

Augustinus Honorato Donatiane partis: hortatur ut per literas placide reddat rationem, quod modo nomen ecclesiæ ad ipsos solos reciderit.

Epistola. CLXI.

HONORATO Episcopo partis Donati, Augustinus Episcopus partis ecclesiæ catholicæ. Cõsiliū tuū nobis multum placuit quod per fratrem Erotem charissimum nobis, & in Christo laudabilem virum mandare dignatus es, ut literis inter nos agamus, ubi nullus turbamur tumultus perturbare possit dispositionem nostram, quæ cum tota lenitate & pace animi suscipienda & agenda est, sicut dicit Apostolus: Seruum autem domini litigare non oportet, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, in modestia corripientem diuersa sentientes. Itaque breuiter insinuamus, quid à te responderi desideremus. Quoniam ecclesiam dei quæ catholica dicitur, sicut de illa prophetatum est, per orbem terrarū diffusam videmus, arbitramur nos non debere dubitare de tam euidentissima completionē sanctæ prophetiæ, quam dominus etiā in Euangelio confirmauit, & Apostoli per quos eadem ecclesia dilatata est, sicut de illa prædictū erat. Nam & in capite sacrosancti Psalterij scriptum est de filio dei: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionē tuam terminos terræ. Et ipse dominus Iesus Christus dicit Euangelium suum in omnibus gentibus futurum. Et Apostolus Paulus antequam sermo dei in Aphricam peruenisset, in ipso capite epistolæ, quam scribit ad Romanos: Per quem accepimus, inquit, gratiam & Apostolatū ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine

eius. Deinde ipse ab Hierusalem in circumitu per totam Asiam vsque in Illyricum Euangelium prædicauit, ecclesias constituit atque fundauit, non ipse, sed gratia dei cum eo, sicut ipse testatur. Quid autem euidentius apparere potest, quam cum in eius epistolis nomina etiam regionum vel ciuitatum inuenimus: Ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessalonicenses, ad Colossenses scribit. Ioannes etiam scribit ad septem ecclesias, quas commemorat in illis partibus constitutas. In quibus etiam vniuersas ecclesias septenario numero intelligim⁹ cõmendari, Ephesum, Smyrnam, Sardos, Philadelphiam, Laodiciam, Pergamum, Thiatyram. Quibus omnibus ecclesiis nos hodie cõmunicare manifestum est: sicut manifestum est, vos istis ecclesiis non cõmunicare. Querimus ergo ut nobis respondere non graueris, quæ causam forte noueris, qua factū est, ut Christus amitteret hereditatem suam per orbem terrarū diffusam, ut subito in solis Aphris, nec ipsis omnib⁹ remaneret. Etenim ecclesia catholica est etiam in Aphrica, quia per omnes terras eam de⁹ esse voluit & prædixit. Pars autem vestra quæ Donati dicitur, non est in omnibus illis locis, in quibus & litera & sermo & facta apostolica cucurrerunt. Sed ne dicatis, non vocari ecclesiam nostram catholicam, sed Macarianam, sicuti eam vos appellatis, nosse debes, quod facillime potest in illis omnibus partibus, vnde istas terras. Euangelium Christi perdidit, nec nomen Donati sciri, nec nomen Macarij. Vestra autem quæ Donati pars dicitur, nec vos negare potestis, & omnibus notum est vbi cunq; est vestra cõmunio. Dignare ergo rescribere nobis, ut sciamus quomodo fieri possit, ut ecclesiam suam Christus de toto orbe perdidit. Vestrum enim est hæc ostendere, nam nobis sufficit ad causam nostram quod compleri prophetiam & scripturas sanctas per orbem terrarum videmus. Hoc autem ego Augustinus dictaui, quia olim volo loqui inde tecum. Videtur enim mihi, vel propter ipsam vicinitatem posse nos per literas de hac re colloqui sine aliquo tumultu, adiuuante deo quantum ipsa necessitas postulat.

Augustinus ostēdit Episcopis Donatistarum, quanta impudentia persistant in suo schismate, tot iudiciis conuicti.

Epistola. CLXII.

DOMINIS dilectissimis & merito prædicandis fratribus Glorio, Eleusio, Felici Grāmatico, & ceteris omnibus, quibus hoc gratum est, Augustinus. Dixit quidem Apostolus Paulus: Hæreticum hominem post vnam corceptionem deuita, sciens quia subuersus est eiusmodi, & peccat, & est à semetipso damnatus. Sed qui sententiam suam, quantum falsam atque peruersam nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audacia præsumptionis suæ pepererunt, sed à seductis atq; in errorem lapsis parentibus acceperunt, querunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. Tales ergo vos nisi esse crederem, nullas fortasse vobis literas mitterem. Quanquam & ipsum hæreticum quamlibet odiosa superbia tumidum & pernicacia malæ contentionis insanum, sicut vitandum monemus, ne infirmos & paruulos fallat, ita non abnuimus quibuscunq; modis possumus corrigendum. Vnde factum est, ut etiam ad nonnullos Donatistarum primarios scriberemus, non communicatorias literas, quas iam olim propter

suam

A suam peruersitatem ab vnitatem catholicam, quæ toto orbe diffusa est non accipiunt, sed tales priuatas, qualibus nobis uti etiam ad Paganos licet, quas illi etsi aliquando legerunt, respondere tamen eis, siue noluerunt, siue vobis magis creditur nequieuerunt. Vbi nobis satis visum est impleuisse nos officium charitatis, quam non solū nostris sed & omnibus nos debere sancti spiritus docet, qui nobis ait per Apostolum: Vos autem dominus multiplicet, & abundare faciat in charitate, in inuicē & in omnes. Monet etiam alio loco, in modestia corripandos diuersa sentientes, ne forte, inquit, det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant de diaboli laqueis, captiuati ab ipso in ipsius voluntatem. Hæc prælocutus sum, ne quis me existimet impudentius vobis quam prudentius scripta misisse, & hoc modo vobiscum de negotio anime vestre aliquid agere voluisse, quia nostræ cõmunionis non estis, cū tamen si de negotio fundi, aut alicuius pecuniariæ litis dirimendæ vobis aliquid scriberem, nemo fortasse reprehenderet. Vique adeo charus est hic mundus hominibus, ut sibi metipsis valuerint. Erit ergo mihi ad defensionem testis hæc epistola in iudicio dei, qui nouit quo animo fecerim, & qui dixit: Beati pacifici, quia ipsi filij dei vocabuntur. Ergo ut meminisse dignamini, cum essemus in vestra ciuitate, & nonnulla vobiscum de cõmunionem Christianæ vnitatis ageremus, prolata sunt à partibus vestris gesta quædam, quibus recitatum est quod septuaginta ferme Episcopi Cæcilianum quodam nostræ cõmunionis Episcopum Carthaginensium ecclesiæ cum suis collegis & ordinatibus damnauerunt. Vbi etiam Felicis Autumnitani causa multo præ ceteris inuidiosius & criminosis vetilata est. Quæ cum essent cuncta perfecta: Respondimus non esse mirandum, si homines qui tunc illud schisma fecerunt, non sine confectione gestorū, eos in quos fuerant ab æmulis & perditis concitati, absente causa incognita temere damnandos esse putauerunt. Nos autem alia habere gesta ecclesiastica, in quibus Secundus Tigitanus, qui tunc agebat in Numidia primatum, præsentis & confessos traditores relinquit deo iudicandos, & eos in Episcopalibus sedibus sicuti erant manere permisit, quorum nomina inter damnatores Cæciliani numerantur, cum etiam Secundus ipse concilij eiusdem principatum teneret, ubi absentes quasi traditores per eorum sententias damnauit, quibus præsentibus & confessis ignouit. Deinde diximus aliquanto post Maiorini ordinationem, quem contra Cæcilianum nephario scelere leuauerunt, erigentes altare contra altare, & vnitatem Christi discordiis furialibus dissipantes, eos petisse à Constantino tunc Imperatore iudices Episcopos, qui de suis quæstionibus quæ in Aphrica exortæ pacis vinculum dirimebant, arbitro medio iudicarent. Quod postea quàm factum est, præsentem Cæciliano, & illis qui aduersus eam nauigauerant, iudicante Melciade tunc Romanæ vrbs Episcopo cum collegis suis, quos ad preces Donatistarum miserat Imperator, in Cæciliano nihil probari potuisse, ac per hoc illo in Episcopatu confirmato, Donatum qui aduersus eum tunc aderat improbatum. Quibus peractis rebus, cum illi omnes in pertinacia scelestissimi schismatis permanerent, post apud Arelatum memoratum Imperatorem eandem causam diligētius examinandā terminandāq; curasse. Illos vero ab ecclesiastico iudicio prouocasse, ut causam Constantinus audiret. Quò postea quàm ven-

tum est, vtraque parte assistente, innocentem Cæcilianum fuisse iudicatum, atque illos recessisse superatos, & in eadem tamen peruersitate mansisse. Nec de Felicis Autumnitani causa negligentiam consecutam, sed ad eiusdem principis iustionem Proconsularibus gestis etiam ipsum fuisse purgatum. Sed quia hæc omnia dicebamus tantum, non etiam legebamus, minus profecto vobis agere videbamur, quam de nostra expectabatis instantia. Quod ubi sensimus, ad ea quæ legenda promiseramus, non distulimus mittere. Quæ omnia dum excurrimus ad Ecclesiam Gelizitanam, inde ad vestrum oppidum reuersuri bidui non pleni intermissione venerunt, atque ut nostis quantum tempus permisit, vno die recitata sunt vobis. Primo ubi Secundus Tigitanus confessos traditores à collegio suo remouere non ausus est, cum quibus postea non confessum, sed absentem Cæcilianum alioque suos collegas damnare ausus est. Deinde gesta Proconsularia, ubi Felix diligentissimo examine probatus est innocens. Hæc ante meridiem vobis lecta esse meministi. Post meridiem vero recitauimus preces eorū ad Constantinum, datisque ab eo iudicibus, prece ecclesiastica in Romana vrbe habita, quibus illi improbatum sunt: Cæcilianus autem in Episcopali honore firmatus. Postremo Constantini Imperatoris literas, quibus omnia multo maxime testatissima clauerunt. Quid vultis amplius homines, quid vultis amplius? Non de auro & argento vestro agitur: non terra, non prædia, non denique salus corporis vestri in discrimen vocatur, de adipiscenda vita æterna & fugienda morte æterna cõpellamus animas vestras. Expergiscimini aliquando, non in aliqua obscura quæstione versamur, non recõdita secreta rimamur, quibus penetradis vel nulla, vel rara humana corda sufficiant, res in aperto est. Quid eminet clarius, quid cernitur citius? Dicimus temerario concilio quamlibet numerosissimo innocentes absentesq; fuisse damnatos. Probamus hoc Proconsularibus gestis, quibus ab omni traditionis crimine alienus iudicatus est ille, quem maxime criminofum à vestris prolata concilij gesta sonauerunt. Dicimus à traditoribus confessis, in eos qui traditores dicerentur, dictas fuisse sententias. Probamus hoc in ecclesiasticis gestis, ubi nominatim declarantur, in quibus Secundus Tigitanus ea quæ cognouit velut cõnitu pacis ignouit: & cum quibus postea non cognouit, discissa pace damnauit. Vnde apparuit eum etiam primo non paci consuluisse, sed sibi timuisse. Obiecerat ei nanque Purpurius Liniacensis, quod etiam ipse cum detentus esset à curatore & ordine ut scripturas traderet, dimissus est, utique non frustra, nisi quia tradidit, aut tradi aliquid iussit. Hanc ille suspicionem satis probabilem metuens, accepto consilio à minore Secundo consanguineo suo, consultisq; ceteris qui cum eo erant Episcopis, manifestissima crimina deo iudicanda dimisit, atque ita paci prospexisse visus est, quod falsum erat, cum sibi prospexerit. Nam si in eius corde cogitatio pacis habitaret, non apud Carthaginem postea cum traditoribus, quos præsentibus atque confessos deo dimiserat, damnaret crimine traditionis, quos absentes apud eum nemo conuicerat. Tanto magis enim timere debuit, ne pax vnitatis violaretur, quanto erat Carthago ciuitas ampla & illustris, vnde se per totum Aphricæ corpus malum quod ibi esset exortum tanquam à vertice effunderet. Erat etiam trāsmarinis vicina regionibus, & fama celeberrima nobilis: vnde nō mediocris

ductis.

H

1. Timo. 2.

Psal. 2.

Roma. 1.

Apoc. 2.

L

1. Thess. 3.

2. Tim. 2.

Math. 5.

Cæcilianus.

M

2. 4. q. 5. dixit Apostolus, Titum. 3.

Melciades.

Romane
fidelis princi-
patus.

Gmediocri vtiq; authoritatis habebat Episcopum, qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se videret & Romanæ Ecclesiæ, in qua semper apostolicæ cathedræ viguit principatus, & cæteris terris vnde Euangelium ad ipsam Aphricam venit, per communicatorias literas esse coniunctum, vbi paratus esset causam suam dicere si aduersarii eius ab eo illas Ecclesias alienare conarentur. Quia ergo venire noluit ad hospitium collegarum, quos à suis inimicis contra veritatem suæ causæ peruersos esse sentiebat vel suspicabatur, vel, vt ipsi asserunt, simulabat, tanto magis Secundus si veræ pacis custos esse voluisset, cauere debuit, ne damnarentur absentes, qui iudicio eorum omnino interesse noluerunt. Neque enim de presbyteris aut diaconis aut inferioris ordinis clericis, sed de collegis agebatur, qui possunt aliorum collegarum iudicio, præsertim apostolicarum Ecclesiarum, causam suam integram referuare: vbi contra eos sententiæ dictæ in absentes, nullo modo aliquid valerent, quando eorum iudicium non primo aditum postea deseruerunt, sed suspectum semper habitum nunquam adire voluerunt. Hæc res maxime sollicitare debuit Secundus, qui tunc erat primas, si propterea concilium regebat vt paci consulere. Facile enim fortassis rabida in absentem ora placata vel frenata comprimeret, si diceret, Videtis fratres post tantam stragem persecutionis misericordia dei à principibus seculi pacem esse concessam, non debemus nos Christiani & Episcopi vnitatem dirumpere Christianam, quam iam Paganus nõ insequitur inimicus. Itaque aut istas omnes causas, quas clades turbulentissimi temporis infligit Ecclesiæ, deo iudici dimittamus. Aut si aliqui in vobis sunt, qui certa istorum crimina ita nouerint, vt ea facile valeat edocere, negantesque conuincere, & talibus communicare formidant, pergant ad fratres & collegas nostros transmarinarum Ecclesiarum Episcopos, & ibi prius de istorum factis & contumacia conquerantur, quod ad iudicium collegarum Aphrorũ male sibi conscij venire noluerunt, vt inde illis denunciatur vt veniant, ibiq; obiectis respondeant. Quod si non fecerint, ibi etiam eorum prauitas & peruersitas innotescet, mislque tractatoria su per eorum nomine per totum orbem terrarum quacunq; iam Christi Ecclesia dilatata est, ab omnibus Ecclesiis eorum communiõ præcidetur, ne aliquis error in cathedra Ecclesiæ Carthaginis oriatur. Tũ deum securi Episcopũ alium plebi Carthaginis ordinabim⁹, cum à tota ecclesia isti fuerint separati: ne forte cum alio modo fuerit ordinatus non ei communicetur ab ecclesia transmarina, quia iste ab honore depositus non videbitur, quem iam ordinatum fama celebravit, & ad eum cõmeare communicatorias literas fecit, atque ita magnum scandalum schismatis in vnitatem Christi iam pacatis temporibus oriatur, dum præpropere nostras volumus præcipitare sententiã, & non contra Cæcilianum, sed contra orbem terrarum, qui ei per ignorantiam communicat, altare alterum erigere audeamus. Huic tã sano rectoq; cõsilio quisquis infrenis obtemperare noluisse, quid esset facturus, aut quomodo aliquem absentium collegarum esset damnaturus, cum in potestate acta concilij non haberet cõtradidente primate? Quod si tãta & aduersus primam sedem seditio nasceretur, vt nonnulli damnare iam velent quos volebat illi differri, quanto melius à talibus iniqua, & impacata molientibus, quàm à totius orbis

comuniõne dissentiretur? Sed quia non erant quæ in Cæcilianum & ordinaros eius transmarino iudicio probarentur, propterea nec priusquã in eum sententiã dicerent, differre noluerunt, nec posteaquam dixerunt perseueranter id agere, vt ecclesiæ transmarinæ in notitiam perferretur, quorum traditorum in Aphrica damnatorum cõmunionem vitare deberet. Quia si id facere tentauissent, adessent sibi Cæcilianus & ceteri, & suam causam aduersus fallaces criminatores apud transmarinos ecclesiasticos iudices diligentissima discussione purgarent. Itaq; concilium illud peruersum atq; nepharium, maxime vt creditur traditorum fuit, quibus confessis Secundus Tigistanus ignouerat: vt quoniam de traditione fama crebuerat, infamatis aliis à se auerterent suspicionem, vt cum homines per Aphricam totã credentes Episcopis falsa de innocentibus loquerentur, quod dånati essent apud Carthaginem traditores, tanquã in nebula mendacissimi rumoris, ipsi qui vere tradiderat latitaret. Vnde videtis charissimi fieri, potuisse, quod verissimile non esse quidam vestrum dicebant, vt qui essent de sua traditione confessi, causamq; suam impetrassent deo dimitti oportere, iudem iudices damnatoresq; tanquã traditorum absentium postea confedissent. Magis enim amplexi sunt occasionem, qua possent alios falsa criminatione perfundere, & conuersas in eos linguas hominum inquisitione criminũ suorũ hoc modo declinare. Alioquin si fieri non posset, vt quisque mala quæ ipse committeret in alio iudicaret, non diceret quibusdam Paulus Apostol⁹: Propterea inexcusabilis es õ homo omnis qui iudicas. In quo enim alium iudicas, temetipsum cõdemnas: Eadem enim agis quæ iudicas. Quod illi omnino fecerunt, vt hæc verba Apostolica integre in eos apteq; conueniant. Non ergo tunc Secundus, quãdo eorum crimina deo dimisit, paci vnitatiq; cõsuluit, alioquin magis hoc apud Carthaginẽ prouideret, ne schisma fieret, vbi nullus aderat, cui confesso crimen donare cogeretur. Sed quod erat facillimum, tota conuersatio pacis esset absentes nolle damnare. Itaq; iniuriam facerent innocentibus, etiam si eis non conuictis neq; confessis, neque omnino presentibus ignoscere voluissent. Ille quippe accipit veniam, cuius culpa certissima est. Quanto ergo immaniores & certiores fuerunt, qui ea se putauerunt posse damnare, quæ incognito nec donare potuissent: Sed illic cognita dimissa sunt deo, ne alia quærentur: hinc incognita damnata sunt, vt illa tegerentur. Sed dicit aliquis: Cognouerunt, quod et si concedam, etiam sic absentibus vtique parci oportebat. Neque enim iudicium deseruerant, vbi nunquam omnino constiterant, nec in illis solis Episcopis Aphris erat ecclesia, vt omne iudicium ecclesiasticum vitasse viderentur, qui se iudicio eorum presentare noluisse. Milia quippe collegarum transmarina restabant, vbi apparebat eos iudicari posse, qui videbantur Aphros vel Numidas collegas habere suspectos. Vbi est enim quod scriptura clamat: Antequam interrogas ne vituperes quenquam, & cum interrogaueris, corripe iuste. Si ergo nec vituperari, nec corripi nisi interrogatum spiritus sanctus voluit, quanto sceleratius nõ vituperati aut correpti, sed omnino damnati sunt, qui de suis criminibus nihil absentes interrogari potuerunt: Sed tamen isti, qui licet absentium, & nequaquã iudiciũ deserentium, quia nunquã affuerunt, & semper sibi cuneũ illum suspectum esse declarauerunt, tamẽ cognita crimina damnasse dicunt, quæso vos fratres mei, quomodo cogno-

Rom.

M

Eccle.ii.

Ado cognouerunt: Respondetis: Nescimus. Quandoquidem ipsa cognitio in illis gestis explicata non est. Sed ego vobis ostendam quomodo cognouerunt. Attendite causam Felicis Autumnitani, & primo legite quàm vehementiores in eum fuerunt. Sic ergo & ceterorum causam nouerant, sicut huius qui postea innocentissimus diligenti & terribili inquisitione probatus est: quanto itaque iustus & tutius & citius innocentes eos existimare debemus, quorum crimina ab istis leuius accusata sunt, & parciore reprehensione damnata, quando ille inuentus est innocens, in quem multo immanius saeuierunt. An forte sicut quidam dixit, quod quidem cum vobis diceretur, displicuit, sed tamen præmittendum non est. Ait enim quidã: Non debuit Episcopus Proconsulari iudicio purgari: quasi vero ipse sibi hoc comparauerit, ac non Imperator ita quæri iusserit, ad cuius curam de qua rationem deo redditus esset, res illa maxime pertinebat. Arbitrum enim & iudicẽ causæ traditionis & schismatis, illi cum fecerant, qui ad eum etiam preces miserant, ad quem postea prouocarunt, & tamen iudicio eorum acquiescere noluerunt. Itaque si culpandus est, quem iudex terrenus absoluit, cum ipse sibi hoc non poposcisset, quãtomagis culpãdi sunt qui terrenum regem suæ causæ iudicẽ esse voluerunt: Si autem criminis non est prouocare ad Imperatorem, nõ est criminis audiri ab Imperatore. Ergo nec ab illo, cui causam delegauerit Imperator. Quendam etiam suspesum eculeo in causa Felicis Episcopi amicus ille voluit criminari, vt quis etiam vngulis vexaretur. Nunquid poterat Felix contradicere, ne tanta diligiã vel seueritate quæreretur, cum eius causam inueniendam cognitor agitarer? Quid enim erat illud nolle sic quæri, quàm de crimine confiteri? tamẽ ille ipse Proconsul inter præconũ terribiles voces, & cruentas carnificum manus nunquã collegam damnaret absentem, qui iudicio eius se presentare noluisse, cum haberet aliud quod posset audiri. Aut si dånaret, certe etiam ipsis secularibus legibus penas iustas & debitas lueret. Quod si gesta Proconsularia displicent, ecclesiasticis cedite. Omnia vobis ordine recitata sunt. An forte non debuit Romanæ ecclesiæ Melciades Episcopus cum collegis transmarinis Episcopis illud sibi vsupare iudicium, quod ab Aphris septuaginta, vbi primas Tigistanus præsedet, fuerat terminatum? Quid quod nec ipse vsurpauit: Rogatus quippe Imperator, iudices misit Episcopos, qui cum eo sederent, & de tota illa causa quod iustũ videretur statuerent. Hoc probamus & Donatistarũ precibus & verbis ipsius Imperatoris. Veraque enim vobis lecta meministis, & inspiciedi ac scribendi licentiam nunc habetis. Legite & consyderate omnia. Videte quanta cura pacis atque vnitatis cõseruandæ vel restituendæ cuncta discussa sint, quemadmodum accusatorum persona tractata, & quorundam eorum quibus maculis improbata sit, presentiumq; vocibus liquidõ cõstitit: nihil eos habuisse quod in Cæcilianum dicerent, sed totã causam in plebem de parte Maiorini, hoc est, seditionem & ab ecclesiæ pace alienatam multitudinem transferre voluisse: vt ab ea videlicet turba Cæcilianus accusaretur, quam solis tumultuosis clamoribus nulla documentorum attestatone, nullo veritatis examine ad suam voluntatem animos iudicum detorqueere posse arbitrabantur: nisi forte furiosa, & poculo erroris atque corruptiõis ebrã multitudo vera in Cæcilianum criminã diceret, vbi septuaginta Episcopi, sicut de Felice Autumnitano cõ-

stitit, absentes & innocentes collegas, tam infana temeritate dånarunt. Quali enim turba illi cõsenserat, vt aduersus innocentes non interrogatos proferrent sententiã, à tali turba etiam rursus accusari Cæcilianũ volebant. Sed planẽ tales inuenerant iudices, quibus illam dementiam persuaderent. Potestis enim pro vestra prudentia, & illorum peruersitatem illic attendere, & iudicum grauitatem, quẽadmodum ad extremũ persuadere non possent, vt à plebe partis Maiorini, quæ certam personam non habebat argueretur Cæcilian⁹, & requisiti ab eis essent, vel accusatores, vel testes, vel quoquo modo causæ necessarij, qui simul curi eis ex Aphrica venerant, & eos presentes fuisse, atq; à Donato substractos esse diceretur. Promisit idem Donatus, quod eos esset exhibiturus: quod cum non semel, sed sæpius promississet, amplius ad illud iudicium accedere noluit, vbi iam erat tanta confessus, vt nihil aliud deinceps non accedendo, nisi præsens dampnari noluisse videretur, cum tamen ea quæ dånanda essent, eo præsentem atq; interrogato manifestata fuerint. Accessit aliud, vt à quibusdam aduersus Cæcilianum denunciationis libellus daretur: post quod factum, quemadmodum sit rursus agitata cognitio, & quæ persona illi libellum dederint, quõque modo nihil in Cæcilianum probari potuerit, quid dicam, cum & audieritis omnia, & quoties volueritis legere, possitis: De numero autem septuaginta Episcoporum, cum quasi grauissima opponeretur authoritas, quæ fuerint dicta meministis: & tamen viri grauissimi ab inferis quæstionibus catena quadam inexplicabili sese nec tentibus suum temperare arbitrium maluerunt, nequaquam curantes quàm multi essent illi Episcopi, aut vnde collecti, quos videbant tanta temeritate cæcotos, vt in absentes & nõ interrogatos collegas tam præcipites auderent proferre sententiã: & tamen qualis ipsius beati Melciadis vltima est prolata sententia, quàm innocens, quàm integra, quàm prouida atq; pacifica: qua neque collegas in quibus nihil cõstitit, de collegio suo ausus est remouere, & Donato solo, quem totius mali principem inuenerat, maxime culpato, sanitatis recuperandæ optionem liberam fecit, cæteris paratus communicatorias literas mittere, etiam iis quos à Maiorino ordinaros esse constaret: ita vt quibuscunq; locis duo essent Episcopi, quos dissensio geminasset, eum confirmari vellet qui fuisset ordinatus prior, alteri autem eorũ plebs alia regenda prouideretur: O virum optimum, O filium Christianæ pacis, & patrem Christianæ plebis. Conserte nunc istam paucitatem cum illa multitudine Episcoporum, neque numerum numero, sed pondus ponderi compare: Hinc modestiam, inde temeritatem: Hinc vigilantiam, inde cecitatem. Hic nec mansuetudine integritatem corrupit, nec integritas mansuetudini repugnauit: ibi autem & furore timor tegebatur, & timore furor incitabatur. Isti enim conuenerant cognitione verorum criminum falsa respuere, illi fallorum damnatione vera celare. Illis ne se tandem Cæcilianus audiendum iudicandumq; committeret, cum haberet tales apud quos si ei causa moueretur, innocentiam suã facillime ostenderet: non se illis omnino committeret, nec si peregrinus ecclesiæ Carthaginẽsis subito Episcopus esset ordinatus, & ignoraret quid ad corrumpeudos animos vel improborum vel imperitorũ posset tũ pecuniosissima mulier quædam Lucilla, quã pro disciplina ecclesiastica corripiendo idem cum esset diaconus læserat: etiam hoc idem accesserat malũ ad illam

G ad illam perficiendam iniquitatē. Nam in illo concilio, ubi à confessis traditoribus absentes atq; innocētes damnati sunt, pauci quidā erant qui crimina sua infamatis aliis regere cupiebant, vt homines à veritatis inquisitione auerterentur falsis rumoribus auocati. Pauci ergo erant qui hoc negociū maxime curabant, quāuis in eis esset maior autoritas propter ipsius Secundi societatem, qui eis pepercerat territus. Cateri autem Lucillā pecunia maxime aduersus Cæcilianum empti & instigati perhibentur. Extant gesta apud Zenophilum consularē, ubi Nundinarius quidam diaconus à Syluano Zertenſi Episcopo, quantum ipsis gestis intelligitur degradatus, cum eis satisfacere per aliorum Episcoporum literas frustra conatus esset, multa patefecit iratus, & in iudicium publicum protulit: inter quæ id quoque commemoratum legitur, quod Lucillā pecunia, corruptis Episcopis in Carthaginensi ecclesia in Aphricā capite, altare contra altare leuatum est. Scio quod hæc gesta vobis non legerimus, sed tempus non fuisse meministis. Inerat etiam nonnullus dolor animi de typho superbia veniens, quod non ipsi ordinauerant Carthagini Episcopū. Quibus omnibus rebus cum eos non veros iudices, sed inimicos atque corruptos Cæcilianus conuenisse cognosceret, quando fieri posset, vt vel ipse vellet, vel populus cui præſidebat permitteret, vt relicta ecclesia iret in domum priuatam, non collegariū discutendus examine, sed factionis lencio, & odiis muliebribus trucidādus: cum sibi præsertim videret apud ecclesiam transmarinā priuatis inimicitias, & ab vtraq; parte dissensionis alienam, incorruptum & integrum examē suæ causæ remanere. Vbi si nihil aduersarij agere vellent, ipsi se ab orbis terrarū innocentissima communione præciderent. Si autē illic eum accusare tentassent, tunc sibi adesset, tunc innocentiam suam aduersus eorum machinamenta, defenderet, sicut postea factum esse didicistis. Cum tamē illi nimis sero quaesissent iudicium transmarinum iam schismatis rei, iam leuati altaris horrendo scelere maculati. Primo enim facerent si veritate niterentur, sed falsis rumoribus temporis diuturnitate firmatis, quasi vetusta fama præiudicante ad iudicium venire noluerunt. Aut quod magis credendum est, damnato prius, sicut libuit, Cæciliano, quasi securi sibi videbantur præſidentes numero suo, nec audentes alibi commouere causam tam malam, ubi nulla corruptione operante posset veritas inueniri. Sed posteaquam ipsis rebus experti sunt cum Cæciliano permanere communionem orbis terrarum, & ad eum à transmarinis ecclesiis comunicatorias literas mitti, non ad illum quem ipsi scelerate ordinauerant, puduit eos semper tacere, quia posset eis obici, cur paterentur ignaram per tot gentes, ecclesiam communicare damnatis. Et cur seipsi ab innocentis orbis terrarum communione præciderent, cum tacendo sinerent Episcopo, quem Carthaginensibus ordinassent à toto orbe non communicari. Elegerunt sicut dicitur ad duas fraudes agere causam cum Cæciliano apud ecclesias transmarinas, parati ad vtrunque, vt si eum potuissent quacunque verſutia falsæ criminacionis euincere, fatiaret plenissime cupiditatem suam: Si autem non possent, in eadem quidem peruersitate durarent, sed iam tamen quasi haberent quod dicerent, malos iudices se esse perpeſſos, quæ vox est omnium malorum litigatorum, cum fuerint etiam manifestissima veritate superati. Quasi non eis ad hoc dici posset & iustissime dici: Ecce putemus illos Episco-

R pos qui Romę iudicarunt, non bonos iudices fuisse, restabat adhuc plenarium ecclesiæ vniuersæ concilium, ubi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari, vt si male iudicasse conuicti essent, eorum sententiæ soluerentur. Quod vtrum fecerint probent. Nos enim non factum esse facile probamus, ex eo quod totus orbis non eis comunicat: Aut si factum est, etiam ibi sunt victi, quod ipsa eorum separatio manifestat. Sed tamē quid postea fecerint, Imperatoris literis sufficientissime ostenditur. Iudices enim ecclesiasticos tantæ autoritatis Episcopos, quorum iudicio & Cæciliani innocentia & eorum improbitas declarata est, non apud alios collegas, sed apud Imperatorem accusare ausi sunt, quod male iudicarint. Dedit ille aliud Arelatenſe iudicium, aliorum scilicet Episcoporum, non quia iam necesse erat, sed eorum peruersitatib; cedens, & omnimodo cupiens tantam impudentiam cohibere. Neq; enim ausus est Christianus Imperator sic eorum tumultuosas & fallaces querelas suscipere, vt de iudicio Episcoporum, qui Romæ sederant ipse iudicaret, sed alios, vt dixi, Episcopos dedit, à quibus tamen illi ad ipsum rursum Imperatorem prouocare maluerunt. Qua in re illos quemadmodū detestetur audistis, atq; vtiq; saltem ipsius iudicio infanissimis animositatibus suis finem posuissent, atq; vt eis ipse cessit, vt de illa causa post Episcopos iudicaret, à sanctis antistitibus postea veniā petiturus, dum tamen illi quod vltius dicerent non haberent, si eius sententiæ non obtemperarent, ad quæ ipsi prouocauerunt, sic & illi aliquādo cederent veritati. Iussit enim ille vt ei partes ad agendam causam Romæ occurrerent. Quod cum Cæcilianus nescio quia causa non occurrisset, interpellatus ab eis, præcepit vt Mediolanum sequeretur. Tunc se aliqui eorum subtrahere ceperunt, fortasse indignati, quia non est eos imitatus Constantinus, vt iam statim atq; velociter Cæcilianū damnaret absentem. Quod ubi cognouit prouidus Imperator, reliquos ab officialibus custoditos fecit Mediolanum peruenire. Quod cum etiam Cæcilianus peruenisset, ipsum quoq; sicut scripsit exhibuit, cognitaq; causa, qua diligentia, qua cautela, qua prouisione, sicut eius indicant literæ, Cæcilianū innocentissimum, illos improbilissimos iudicauit. Et adhuc repetamus ecclesiam, & si possint rebaptizant ecclesiam, sacrificant in dissensione & schismate, & pacis nomine populos saluant, quos à pace salutis exterminant, cōscinditur vnitas Christi, blasphematur hæreditas Christi, exullatur baptisima Christi: & nolūt in se ista per ordinarias humanas potestates flagellis tēporalibus emendari, ne in æternas pœnas pro tantis sacrilegiis destinentur. Nos eis obicimus furorem schismatis, rebaptizationis infaniam, ab hæreditate Christi, quæ per omnes gentes diffusa est, nefariam separationem. De codicibus non tantum nostris, sed etiam eorum recitamus ecclesias, quarum nomina hodie legunt, & quibus hodie non comunicant. Quæ cū recitantur in cōuenticulis eorū, lectoribus suis dicunt: Pax tecum: & cum ipsis plebibus, quibus illæ literæ scriptæ sunt, pacem non habent: Et ipsi nobis obiciunt vel falsa crimina mortuorū, vel etiā si vera, tamē aliena, non intelligentes in iis quæ nos eis obicimus omnes illos teneri: in iis vero quæ nobis obiciunt, paleam vel zizaniā messis dominicæ reprehēdi, ad frumenta autem crimē non pertinere: neq; considerantes quia quibus mali placent in vnitate, ipsi comunicant malis: quibus autem displicent, & eos emendare non possunt, neque ante tempus messis audent zizania

Apoca. 2.

fauthoritatis.

Eph. 4.

A zania eradicare, ne simul eradicent & triticum, non factis eorum, sed altari Christi comunicant: ita vt non solum non ab eis maculentur, sed etiam diuinis verbis laudari prædicariq; mereantur, quoniā ne nomē Christi per horribilia schismata blasphemetur, pro bono vnitatis tolerant, quod pro bono æquitatis oderunt. Si habent aures, audiant, quid spiritus dicat ecclesiis. Sic enim in Apocalypsi Ioannis legitur: Angelo, inquit, ecclesiæ Ephesi scribe: Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum: Scio opera tua & laborem & patientiam, & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt, & inuenisti eos mendaces, & patientiam habes & sustinisti eos propter nomen meum, & non defecisti. Quod si de angelo superiorum cœlorum, & non de præpositis ecclesiæ vellet intelligi, non consequēter diceret: Sed habeo aduersum te quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris, & age penitentiam, & prima opera fac. Sin autē, venio tibi & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi penitentia egeris. Hoc superioribus angelis dici non potest, qui perpetuam retinent charitatē, vnde qui defecerunt & lapsi sunt, diabolus est & angeli eius. Ergo primā charitatem dicit, quia sustinuit pseudoapostolos propter nomen Christi, quā iubet vt repetat & faciat priora opera sua. Et obiciuntur nobis crimina malorū hominū, non nostra, sed aliena, & ipsa partim incognita: quæ si etiam vera & præsentia videremus, & zizaniis propter frumenta parcentes, pro vnitate toleraremus, non solum nulla reprehensione, sed etiā non parua laude nos dignos diceret, quicūq; scripturas sanctas non corde surdus audiret. Tolerat Aaron multitudinē idolum exigentem & fabricantem & adorantem. Tolerat Moyses aduersus deū tot milia murmurantia, & toties offendentia sanctū nomen eius. Tolerat Dauid Saulem persecutorem suum, sceleratis moribus cœlestia deferentem, magicis artibus inferna quærentem, occisum vindicat, Christū etiam domini propter sacramētum venerandæ vnctionis appellat. Tolerat Samuēl nefandos filios Heli, peruersosq; filios suos, quos populus quia tolerare noluit, diuina veritate accusatus, diuina feueritate correptus est. Tolerat denique ipsum populum superbū contemptorē dei. Tolerat Esaias in quos tanta multa vera crimina iaculatur. Tolerat Hieremias à quibus tanta perpetitur. Tolerat Zacharias Pharisæos & scribas, quales illo tempore fuisse scriptura testatur, Scio me multos prætermisisse, legant qui volunt, legāt qui possunt eloquia cœlestia, inuenient omnes sanctos dei seruos & amicos semper habuisse, quos in suo populo tolerarent, cum quibus tamē illius tēporis sacramenta comunicantes, non solum non inquinabantur, sed etiam laudabiliter sustinebant, studentes, sicut ait Apostolus, seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Attendant etiā post domini aduentum, ubi multo plura huius tolerantia per totū orbem inueniremus exempla, si omnia scribi & in autoritatē redigi potuissent, tamen hæc ipsa quæ habemus aduertite. Tolerat ipse dominus ludam, diabolū, furem & venditorem suū: finit accipere inter innocētes discipulos, quod fideles noverunt precii nostrum. Tolerāt Apostoli pseudoapostolos, & inter sua quæretes non quæ Iesu Christi, Paulus non sua quærens, sed quæ Iesu Christi cum gloriosissima tolerantia conuertatur. Postremo, quod paulo ante commemorauimus, diuina voce laudatur sub angeli

nomine præpositus ecclesiæ, quod cum odisset malos, D eos tamē tentatos & viuentes pro nomine domini tollerari. Ad summam seipſos interrogent: Nonne tolerantur ab eis cædes & incendia Circuncellionum, qui sunt veneratores præcipitatorū vltro cadauerū, & sub incredibilibus malis vnus Oprati per tot annos totius Aphricæ gemitus? Parco iam dicere singularitū per Aphricam regionū & ciuitatum & fundorū tyrannicas potestates, & publica latrocinia. Melius enim vobis hæc vosipsi dicitis, siue in aurem, siue palām, sicut libitum fuerit. Quocunq; enim oculos verteritis, occurret quod dico, vel potius quod taceo: neque hinc istos, quos ibi diligitis accusamus. Non enim nobis displicent, quia tolerant malos, sed quia intolerabiliter mali sunt propter schisma, propter altare cōtra altare, propter separationē ab hæreditate Christi toto orbe diffusa, sicut tanto ante promissa est. Violatā pacem, cōscisfam vnitatē, iterata baptismata, exufflata sacramenta, quæ in scelere quoq; hominibus sancta sunt, plāgimus & lugemus. Quæ si paruipendunt, intueatur exempla quibus demōstratum est, quātū hæc penderit deus. Qui fecerūt idolū, vſitata gladij morte perempti sunt: qui vero schisma facere voluerunt, hiatu terræ principes deuorati, & turba consentiens igne consumpta est. Diuersitate pœnarū, diuersitas agnoscitur meritorum. Traduntur in persecutione sancti codices, confitentur traditores, & deo dimittuntur. Non interrogatur innocentes, & ab hominibus temerariis dānantur. Probatur integer certis indicis, qui inter absentes dānatos multo vehementius cæteris criminatus est. Iudicium Episcoporū ad Imperatorem appellatur. Iudex eligitur Imperator, iudicans contēnitur Imperator. Quæ tunc acta sunt legistis, quæ nunc agātur videtis: si de illis in aliquo dubitatis, ista iam cernite. Certe non chartis veteribus, non archiuis publicis, non gestis forensibus aut ecclesiasticis agimus. Maior liber noster orbis terrarū est, in eo lego completū, quod in libro dei lego promissum. Dominus, inquit, dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuā, & possessionem tuā terminos terræ. Huic hæreditati qui non comunicat, quolibet libros teneat, ex hæreditate se esse cognoscat. Hanc hereditatē quisquis expugnat, alienū se esse à familia dei satis indicat. Certe de traditione diuinorum librorū vertitur quaestio, ubi hæreditas ista promissa est. Ille ergo credatur testamentum tradidisse flammis, qui contra voluntatem litigat testatoris. Quid tibi fecit o pars Donati, quid tibi fecit ecclesia Corinthiorum? Quod autem de ista dico, de omnibus talibus & tam longe positis intelligi volo. Quid vobis fecerūt quæ nec omnino quid feceritis, nec quos infamaueritis nosse potuerūt? An quia Lucillam Cæcilianus in Aphrica læsit, lucem Christi orbis amisit? Tandem sentiant quod fecerunt, merito certo annorum intervallo in oculos eorum reuolutū est opus ipsorum. Quarite per quam sceminam Maximianus, qui dicitur esse Donati propinquus, sese à Primiani communione præciderit, & quemadmodum congregata Episcoporum factione, Primianum damnari ludam, & aduersus eum Episcopos ordinatus sit: quemadmodum Maiorinus per Lucillam congregata Episcoporum factione Cæcilianum dānavit absentem, & contra eum Episcopus ordinatus est: An forte quod à cæteris Aphris suæ communionis Episcopis contra factionem Maximiani Primianus purgatus est, valere vultis: & quod à transmarinis vnitatis Episcopis

G scopis aduersus factionem Maiorini Cæcilianus purgatus est, valere non vultis: Rogo fratres mei, quid magnum peto, quid difficile à vobis intelligi cupio? Multum quidem interest, & incomparabiliter distat, vel auctoritate vel numero Africana ecclesia, si cū cæteris orbis partibus conferatur: & longe minor est, etiā si unitas hic esset, longe omnino minor est cōparata cæteris Christianis omnibus gentibus, quā pars Maximiani comparata parti Primiani: peto tamen & iustum esse arbitror, vt tantum valeat concilium Secundi Tigisiani, quod Lucilla confluat aduersus absentem Cæcilianum & Apostolicam sedem, totumq; orbē Cæciliano communicantem, quantū valet concilium Maximianensium, quōd similiter foemina nescio quæ confluat aduersus absentem Primianum, & cæteram per Africam multitudinem Primiano cōmunicantem. Quid apertius cernitur? Quid æquius postulatur? Videtis hæc omnia & nostis & gemitis, & tamē videt & deus quod & vos in tam pestifera & sacrilega precisione nulla res cogit remanere, si pro adipiscendo spiritali regno, carnalē superetis affectū, & amicitias hominum, quæ in iudicio dei nihil proderunt, pro deuitandis sempiternis penis nō timeatis offendere. Ecce ite consilite, quid cōtra hæc nostra possint respondere cognoscite: si proferunt chartas, proferimus chartas: si falsas nostras esse dicunt, hoc nos de suis dicere nō indignentur. Nemo delet de cælo constitutionē dei, nemo delet de terra ecclesiā dei: ille totum orbē promissit, ista totum orbem repleuit, & malos habet & bonos, sed nec in terris amittit nisi malos, nec in cælum admittit nisi bonos. Erit autē vobis hic sermo, quē de munere dei, nouit ipse, quanta & pacis & vestra dilectione deprecipimus, correctio si velitis, testis vero estis nolitis.

Augustinus refert quæ cæpta sint agi de concordia cum Fortunio Donatistarum Episcopo, monens et hortans, ut sine tumultu, quod placide cæptum est, perficiatur conuentu frequentiore.

Epistola. CLXIII.

DOMINI dilectissimis & prædicabilibus fratribus Eleusio, Glorio, & Felici, Augustinus. Fortunium, quē Tuburiscum habetis Episcopum, per eandem ciuitatem, quanquam festinantissime, cum ad Zertensem ecclesiam pergeremus, experti sumus, ita omnino vt de illo soletis benignissime polliceri. Eam ipsam quæ reppue vestram de illo nobis sermone inuentionem cum ei renunciarem volentes eum videre, non abnuuit. Venimus itaq; ad eum, quia ætati eius id à nobis deferendum videbatur potius, quā exigendum, vt ipse ad nos veniret prior. Perreximus ergo comitantibus non paucis, quos forte aggregatos nobis illud tempus inuenerat. Cum autem apud eum cōsedissemus, rumore disperso non parua præterea turba cōfluxit, sed in tota illa multitudine perpauca apparebāt, qui vtiliter ac salubriter agi causam illam, & tantam, reiq; tantæ quæstionem prudenter & pie discuti cuperent. Cæteri vero magis ad spectaculum quasi altercationis nostræ propē theatrica consuetudine, quā ad instructionem salutis Christiana deuotione conueniant. Quapropter nec silentium nobis præbere, nec intente nobiscum atq; modeste saltem & ordinate colloqui potuerunt, exceptis, vt dixi, paucis, quorū religiofa & simplex apparebat intentio. Itaq; libere pro sui cuiusque animi motu immoderate loquentiū omnia strepitu turbabatur, nec euincere siue nos siue ipse rogando, interdū etiam obiurgando potuimus, vt nobis mo-

destum silentium præberetur. Res tamen vtrūq; accepta est, & aliquot horas in alterno sermone protraximus, quantum vocibus interquiescentibus varie tumultuatum sinebamur. Sed in ipso disputationis exordio, cum videremus ea quæ dicebantur subinde labi de memoria vel nostra, vel eorum, quorum salutē maxime curabamus: & vt esset nobis cautior modestiorq; tractatio, simul vt & vos atq; alij fratres, qui absentes erāt, quid inter nos actū esset, legēdo cognosceretis, postulauimus vt à notariis verba nostra exciperentur: vbi diu ab illo vel ei consentientibus reluctatum est, postea tamen ipse concessit. Sed notarij qui aderant, atque id strenue facere poterāt, nescio qua causa excipere noluerunt. Egimus saltem vt fratres, qui nobiscum erāt, quanquam in hac re tardius possent excipere, pollicentes nos ibi easdē tabulas relicturos. Cōsensum est. Cœperunt verba nostra excipi, & aliqua abinuicem ad tabulas dicta sunt. Postea inordinatas perstreptentium interpellationes, & propterea nostram quoq; turbulentiorem disputationem notarij non valentes sustinere, cesserunt, nobis sanē non desistentibus, & vt cuiq; facultas dabatur multa dicētib; . Ex quibus omnibus verbis nostris quantū recordari potui, causæ totius actione dilectionē vestrā fraudare nolui. Potestis enim ei literas meas legere, vt vel approbet vera me scripsisse, vel ipse vobis, si quid melius recolit, incunctanter infinuet. Primo enim vitā nostram, quā vobis beneuolentius fortasse quā in veris narrantibus, se comperisse dicebat, prædicare dignatus est, adiungens se dixisse vobis, nos omnia quæ de nobis insinuaueratis, bene facere potuisse, si in ecclesia facerem. Deinde querere cœpimus, quæ nam illa esset ecclesia, vbi viuere sic oporteret, vtrum illa quæ sicut sancta tanto ante scriptura prædixerat, se terrarum orbe diffunderet, an illa quam pars exigua vel Africorū vel Africæ contineret. Hic primo asserere conatus est vbiq; terrarum esse communionem suam. Quærebā vtrum epistolas esse communicatorias, quas formatas dicimus, posset quōd vellem dare, & affirmabam quod manifestum erat omnibus, hoc modo facillime illam terminari posse quæstionē. Parabā autem, vt si cōsentiret, ad illas ecclesias à nobis tales literæ mitterentur, quas in Apostolicis auctoritatibus pariter legeremus illo iam tēpore fuisse fundatas. Sed quia res aperte falsa erat, permixtis verbis cito inde discessum est: inter quæ verba Evangelicam illam domini admonitionem commemorari, qua dixit: Caute à pseudoprophetis, multi ad vos venient in vestitu ouium, intus autem sunt lupi rapaces: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Quæ verba domini cum diceremus eadem de illis à nobis posse recitari, vtrum inde est ad exaggerationem persecutionis, quam sæpe suam partem pertulisse dicebat, hinc volens ostendere suos esse Christianos, quia persecutionem paterentur. Inter quæ verba cum ego pararem ex Evangelio respondere, idem capitulum commemorauit prior, vbi dominus ait: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Quo loco ego gratulatus, subiici statim, Id ergo esse quærendum, vtrum illi persecutionem propter iustitiam passi fuerint. In qua quæstione discuti cupiebam, quod quidem omnibus clarum erat, vtrum eos in vnitate ecclesiæ constitutos, an schismate iam diuisos, Macariana tempora inuenerint, vt qui videre vellent, vtrum propter iustitiam persecutionem passi fuerint: id potius attenderent, vtrum se recte à totius orbis

Strenue pro celeriter.

M

Math. 7.

Math. 5.

A orbis vnitate præciderint. Quod si iniuste fecisse inuenirentur, manifestū esset eos propter iniustitiā potius, quā propter iustitiam passos persecutionem: & ideo numero beatorum adiungi non posse, de quibus dictum est: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Ibi commemorata est famosior quā certior codicum illa traditio. Sed respondebatur à partibus nostris, principes illorum potius fuisse traditores. Quod si in hac re nostrorū literis nolent credere, nec nos cogi oportere vt literis credamus ipsorum. Sed tamen sequestrata ista dubia quæstione, quærebam quomodo se isti iuste separassent ab innocentia cæterorum Christianorum, qui per orbem terrarū successionis ordinē custodientes, in antiquissimis ecclesiis constituti, penitus ignorarent, qui fuerint in Africā traditores, qui certe non possent communicare, nisi eis quos sedere in sedibus Episcopaliū audiebant. Respondit tam diu transmarinarum partium ecclesias mansisse innocentes, donec consensissent in eorum sanguinem quos Macarianam persecutionem pertulisse dicebat. Vbi ego possem quidem dicere, nec inuidia Macariani temporis innocentiam transmarinarum ecclesiarum contaminari potuisse, quandoquidem nullo modo probaretur illis auctoribus fecisse etiam quæ fecerat. Sed de compendio querere malui, si Macarij saxuitia, ex quo in eam cōsensisse dicebatur transmarina ecclesia, suam innocentiam prodiderunt, vtrum saltem probaretur vsq; ad illa tēpora Donatistas cū Orientalibus ecclesiis cæterisq; orbis partium in vnitate mansisse. Tunc protulit quoddam volumē, vbi volebat ostendere Sardinense conciliū ad Episcopos Aphros qui erant cōmunionis Donati, dedisse literas. Quod cū legeretur, audiuius Donati nomen inter cæteros Episcopos, quibus illi scripserant. Itaq; flagitare cœpimus vt doceretur, vtrum ipse esset Donatus, de cuius parte isti cognominantur: fieri enim potuisse, vt alicui Donato alterius hæresis Episcopo scripserint, cum maxime in illis nominibus nec Africæ mentio facta fuerit. Quomodo ergo posset probare Donatum partis Donati Episcopū nomine illo accipiendum esse, quando ne id quidem probare posset, vtrum ad Africanarū specialiter ecclesiarum Episcopos illæ literæ missæ fuerint. Quanquam enim Donati nomen Africum esse solet, non tamen repugnaret à vero, vt vel partium illarum aliquis vocaretur nomine Aphro, vel aliquis Apher in illis partibus constitueretur Episcopus. Neq; enim in eis vel diem vel consulē inuenimus, vt saltē cōsideratis tēporibus certi aliquid eluceret. Sanē quoniā nescio quando audieramus Arrianos, cum à cōmunione catholica discrepassent, Donatistas in Africā sibi sociare tētas, ad aurē mihi hoc ipsum frater Alipius suggestit. Tunc accepto ipso volumine, eiusdē concilij statuta cōsiderans, legit Athanasium Episcopum Alexandrinū catholicum, cuius maxime aduersus Arrianos acerrimarū disputationum cōflictus eminuit, & Iulij ecclesiæ Romanæ Episcopum, nihilominus catholicum, illo concilio Sardinensi fuisse improbatos. Vnde apud nos constitit Arrianorū fuisse concilium, quibus isti Episcopi catholici vehementissime resistebant. Itaq; ad diligentiorē etiā temporum discussione voluimus ipsum volumē accipere atq; auferre nobiscū. Qui noluit dare dicens, ibi nos habere illud, quādo aliquid in eo cōsiderare vellemus. Rogauimus etiam vt manu mea notari permitteret: fateor timens ne mihi forte causa exigente, cū petendum esset, pro illo aliud proferretur, neq; hoc voluit. Deinde mihi cœpit

Tomus secundus.

instare, vt ad interrogationem suā breuiter responderem, querens à me quā iustum putarem, eum qui persequeretur, an eum qui persecutionē pateretur. Cui respōdebā, non recte ita interrogari, fieri enim posse, vt ambo iniqui sint, fieri etiam posse vt iniquiorē iustior persequatur. Non ergo esse cōsequens, vt ideo sit quisq; iustior, quia persecutionem patitur, quīs id plerumque contingat. Deinde cū viderem in hoc eum multum immorari, vt iustitiā suæ partis ex eo certam vellet intelligi, quia persecutionē passa fuerit, quæsiui ab eo, vtrum iustum & christianum putaret Episcopum Mediolanensis ecclesiæ Ambrosium. Cogebatur vtiq; negare quod ille vir Christianus esset & iustus, quia si fieretur, statim obicerem quod eū rebaptizandum esse cēseret. Cum ergo eloqui cogeretur, quibus ille nō esset habēdus Christianus & iustus, cōmemorauimus quātam persecutionē pertulerit, circumdata etiā militibus armatis ecclesia. Quæsiui etiam, vtrum Maximianum, quia & is apud Carthaginem schisma fecerat, & iustū & Christianum putaret. Non poterat nisi negare. Cōmemorauimus ergo etiā illum talem persecutionē pertulisse, vt ecclesia eius vsq; ad fundamenta dirueretur. His igitur exemplis ei si possem persuadere moliebar, vt iam desineret dicere persecutionis perfessionē christianæ iustitiæ certissimum esse documentū. Narrauit etiam in ipsa schismatis nouitate maiores suos cū cogitarent culpā Cæciliani, ne schisma fieret, quoquo modo velle sopire, dedisse quendam interuentorem populo suæ cōmunionis apud Carthaginem constituto, anteq; Maiorinus aduersus Cæcilianum ordinaretur. Hunc ergo interuentorem in suo conuenticulo à nostris dicebat occisum. Quod fateor nunquam antea prorsus audieram, cum tam multa ab eis obiecta crimina resellerentur, & redarguerentur à nostris, atque in eos plura & maiora iacerentur. Sed tamen postea quā hoc narrauit, rursus à me instanter cœpit querere quem iustum putarem, eum ne qui occidit, an eum qui occisus esset, quasi iā mihi probauisset, ita vt narrauerat esse cōmissum. Dicebā ergo prius, vtrum verum esset, esse quærendum. Non enim temere credi oportere quæcunq; dicuntur, & tamen fieri potuisse, vt vel ambo aequè mali essent, vel etiā peiorem quisquā malus occideret. Re vera enim fieri potest, vt sceleratior sit rebaptizator totius hominis, quā solius corporis interemptor. Vnde etiā illud, quod à me postea quæsiuit, iam quærendū non erat. Ait enim malū non debuisse occidit à Christianis & iustis, quasi nos eos qui hæc in catholica faciunt, iustos vocemus, quæ tamen nobis ab istis dici facilius quā probari solent, cum tam multas violentissimas caedes & strages pleriq; ipsorū & Episcopū & presbyteri & quilibet clerici congregatis turbis hominum furiosissimorum, non catholicis tantum, sed nonnumquā etiam suis, vbi possunt, inferre non cessent. Quæ cum ita sint, dissimulās tamen ab sceleratissimis factis suorū, quæ ipse plus nouit, vrgebat vt dicerem, Quis iustorum vel malum aliquem occideret? Quod etiam si ad causam iam non pertinebat, fatebamur enim hæc vbiq; sub nomine Christiano fierent, non fieri à bonis, sed tamen vt admoneretur quid esset quærendum, respondimus, quærentes vtrum Helias iustus ei videretur fuisse. Quod negare non potuit. Deinde subiicimus quod multos pseudoprophetas sua manu peremerit. Hic reuera vidit quod videndum erat, alia licuisse tūc iustis. Hæc enim prophético spiritu auctoritate dei faciebant, qui proculdubio nouit, cui etiam proficit occidi-

Exigebat

G Exigebat ergo ut docerem iam noui testamenti temporibus, qui iustorum aliquem occiderit, etiam sceleratum & impium. Tunc reditum est ad superiorem tractatum, quo volebam ostendere, neque nos illis debere obicere suorum scelera, neque illos nobis, si qua inuenirentur talia facta nostrorum. De nouo enim testamento ostendi quidem non posse, quod iustus quisquam interfecerit aliquem, sed tamen illud probari posse ipso exemplo domini, sceleratos ab innocentibus fuisse toleratos. Traditorem enim suum, qui iam precium eius acceperat, usque ad ultimum pacis osculum inter innocentes secum esse persequens est. Quibus non tacuit esse inter illos tanti sceleris hominem, & tamen primum sacramentum corporis & sanguinis sui, nodum illo excludo communiter omnibus dedit. Quo exemplo cum prope omnes mouerentur, tentauit dicere, ante passionem domini communionem illam cum scelerato non obtulisse Apostolis, quia nondum habebant baptismum Christi, sed baptismum Ioannis. Quod postea quam dixit, cepi ab eo querere, quemadmodum ergo scriptum esset, quod Iesus baptizauerit plures quam Ioannes, cum ipse non baptizaret, sed discipuli eius, hoc est, per suos discipulos baptizaret? Quomodo ergo dabant quod non acceperant? quod ipsi maxime solent dicere. An forte Christus baptismum Ioannis baptizabat? Deinde in hac sententia multa quaesiturus eram, quomodo ab ipso Ioanne tunc quaesitum sit de baptismo domini, & responderit quod ille haberet sponsum, & ille esset sponsus. Nunquid ergo fas erat ut baptismum Ioannis baptizaret sponsus, id est, baptismum amici vel serui? Deinde quomodo poterant eucharistiam accipere nondum baptizati? aut quomodo Petro volenti ut totum se lauaret, responderit: Qui lotus est semel, non eum oportet iterum lauare, sed est mundus totus? Perfecta enim mundatio non in Ioanis, sed in nominis domini baptismum est, si eo se dignum qui accipit praebet: si autem indignum, sacramenta in eo non ad salutem, sed ad perniciem permanebunt. Tamen cum ego ista quaesiturus essem, etiam ipse vidit de baptismo discipulorum domini non sibi fuisse quaerendum. Inde itum est in aliud, multis ut poterat vtrinque sermocinantibus: inter quae dictum est, quod adhuc eos nostri persecuturi essent nobisque dicebat, videre se velle quales nos essemus in illa persecutione praebituros, utrum consentiri essemus tali scuitate, an nullum comodaturum consensum. Nos dicebamus deum videre corda nostra, quae ipsi non possent: & illos temere sibi adhuc ista metuere, quae si contigerint, a malis contingere, quibus deteriores ipsi habent: nec tamen ideo nos a catholica communione segregare debere, si quid forte nobis inuitis, vel etiam, si valuerimus, contradicentibus factum fuerit, cum tolerantiam pacificam didicerimus, dicente Apostolo: Sufferentes inuicem in dilectione, studetes seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. Quam pacem atque tolerantiam, illos non tenuisse dicebamus qui schisma fecerunt, ut nunc inter suos qui mitiores eorum sunt grauiora toleret, ne scindatur quod scissum est, cum leuiora nollent pro ipsa unitate tolerare. Dicebamus etiam nondum fuisse temporibus veterum pacem unitatis, & tolerantiam tanta commendatione predicatam, sicut exemplo domini & noui testamenti charitate: & tamen Prophetas illos & sanctos viros dicere solere in populum scelera eorum, cum tamen se ab illius populi unitate & a communione pariter accipiendorum sacramentorum, quae tunc fuerunt, diuellere non tentassent. Inde nescio quomodo ventum

est ad commemorationem beatae memoriae Genethlij Episcopi, quod nescio qua constitutione datam contra illos compresserit, & effectum habere non siverit. Laudabant illum omnes & benignissime praeferebant. Inter quas laudes a nobis subiectum est, quod etiam ipse tamen Genethlius, si in eorum manus incidisset rebaptizandus censeretur. Et haec iam stantes loquebamur, quia discedendi tempus vrgeret. Ibi plane ille senex dixit, iam formam esse factam, ut quisquis ad eos fidelium a nobis venerit baptizetur, quod eum inuitum & cum dolore animi dicere, quantum poterat apparebat sane: cum etiam ipse multa mala suorum apertissime gemeret, atque ostenderet, quod totius ciuitatis eius testimonio probabatur, quam eslet remotus a talibus factis, & quae ipsis suis dicere soleat modesta conuestione proferret, nosque commemorare illud Ezechielis Prophetae, vbi aperte scriptum est: Nec filij culpam patris, nec patris culpam filio eius imputandam: vbi dictum est: Sicut enim anima patris mea est, ita & anima filij mea est: Anima enim quaecumque peccauerit sola morietur: placuit omnibus in talibus disputationibus violenta facta malorum hominum nobis abinuicem obicere non debere. Remanebat ergo schismatis quaestio. Itaque hortati eum sumus, ut etiam atque etiam placido atque pacato animo annitatur nobiscum, ut diligenti examinatione tanta inquisitio terminum sumat. Vbi ille benigne cum diceret, nos solum ista querere, nolle autem nostros haec queri, ea facta pollicitatione discessimus, ut exhiberemus ei plures collegas nostros, certe vel decem, qui tanta beneuolentia & lenitate & tam pio studio id queri vellent, quantum in nobis eum iam animaduertisse atque approbare sentiebamus. Hoc etiam de suorum numero & ipse pollicitus est. Vnde vos horror & obtestor per domini sanguinem, ut eum promissum sui comoneatis, & gnauiter instetis, ut res cepta peragatur, quam prope ad finem peruenisse iam cernitis. Quantum enim arbitror, difficillime potestis inuenire in Episcopis vestris tam utilem animum & voluntatem, quam in isto senex perpeximus. Postero enim die ipse ad nos venit, & haec iterum querere coepimus. Sed quia ordinandi Episcopi necessitas nos inde iam iamque rapiebat, diutius cum illo esse nequiuimus. Iam enim miseramus ad Maiorem Coelicolarum, quae audieramus noui apud eos baptismi institutorem instituisse, & multos illo sacrilegio seduxisse, ut cum illo quantum ipsius temporis patiebantur angustia, aliquid loqueremur. Quem posteaquam venturum comperit, videns nos aliud suscepisse negotium, cum & ipsum nescio quae necessitas profectiois vrgeret, benigne a nobis placideque discessit. Videtur autem mihi, ut turbulenta turbas & impedimentum potius quam adiumentum afferentes omnino deuitemus, & vere ex animo amico atque tranquillo susceptum tam magnam negotium domino opitulante peragamus, ad aliquam villam nos conuenire debere non magnam, vbi nullius nostrum esset ecclesia: quam tamen villam communiter possident homines & nostra communio & ipsius, sicuti est villa Titiana. Siue ergo in Tuburicensi, siue in Tagastensi talis locus, vel ille quem commemoravi, vel aliquis alius inuentus fuerit, faciamus codices canonicos praesto esse. Et si qua proferri poterint ex vtraque parte documenta, ut postpositis caeteris, nulla si domino placuerit interpellante molestia, quotquot diebus poterimus ad hoc vacantes, & vnusquisque nostrum apud suum hospitem dominum deprecantes, adiuuante ipso

A ipso cui pax Christiana gratissima est, re tanta & bono animo cepta ad inquisitionis terminum perducamus. Rescribite sane, quid de hac re vel vobis vel illi videatur. *Augustinus Emerito Donatistam, sed alioqui virum primum & liberaliter eruditum inuitat, ut respondeat qua iusta causa schisma mouerint.*

Epistola. CLXIII.

DESIDERABILI & dilecto fratri Emerito, Augustinus. Ego cum audio quoniam bono ingenio praeditum, doctrinisque liberalibus eruditum, quanquam non ibi salus animae constituta sit, tamen in questione facillima sentire aliud quam veritas postulat, quo magis miror, eo magis exardesco nosse hominem, & cum eo colloqui: vel si id non possum, saltem literis quae longissime volat attingere mentem eius, atque ab eo vicissim attingi desydero. Sicut te esse audio tale virum, & ab ecclesia, catholica quae sicut sancto spiritu praenunciata est, toto orbe diffunditur, discretum doleo atque seclusum, quae ob causam nescio. Nam certum est magna parti Romani orbis, ne dicam etiam Barbaris gentibus, quibus quoque debitorem se dicebat Apostolus, quorum Christianae fidei communio nostra contextitur, ignotam esse partem Donati. Nec eos omnino scire vel quando, vel quibus causis exorta sit ista dissensio. Quos vniuersos omnes Christianos ab eis criminibus, quae Aphris obicitis, nisi innocentes esse fatearis, cogis dicere, omnium malefactorum obnoxios, cum apud vos perditum ut mitius dixerim latent, vos omnes esse pollutos. Non enim neminem de vestra communione pellitis: aut tunc primum pellitis, cum primum illud vnde pellendus est fecerit. An non aliquanto tempore latetem, & postea proditum conuictumque damnatis? Quare igitur, utrum vos contaminauerit eo tempore quo latebat? Respondebis nullo modo. Nullo ergo tempore contaminaret, etiam si semper id lateret: nam & mortuorum nonnulla saepe commissa produntur, nec fraudi est Christianis, qui eis communicauerit viuentibus. Cur ergo vos tam temeraria atque sacrilega direptione praecidistis a communione innumerabilium ecclesiarum Orientalium, quas semper latuit, & adhuc latet quod in Africa gestum esse aut docetis aut fingitis? Alia enim quaestio est, utrum illa vera dicatis, quae quidem nos multo probabilioribus documentis falsa esse conuincimus, & in vestris magis caipia quae obicitis, tunc probata declaramus. Sed haec ut dixi, alia quaestio est, tunc aggredienda & discutienda cum opus fuerit. Illud nunc attendat vigilantia mentis tuae neminem contaminari posse ignotorum ignotisque criminibus. Vnde manifestum est a communione orbis, cui seu falsa seu vera crimina, quae Aphris intenditis, prorsus ignota sunt, & ignota semper fuerunt, sacrilego schismate vos esse separatos: quanquam & illud non est tacendum, etiam cognitis malos bonis non obesse in ecclesia, si eos a communione prohibendi aut potestas desit, aut aliqua ratio conseruanda pacis impediatur. Qui sunt enim qui apud Prophetam Ezechielem, & ante vastationem perditorum signari meruerunt, & cum illi vastarentur enadere illasi, nisi ut ibi manifestissime ostenditur qui moerent & gemunt peccata & iniquitates populi dei, quae sunt in medio eorum? Quis autem quod ignorat, gemit & moeret? Ex eadem ratione etiam Paulus Apostolus falsos fratres tolerat. Non enim de incognitis ait: Omnes sua quaerunt, non quae Iesu Christi, quos tamen secum fuisse manifestat. Ex quo autem genere sunt qui vel thurificare idolis vel codices diuinos tradere quae

mori maluerunt, nisi ex eorum qui sua quaerunt, non de qua Iesu Christi: Multa testimonia scripturarum praetereo, ne longiorem quam necesse est epistolam faciam, & eruditioni tuae plura per te ipsum consideranda permitto. Quod tamen satis est, video. Obsecro si tamen multi iniqui in vno populo dei, eos quos contestabantur non fecerunt tales, quales ipsi erant, si multitudo illa falsorum fratrum Apostolum Paulum in vna cum eis ecclesia constitutum non fecit sua quaerentem, non quae Iesu Christi, manifestum est non hoc effici hominem, quod est malus quisquam, cum quo ad altare Christi acceditur etiam si non sit incognitus, si tantum non approbetur, & a bona conscientia displicendo separetur. Manifestum est igitur non esse aliud cum fure concurrere, nisi vel furari cum eo, vel furtum eius cordis placito accipere. Hoc nos dicimus, ut quaestiones infinitas atque superfluas de factis hominum, quae rationem nostram nihil impediunt, auferamus. Sed & vos nisi hoc sentiat, tales eritis omnes qualis Optatus in vestra communione vobis non ignorantibus fuit. Quod absit ab Emeriti motibus, aliorumque talium, quales apud vos esse non dubito longe a factis illius alienos. Neque enim vobis obicimus, nisi schismatis crimine, quam etiam haesim male perseuerando fecistis. Quanti autem diuino iudicio pendatur hoc facinus, lege quod te legisse non ambigo. Inuenies Daten & Abiron hiatu terrae deuoratos, caeterosque omnes qui eis commiserant igne de medio eorum existentem consumptos. Illud ergo scelus ad exemplum deuicandi dominus deus praesenti supplicio denotauit, ut cum talibus patientissime parcat, quali vltimo iudicio referret ostenderet. Neque enim reprehendimus rationes vestras, si eo tempore quo vesana porcia furere iactabatur Optatus, cum eius accusator esset totius Africam gemitis conuincitibus vobis: si tamen talis es, qualem te praedicat fama, quod scit deus me & credere & velle. Non ergo reprehendimus si eo tempore, ne multos secum excommunicatos traheret, & communionem vestram schismatis furore praecideret, eum excommunicare noluerit. Sed hoc ipsum est quod vos arguit in iudicio dei, frater Emerite, quod cum videritis tam magnam malum esse, diuidi partem Donati, ut Optatus potius in communione tolerandus existimaretur, quam illud admittentur, permanetis in eo malo quod in diuina ecclesia Christi a vestris maioribus perpetratum est. Hic fortasse responderi angustia tentabis defendere Optatum. Noli frater, noli obsecro, non te decet, & si aliquem alium forte deceat, si tamen quicquam decet malos, Emeritum certe non decet defendere Optatum, sed fortasse nec accusare. Ita sit sane. Vere voce media & dice, Vnusquisque sarcinam suam portat. Tu quis es qui iudicas seruum alienum? Si ergo ad testimonium totius Africam, immo vero terrarum omnium quaqua uersum Gildonis fama seruebat (simul enim & ille notus erat) non ausi estis vnquam de Optato iudicare, ne temere de incognitis iudicaretis, nos tandem possumus aut debemus de iis qui ante nos vixerunt, ad vestrum tantummodo testimonium temerariam de incognitis ferre sententiam, ut parum sit quod vos ignota criminamini, nisi & nos ignota iudicemus? Non enim Optatum etiam si forte falsa periclitatur inuidia, sed te defendis cum diceis, Ignoro qualis iste fuerit. Quantomagis ergo quales fuerint Aphri, quos ignotiores arguis, Orientalis orbis ignorat: a quibus tamen ecclesiis quarum nomina habes in libris & recitas, nefaria dissensione disutigeris. Si tum Mugadensem Episcopum vestrum famosissimi

Non occidit iustus.

Ioan. 13.

Ephc. 4.

Ezech. 18.

2. retract. ca. 46. & 51.

Philipp. 2. Thurificati. Libellati.

Tomus secundus.

v ij mum &

G mum & pessime diffamatum, nō dico Cæsariensis, sed
Sitiensis collega eius eiusdemque temporis ignorabat
quomodo traditores Aphros quicunq; illi fuerint, ec-
clesia Corinthiorum, Ephesorum, Colossensium, Phi-
lippensium, Thessalonicensium, Antiochenorum, Pon-
ti, Galatiæ, Cappadociæ, cæterarumque orbis partium
ab Apostolis in Christo edificatarū, aut nosse potuit,
aut damnari à vobis meruit, quia non potuit: & tamen
eis non communicatis, & dicitis non esse Christianos,
& eos rebaptizare conamini. Quid dicam? quid que-
rar: aut quid exclamem? Si cum homine cordato lo-
quor, indignationis huius aculeos tecum participo. Nā
vides profecto quæ dicerem si vellem dicere. An forte
fecerunt inter se maiores vestri concilium & damna-
uerunt præter se totum orbem Christianum: ita ne ad
hoc perducta est rerum existimatio, vt concilium Ma-
ximianensium qui de vestra præcisione præcisi sunt,
quia vobis comparati paucissimi sunt, non valeat ad-
uersus vos, & vestrum concilium valeat aduersus gen-
tes, hæreditatem Christi & possessionem eius nostrorū
terræ? Miror si habet in corpore sanguinem, qui de
hac re non erubescit. Rescribe ad ista quæso. A non-
nullis enim quibus non potui non credere, audiui te
rescripturum si tibi scriberem. Iam enim pridem misi
vnam epistolam quam vtrum acceperis vel ei respon-
deris & forte ego tuam non acceperim, nescio. Nunc
interim peto ad hæc respondere ne graueris, quod tibi
videtur. Sed noli te in alias tollere quæstiones. Hinc e-
nim caput est ordinatissimæ inquisitionis, cur schisma
factum sit. Nam & terrenæ potestates cū schismaticos
persequuntur, ea regula se defendunt, qua dicit Aposto-
lus: Qui potestati resistit, dei ordinationi resistit.
Qui autem resistunt, ipsi sibi iudicium acquirunt. Prin-
cipes enim non sunt timori bono operi sed malo. Vis
autem non timere potestatem? Bonum fac & habe-
bis laudem ex illa. Dei enim minister est, tibi in bonū.
Quod si malum feceris, time. Non enim frustra gla-
dium portat. Dei enim minister est, vindex in iram
ei qui male agit. Tota igitur quæstio est, vtrum nihil
mali sit schisma, aut vtrum schisma non feceritis, vt
pro bono opere potestatibus resistatis, non pro malo,
vnde vobis acquiratis iudicium, Propterea providen-
tissime dominus non ait: Beati qui persecutionem pa-
tiuntur tantum, sed addidit, propter iustitiam. Si ergo
iustitia est, quam operati estis in illa dissensione, in qua
etiam permanetis, secundum ea quæ supra dixi, nosse
abs te cupio. Si autem iniquitas est orbem Christia-
num damnare inauditum, vel quia non audiunt quæ
vos audistis, vel quia non ei probatum est, quod teme-
re credidistis, aut sine certo documento accusastis, &
ideo rebaptizare velle tot ecclesias ipsius domini, cum
hic adhuc esset in carne, & Apostolorum eius predica-
tione ac labore fundatas: quia vobis licet, aut nescire
Aphros collegas vestros malos simul viuentes, simul
sacramenta tractantes, aut etiam scire, sed tolerare, ne
pars Donati diuidatur, Illis autē in orbe remotissimo
constitutis, non licet nescire quod vos de Aphris aut
nostis, aut creditis, aut audistis, aut fingitis: quæ tanta
est peruersitas amplecti suā iniquitatē, & potestati ac-
cusare seueritatem? At enim & malos Christianis non
licet psequi. Esto nō liceat, sed nūquid hoc potestatibus
ad hoc ipsum ordinatis, fas est obicere? An Apostolum
delebimus? Aut non habent codices vestri quæ paulo-
ante cōmemorasti? Sed vos, inquit, talibus communi-
care non debetis. Quid ergo? Vos Flauiano quondam

vicario partis vestræ homini, quia legibus seruens, no-
centes quos inuenerat occidebat, non communicastis:
Sed à vobis, inquit, Romani principes aduersum nos
prouocantur. Immo à vobis aduersum vos ipsos, qui ec-
clesiam, cuius illi sicut tanto ante prædictum est, iam
membra sunt, De Christo enim dictū est: Et adorabūt
eum omnes reges terræ, & præcisione lanare ausi estis,
& rebaptizare pertinaciter audetis. Nostri autem ad-
uersus illicitas & priuatas vestrorum violentias, quas
& vos ibi, qui talia non facitis, doletis, & gemitis, à po-
testatibus ordinatis tuitionē petunt, non qua vos per-
sequantur, sed qua se defendant. Sicut Apostolus Pau-
lus aduersus Iudæos coniurantes vt eum necarent, an-
tequam esset Romanum imperium Christianum, egit
vt sibi tuitio etiam armatorum daretur. Sed illi prin-
cipes qualibet occasione cognoscentes vestri schisma-
tis nefas, constituunt aduersus vos pro sua sollicitudine
ac potestate quod volunt. Non enim frustra gladium
portant, dei enim ministri sunt, vindices in iram in eos
qui male agunt. Postremo etiam si aliqui nostrorū nō
Christiana moderatione ista faciunt, displicet nobis:
sed tamen non propter eos relinquimus Catholicam
ecclesiam, si eam ante vltimum tempus ventilationis
à palea purgare non possumus, quando & vos propter
Optatum, cum eum pellere non audebatis, partem Do-
nati non reliquistis. At enim, idcirco, quare nos adiu-
gi vobis vultis, si scelerati sumus? Quia viuitis adhuc &
corrigi potestis si vultis. Cum enim nobis cōiungimi-
ni, hoc est, ecclesie dei, hæreditati Christi, cuius posses-
sio sunt termini terræ, vos corrigimini vt in radice vi-
uatis. De ramis enim fractis sic ait Apostolus: Potens
est enim deus iterum inferere illos. Vos ergo mutami-
ni ex ea parte qua dissentiebatis, quanuis sacramenta
quæ habebatis, cum eadem sint in omnib; sancta sint.
Quapropter si vobis mutari volumus à peruersitate, id est,
vt denuo radicetur vestra præcisio. Nam sacramenta
quæ non mutastis, sicut habetis, approbantur à nobis,
ne forte cum vestram prauitatem corrigere volumus,
illis mysteriis Christi, quæ in vestra prauitate depraua-
ta non sunt, sacrilegam faciamus iniuriam. Neq; enim
& Saul deprauauerat vnctionem quam acceperat, cui
vnctioni tantum honorem rex David pius dei seruus
exhibuit. Propterea ergo vos non rebaptizamus, qui
radicem vobis reddere cupimus, formam tamen præ-
cisi sarmenti si non mutata est, approbamus. Quæ ta-
men quanuis integra, nullo modo est sine radice fru-
ctuosa. Alia quæstio est de persecutionibus, quas vos di-
citis pati in tanta mansuetudine & lenitate nostrorū,
cum vere illicite ac priuatim vestri faciant grauiora:
alia de baptisate, quod non quarimus vbi sit, sed vbi
prosit. Nam vbicumque est, ipsum est, sed non etiam
ille qui hoc accipit vbicumque est, ipse est. Itaque pri-
uatam hominum impietatem detestamur in schisma-
te, baptismum vero Christi vbique veneramus: quia
si delertores secū imperatoris signa traducant, illis vel
damnatione punitis, vel indulgentia correctis, salua
signa recipiuntur, si salua manserunt. Et si quid de
hac re diligentius querendum est, alia est, vt dixi, que-
stio. Hoc enim obseruandum est in his rebus, quod obser-
uat ecclesia dei. Queritur autem vtrum vestra, an no-
stra sit ecclesia dei. Quapropter illud querendum est
à capite, cur schisma feceritis. Si non rescripseris, ego
apud deum quātum credo facilem causam habeo, quia
viro, quem audiui excepto schismate bonum & libera-
liter instructum, pacificantes literas misi. Tu videris
quid

A quid illi respondeas, cuius nunc laudanda patientia, in
fine vero timenda sententia est. Si autem rescripseris
ea cura, qua tibi scriptum vides, aderit misericordia
dei, vt aliquando error, qui nos dirimit, & amore pacis
& ratione veritatis intereat. Memento quod de Rogatensibus non dixerim, qui vos Firmianos appellare di-
cuntur, sicut nos Macarianos appellatis. Neque de
Rucateſi Episcopo vestro, qui cum Firmo pactus per-
hibetur incolumitatem suorū, vt ei portæ aperirentur,
& in vastationem darentur catholici, & alia innume-
rabilia. Desine ergo locis cōmunibus exaggerare facta
hominum, vel audita vel cognita. Vides enim quæ de
vestris taceam, vt de origine schismatis, vbi tota causa
est, res agatur. Dominus deus inſpiret tibi cogitatio-
nem pacificam desiderabilis & dilecte frater.

Augustinus cum cæteris, per Generosum respōdet cuius-
dam Donatistæ presbyteri literis, de schismate Donatista-
rum. Epistola. CLXV.

DILECTISSIMO & honorabili fratri Ge-
neroso, Fortunatus, Alipius, Augustinus in do-
mino salutem. Quoniam nobis notam es-
te voluisti Epistolam quam ad te Donatistarum pres-
byter dedit, quanquam eam tu quoque catholicus ani-
mo derideris, tamen vt ei potius si non desperate desi-
pit consulas hæc ad eum rescripta petimus perferas. Il-
le enim ordinem Christianitatis ciuitatis vestræ tibi
vt insinuaret iussisse sibi angelum scribit, cum tu te-
neas Christianitatem, non ciuitatis tuæ tantum, nec
tantum Aphricæ vel Aphrorum, sed totius orbis terræ,
quæ annunciata est & annunciatum omnibus gentibus.
Vnde illis parum est quod præcisos esse non pudet, nec
sibi subueniunt, vt cum possunt redeant ad radicem, ni-
si etiam secum alios præcidere, & sicut ligna arida in
ignem destinare conentur. Quapropter si tibi ipsi an-
gelus astitisset, quem sibi ille propter te astitisse, quan-
tum arbitramur, astuta nouitate confingit, & hæc ipsa
tibi dixisset, quæ iste mandato illius tibi se insinuare
dicit, oporteret te Apostolicæ sententiæ memorem fie-
ri qui ait: Licet si nos aut angelus de cælo vobis euan-
gelizauerit præter id quod euangelizauimus vobis,
anathema sit. Euangelizatum est enim tibi per vo-
cem ipsius domini Iesu Christi, quod omnibus genti-
bus annunciabitur Euangelium eius, & tunc finis e-
rit. Euangelizatum tibi est per propheticas & Aposto-
licas literas, quod Abraham dixit sunt promissiones &
femini eius, quod est Christus, cum ei diceret deus:
In semine tuo benedicentur omnes gentes. Has ergo
promissiones tenenti, si tibi angelus de cælo diceret,
Dimitte Christianitatem orbis terræ & tene partem
Donati, cuius ordo tibi exponitur in Epistola Episco-
pi tuæ ciuitatis, anathema esse deberet: quia te à toto
præcidere, & in partem cōtrudere conaretur & aliena-
re à promissis dei. Si enim ordo Episcoporum sibi suc-
cedentium considerandus est, quanto certius & vere
salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius Eccle-
siae figuram gerenti dominus ait: Super hanc petram
ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non
vincent eam. Petro enim successit Linus, Lino Cle-
mens, Clementi Anacleus, Anacleto Euaristus, Eua-
risto Alexander, Alexandro Sixtus, Sixto Thelespho-
rus, Thelesphoro Iginus, Iginio Anicetus, Aniceto Pius,
Pio Soter, Soteri Eleutherius, Eleutherio Victor, Vi-
ctori Zepherinus, Zepherino Calixtus, Calixto Vrba-
nus, Urbano Pontianus, Pontiano Antherus, Anthe-
Tomus secundus.

ro Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lu-
cio Stephanus, Stephano Sixtus, Sixto Dionysius,
Dionysio Felix, Felici Eutychanus, Eutychanus Ga-
sius, Gaio Marcellinus, Marcellino Marcellus, Marcel-
lo Eusebio, Eusebio Melciades, Melciadi Syluester, Syl-
uestro Marcus, Marco Iulius, Iulio Liberius, Liberio
Damascus, Damaso Siricius, Siricio Anastasius: In
hoc ordine successionis nullus Donatista Episcopus in-
uenitur. Sed ex transuerso ex Aphrica ordinatum mi-
serunt, qui paucis præsidēs Aphris in vrbe Roma Mō-
tensium, vel Cuzupitarum vocabulum propagauit. Ita
illum autem ordinem Episcoporum, qui ducitur ab ip-
so Petro vsque ad Anastasium, qui nunc eandem ca-
thedram sedet, etiam si quisquam traditor per illa tem-
pora subrepsisset, nihil præiudicaret Ecclesie & inno-
centibus Christianis: quibus dominus providens ait de
præpositis malis, Quæ dicunt facite, quæ autem faci-
unt facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Vt cerra
sit spes fidelis, quæ non in homine, sed in domino col-
locata, nunquam tempestate sacrilegi schismatis disti-
petur: Sicut isti dissipati sunt, qui legunt in codicibus
sanctis, Ecclesias quibus Apostoli scripserūt, & nullum
in eis habent Episcopum. Quid autem peruersus &
infans, quàm lectoribus eisdem Epistolæ legentibus
dicere, Pax tecum, & ab earum Ecclesiarum pace se-
parare, quibus ipsæ Epistola scriptæ sunt? Tamen ne si-
bi etiam de Constantinensi, hoc est, ciuitatis vestræ E-
piscoporum ordine blandiatur, recita illi gesta apud Nu-
macium Felicem Flauium procuratorem tunc eius-
dem ciuitatis vestræ, Diocletiano octauo, & Maxima-
mo septimo, Consulibus xj. Kalen. Iunias, quibus li-
quido constitit ita Paulum Episcopum tradidisse, vt
Siluanus tunc eius subdiaconus fuerit, & cum illo tra-
diderit proferens instrumenta dominata, etiam quæ
diligenter fuerant occultata, capitulatam argenteam,
& lucernam argenteam, ita vt ei diceret Victor qui-
dam: Mortuus fueras, si non illas inuenisses. Quem
iste Siluanus manifestissimum traditorem pro ma-
gno commemorat in Epistola, qua scribit à Secundo
Tigistano primæ sedis Episcopo Episcopum tunc or-
dinatum. Quiescat ergo superba eorum lingua, & co-
gnoscat crimina sua, ne delirans loquatur aliena. Recita
illi etiam si voluerit, gesta Ecclesiastica eiusdem Se-
cundi Tigistani in domo Urbani Donati habita, vbi
confessos traditores iudici deo dimisit Donatum Ma-
sculitanum, Marinum ab Aquis Tibilitanum, Dona-
tum Calamensem, cum quibus confessis traditoribus
memoratum traditorem Siluanum eis ordinauit E-
piscopum. Recita illi gesta apud Zenophilum con-
sularem, vbi Nundinarius quidam diaconus iratus Sil-
uano, quod ab eo fuerit excommunicatus, hæc omnia
iudicis prodidit, quæ certis documentis & responsio-
nibus testium, & recitatione gestorum, & multarum
Epistolarum luce clarius constiterunt. Multa sunt alia
quæ illi recites, si non contentiose agere, sed prudenter
audire voluerit: Preces Donatistarum ad Constanti-
num, vt propter ipsam causam inter Aphros Episco-
pos dirimendam iudices ex Gallia Episcopos mitte-
ret. Literas etiam eiusdem imperatoris, vbi Episcopos
misi ad vrbem Romam. Gesta quoq; in vrbe Roma,
vbi ab Episcopis, quos ille miserat, causa cognita atque
discussa est. Item quæ alias literas, vbi declarat memora-
tus imperator eos apud se de collegarum suorum iu-
dicio, id est, Episcoporum, quos ad vrbem Romam mi-
serat, fuisse conquestos: vbi etiam alios Episcopos vo-
v iij iiii

Rom. 13.

Math. 5.

Pal. 71.

Acto. 23.

L.

Rom. 11.

M.

Gal. 1.

Gal. 3.
Gene. 12.

Math. 16.
Petrus Ecclē-
sæ totius fi-
gurā gerit.

Math. 23.

B.

F.

Gluit apud Arelatum iudicare: vbi isti & ab ipsorum iudicio ad eundem imperatorem appellauerunt: vbi postremo causam inter partes ipse cognouit: vbi eos vehementissime detestatur innocentia Cæciliani fuisse superatos. Quæ si voluerit, audiet, & tacebit, & desinet insidiari veritati: Quamquam nos non tam de istis documentis præsumamus, quam de scripturis sanctis, vbi hæreditas Christi vsque ad terminos terræ promissa est in omnibus gentibus: vnde isti nephario schismate separati, iactant crimina in paleam messis dominicæ, quæ necesse est vsque ad finem permixta toleretur, donec vltimo iudicio tota area ventiletur. Vnde manifestum est ista crimina seu vera seu falsa non pertinere ad frumenta dominica, quæ per totum agrum, id est, istum mundum vsque in finem seculi oportet crescere: Sicut non falsus angelus in huius errore, sed dominus in Euangelio loquitur. Ideoque in Christianos innocentes, qui per totum orbem malis Christianis tanquam paleæ suæ vel zizaniis permixti sunt, multa falsa crimina & vana iactantibus his miseris Donatistis merito deus reddidit, vt Maximianistas apud Carthaginē schismaticos suos Primiani damnatores, extra Primianum baptizatores, post Primianum rebaptizatores vniuersali concilio suo damnarēt: vt ex eorum numero post nō paruum tempus quosdam in honoribus Episcopatus sui, Felicianum Musitanū & Prætextatum Assuritanum cogente Optato Gildomano susciperent cum omnibus quos damnati extra baptizauerunt. Quod si ab eis, quos ore proprio tanquam sceleratos & sacrilegos damnauerunt, & quos illis primis schismaticis, quos viuos terra obruit, compararūt, non maculantur, cum eis rursus in honore suo receptis communicant, euigilent aliquando, cogitēt quanta cæcitate, & quanta infania dicant, orbem terrarum ignotis Aphrorum criminibus esse maculatum, & hæreditatem Christi, quæ promissa exhibita est in omnibus gentibus, peccatis Aphrorum per contagionē communicationis fuisse deletam, quando se nolunt deletos & maculatos videri dum eis communicant quorum crimina cognita iudicantur. Quapropter cum Paulus Apostolus iterum dicat, quia ipse Satanas transfiguratur se in angelum lucis, vnde non esse mirū, si ministri eius transfigurant se sicut ministros iustitiæ, si verē iste aliquem angelum vidit erroris nuncium, & de vnitæ catholica Christianos separare cupientem, ipse passus est angelum Satanae transfigurantem se velut angelum lucis. Si autem mentitur & nihil tale vidit, ipse est minister Satanae, transfigurans se velut ministrum iustitiæ. Et tamen ista omnia cōsiderans si nimium peruersus & pertinax esse noluerit, poterit ab omni vel aliena vel propria seductione liberari. Nos enim per occasionem tuam sine aliquo odio cōuenimus, hoc circa cum seruantes quod Apostolus dicit, Seruum autem domini litigare non oportet, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, in modestia corripientem, diuersa sentientes, ne forte det illis deus penitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciant de diaboli laqueis, captiuati ab ipso in ipsius voluntatem. Si ergo aliquid asperè diximus, non ad amaritudinem disensionis, sed ad correctionem dilectionis valere cognoscat. Incolumis viuas in Christo dilectissime & honorabilis frater.

Augustinus Donatistas redarguit, & hortatur ad unitatem ecclesie. Non enim conuenire ut qui communiter agnoscerent Christum ecclesie caput & sacris literis, ea

clesiam illius corpus ex istis non agnoscerent, cum pariter utrumque doceant. Epistola. CLVI.

AVGVSTINVS Episcopus catholicus, Donatistis. Charitas Christi, cui omnem hominem quantum ad nostram pertinet voluntatem lucrari volumus, tacere vobis non permittit. Si propterea nos odistis, quia pacē vobis catholicā prædicamus, Nos dño seruimus dicenti, Beati pacifici quoniam ipsi filij dei vocabuntur. Et in psalmo scriptum est, Cum iis qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar eis, debellabant me gratis. Propterea mandauerunt nobis quidam presbyteri partis vestræ dicentes, Recedite à plebibus nostris, si non vultis vt interficiamus vos. Quāto iustius eis nos dicimus, immo vos nō recedite, sed accedite pacati ad plebes non nostras, sed illius cuius omnes sumus: aut si non vultis & impacati estis, vos potius recedite à plebibus, pro quibus Christus suum sanguinem fudit: quas ideo vultis vestras facere ne Christi sint, quamuis eas sub eius nomine possidere conemini: tanq̄ si seruus furetur oues de grege domini sui, & quæcumq; ex illis nata fuerint characterē domini sui eis infigat, ne furtū eius possit agnosci. Sic enim fecerunt maiores vestri, separauerunt ab ecclesia Christi populū habentem baptismū Christi, & quicumq; illis accreuerunt, baptismō Christi eos rebaptizauerūt. Sed dominus & fures punit si nō se correxerint, & oues ab errore reuocat ad gregem, nec in eis suum exterminat characterem. Dicitis nos traditores. Quod nec maiores vestri in maiores nostros potuerunt, nec vos in nos probare vllō modo poteritis. Quid vobis vultis faciamus, qui quando vobis dicimus vt causam nostram & vestrā patienter audiatis, non nostis nisi superbire & insanire? Nam utiq; ostenderemus vobis, quia potius illi traditores fuerunt, qui Cæcilianum & focios eius quasi traditionis crimine damnauerunt, & dicitis: Recedite à plebibus nostris quas docetis vt vobis credant & in Christo nō credant. Vos enim eis dicitis, propter traditores, quos non ostenditis, remansisse ecclesiam Christi in sola Aphrica partis Donati, quod non de lege, nō de propheta, non de psalmo, nō de Apostolo, non de Euangelio, sed de corde vestro & de parentū vestrorum calumniis recitatis. Christus autē dicit, Prædicari in nomine suo pœnitentiā & remissionē peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalē. Cui ecclesie ex ore Christi manifestare, vos non communicatis, & alios in vestram perditionem trahentes, liberari nō vultis. Si autem ideo vobis displicemus quia per Imperatorum iussiones ad vnitatē cogimini, hoc vos fecistis qui vbiunque vellemus prædicare veritatem, vt eam quisque securus audiret & volens eligeret, nunquā permistis per violentias & terrores vestros. Nolite stridere, & perturbare animas vestras, patienter si fieri potest cōsiderate quod dicimus, & recolite facta Circūcellionum vestrorum, & clericorum qui duces eorū semper fuerunt, & videbitis quæ causa vobis hoc excitaauerit. Vnde iniuste querimini, quia vobis omnia ista vt iuberentur cōegistis. Nam vt logē præterita & multa nō repetamus, saltem recentia facta vestra cogitate: Marcus presbyter Gaspalianensis ad nemine coactus, propria voluntate catholicus factus est. Quare illum vestri persequuti sunt, & penē occidissent, nisi dei manus per homines superuenientes violentias eorum cōpressisset. Restitutus Victorianēsis ad catholicā nullo cogente se transtulit. Quare raptus est de domo sua, cæsus, in aqua volutatus, bruda ꝑ vestitus, & nescio quot

K

2. Retra. 40.

Matth. 5.

Psal. 119.

L

Lucæ. 2. 4.

M

Bruda.

ꝑ Bruda.

quot

A quot dies in captiuitate retentus est, nec libertati propria fortasse restitutus esset, nisi iam penē propter ipsam causam Proculianus sibi exhibitionem videret imminere. Marcianus Vrgensis catholicam vnitatem propria voluntate delegit. Quare subdiaconum eius, cum ipse fugisset, propē vsque ad mortem cæsum, clerici vestri lapidibus obruerunt, quorum domus pro suo scelere euerse sunt. Quid amplius dicamus? Modo præconem misistis qui clamaret Siniti, quisquis Maximiano communicauerit, incendetur domus eius: qui antequam ipse ad catholicam conuersus esset & nondum de transmarinis remeasset, ad quid aliud presbyterum Siniti miseramus, nisi vt nulli molestus nostros visitaret, & in domo iuris sui positus, pacem catholicam volentibus prædicaret, quem vos inde cum graui iniuria proiecistis? Quid aliud agebamus, quando vnus nostrum Calamentis Episcopus Possidius ibat ad fundum Fugilinensem, nisi vt nostri quamuis pauci qui illic erant visitarentur, & audito verbo dei ad vnitatem Christi qui vellent conuerterentur? Cui ambulanti viam suam, latronum more insidiati sunt, & quia in eorum insidiis cadere non potuit, eum aperta violentia in fundo Liuetensi penē viuum cum domo quod fugerat incenderant, nisi tertio suppositas flammæ coloni eiusdem fundi propter periculum suæ salutis extinguerent. Et tamen cum Crispinus propter hoc factum in Proconsulari iudicio cōuinceretur hæreticus, eiusdem Episcopi Possidij intercessu decem libras auri non est exactus. Cui benevolentia & mansuetudini ingratus, ad imperatores Catholicos ausus est appellare. Vnde hanc in vos iram dei de qua murmuratis, multo importunius & vehementius prouocauit. Videtis quia vos contra pacem Christi violenter insurgitis, & patimini non pro ipso, sed pro iniquitatibus vestris. Quæ est ista dementia vt cum male viuicis, latronum facta faciatis? & cum iure punimini, gloriam martyrum requiratis? Si ergo vos priuata vestra audacia tam violenter cogitis homines, aut ire in errorem, aut permanere in errore, quantum magis nos debemus per ordinatissimas potestates, quas deus secundum suam prophetiam subdidit Christo, resistere furoribus vestris, vt miseræ animæ de vestra dominatione liberata, eruantur de vetustissima falsitate, & assuescant in apertissima veritate? Nam quos à nobis nolentes dicitis cogi, multi etiam se cogi volunt, quod nobis antea & postea cōfitemur, vt vel sic euadant oppressiones vestras: & tamen quid est melius, proferre veras Imperatorum iussiones pro vnitæ, an falsas indulgentias pro peruersitate, quod vos fecistis, & mendacio vestro subito totam Aphricam implestis. In quo facto nihil aliud ostēdistis, nisi partem Donati semper de mendacio præsumentem, omni vento iactari & circumferri, sicut scriptum est, Qui fidit in falsis, hic pascit ventos. Sicut enim vera fuit ista indulgentia, sic vera sunt crimina Cæciliani, & traditio Felicis Aprūgensis per quem ordinatus est, & quicquid aliud contra catholicos dicere consuevit, vt à pace ecclesie Christi infelices separatis & infelicitate separemini. De nulla quidem nos hominis potestate præsumimus, quamuis utique multo sit honestius præsumere de Imperatoribus quam præsumere de Circūcellionibus, præsumere de legibus quam præsumere de seditionibus. Sed meminimus scriptum esse, Maledictus omnis qui spem suam ponit in homine. Vnde ergo præsumimus, si vultis nosse, illum cogitate, de quo Propheta prænucciavit dicens, Adorabunt Tomus secundus.

Prover. 10.

Hierc. 17.

Psal. 71.

eum omnes reges terræ, & omnes gentes seruient illi. Et ideo hac Ecclesie potestate vtimur, quam ei dominus & promisit & dedit. Imperatores enim si in errore essent, quod abist, pro errore suo contra veritatem leges darent, per quas iusti & probaretur & coronaretur, non faciendo quod illi iuberet, quia deus prohiberet. Sicut iusserat Nabuchodonosor, vt aurea statua adoraretur, quod qui facere noluerunt, deo talia prohibenti placuerunt. Quando autem Imperatores veritatem tenent, pro ipsa veritate contra errorem iubent quod quisquis contempserit, ipse sibi iudicium acquirat. Nam & inter homines poenas luit, & apud deum frontem ꝑ non habebit qui hoc facere noluit, quod ei per cor regis ipsa veritas iussit. Sicut ipse Nabuchodonosor postea miraculo salutis trium puerorum commotus atque mutatus, pro veritate contra errorem editum proposuit, vt quicumque blasphemaret deum Sadrach, Misach, & Abdenago, in interitum irent, & domus eorum in dispersionem. Et non vultis vt tale aliquid contra vos iubeant Imperatores Christiani, cum sciant à vobis in eis quos rebaptizatis Christum exufflari. Si iussiones regum non pertinent ad prædicandam religionem & sacrilegia prohibenda, quare ad edictum regis talia iubentis etiam ipsi vos signatis? An ignoratis verba regis esse, Regi Nabuchodonosor ostendi signa & ostenta, quæ fecit mihi dominus deus excelsus, placuit mihi in conspectu meo annunciare, quàm magnum & potens sit regnum eius, regnum sempiternum & potestatis eius in secula seculorum? An cum hoc audieritis, non respondetis, amen, & hoc dicto clara voce ad edictum regis vos in sancta solennitate signatis. Sed modo quia nihil apud Imperatores potestis, nobis inde vultis facere inuidiam. Si autem aliquid possētis, quanta faceretis quando nihil potestis & non cessatis? Scitote quod primi maiores vestri causam Cæciliani ad Imperatorem Constantinum detulerunt. Exigite hoc à nobis, probemus vobis, & si non probauerimus, facite de nobis quicquid potueritis. Sed quia Constantinus non est ausus de causa Episcopi iudicare, eam discutiendam atque finientiam Episcopis delegauit. Quod & factum est in vrbe Roma presidente Melciade Episcopo illius Ecclesie cum multis collegis suis. Qui cum Cæcilianum innocentem pronunciaissent, & Donatum qui schisma Carthaginē fecerat, sententia percussissent, iterum vestri ad imperatorem venerunt, de iudicio Episcoporum in quo victi fuerant murmurarunt. Quomodo enim potest malus litigator laudare iudices, quibus iudicantibus victus est? Iterum tamen clementissimus Imperator alios iudices Episcopos dedit apud Arelatum Gallie ciuitatem, & ab ipsis vestri ad ipsum Imperatorem appellarunt, donec etiam ipse causam cognosceret, & Cæcilianum innocentem, illos calumniosos pronunciaret. Nec sic totiens victi quienerunt, sed de Felice Aptungitano per quem Cæcilianus fuerat ordinatus quotidianis interpellationibus ipsi Imperatori tædium fecerunt, dicentes eum esse traditorem. Et ideo Cæcilianum Episcopum esse non posse quod à traditore fuerit ordinatus, donec & ipse Felix iussu imperatoris causa cognita ab Heliano Proconsule innocens probaretur. Tunc Constantinus prior contra partem Donati seuerissimam legē dedit. Hunc imitati filij eius talia præceperunt. Quibus succedens Iulianus deserto Christi & inimicus, supplicatibus vestris Rogatiano & Pôrio, libertatē perditioni partis Donati per-

D

11. q. 3. Imperatores.

ꝑ forem.

Daniel. 3.

E

F

Iulianus.

v iij miss.

G misit. Deniq; tunc reddidit basilicas hæreticis, quando templa demoniis, eo modo putans Christianum nomen posse perire de terris, si vnitati Ecclesie de qua lapsus fuerat inuideret, & sacrilegas dissensiones liberasse permitteret. Hæc erat eius prædicanda iustitia, quam supplicantes Rogatianus & Pontius laudauerunt, dicentes homini apostata, qd apud eum sola iustitia haberet locum. Huic successit Iouinianus, qui quoniam cito mortuus est, nihil de rebus talibus iussit. Deinde Valentianus, legite quæ cõtra vos iusserit. Inde Gratianus & Theodosius, legite quando vultis quæ de vobis constituerint. Quid ergo de filiis Theodosij miramini, quasi aliud in hac causa sequi debuerint, quam Constantini iudicium per tot Christianos Imperatores firmissime custoditum? Ad Constantinum autem sicut diximus, sic vobis quando vultis si causam ignoratis ostendemus: maiores vestri causam Cæciliani vitro detulerunt. Defunctus est Constantinus, sed iudicium Constantini contra vos viuit, quod vestri causam miserunt, apud quem iudices Episcopos reprehenderunt, ad quem à iudicibus Episcopis appellauerunt, quæ tædioissime de Felice Aptungitano interpellauerunt, à quo totiens conuicti & cõfusi redierunt, & à pernicie furoris & animositatis suæ non recesserunt, eamq; vobis posteris suis hæreditariã reliquerunt, vt tam impudenter de iussionibus Christianorum Imperatorum faciat inuidiam, cum si vobis liceret, non quidem iam Cõstantinum Christianum, quia veritati fuit, contra nos appellaretis, sed apostatã Iulianum ab inferis excitaretis, quasi vero si aliquid tale contingeret, esset magnum malum nisi vobis. Quæ est enim peior mors animæ quàm libertas erroris? Sed iam tollamus ista omnia de medio, amemus pacem, quam omnis doctus & indoctus intelligit præponendam esse discordiæ, diligamus & teneamus vnitatem. Hoc iubent Imperatores, quod iubet & Christus: quia cum bonum iubent, per illos non iubet nisi Christus. Et nos etiam per Apostolum obsecrat, vt id ipsum dicamus omnes, & nõ sint in nobis schismata. Neque dicamus, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollos, ego vero Cephæ, ego autem Christi, sed simul omnes non sumus nisi Christi, quia nec diuisus est Christus. Nec Paulus crucifixus est pro nobis, quanto minus Donatus? nec in nomine Pauli baptizati sumus, quanto minus in Donati? Hoc dicunt & Imperatores, quia Christiani catholici sunt, non idolorum serui sicut vester Iulianus: Non hæretici, sicut quidam fuerunt, & Ecclesiam catholicam persecuti sunt, quando veri Christiani non pro hæretico errore poenas iustissimas sicut vos, sed pro catholica veritate passiones gloriosissimas pertulerunt. Attendite quàm manifestissima veritate per cor regis quod in manu dei est, ipse deus dixerit in ista ipsa lege quam contra vos prolata dicitis. Est autem si intelligatis prolata pro vobis. Attendite quid habeant verba principis: Nam si in eis qui primo initiati sunt idcirco religio baptismatis iudicatur infirma, quod ij à quibus accipitur peccatores tententur, totiens renouari necesse erit traditum sacramentum, quotiens indignus fuerit inuentus collati baptismatis administrator, & fides nostra non ex nostræ voluntatis arbitrio, neque ex diuini muneris gratia, sed ex meritis sacerdotum & clericorum qualitate pendebit. Faciant mille concilia Episcoporum vestri, huic vni sententiæ respondeant, & ad quod volueritis cõsentimus vobis. Videte enim quàm peruersè & impie dicatur, quod dicere soletis, quia si

bonus sit homo, ipse sanctificat eum quem baptizat, K si autem malus sit & nesciat ille qui baptizatur, tunc deus sanctificat. Hoc si verum est, optare ergo debent homines vt à malis ignoratis baptizetur, potius quàm à notis bonis, vt magis à deo habam ab homine possint sanctificari. Sed absit à nobis ista dementia. Quare ergo non verum dicimus & recte sapimus: quia semper dei est illa gratia & dei sacramentum, hominis autem solum ministerium, qui si bonus est, adhæret deo & operatur cum deo, si autem malus est, operatur per illum deus visibilem sacramenti formam, ipse autem donat inuisibilem gratiam. Hoc sapiamus omnes, & non sint in nobis schismata. Concordate nobiscum fratres, diligimus vos, hoc vobis volumus quod & nobis. Si propterea nos grauius odistis, quia errare vos & perire nõ permittimus, hoc deo dicite, quem timemus minantem malis pastoribus & dicentem. Quod errauerat non reuocastis, & quod perierat non inquistis. Hoc vobis per nos deus ipse facit, siue obsecrando, siue minando, siue corripiendo, siue damnis, siue laboribus, siue per suas occultas admonitiones vel visitationes, siue per potestatem temporalium leges. Intellegite quid vobiscum agatur, perire vos non vult deus in sacrilega discordia alienatos à matre vestra catholica. Nihil in nos aliquando probare potuistis, vestri Episcopi conuerti à nobis, nunquam nobiscum pacifice conferre voluerunt, quasi fugientes cum peccatoribus loqui. Quis ferat istam superbiam, quasi Paulus Apostolus non contulerit cum peccatoribus & cum valde sacrilegis? Legite actus Apostolorum, & videte. Quasi ipse dominus nõ cum ludæis à quibus crucifixus est, sermones de lege habuerit, eisque congruenter responderit? Postremo diabolus est primus omnium peccatorum, qui conuerti ad iustitiam nunquam poterit: & tamen nec ipse dominus de lege dedignatus est ei respondere, vt intelligatis istos ideo nobiscum nolle conferre, quia causam suam perditam norunt. Nos ignoramus quid aduersus se ipsos homines iactet qui calumniolis dissensionibus gaudent. In scripturis didicimus Christum, in scripturis didicimus Ecclesiam. Has scripturas communiter habemus, quare non in eis & Christum & Ecclesiam cõmuniter retinemus? Nos vbi agnouimus eum de quo dicit Apostolus, Abraham dictæ sunt promissiones & semini eius: Non dicit, & semini tuo quod est Christus: ibi agnouimus Ecclesiam de qua dicit deus ad Abraham, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Vbi agnouimus Christum in psalmo de se prophetantem, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: ibi agnouimus Ecclesiam in eo quod sequitur, Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, Deus deorum dominus loquutus est: ibi agnouimus & Ecclesiam in eo quod sequitur, Et vocauit terram à solis ortu vsque ad occasum. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendã viam: ibi agnouimus & Ecclesiam in eo quod paulo superius dicitur. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum: In sole posuit tabernaculũ suum, Ipsa est Ecclesia in sole posita, hoc est, in manifestatione omnibus nota vsq; ad terminos terræ. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, Forerunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia

A omnia ossa mea: Ipsi verò considerauerunt & aspexerunt me, & diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestimentum meum miserunt sortem: ibi agnouimus & Ecclesiam in eo quod paulo post in psalmo ipso dicitur, Commemorabuntur & cõuertentur ad dominum vniuersi fines terræ: Et adorabunt in cõspectu eius vniuersa patriæ gentium: Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, Exaltare super cœlos deus: ibi agnouimus & Ecclesiam in eo quod sequitur, Et super omnem terram gloria tua. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuã filio regis: ibi agnouimus & Ecclesiam in eo quod de ipsa in psalmo ipso dicitur, Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Corã illo procident Aethiopes, & inimici eius terrã linget, Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducet. Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient illi. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, lapidem de mōte sine manibus præciliũ fregisse omnia regna terrarum, vtique illa quæ de culturis demonum præsumebat: ibi agnouimus & Ecclesiam in eo quod dictum est, lapidem ipsum creuisse, & factum montem magnum & repleuisse omnem terrã. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, Præualebit dominus aduersus eos, & exterminabit omnes deos gentium terræ: ibi agnouimus & Ecclesiam in eo quod illic sequitur, Et adorabunt in cõspectu eius vnusquisque de loco suo omnes insulæ gentium. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, Deus ab Aphrico veniet, & sanctus de monte vmbroso, operiet cœlos virtus eius: ibi agnouimus Ecclesiam in eo quod sequitur, Et laudis eius plena est terra. Ab Aphrico enim posita est Hierusalem, Sicut legitur in libro Iesu Naue, vnde nomen Christi diffusum est: & ibi est mons vmbrosus, mons Oliueti, vnde ascendit in cœlũ vt cooperiret cœlos virtus eius, & impleretur Ecclesia per omnem terram laudis eius. Vbi agnouimus Christum in eo quod scriptum est, Sicut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tondente se fuit sine voce, sic non aperuit os suum, & cætera que illic de eius passione dicuntur: ibi agnouimus & Ecclesiam in eo quod illic dicitur, Latere sterilis quæ non parit, erumpe & exclama quæ non parturis, quoniam multi filij deserta magis quàm eius quæ habet virum. Dixit enim dominus, Dilata locum tabernaculi tui, & aulas tuas confige, nõ est quod parcas: porrigge longius funiculos, & palos validos confirma, etiam atque etiam in dexteram atque sinistram extende. Semen enim tuum hæreditabit gentes, & ciuitates quæ deserta erant inhabitabis: Non est quod metuas, præualebis enim: nec erubescas quod deestabilis fueris. Confusionem enim in perpetuum obliuisceris, ignominia viduitatis tuæ non eris memor, quoniam ego sum dominus qui feci te, dominus nomen eius. Et qui eruit te, ipse deus Israël vniuersa terræ vocabitur. Non nouimus quid de traditoribus dicatis, quos nunquam cõuincere, nunquam ostendere potuistis: non dico quia vestri potius in tali crimine detecti & confessi manifestantur: quid ad nos pertinet de sarcinis alienis, nisi vt quos possumus corrigam? vel correptione, vel quacunque disciplina in spiritu mansuetudinis & diligentia charitatis: Quos autem corrigere non valeamus, etiam si necessitas cogit pro salute cæterorum, vt dei sacramenta nobiscum communicet, pec-

catis tamen eorum non communicemus, quod non fit nisi cõsentiendo & fauendo. Sic enim eos in isto mundo in quo Ecclesia catholica per omnes gentes diffunditur, quem agrum suum dominus dicit, tanquam zizaniam inter triticum, vel in hac vnitatis area tanquam paleam permixtam frumento, vel intra retia verbi & sacramenti tanquam malos pisces cum bonis inclusos vsque ad tempus messis aut vtilitatis aut littoris tolleramus, ne propter illos eradicemus & triticum, aut grana nuda ante tempus de area separata, nõ in horreum mittenda purgemus, sed volatilibus colligenda proiciamus, aut diruptis per schismata retibus, dum quasi malos pisces cauemus, in mare perniciosæ libertatis exeamus. Propter hoc enim his atque aliis similitudinibus dominus seruorum suorum tolerantiam cõfirmavit, ne dum se boni putant malorum permixtione culpam, per humanas & temerarias dissensiones aut paruulos perdant, aut paruuli pereant. Quod vsq; ad deo cœlestis magister cauendum præmonuit, vt etiam de prepositis malis plebem securam faceret, ne propter illos doctrinæ salutaris cathedra desereretur, in qua cõguntur etiam mali bona dicere. Neque enim sua sunt que dicunt sed dei, qui in cathedra vnitatis doctrinam posuit veritatis. Proinde ille verax & ipsa veritas de prepositis sua mala facientibus, & dei bona dicentibus ait, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite, Dicunt enim & non faciunt. Non vtique diceret, quæ faciunt, facere nolite: nisi manifestassent mala que faciunt. Non ergo propter malos in mala dissensione pergamus, ¶* quantum vestros maiores non executores malorum, sed accusatores innocentium fuisse, si vultis possimus ostendere. Sed quicumque illi & qualescunque fuerint, portant sarcinas suas. Ecce scripturæ cõmunes ecce vbi nouimus Christum, ecce vbi nouimus ecclesiam. Si Christum ipsum tenetis, ipsam ecclesiam quare non tenetis? Si in ipsum Christum, quæ legitis & non videtis, tamen propter veritatem scripturarum creditis: quare ecclesiam negatis, quæ & legitis & videtis? Hæc vobis dicendo & ad hoc bonum pacis & vnitatis & charitatis vos cõpellendo, inimici vobis facti sumus, & madatis quia occidetis nos qui veritatem vobis dicimus, & in errore vos perire quantum possumus non permittimus. Vindictæ nos deus de vobis, vt ipsum errorem vestrum in vobis occidat, & nobiscum de veritate gaudeatis. Amen.

Aug. Festo, docens rectè legibus sanari Donatistas, & in dicens in regione Hipponensi nondum eos Festi literis coram rectos, sed adhuc intolerabiliter grassari.

Epistola. CLXVII.

DOMINO dilectissimo & honorabili ac suscipiendo filio Festo, Augustinus in domino salutem. Si pro errore homines & damnabili dissensionē & conuicta, modis omnibus falsitate tanta præsumunt, vt eorum salutem requirenti catholica Ecclesie tam audacter insidiari minariq; non cessent, quanto magis æquum est, & oportet eos, qui pacis & vnitatis Christianæ asserunt veritatem, omnibus etiã dissimulantibus & cohærentibus manifestam, satagere instanter atque impigre, non solum pro eorum munimine qui iam catholici sunt, verum etiam pro eorum correptione qui nondum sunt: Nam si pertinacia insuperabiles vires habere conatur, quantas debet habere constantia, quæ in eo bono quod perseveranter atque infatigabiliter agit, & deo placere se nouit, & proculdubio non potest hominibus prudentibus displicere. Quid

1. Cor. 1.

23. q. 6. quod errauerat. Ezech. 34.

L.

Galat. 3.

M.

Gen. 12.

Psal. 2.

Psal. 49.

Psal. 18.

Psal. 121.

Matth. 23.

¶* aliis, pericamur.

F.

G Quid autem infeliciter atque perversus sicut Donatista faciunt, qui se persecutionem perpeti gloriantur, quam de coërtione iniquitatis suae non solum nescire confundi, sed etiam velle laudari, ignorantes cecitate mirabili vel animositate damnabili, seu scire dissimulantes quod martyres veros non faciat poena, sed causa: Et hoc quidem aduersus eos dicerem, quos sola caligo haeretici erroris inuolueret, pro quo sacrilegio poenas dignissimas luerent, nec tamen vlla quenquam violenta infamia laedere auderent. Aduersus autem istos quid dicam, quorum tam perniciofa perversitas, vel dæmoniorum terrore coërcetur, vel docetur exilio, quam ubique diffusa sit Ecclesia, sicut futura praedicta est, quam malunt oppugnare quam agnoscere: Et si ea quae per misereticordissimam disciplinam patiuntur, comparantur eis factis quae furiosa temeritate committunt, quis non videat qui magis persecutores vocandi sunt: Quanquam filij mali eo tantum quod perditæ viuunt, etiam si nullas violenter inferant manus, parentum pietatem grauius persequuntur, quam cum illos pater aut mater, quanto amplius diligunt tanto amplius ad bonam vitam sine vlla dissimulatione compellunt. Extant publicorum monimentorum firmissima documenta, quae potes legere si uolueris, immo peto & hortor ut legas, quibus probatur quod maiores eorum qui primi se ab Ecclesia pace diuiserunt, vltro per Anulinum tunc Proconsule apud Constantinum Imperatorem accusare ausi sunt Cæcilianum. In quo utique iudicio si vicissent, quid erat Cæcilianus ab Imperatore passus, nisi quod in istos postea quam victi sunt, pronouit: Sed videlicet si eis accusantibus atque superantibus Cæcilianus eiusque collegae pellerentur sedibus quas tenebant, vel etiam in sua conspiratione durantibus grauius punirentur, Neque enim poterat victos & resistentes regia censura continere, tunc isti prouisionem suam & pro Ecclesia sollicitam curam praedicandam laudibus ventilarent. Nunc autem quia ipsi superati sunt, quia ea quae intendebant probare minime potuerunt, si quid pro sua iniquitate patiuntur persecutionem vocant, nec tantum furorem perditum minime reprimunt, verum etiam honorem martyrum quaerunt, quasi verò Christiani catholici Imperatores aduersus eorum pertinacissimam iniquitatem aliquid sequantur quam Constantini iudicium apud quod vltro Cæciliani accusatores fuerunt, cuius auctoritatem omnibus transmarinis Episcopis praeulerunt, ut non ad illos, sed ad illum Ecclesiae causam deferrent, ut ab eo datum in vrbe Roma Episcopale iudicium, in quo primum victi sunt, rursus apud illum accusarent, ut ab altero apud Arelatum dato Episcopali iudicio ad illum appellarent, apud quem tamen nouissime superati in sua perversitate permanserunt. Puto quod ipse diabolus, si auctoritate iudicis quem vltro elegerat totiens vinceretur, non esset tam impudens ut in ea causa persisteret. Sed haec humana iudicia deputentur, & circūuenire ac falli vel etiam corrumpi potuisse dicantur. Cur ergo adhuc accusatur Christianus orbis terrarum, & nescio quibus traditorum criminibus infamatur, qui utique nec potuit nec debuit, nisi electis iudicibus potius quam victis litigatoribus credere? Habent apud deum illi iudices causam suam siue bonam siue malam, quid fecit Ecclesia toto orbe diffusa, quae non ob aliud ab istis rebaptizanda censetur, nisi quia in ea causa in qua quid veri iudicare non potuit, eis potius qui iudicare potuerunt quam eis qui nec superati cesserunt credendum putauit? O magnum crimen omnium gen-

† accusare.

tium, quas in semine Abrahae benedicendas promisit deus, & sicut promisit exhibuit, quae cum vna voce dixerint, quare nos vultis rebaptizare? Respondetur eis, quia nescitis qui fuerint in Africa sanctorum codicum traditores, & in eo quod nesciebatis iudicibus magis quam accusatoribus credere voluistis. Si crimine alienum non grauat quenquam, quid pertinet ad orbem terrarum quod in Africa quisque commisit? Si crimen incognitum non grauat quenquam, unde potuit orbis terrarum cognoscere, vel crimen iudicum vel reorum iudicare qui cor habetis. Haec est haeretica iustitia, ut quia orbis terrarum non damnat crimen incognitum, pars Donati damnet orbem terrarum inauditum. Sed sane sufficit orbi terrarum tenere promissiones dei, & in se videre compleri, quod Propheta tanto ante praecinerunt, in eisdem scripturis agnoscere Ecclesiam, ubi & rex eius Christus agnoscitur. Vbi enim de Christo tanta praedicta sunt, qualia completa in Euangelio legimus, illic praedicta sunt de Ecclesia qualia complerentur toto orbe iam cernimus. Nisi forte quaequam prudentium permouebit, in eisdem scripturis agnoscere Ecclesiam, ubi esse verum baptismum Christi, cum ab homine iusto datur, cum & hinc teneat orbis terrarum euidentissimam & Evangelicam veritatem, ubi Ioannes ait, Qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem quasi columbam & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Vnde secuta Ecclesia spem non ponit in homine, ne incidat in illam sententiam in qua scriptum est, Maledictus omnis qui spem suam ponit in homine, sed spem suam ponit in Christo, Qui sic accepit formam serui, ut non amitteret formam dei. De quo dictum est, Ipse est qui baptizat. Proinde homo quilibet minister baptismi eius, qualencunque sarcinam portet, non iste sed super quem columba descendit, ipse est qui baptizat. Illos autem vana sentientes, tanta absurditas sequitur, ut quod ab ea fugiant non inueniant. Cum enim fateantur ratum & verum esse baptismum, quando baptizat apud eos aliquis criminofus cuius crimina latent, dicimus eis, quis tunc baptizat, nec habent quid respondeant, nisi deus. Neque enim possunt dicere quod homo adulter quenquam sanctificet. Quibus respondemus, si ergo cum baptizat homo iustus manifestus, ipse sanctificat, cum autem baptizat homo iniquus occultus, tunc non ipse sed deus sanctificat, optare debent qui baptizantur ab occultis malis hominibus potius baptizari quam a manifestis bonis. Multo enim eos melius deus quam quilibet homo iustus sanctificat. Quod si absurdum est, ut quisque baptizandus optet ab occulto adultero potius baptizari, quam a manifesto casto, restat utique ut quilibet ministrorum hominum accesserit, ideo ratus sit baptismus, quia super quem descendit columba ipse baptizat. Et tamen cum tam perspicua veritas aures & corda hominum feriat, tanta quosdam male consuetudinis vorago submersit, ut omnibus auctoritatibus rationibusque resistere, quam consentire malint. Resistant autem duobus modis, aut sciendo aut pigrescendo. Quid igitur hic faciat Ecclesiae medicina salutem omnium materna charitate conquirens, tanquam inter phreneticos & lethargicos estuans? Nunquid contemnere, nunquid desistere vel debet vel potest? Vtriusque sit necesse est molesta, quia neutris est inimica. Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari, Sed perseuerat diligentia charitatis, phreneticum castigare, lethargicum stimulare, ambos

L Ioan. 1.

Hier. 17.

M

A bos amare. Ambo offenduntur, sed ambo diliguntur: ambo molestati, quando agri sunt indignantur, sed ambo sanati gratulantur. Denique non sicut putant & sicut iactant tales eos suscepimus quales fuerunt, sed omnino mutatos: quia esse catholici non incipiunt, nisi haeretici esse destiterint. Neque enim sacramenta eorum nobis inimica sunt, quae cum illis nobis sunt communia, quia non humana sunt, sed diuina. Proprius eorum error auferendus est, quem male imbiberunt, non sacramenta quae similiter acceperunt, quae ad penam suam portant & habent, quanto indignius habent, sed tamen habent. Errore itaque derelicto, separationis prauitate correcta, ab haeresi ad Ecclesiae pacem transeunt, quam non habebant, sine qua illis perniciosum fuerat quod habebant. Sed si cum transeunt facti sunt, non est hoc iam nostrum, sed dei iudicium. Et tamen quidam cum facti putarentur, quoniam iussionis ad nos terrore transeerunt, tales posterius in nonnullis tentationibus inuenti sunt, ut quibusdam veteribus catholicis praeferebantur. Num ergo nihil agitur cum instantur agitur? Neque enim solis humanis terroribus murus duræ consuetudinis expugnatur, sed etiam diuinis auctoritatibus atque rationibus fides & intelligentia mentis instruitur. Quae cum ita sint, nouerit benignitas tua homines vestros, qui in regione Hipponensi sunt, adhuc esse Donatistas, nec apud eos quicquam valuisse tuas literas. Cur autem non valuerint, non opus est scribere, sed mitte aliquem tuorum, vel domesticorum, vel amicorum, cuius hoc fidei possis iniungere, qui non ad ea loca, sed ad nos primitus veniat illis omnino nescientibus, & nobiscum primitus consilio pertractato, quod agendum domino adiunante visum fuerit agat. Neque enim tantum pro eis agimus cum hoc agimus, sed etiam pro nostris iam factis catholicis, quibus illorum vicinitas sic infesta est, ut contemni a nobis nullo modo possit. Et hoc quidem breuiter scribere poteram, sed volui te habere aliquod literarum nostrarum, quod rationem curae meae non solum ipse cognosceres, sed etiam cuiusque dissuadet, ne tuorum correctioni operam instantem impendas, nobisque detraheri quod talia velimus, habeas, quod respondeas. Quod si superfluo feci quod iam ista vel didiceris, vel ipse cogitaueras, aut onerosus fui quod curis publicis tam occupato prolixam Epistolam ingessi, peto des veniam, dum tamen quod suggesti & rogavi non spernas. Sic te tueatur misericordia dei.

Augustinus Eusebio narrat immane factum iuuenis, qui matrem caedere solitus, demum et mortem minatus, transit ad Donatistas, et ab illis iterato baptizatus est. Rogat ut causa presbyteri cuiusdam, placide tractetur apud graues viros. Epistola. CLXVIII.

DOMINO meritoque suscipiendo eximio atque honorabili fratri Eusebio, Augustinus. Scit deus cui manifesta sunt arcana cordis humani, quantum pacem diligo Christianam, tantum me moueri sacrilegis eorum factis, qui in eius dissensione indigne atque impie perseuerant, eumque motum animi mei esse pacificum, neque me id agere, ut ad communionem catholicam quisquam cogatur inuitus, sed ut omnibus errantibus aperta veritas declaretur, & per nostrum ministerium deo iuuante manifestata se amplectenda atque sectandam satis ipsa persuadeat. Quid enim execrabilius quæso te, ut alia taceam, quam id quod nunc accidit: Corripitur ab Episcopo suo iuuenis, crebris cadibus matris insanus, & impias manus nec illis diebus cum etiam seueritas legum sceleratissimis parcat, a vi-

sceribus unde natus est reuocans. Minatur eidem matri se in partem Donati trallaturum, & eam, quam incredibile furore solet cadere, perempturum. Minatur ei, transit ad partem Donati, rebaptizatur furens, & in matrem sanguinem fremens albis vestibus cadidatur. Constituitur intra cancellos albis atque conspicuus, & omnium gementium oculis matricidij meditator tanquam renouatus opponitur. Haec tamen tandem tibi placent vir grauissime: Nequaquam hoc de te crediderim. Noui considerationem tuam. Caeditur mater carnalis in membris, quibus genuit & nutriti ingratum, prohibet haec ecclesia mater spiritalis, caeditur & ipsa in sacramentis quibus genuit & nutriti ingratum. Nonne tibi videtur dixisse parricidaliter fridens, quid faciam ecclesiae quae me prohibet cadere matrem meam? Inueni quid faciam: Iniuriis quibus potest etiam ipsa ferriatur, fiat in me aliquid unde membra eius doleant. Vadam mihi ad eos qui nouerunt exufflare gratiam in qua ibi natus sum, destruere formam quam in vtero eius accepi. Ambas matres meas sauis cruciatibus torqueam, quae me posterior peperit, efferat prior. Ad huius dolorem spiritaliter moriar, ad illius cedem carnaliter viuam. Quid aliud expectamus vir honorabilis Eusebi, nisi ut in miseram mulierem senectute decrepitam, viduitate destitutam, a cuius cadibus in catholica prohibebatur, iam Donatista securus armetur? Quid enim aliud furibundo corde concepit cum diceret matri, Transferam me in partem Donati, & bibam sanguinem tuum? Ecce iam conscientia cruentus, veste dealbatus perficit partem pollicitationis suae: Restat pars altera, ut matris sanguinem bibat. Si ergo placent ista, vrgeatur a clericis & sanctificatoribus suis, ut infra octauas suas totum quod vouit exoluat. Potens est quidem dextera domini quae furorem illius a misera vidua & desolata compescat, & cum quibus modis nouit a tam scelerata dispositione deterreat. Veruntamen ego tanto animi dolore percussus, quid facere nisi saltem loquerer? An verò ista illi faciunt & mihi dicitur tace? Auertat a me dominus hanc amentiam. Et cum ipse mihi imperet per Apostolum suum, & dicat, ab Episcopo refelli oportere docentes quae non oportet, ego illorum indignationibus terribus taceam? Quod enim publicis gestis haerere volui tam sacrilegum nefas, ad hoc utique volui, ne me quisquam, maxime in aliis ciuitatibus ubi opportunum fuerit, ista deplorantem fingere aliquid arbitretur, quando etiam apud ipsam Hipponem iam dicitur, non hoc Proculianum mandasse, quod publicum renunciauit officium. Quid autem modestius agere possumus, quam ut tam grauem causam per te tamen agam virum & clarissima dignitate praeditum, & confyderantissima voluntate tranquillum? Peto igitur sicut iam petiui per fratres nostros bonos atque honestos viros, quos ad tuam eximietatem misi, ut quaerere digneris: vtrum Proculiani presbyter Victor non hoc ab Episcopo suo mandatū acceperit, quod officio publico renunciant: an forte cum & ipse Victor aliud dixerit, falsum illi apud acta prosecuti fuerint, cum sint communionis eiusdem? Aut si consentit ut ipsam totam quaestionem dissensionis nostrae placide pertractemus, ut error qui iam manifestus est, manifestius innotescat, libenter amplector. Audiui enim quod dixerit, ut sine tumultu populari assint nobiscum denique ex utraque parte graues & honesti viri, & secundum scripturas quid in vero sit perquiramus. Nam illud quod rursus eum dixisse nonnulli ad me pertulerunt, cur non ierim Constantinam,

Titum. 11

F

G stantinam, quando ibi plures ipsi erant, vel me debere ire Mileum, quod illic sicut perhibet concilium proxime habituri sunt, ridiculum est dicere quod ad me pertineat cura propria, nisi Hipponensis Ecclesie. Mihi tota huius questionis ratio maxime cum Proculiano est. Sed si forte imparem se putat, cuius voluerit collegae sui imploret auxilium. In aliis enim ciuitatibus tantum agimus quod ad Ecclesiam dei pertinet, quantum vel nos permittunt, vel nobis imponunt earundem ciuitatum Episcopi fratres & sacerdotes nostri. Quamquam & iste qui se tot annorum Episcopum dicit, quid in me tyrone timeat, quo minus mecum velit conferre sermonem, non satis intelligo. Si doctrinam liberalium literarum non nouit, quas forte ipse aut non didicit, aut minus didicit, quid hoc pertinet ad eam questionem quae vel de sanctis scripturis, vel documentis Ecclesiasticis, aut publicis discutienda est, in quibus ille per tot annos versatur, unde in eis deberet esse peritior? Postremo est hic frater & collega meus Samuilcius Episcopus Turenfis Ecclesie, qui nullas tales didicit, quales iste dicitur formidare. Ipse assit, agat cum illo. Rogabo eum, & ut confido in nomine Christi facile mihi concedet, ut suscipiat in hac re vicem meam, & eum dominus pro veritate certantem, quamuis sermone impolitum, tamen vera fide eruditum sicut confidimus adiunabit. Nulla ergo causa est, cur ad alios nescio quos deferat, ne inter nos quod ad nos pertinet peragamus. Nec tamen ut dixi etiam illos defugio, si eorum ipse poscit auxilium.

Augustinus Eusebium hortatur, ut curet ut admonito Proculiano, non ferendam clericorum suorum licentiam coercet, alioqui se Romam rem delaturum.

Epistola. CLXIX.

DOMINO eximio meritoque suscipiendo & dilectissimo fratri Eusebio, Augustinus. Non ego recusanti voluntati tuae iudicium sicut dicis inter Episcopos subeundum molestus exhortator aut deprecator imposui. Quod quidem etiam si suadere voluissem, possem fortasse facile ostendere quam valeas iudicare inter nos in tam manifesta atque aperta causa, & quale sit illud quod facis, ut non auditis partibus iam ferre non dubites pro vna parte sententiam, qui iudicium reformidas. Sed hoc ut dixi interim omitto. Nihil autem rogaueram aliud honorabilem benignitatem tuam, quod queso tandem in hac saltem epistola digneris advertere, nisi ut quaeres a Proculiano, vtrum hoc ipse dixerit Victori presbytero suo, quod ab eo sibi dictum publicum officium renunciauit: an forte qui missi sunt, non quod a Victore audierunt, sed falsum gestis profecuti sint. Deinde quid illi tuo de tota ipsa questione inter nos discutienda videretur. Arbitror autem non iudicem fieri eum, qui rogatur ut interroget aliquem, & quod ei responsum fuerit rescribere dignetur. Hoc ergo etiam nunc rogo ut facere non graueris, quia literas meas sicut etiam expertus sum non vult accipere. Quod si voluisset, non utique per tuam eximietatem id agerem. Cum autem id non vult, quid possum minus agere quam ut per te talem virum, & qui eum diligis interrogetur aliquid, unde me tacere mea sarcina prohibet? Quod autem mater a filio caesa tuae grauitati displicuit, sed ille dixit si sciret, a communione sua tam nefarium inuenem prohibuit esset, breuiter respondeo. Modo cognouit, modo prohibeat. Adde etiam aliud: Subdiaconus quondam Spanianensis Ecclesie vocabulo Primus, cum ab accessu indisciplinato

24. q. 1. subdiaconus.

sanctimonialium prohiberetur, atque ordinata & sana praecipua contemneret, a clericatu remotus est, & ipse irritatus aduersus disciplinam dei, transtulit se ad illos, & rebaptizatus est. Duas etiam sanctimoniales colonias suis de fundo catholicorum Christianorum, siue idem transtulit, siue illum secuta etiam ipsa, tamen rebaptizatae sunt. Et nunc cum gregibus Circucellionum inter vagabundos greges foeminarum, quae propterea maritos habere noluerunt, ne habeant disciplinam, in detestabilis violentiae bacchationibus superbus exultat, gaudens latissimam sibi apertam esse licentiam male conuersationis, unde in catholica prohibebatur. Et hoc fortasse Proculianus ignorat. Ergo per tuam grauitatem atque modestiam eidem in notitiam perferatur. Iubeat eum qui non ob aliud illam communionem delegit, nisi quia in catholica clericatum amiserat, propter inobedientiam & perditos mores a sua communione remoueri. Etenim ego si domino placet istum modum seruo, ut quisquis apud eos propter disciplinam degradatus ad catholicam transire voluerit in humilitione poenitentiae recipiatur, quod & ipsi eum forsitan cogent, si apud eos manere voluisset. Ab eis vero considera quae te, quam execrabilius fiat, ut quos male viuentes Ecclesiastica disciplina corripimus, persuadeatur eis ut ad lauacrum alterum veniant, atque ut id accipere mereantur Paganos se esse respondeant, quae vox ne procederet de ore Christiano, tantus sanguis martyrum fusus est, deinde quasi renouati & quasi sanctificati, disciplinae quam ferre non potuerunt, deteriores facti, sub specie nouae gratiae, sacrilegio noui furoris insulcent. Aut si male facio, per tuam beneuolentiam ista corrigenda curare, de me nullus queratur, si haec illi perferri in notitiam per codices publicos fecero, qui mihi negari ut arbitror in Romana ciuitate non possunt. Nam cum deus imperet ut loquamur & praedicemus verbum, & docentes quae non oportet resellamus, & instemus opportune atque importune, sicut dominicis & Apostolicis literis proba, nullus hominum mihi silentium de his rebus persuadendum arbitretur. Violenter autem vel latrocinantes si quid audendum putauerint, non deerit dominus ad tuendam Ecclesiam suam, qui iugo suo in gremio eius toto orbe diffuso omnia terrena regna subiecit. Nam cum Ecclesie quidam colonus filiam suam, quae apud nos fuerat catechumena, & ab illis seducta est, inuitis parentibus ut ibi baptizata etiam sanctimonialis formam susciperet, ad communionem catholicam paterna vellet seueritate reuocare, & ego foeminam corruptae mentis nisi volentem, & libero arbitrio meliora diligentem suscipi noluissem, ille rusticus etiam plagis instare cepit, ut sibi filia consentiret, quod statim omnimodo fieri prohibui. Tamen per Spanianam transeuntibus nobis, presbyter ipse stans in medio fundo catholicae ac laudabilis foeminae, voce impudentissima post nos clamauit, quod traditores & persecutores essemus, qui conuicium etiam in illam foeminam iaculatus est, quae communionis est nostrae, in cuius medio fundo stabat. Quibus vocibus auditis, non solum me ipsam a lite refrenauit, sed etiam multitudinem, quae me comitabatur compefcuit. Et tamen si dicam, quaeratur qui sint vel fuerint traditores vel persecutores. Respondeatur mihi, disputare nolumus & rebaptizare volumus. Nos oves vestras insidiantibus morsibus luporum more depraedemur, vos si boni pastores estis, et tacete. Quid enim aliud madauit Proculianus, si vere ipse mandauit, Si Christianus

* f. alias, colonas suas

L

M

es, serua

A es, serua hoc iudicio dei, nisi nos faciamus, tu tace. Ausus est etiam idem presbyter homini rusticano conductori fundi Ecclesie comminari. Haec quoque omnia per te quae nouerit Proculianus, coercent insaniam clericorum suorum. Vide honorabilis Eusebi, non apud te tacui: dignaberis itaque non quid tu de his omnibus sentias ne tibi arbitreris a me iudicis onus imponi, sed quid illi respondeat mihi rescribere. Misericordia dei te incolumem tueatur domine eximie & merito suscipiende ac dilectissime frater.

Augustinus Seuerino consanguineo suo, qui uidetur fuisse Donatista, detestatur schisma sceleratum & impudens.

Epistola. CLXXI.

DOMINO multum desyderabili & valde charissimo fratri Seuerino, Augustinus. Literas fraternitatis tuae etsi valde sero, etsi praeter quod speraueram, tamen latus accepi, maximeque ampliori gaudio perfusus sum, cum cognouissem hominem vestrum hac ipsa sola causa uenisse Hipponem, ut ad me literas tuae fraternitatis afferret. Cogitavi enim non sine causa hoc exortum esse in animo tuo, ut recoleris consanguinitatem nostram: nisi quia fortasse perspicis, sicut noui non leue pondus prudentiae tuae, quam sit doledum, ut qui secundum carnem fratres sumus, in Christi corpore non vna societate viuamus: praesertim quia facile tibi est attendere & videre ciuitatem super montem constitutam, de qua dominus ait in Euangelio, quod abscondi non possit. Ipsa est enim Ecclesia catholica: Unde καθολικη Graece appellatur, quod per totum orbem terrarum diffunditur. Haec ignorare nulli licet, ideo secundum verbum domini nostri Iesu Christi, abscondi non potest. Pars autem Donati in solis Aphris calamniatur orbi terrarum, & non considerat ea sterilitate qua fructus pacis & charitatis noluit afferre, ab illa radice Orientalium Ecclesiarum se esse praecisam, unde Euangelium in Aphricam venit: unde terra si eis afferatur, adorant, fidelis autem si inde ueniat, exufflant & rebaptizant etiam. Hoc enim praedixit filius dei qui veritas est, se esse vitem, suos autem filios esse sarmenta, & patrem suum agricolam. Sarmetum, inquit, quod in me non dat fructum, pater meus tollet illud: Sarmetum autem quod in me dat fructum, purgat illud, ut maiorem fructum afferat. Non ergo mirum est, si de illa vite quae creuit & omnes terras impleuit, praecisi sunt illi qui fructum charitatis afferre noluerunt. Qui si vera crimina obiecissent collegis suis, maiores eorum qui schisma fecerunt, ipsi obtinuisent causam suam apud Ecclesiam transmarinam, unde ad istas partes Christianae fidei manauit autoritas, ut illi essent foris, quibus eadem crimina obieciabant. Nunc autem cum illi inueniuntur intus communicare Ecclesiis Apostolicis, quarum nomina in libris sanctis habent & recitant, isti autem foris positi, & ab illa communione separati sunt, quis non intelligat eos habuisse causam bonam, qui ea apud medios iudices obtinere potuerunt? Aut si causam bonam habebant & eam transmarinis Ecclesiis probare non potuerunt, quid illos laesit orbis terrarum, ubi Episcopi collegas suos qui apud eos obiectis criminibus conuicti non erant, temere damnare non possent? Itaque innocentes rebaptizantur & Christus in innocentibus exufflatur. Si autem iidem Donatistae Aphrorum collegarum suorum vera crimina nouerant, & neglexerunt ea demonstrare & probare transmarinis Ecclesiis, ipsi se ab unitate Christi sceleratissimo schismate praecedunt, non habent quod excusent: & vos nostis maxime,

Ioan. 15.

C

quia tam multi scelerati apud eos emerferunt, & tolerauerunt illos per tot annos, ne partem Donati conscinderent, & non dubitauerunt illo tempore, falsas suspensiones suas obiectantes, pacem Christi unitatemque dirumpere, & vos videtis. Sed nescio quae carnalis consuetudo frater Seuerine ibi vos tenet: olim doleo, olim gemo, maxime prudentiam tuam cogitans, & olim te videre desydero, ut de hac re tecum loquerer. Quid enim prodest vel salus vel consanguinitas temporalis, si aeternam Christi hereditatem salutemque perpetuam in nostra cognatione contemnimus? Haec me interim scripsisse suffecerit, quae duris cordibus valde pauca sunt & prope nulla, animo autem tuo quem bene noui valde multa sunt & valde magna. Non enim mea sunt qui nihil sum, nisi quod exspecto misericordiam dei, sed ipse deus omnipotens, quem quisquis in hoc seculo contempserit patrem, inueniet in futuro iudicem.

Sub persona ecclesiae catholicae cohortatur omnes Donatistas, ut resipiscentes redeant ad communionem.

Epistola. CLXXI.

OBIS Donatistae, catholica Ecclesia dicit: Filij hominum usquequo graues corde, ut quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium? Ut quid vos a totius orbis unitate nefario schismatis sacrilegio diuisistis? Atteditis falsa quae vobis dicuntur ab hominibus, aut mentientibus, aut errantibus de traditione codicum diuinorum, ut in haeretica separatione moriamini, & non attenditis quod vobis ipsi codices dicunt, ut in catholica pace viuatis. Quare aperitis aures ad sermonem hominum dicentium, quod nunquam probare potuerunt, & surdi estis aduersus sermonem dei dicentis: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae: Abraham dixit sunt promissiones & semini eius. Non dicit, & seminibus tanquam in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Christus. In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes. Erigite oculos cordis, & considerate totum orbem terrarum, quomodo in semine Abraham benedicentur omnes gentes. Tunc ab vno credebatur quod nondum videbatur, iam vos videtis & adhuc inuidetis. Passio domini precium est orbis terrarum. Ille totum orbem redemit, & vos cum toto orbe ad lucrum vestrum non concordatis, sed potius ad damnum vestrum in parte litigatis, ut totum perdat. Audite in Psalmo, quo precio redempti sumus. Foderunt, inquit, manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerunt & conspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestimentum meum miserunt sortem. Quare diuisores vestimentorum domini esse vultis, & tunicam illam charitatis desuper textam, quam nec persecutores eius diuiserunt, tenere cum toto orbe non vultis? In Psalmo ipso legitur, quia totus orbis eam tenet: Commemorabuntur, inquit, & conuertentur ad dominum vniuersi fines terrae: Et adorabunt in conspectu eius vniuersae patriae gentium. Quoniam ipse est regnum, & ipse dominabitur gentium. Aperite aures cordis & audite, quia deus deorum dominus locutus est, & vocauit terram a solis ortu usque ad occasum, ex Syon species decoris eius. Si hoc non vultis intelligere, audite Euangelium, iam per os proprium loquente ipso domino & dicente: Quia oportebat de Christo compleri omnia, quae de illo scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis, & praedicare in nomine eius poenitentiam & remissionem omnium

2. Retract. Psal. 4.

Psal. 2.

Gal. 3.

Gene. 12.

Psal. 122.

Psal. 49.

Luc. 24.

Gnium peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Quod in psalmo dixit: Vocavit terram à solis ortu vsque ad occasum, hoc in Euangelio, Per omnes gentes. Et quod in psalmo dixit, Ex Syon species decoris eius, hoc in Euangelio dixit, Incipientibus ab Hierusalem. Fingitis vos ante tempus messis fugere permixta zizania, quia vos estis sola zizania. Nam si frumenta essetis, permixta zizania toleraretis, & à segete Christi non vos diuideretis. De zizaniis quidem dictum est, Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Sed & de tritico dictum est, Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Quare creditis creuisse zizania & mūdum repleuisse, triticum autem decreuisse, & in sola Aphrica mansisse? Christianos vos dicitis, & Christo cōradicatis. Ipse dixit, Simite utraq; crescere vsque ad messem, non dixit, crescant zizania, decreuant frumenta. Ipse dixit, Ager est hic mundus, non dixit, ager est Aphrica. Ipse dixit, Messis est finis seculi, non dixit, messis est pars* Donati. Ipse dixit, Messores angeli sunt, non dixit, messores principes Circumcellionum sunt. Sed quia pro zizaniis triticum accusastis, vos esse zizania demonstrastis, & quod est grauius ante tempus vos à tritico separastis. Maiores enim vestri quorum in sacrilega præcisione perseueratis, quidā gestis municipalibus codices sanctos & instrumenta Ecclesie persecutoribus tradiderunt, quidam eos fatentes dimiserunt & eis communicauerunt, & utriq; Carthagine furiosa factione conuenerunt, de crimine traditionis, de quo ipsi inter se iam consenserant, inauditi damnauerunt, Episcopum cōtra Episcopum ordinauerunt, altare contra altare erexerunt. Postea literas ad Imperatorem Constantinum vt inter Aphros Episcopi transmarini iudicarent, miserunt, datis iudicibus quos postulauerant, & Romæ iudicantibus non obtemperauerunt, Episcopos apud Imperatorem tanquā male iudicauerint arguerunt. Ab aliis rursus Episcopis ad Arelatum missis ad ipsum Imperatorem appellauerunt: ab ipso auditi & calumniatores inuenti, in eodem scelere permanserunt. Euigilate ad salutem, amate pacem, redite ad vnitatem. Hæc vobis quemadmodum gesta sunt, quando vultis omnia recitamus. Ille communicat malis qui consentit factis malorum, non qui tolerat in agro dominico zizania vsque ad messem, vel paleam vsque ad vltimam vtilationem. Si malos odistis, vos ipsi mutamini ab scelere schismatis. Si malorum permixtionem timeretis, Optatum inter vos in apertissima iniquitate viuente per tot annos non teneretis. Quem cum modo martyrem dicitis, superest vt eum propter quem mortuus est Christum dicatis. Postremo quid vos offendit orbis Christianus, à quo vos nefario furore præcidistis: Et quid apud vos promeruerunt Maximianista, quos à vobis damnatos, & per iudicia publica de basilicis perturbatos, in suo rursus honore recepistis? Quid vos offendit pax Christi, contra quam vos diuidistis ab eis quos infamatis? Et quid vos promeruit pax Donati, pro qua suscipitis quos damnatis? Felicianus Musticanus modo vobiscum est. Legimus enim prius in vestro concilio damnatum, & à vobis postea in iudicio Proconsulis accusatum, & in Musticana ciuitate gestis municipalibus oppugnatū. Si traditio codicū scelerata est, quam deus in regē qui Hieremiæ librum incendit morte publica* † vindicauit, quāto sceleratius est sacrilegium schismatis, cuius auctores quibus Maximianista comparastis, aperta terra viuos absorbit: Quomodo ergo crimen traditionis

nobis obicitis quod non probatis, & schismaticos vestros & damnatis & acceptatis: Si propterea iusti estis, quia persecutionem per Imperatores passi estis, iustiores vobis sunt isti Maximianista quos per iudices ab Imperatoribus catholicis missos vos ipsi persecuti estis: Si baptismum vos soli habetis, quid apud vos facit baptismus Maximianistarum in eis quos baptizauit Felicianus damnatus, cum quibus est ad vos postea reuocatus? Vel vobis laicis ad ista respondeat Episcopi vestri, si nobiscum loqui nolūt, & cogitate pro salute vestra quale sit hoc ipsum quod nobiscum loqui nolunt. Si lupi concilium fecerunt vt pastoribus non respondeant, quare oves concilium perdiderunt vt ad luporum speluncas accedant?

Augustinus Crispinum Donatistā urget, propositis breuiter aliquot argumentis, ad ea si potest respondeat per literas.

Epistola. CLXXII.

Quia humilitatem nostram vestri reprehendunt, ideo sic epistolam prænotauit, quod in tuam contumeliam fecisse videar, si non ita mihi abs te vt rescribatur expecto. De Carthaginensi promissione tua vel nostra instantia, quid multa commemorem? Quomodo libet ea gesserimus, transierint ne quod restat impediatur. Nunc excusatio, nisi fallor nulla est, adiuuante domino, ambo in Numidia sumus & nobis loco terrarum inuicē propinquamus. Rumor ad me detulit adhuc te velle mecum disputādo experiri de quæstione quæ nostram dirimit communionē. Vide quā breuiter omnes auferantur ambages, ad hanc epistolam responde si placet, & fortasse sufficere, non solum nobis, sed & eis qui nos audire desyderant: aut si non sufficere, scripta atque rescripta, donec sufficiat, repetentur. Quid enim nobis commodius poterit exhibere vrbium quas incolimus tanta vicinitas? Ego enim statui nihil de hac re agere vobiscum nisi per literas, vel ne cui nostrū de memoria quod dicitur elabatur, vel ne fraudentur talium studiosi, qui forte interesse non possunt. Soletis de præteritis rebus gestis quæ vultis falsa iactare, forte non mentiendi studio sed errore. Proinde si placet de præsentibus illa metiamur. Proculdubio te non fugit prioris populi temporibus & idololatriæ sacrilegium fuisse commissum, & à rege contemptore librum propheticum incensum, quo vtroque crimine schismatis malum non puniretur atrocius, nisi grauius penderetur. Profecto enim recordaris quæ eodem schismatis auctores viuos dehiscens terra sorbuerit, & eos qui consenserant, celo irruens ignis absumpsit. Sic nec fabricatum & adoratum idolū, nec sacer liber exustus meruit vindicari. Cur ergo qui soletis nobis obiicere, non solum in nostris non probata, sed potius in vestris probata crimina eorum qui formidine persecutionis impulsū dominicos libros cōcremandos ignibus tradiderunt, Vos eos quos pro scelere schismatis, plenarij cōcilij vestri veridico, sicut ibi scriptum est, ore damnastis, in eodem ipso Episcopatu recepistis, in quo damnastis, Felicianum dico Musticanū & Prætextatum Assuritanum. Neque enim sicut ignorātib; dicitis ex eo numero fuerunt isti quibus vestrū concilium diem prorogauerat & præfixerat, intra quæ nisi ad vestram communionem remeassent, eadem sententia teneretur: sed de illo numero isti fuerunt quos eo die sine dilatione damnastis, quo illis dilatione dedistis. Probabo si negaueris. Concilium vestrum loquitur, Proconsularia gesta habemus in manibus quibus id non semel allegastis. Aliam ergo defensionem para si potes,

A si potes, nedum negas quod conuincā, moras faciamus. Felicianus igitur & Prætextatus si innocentes erāt, quare sic damnati sunt? Si scelerati, quare sic recepti sunt? Si probaueris innocentes, non credamus à multo paucioribus maioribus vestris falso crimine traditionis innocentes potuisse damnari, si à trecentis decem successoribus eorum, vbi etiam pro magno scriptum est, plenarij cōcilij ore veridico, in falso crimine schismatis innocentes damnari potuerunt? Si autem probaueris recte fuisse dānatos, quæ restat defensio, cur in eodem Episcopatu recepti sint, nisi vt exaggerans vtilitatem salubritatemq; pacis, ostēdas etiam ista pro vnitatis vinculo toleranda? Quod vtinam non oris, sed cordis viribus ageres, profecto perspiceres, quā nullis calumniis per orbem terrarū esset violanda pax Christi, si licet in Aphrica etiam in sacrilego schismate dānatos, in eodem ipso Episcopatu recipi pro pace † Donati. Item soletis nobis obiicere quod vos per potestates terrenas persequamur. Qua in re non disputo, vel quid vos pro immanitate tanti sacrilegij mereamini, vel quantum nos Christiana temperet mansuetudo: illud dico, si hoc crimen est, cur eisdem Maximianistas per iudices ab eis Imperatoribus missos, quos per Euangelium genuit nostra communitio, grauius insectati de basilicis quas tenebant, in quibus eos inuenit ipsa concilio, & controuersiarum strepitu & iussionum potentatu & auxiliorum impetu perturbastis: in qua conflictatione quæ passi sint per loca singula recentia rerum vestigia contestantur, quæ iusta sint chartæ indicant, quæ facta sint terræ clamant, in quibus etiam Optati illius Tribuni vestri sancta memoria prædicatur. Item dicere soletis, quod nos Christi baptismum non habeamus, & præter vestram communionem nusquam sit. Possem hinc vberius aliquanto differere. Sed contra vos iam nihil opus est, qui cum Feliciano & Prætextato etiam Maximianistarū baptismū recepistis. Quotquot enim baptizauerunt quando Maximiano cōmunicabant, cum etiam ipsos nominatim, id est, Felicianū & Prætextatum de basilicis eorum, sicut gesta testantur, diuturno cōsuetu iudiciorum expellere conaremini. Quotquot ergo eo tempore baptizauerunt, nunc secum & vobiscum habent, non solum per egritudinum pericula, sed etiam per solēnitates Paschales in tot ecclesiis ad suas ciuitates pertinentibus, & in ipsis tā magnis ciuitatibus foris in scelere schismatis baptizatos, quorum nulli baptismum repetitum est. Atque vtinam probare possētis eos quos foris in scelere schismatis Felicianus & Prætextatus tanquam inaniter baptizauerant, ab eis receptis intus quasi vtiliter denuo baptizatos. Si enim rursus baptizandi erant isti, rursus ordinandi erant illi. Amiserant enim Episcopatum recedentes à vobis, si extra communionem vestram baptizari non poterant. Nam si discedentes Episcopatū non amiserant, baptizare vtique poterant. Si autem amiserant, ergo vt eis quod amiserant redderetur, redeuntes ordinari debebant. Sed noli timere, sicut certum est cū eodem illos Episcopatu, cum quo exierant remeasse, ita certū est omnes quos in Maximiani schismate baptizauerunt, sine vlla baptismi repetitione secum vestræ cōmunioni recōciliasse. Quibus igitur sufficimus lachrymis plangere recipi baptismum Maximianistarum, & exullari baptismum orbis terrarum? Siue auditis siue inauditis, siue iuste siue iniuste, damnastis Felicianum, damnastis Prætextatum: dic mihi, quem Corinthiorū Episcopum audiuit, aut damnauit aliquis vestrum? quæ

Galatarum? quem Ephesiorū? quem Colossensium? Philippensium? Thessalonicensium? cæterarumq; omnium ciuitatum, de quibus dictum est, Adorabunt in conspectu eius vniuersa patriæ † gentium. Ergo istorum baptismus acceptatur, & illorum exullatur, qui nec istorum est nec illorum, sed illius de quo dictū est, Hic est qui baptizat. Sed non hinc ago, ad illa quæ præsto sunt, aduerte, ea quæ oculos etiam cæcos feriunt, intueri, dānati habent baptismum & inauditi non habent. Nominatim in scelere schismatis expressi & eiekti habēt, & ignoti longe peregrini nūquam accusati, nunquam iudicati non habent: Qui de præcisa parte Aphricæ rursus præcisi sunt habent, & vnde ipsum Euangelium in Aphricam venit non habent: Quid pluribus onero? Ad ista responde: Attende sacrilegium schismatis vestro concilio Maximianista exaggeratum: Attende persecutiones per iudicarias potestates, quas eis irrogastis: Attende baptismum eorum quem cum eis quos damnastis recepistis, & responde si potes, vtrū habeatis aliquid vnde iniiciatis nebulas imperitis, Cur ab orbe terrarū longe maiore scelere schismatis separemini, quā quod in Maximianista vos damnasse gloriamini? Pax Christi vincat in corde tuo.

Expostulat cum Crispino, qui quosdam mercede attractos rebaptizarat, adiurans illum ut ad obiecta respondeat.

Epistola. CLXXIII.

DVM quidē timere debuisti, sed quia in rebaptizandis Mappaliensibus sicut homo timere voluisti. Cur non valeat iussio regalis in prouincia, si tantum valuit iussio prouincialis in villa? Si personas cōpares, tu possessor, ille Imperator. Si loca compares, tu in fundo, ille in regno. Si causas cōpares, ille vt diuisio resarciatur, tu vt vnitatis diuidatur. Sed nos te de homine non terremus. Nam possemus agere, vt decem libras auri secundum Imperatoria iussa persolueres. An forte propter ea non habes vnde reddas quod dare iussi sunt rebaptizatores, dum multum erogas, vt emas quos rebaptizes? Sed nos te vt dixi de homine non terremus, Christus te potius terreat. Cui volo scire quid respondeas si tibi dicat, Crispine carum fuit precium tuum ad emendum timorem Mappaliensium, & vilis mors mea ad emendum amorem omnium gentium? Plus valuit rebaptizandis colonis tuis quod numeratum est de sacco tuo, quā rebaptizandis populis meis quod manauit de latere meo? Scio te plura audire posse, si Christo aurem præbeas, & ex ipsa tua confessione admoneri, quā impia contra Christum loquamini. Si enim humano iure præsumis firme te possidere quod emisti argento tuo, quanto firmiter diuino iure possidet Christus quod emit sanguine suo? Et ille quidem inconcusse possidebit totum, quod emit, de quo dictum est, Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ. Sed certe quomodo confidis non te perditurum quod in Aphrica videris emisse, qui Christum dicis toto orbe perditum ad solam Aphricam remansisse? Quid multa? Si vultate sua Mappalienses in tuam communionem transierunt, ambos nos audiāt, ita vt scribantur quæ dicemus, & à nobis subscripta eis Punice interpretentur, & remoto timore dominationis eligant quod voluerint. Ex iis enim quæ dicemus apparebit, vtrum coacti in falsitate remaneant, an volentes teneant veritatem. Si enim hæc non intelligunt, qua temeritate traduxisti non intelligentes? Si autem intelligunt, ambos vt dixi audiant, & quod voluerint faciant. Si quæ etiam plebes à vobis ad nos

Math. 24.

Math. 13.

* alia, tēpus

*† alia, bellica.

Pal. 72.
† familie.

Ioan. 1.

E

F

Pal. 72.

G ad nos transferunt, quas putas à dominis coactas, hoc & ibi fiat, ambos nos audiant, & eligant quod placuerit. Si autem non vis hoc fieri, cui non appareat nō vos de veritate presumere? Sed cauenda est ira dei & hic & in futuro seculo. Adiuro te per Christū, vt ad ista respondeas.

Augustinus Pascentio comiti hereseos Arrianae, qui in professione fidei eluserat, ac post iactat Augustinum ab ipso superatum, scripto reddidit rationem fidei suae, de tribus personis, & uno deo, deq; uerbo hominis.

Epistola. CLXXIII.

MOLVERAM quidem petente te atque instante vt meminisse dignaris, immo pro merito etatis ac dignitatis tuae, iubente te de fide Christiana, etiam praesens cum praesente, in quantum mihi facultatem dominus largiretur conferre sermonem. Sed quia tibi post praedium displicuit, quod inter nos mane placuerat, vt à notariis verba nostra exciperentur, ne ulterius dicas quod te audio non tacere, non me fuisse a usum tibi dicere fidem meam, his literis accipe, quod & tu legas, & cui uolueris legendum tradas,

H & quod uolueris vicissim scribendo ipse respondeas. Iniquum est enim vt quisque de alio iudicare velit, & iudicari de se nolit. Et de praeterito quid placito nostro quod condicto meridiano implere noluit, facile existimari potest, quis nostrum fidei suae fiduciam non habuerit: vt qui volebat vt diceretur, & timebat ne teneretur: an qui vsque adeo nolebat eam disceptatum iudicio subtrahi, vt mandata literis vellet etiam legitimum memoria commedari, ne quisquam vel obliuione opinatus, vel dissensione irritatus, diceret ab aliquo nostrum, aut nō esse dictum quod dictum erat, aut dictum esse quod dictum non erat: In his enim solent latebras suae malae defensionis inquirere, qui contentio-nis sunt cupidiores, quam veritatis. Hoc autē nec à te, nec à me, nec de te, nec de me dici posset, si in fide condicti permaneres, vt verba nostra exciperentur, & scriberentur, praesertim quia tu ipse in iis verbis, quibus fidem tuā pronuntiasti, quotiens ea repetisti, totiens variasti, quod nulla credo fraude, sed obliuione factū esse. Nam primo dixisti: Credere te in deum patre omnipotentem, inuisibilem, ingentum, incapabilem: & in Iesum Christum filium eius, deum natum ante secula, per quem facta sunt omnia: & in spiritum sanctum.

Quibus ego auditis, cum respondissem, nondum à te quicquam dictum quod meae fidei repugnaret, & ideo si ea scripsisses, me his etiam posse subscribere: ad hoc nescio quomodo res perducta est, vt accepta charta, ea ipsa quae dixeras velles etiā literis tua manu exprimere. Quod cum mihi ad legendum dedisses, animaduerti minus te scripsisse patrem, cum scripsisses deum omnipotentem, inuisibilem, ingentum, innatū. Quod vbi commemoravi non post multam allegationem, addidisti patrem: & incapabilem quidem, quod verbis dixeras, scripto praetermiseras. Sed nulla hinc à me facta commemoratio est. Deinde cum dixissem me paratum esse subscribere, adhuc illa verba etiam mea esse posse, prius quaesui, ne quod in mentē venerat laberetur, vtrū alicubi scripturarum diuinarum legeretur pater ingentus. Hoc autem feci, quia in exordio sermonis nostri cum Arrius & Eunomius commemorati essent, non à me, sed à fratre meo Alipio, requirente quem nam eorum secutus esset Auxentius, qui abs te fuerat non parua praedicatione laudatus, exclamando anathematizasti & Arrium & Eunomium, tamen continuo flagita-

sti, vt & nos anathematizarem hominon, quasi quisquā homo esset qui hoc vocaretur, sicut Arrius & Eunomius. Deinde vehementer exigebas, vt hoc verbum tibi in scripturis ostenderem, & statim nobis communicares. Respondebatur à nobis, quia nos Latine loqueremur & illud Graecum esset, prius quaerendum esset, quid sit hominon, & tunc exigendum vt in libris sanctis ostenderetur. Tu contra verbum ipsum crebro repetens, & inuidiose ventilans, atque in conciliis maiorum nostrorum conscriptum commemorans, vehementer vrgebas, vt ipsum omnino verbum, quod est hominon, in sanctis libris ostenderemus, nobis etiam atque etiā reuocantibus, quia lingua nostra Graeca non esset, prius interpretandum & exponendum esse quid sit hominon, tum demum in diuinis literis requirendum, quia etsi fortasse nomen ipsum non inueniretur, res tamen ipsa inueniretur. Quid est enim contentio-nis, quam vbi de re constat, certare de nomine? Hae ergo quia inter nos iam collocati fueramus, postea quam ad id ventum est, vt fidem tuam sicut commemoravi scriberes, quanquam nihil in eis verbis viderem nostrae fidei esse contrarium, & propterea me dicerem paratum esse subscribere, quaesui vt dixi, vtrum scriptura dei contineret hoc verbum, quod pater esset ingentus: & cum scriptum esse respondisses, instatius quaerebam vt ostenderes. Tunc vnus ex iis qui aderant, quantum intelligi datur, fidei tuae socius, ait mihi, Quid ergo? Tu patrem genitum dicis? Respondi, non dico. Et ille, Si ergo genitus non est, inquit, vtrique ingentus est. Cui ego vides, inquam, posse fieri, vt etiam de verbo quod in scriptura dei non est, reddatur tamen ratio vnde recte dici ostendatur. Sic ergo & Hominson quod in auctoritate diuinorum librorum cogebamur ostendere, etiam si vocabulum ipsum ibi non inueniamus, fieri posse vt illud inueniamus, cui hoc vocabulum recte adhibitum iudicetur. Quibus dictis quid hinc tibi videretur attendi vt audirem. Et aisti, Recte factum esse, vt ingentus pater in scripturis sanctis non diceretur, ne illi vel tali verbo fieret iniuria. Ergo, inquam, modo facta est iniuria deo, & hoc manu tua: Quo audito facteri iam coepit, nec te hoc dicere debuisse. Sed cum admonerem, vt si tibi tale videretur hoc verbum, vt ad dei pertineret iniuriam, deleres illud. Inde vbi scripturas considerasti, credo posse id recte dici, & posse defendi: & rursus aisti, prorsus ego hoc dico. Tum ego illud quod iam iam dixeram repetiui ita fieri posse, vt etiam hominson neque scriptum in sanctis paginis inueniatur, & tamen dictum in assertionē fidei defendatur, sicut patrem in illis libris nusquam ingentum legimus, & tamen dicendum esse defenditur. Tunc à me chartam quam dederas abstulisti & conscidisti, & constituimus postmeridianum tempus, vt adessent notarij ad excipienda verba nostra, atque inter nos ista quantum possemus diligentius tractare. Venimus vt nosti ad horam condictam, notarios adduximus, & vt tui adessent concedimus. Dixisti rursus fidem tuam, atque in verbis tuis non audiui ingentum patre. Credo quod cogitaueris quid inde mane dictum fuerit, & praecavere volueris. Deinde poposcisti, vt ego etiā dicerem fidem meam. Vbi cum postulassem commemorans antemeridianum placitum nostrū, vt ea quae dixeras dictare potius dignareris, tunc exclamasti calumniam parare nos tibi, & ideo verba tua conscripta velle retinere. Ibi quid responderim recordari non libet, atq; vtiā nec tu memineris. Seruavi tamen debitā honorificentiam

A rificentiam honori tuo, nec maledictum deputavi, quod non à veritate, sed à potestate audire meruissem. Tamen quia vel ipsa verba repetiui vt pressa voce dicerem, ita ne calumniam paramus nos tibi: vt ignoscas peto. Sed tu his auditis rursus fidem tuam sono clariore repetisti, atque in verbis tuis non audiui deum filium, quod nunquam quotiens eam dixisti tacueras. Hic ego tam modeste vt nusquam pulsarem, vt de excipiendis verbis nostris, quid inter nos placuerat impleretur etiā ipsam utilitatem de praesenti experimento suggesti, dicens, te ipsum non potuisse in memoria verba tua tibi vltimatissima retinere, quando nunquam ea repetere valuisse videbamus, cum non aliquid maxime necessarium parares: quantumvis posse illos qui nos audirent ita nostrorum meminisse verborum, vt si quid forte vel tu de meis vel ego de tuis verbis vellem retractare atque discutere, valeret seu dictum seu non dictum liquido recordari, in qua nobis difficultate facile notariorum recitatio subueniret. Tunc indignanter dixisti, melius fuisse vt meam famam semper audires, sed quod longe inferiorem me expertus esses, quam tibi illa iactasset. Tunc ego commemoravi, cum te ante prandium salutarem, & eam famam nobis praedicares, hoc me dixisse, quod de me illa mentita sit. Hic sanē aisti verum me dixisse. Proinde cum duo tibi de me diuersa locuti sint, aliud fama mea, & aliud ego, magis vtrique gaudere debeo me potius quam illam repertum esse veracem. Sed quia scriptum est, Solus deus verax, omnis autem homo mendax, vereor ne hoc quoque de me temere dixerim. Neque enim in nobis ipsis vel per nos ipsos veraces sumus cum sumus, sed cum ille in seruis suis loquitur qui solus est verax. Hae si vt narraui gesta esse recolis, vides quam non debeas iactare apud homines, quod non ausus sum tibi asserere fidem meam, quandoquidem in fide nostri placiti stare noluit: & vir tantus qui pro fide quam reipublica debet, non times maledicta provincialium, pro fide quam Christo debes, times calumnias Episcoporum. Deinde cum disputationi nostrae etiam honoratos viros interesse cupueris, miror quomodo in ipsa deuitatione calumniam verba tua times à notariis conscribi, & ex ore tuo à clarissimis testibus non times audiri. Nonne consideras difficile esse, vt homines suspicentur te à nobis vllam formidasse calumniam vt verba tua excipi nolles, sed cum cogitasses retentum te fuisse in verbo ante prandium manu tua conscripto, simul etiam cogitasse non tam facile te notariorum tabulas delere potuisse, quam facile illam chartulam conscidisti: Si autem dicis non illa ita gesta esse vt à me narrata sunt, aut tu obliuione falleris, non enim audeo dicere mentiris, aut ego vel similiter fallor vel mentior. Vides ergo quam recte dicam ea, quae de his maxime rebus geruntur excipi atq; conscribi oportere, & quam tibi quoque hoc ipsum recte placuerat, nisi postmeridianus timor antemeridiani placitum frangeret. Audi ergo iam fidē meā, potens est misericordia domini dei nostri, quae praestet me quod credidi sic loqui, vt nec eius offendam veritatem, nec humanitatem tuam. In omnipotentem deū patrem me credere profiteor, eumq; aeternum ea aeternitate, hoc est immortalitate, dico, quam solus deus habet: hoc & de filio eius vnigenito credo in forma dei, hoc & de spiritu sancto qui spiritus est dei patris & filij eius vnigeniti. Sed qui ipse dei patris vnigenitus filius, dominus & deus noster Iesus Christus, posteaquam venit plenitudo temporis opportuni, ad diem salutis

nostrae, formam serui accepit, multa de illo in scripturis secundum formam dei dicuntur, multa secundum formam serui. Quorum exempli gratia, duo quaedam commemoro, vt singula ad singula referantur. Secundum formam dei de seipso dixit, Ego & pater vnum sumus. Secundum formam serui, Quoniam pater maior me est. Quod autem de deo scriptum est: Qui solus habet immortalitatem: Et, Inuisibili soli deo honor & gloria, & cetera huiusmodi, non de patre tantum accipimus, sed etiam de filio, quod ad formam dei attinet, & de spiritu sancto. Pater enim & filius & spiritus sanctus vnus deus est, & solus verus deus, & solus immortalis secundum incommutabilem omnino substantiam. Si enim de carne diuersi sexus dictum est, Qui adhæret meretrici vnum corpus est: & de spiritu hominis qui non est quod dominus consequenter scriptum est, Qui autem adhæret domino vnus spiritus est: quantum magis deus pater in filio, & deus filius in patre, & deus spiritus patris & filij vnus deus est, vbi nulla est diuersa natura, cum pro diuersis modo quodam sibi coherentibus dicatur vel spiritus vnus vel corpus vnus? Et cum pro anima & corpore sibi coherentibus dicatur, vnus homo, cur non multo magis patre & filio sibi coherentibus dicatur vnus deus, cum sibi met inseparabiliter coherent quomodo non corpus & anima? Et cū corpus & anima sit vnus homo quantum corpus & anima non sint vnum, cur non multo magis sit pater & filius vnus deus, cum pater & filius vnus sint, secundum illam veritatis vocem, Ego & pater vnum sumus? Item cum homo interior & homo exterior non sint vnum, neque eiusdem naturae est exterior cuius interior, quia exterior cum nuncupato corpore dicitur homo, interior autem in sola rationali anima intelligitur, vtrunque tamen simul non homines duo, sed vnus dicitur: quantum magis pater & filius vnus deus est, cum pater & filius vnus sint, quia eiusdem naturae vel substantiae sunt, vel si quo alio vocabulo congruentius dicitur id quod deus est, vnde dictum est, Ego & pater vnum sumus. Itaque vnus spiritus domini & vnus spiritus hominis & non sunt vnum, & tamen ille cum cohaeret domino non sunt duo, sed vnus spiritus: Et vnus homo interior & vnus homo exterior non sunt vnum, & tamen eius connectione vinculi naturalis simul vtrunque non duo, sed vnus homo. Multo magis igitur cum filius dei dicat, Ego & pater vnum sumus, vnus est deus pater, & vnus est deus filius, & tamen simul vtrunque non duo sed vnus deus. Quod enim fecit in multis sanctis in adoptionem filiorum vocatis coherentibus Christi, vna fides & vna spes & vna charitas, vt esset eis vna anima & cor vnum in deum, hoc praecipue cogit intelligi vna eademq; patris & filij natura, si ita dicendum est deitatis, vt pater & filius qui vnum sunt & inseparabiliter vnum sunt, & sempiternae vnum sunt, non sint duo dii sed vnus deus. Illi enim homines per consortiū & communionem vnus eiusdemq; naturae, quae omnes homines erant, vnum erant. Et si aliquando secundum diuersitates voluntatum & sententiarum, opinionum morumque dissimilitudines non erant vnum, erunt autem plene perfectaeque vnum, cum peruentum fuerit ad eum finem vt sit deus omnia in omnibus. Deus autem pater & filius eius, verbum eius deus apud deum semper atque ineffabiliter vnum sunt, vnde magis, non duo dii, sed vnus deus. Homines autem minus intelligentes, quid propter quid dicatur, parentes

Ioan. 10.
Ioan. 14.
1. Tim. 6.
1. Tim. 1.

1. Cor. 6.

6. de Trinitate. cap. 31.

Ioan. 10.

1. deo.

Roma. 5.

Fides Augustini.

Gal. 4.

Tomus secundus.

x volunt

G volunt habere sententias: & scripturis non diligenter scrutatis, cum arripunt defensionem cuiusque opinionis, & ab ea vel nunquam vel difficile deflectunt, dum docti atque sapientes magis putari quam esse concupiscunt, ea quæ propter formam serui dicta sunt, volunt transferre ad formam dei. Et rursus quæ dicta sunt ut ad seiuicem personæ referantur, volunt nomina esse naturæ atque substantiæ. Fides autem nostra est, patrem & filium & spiritum sanctum vnum deum credere & confiteri, nec tamen eum qui filius est patrem dicere, nec eum qui pater est filium, nec eum qui spiritus patris & filii est, aut patrem aut filium nuncupare. His enim appellationibus, hoc significatur, quod ad seiuicem referuntur, non ipsa substantia, qua vnum sunt. Nam & pater cum dicitur, non nisi alicuius filii dicitur, & filius non nisi alicuius patris intelligitur, & spiritus secundum id quod ad aliquid refertur, spirantis alicuius est, & spirans vtrique spiritu spirans est. Non autem ista corporaliter sentiuntur, nec vsitato modo intelliguntur in deo. Qui potens est facere, sicut dicit Apostolus, supra quam petimus & intelligimus. Si autem facere, quanto magis esse? Nam hoc nomen quod spiritus dicitur, non secundum id quod refertur ad aliquid, sed secundum id quod aliqua natura significatur, omnis incorporea natura spiritus in scripturis appellatur: unde non tantum patri & filio & spiritui sancto, sed omni rationali creaturæ & animæ hoc vocabulum congruit. Unde dominus dicit: Spiritus est deus: & ideo qui adorant deum, in spiritu & veritate oportet adorare. Scriptum est etiam, Qui facit angelos suos spiritus. Dicitum est & de hominibus quibusdam: Quoniam caro sunt & spiritus ambulans, & non reuertens. Et Apostolus ait: Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Item scriptum est: Quid scit spiritus filiorum hominum si ascendat ipse sursum, & spiritus pecoris si descendat ipse deorsum in terram? Dicitur etiam spiritus in scripturis secundum quadam distinctionem in ipsa vna vnius hominis anima. Unde Apostolus dicit: Ut integer spiritus vester & anima & corpus in diem domini nostri Iesu Christi seruetur. Item in alio loco, Si orauero lingua spiritus meus orat, mens autem mea instructuosa est. Quid ergo est: Orabo spiritu, orabo & mente. Proprio autem modo quodam dicitur spiritus sanctus, secundum quod refertur ad patrem & filium, quod eorum spiritus sanctus sit. Nam secundum substantiam, quoniam semel dictum est: Spiritus est deus, & pater spiritus est, & filius, & ipse spiritus sanctus, nec tamen tres spiritus, sed vnus spiritus, sicut non tres dii sed vnus deus. Quid miraris? Tantum valet pax, non qualiscunque ut solet intelligi, nec talis qualis laudatur in hac vita per concordiam charitatemque fidelium, sed illa pax dei, quæ sicut dicit Apostolus, supergreditur omnem intellectum. Quem nisi nostrum, id est, omnis rationalis creaturæ: Quapropter considerantes infirmitatem nostram, & audientes Apostolum confidentem & dicentem: Fratres ego me non arbitror apprehendisse. Et qui se putat aliquid scire, nondum scit quemadmodum oportet scire, cum diuinis scripturis quantum possumus colloquamur sine contentione pacati, non inani ac puerili animositate studentes alterutrum vincere, ut pax Christi potius vincat in cordibus nostris, quantum eam nobis & in hac vita percipere posse donauit: ut cogitates quid eadem pax inter fratres egerit, quorum ex tam multis animis & multis cordibus fecit animam vnam

& cor vnum, in deum debita pietate credamus: multo maxime in illa pace dei, quæ superat omnem intellectum, & patrem & filium & spiritum sanctum non esse tres deos, sed vnum deum, tanto excellentius quam istorum erat anima & cor vnum, quanto illa pax, quæ superat omnem intellectum excellentior est ista pace, quam tenebat omnium illorum cor vnum & vna anima in deum. Filium autem hominis eundem dicimus quem filium dei, non tamen propter formam dei, in qua est æqualis deo patri, sed propter acceptam formam serui, qua maior est pater. Et quia eundem filium hominis dicimus, propter hoc & filium dei crucifixum fatemur, non ex virtute diuinitatis, sed ex infirmitate humanitatis: non ex suæ naturæ permixtione, sed ex nostræ susceptione. Iam nunc paululum intueri quæ scripturarum eloquia nos cogant vnum dominum deum confiteri, siue tantum de patre, siue tantum de filio, siue tantum de spiritu sancto, siue simul de patre & filio & spiritu sancto interrogemur. Certe scriptum est, Audi Israël dominus deus tuus vnus est. De quo dictum putas? Si tantum de patre, non est dominus deus noster Iesus Christus. Et ubi est vox illa clangentis & clamantis, Dominus meus & deus meus: quam Christus ipse non reprehendit, sed approbavit dicens, Quia vidisti me credidisti? Porro si & filius dominus deus est, & pater dominus deus est, & ambo iam duo domini & duo dii, quomodo erit verum, Dominus deus tuus vnus est? An forte pater est vnus dominus, filius autem non vnus dominus, sed tantum dominus, sicut sunt dii multi, & domini multi, non sicut ille vnus de quo scriptum est, Dominus vnus est? Quid ergo respondebimus Apostolo dicenti, Nam estis qui dicuntur dii siue in celo siue in terra, sicuti sunt dii multi & domini multi, nobis tamen vnus deus pater ex quo omnia, & nos in ipso, & vnus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum? Porro si quod de vno deo patre dicitur, cogit inde filium separare, dicant qui audet, non posse iam intelligi dominum patrem, quia vnus, inquit, dominus noster Iesus Christus. Nā si vnus, vtrique solus. Si solus, quomodo & pater: nisi quia & ipse & pater vnus deus & solus deus, non separato spiritu sancto. Vnus ergo deus pater, & cum illo filius vnus deus, quantum non cum illo vnus pater. Itemque vnus dominus Iesus Christus, & cum illo vnus dominus pater, quantum non cum illo vnus Iesus Christus, tanquam & pater sit Iesus Christus. Hoc enim nomen ex dispensatione misericordiæ susceptumque humanitatis assumptum est. An forte quod ait Apostolus, Vnus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia non vultis adiungi quod dictum est vnus, ad id quod est dominus, sed ad id quod ait, per quem omnia, ut non vnus dominus sed vnus per quem omnia intelligatur, ut non sit pater per quem omnia, sed pater solus ex quo omnia, & filius solus per quem omnia? Si ita est, iam tandem fatemini vnum dominum & deum nostrum esse patrem & filium. Quis enim cognouit sensum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria. Neque enim dixit, Ex patre omnia, & per filium omnia, sed ex ipso & per ipsum & in ipso: quoniam nisi domino, de quo ait, Quis enim cognouit sensum domini? Ex domino ergo & per dominum & in domino omnia, non alio illo & alio isto, sed vno domino: quia non dixit, ipsi gloria, sed ipsi gloria. Quod si quisquam dicit id quod ait Apostolus: Vnus dominus Iesus

K
perman-
sione.
Deute. 6.
Ioan. 20.
L
1. Cor. 8.
M
1. Cor. 8.
Roma. 11.

A Iesus Christus per quem omnia, non intelligi vnus dominus, nec vnus per quem omnia, sed vnus Iesus Christus, qui vnus Iesus Christus etiā dominus dicitur, non tamen ut vnus dominus sit, sed vnus Iesus Christus: quid dicitur est cum audierit eundem Apostolum clamantem, Vnus dominus, vna fides, vnus baptisma, vnus deus & pater omnium? Cum enim deum patrem hic commemoraret ubi ait, Vnus deus & pater omnium: proculdubio id quod ibi dixit, Vnus dominus, quæ nisi Iesum Christum voluit intelligi? Si ergo eis placet, desinat esse dominus pater, quia vnus est & dominus Iesus Christus. Quod si absurdum & impium est opinari, discamus intelligere vnitatem patris & filii & spiritus sancti, ut quod de vno solo deo dictum fuerit, non continuo prohibeamur de filio vel de spiritu sancto intelligere quia pater quidem non est filius, & filius non est pater, & spiritus vtriusque non est pater aut filius, sed tamen & pater & filius & spiritus sanctus, vnus solus est verus dominus deus. Neque enim spiritus sanctus si aut deus aut verus deus non esset, templum eius essent corpora nostra. Nescitis, inquit, quia corpora vestra templum in vobis est spiritus sancti quem habetis a deo? Et ne quisquam ipsum spiritum negaret deum, continuo secutus ait, Et non estis vestri, Empti enim estis precio magno, Glorificate ergo & portate deum in corpore vestro, eum scilicet cuius templum corpora vestra esse prædixerat. Iam hoc mirabile est, si verum est quod vos audio dicere, ita esse spiritum sanctum minorem filio, sicut patre minor est filius. Cui enim corpora nostra membra sint Christi, sicut dicit Apostolus, Itemque corpora nostra templum sint spiritus sancti, sicut idem ipse dicit Apostolus, nimium miror, quomodo sint membra maioris, templum minoris. An forte iam placet dicere spiritum sanctum domino Iesu Christo esse maiorem? Videtur enim suffragari huic opinioni etiā illa sententia. Quoniam qui dixerit verbum aduersum filium hominis, remittetur ei, Qui autem dixerit aduersum spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Periculosius enim peccatur in maiorem quam in minorem. Nec separari fas est filium hominis a filio dei, quia ipse filius dei factus est filius hominis, non mutando quod erat, sed assumendo quod non erat. Sed absit etiam talis impietas, ut spiritus sanctus maior filio esse credatur. Non ergo facile in peruersum moueant quæ ita dicuntur, quasi ostendant alterum altero esse maiorem. Nam quædam iam sic dicuntur, ut hominibus parum intelligentibus & ipse filius maior patre videatur. Quis enim cum fuerit interrogatus, quid sit maius, verum an veritas, non potius respondeat veritatem esse maiorem? Ab illa enim vera sunt quæcunque vera sunt. Non autem ita est in deo. Nam filium maiorem patre vtrique non dicimus, & tamen filius dicitur esse veritas, Ego sum, inquit, via veritas & vita. De patre autem tantummodo vos vultis intelligi quod ait: Ut cognoscant te vnum verum deum & quem misisti Iesum Christum, Vbi nos subaudimus, etiam Iesum Christum verum deum, ut hæc sit sententia, Te & quem misisti Iesum Christum cognoscant vnum verum deum, Ne illa consequatur absurditas, ut si propterea non est verus deus Iesus Christus, quia dictum est patri, Te vnum verum deum: propterea non sit dominus pater, quia dictum est de Christo, vnus dominus. Verumtamen secundum præuū intellectum vel potius errorem, maior est deus veritas, quam deus verus, quia verus a veritate est. Maior ergo patre filius, quia iste est

veritas, ille verus. Hæc peruersitate pellit ex animo, qui didicerit patrem verum deum esse gignendo veritate non participando. Non est autem alia substantia veri gignentis, & alia genitæ veritatis. Sed cum ad hæc contemplanda infirmus sit oculus cordis humani, accedit ut de contentione etiam turbulentus sit. Et quando ista conspiciet? Dicit scriptura, filium dei dominum & saluatorem nostrum Iesum Christum, verbum dei esse & veritatem & sapientiam: & homines eum ante incarnationem quam de Maria virgine accepit, sine vlla omnino susceptione corporeæ creaturæ, per ipsam naturam & substantiam suam qua verbum dei est & sapientia dei, visibilem & corruptibilem dicunt, dum sibi volunt constare quod sentiunt, & de patre tantummodo esse dictum, inuisibili incorruptibili soli deo. Rogo te, verbum hominis non est visibile nedum verbum dei. Iam verò sapientia illa de qua dictum est: Attingit vbi que propter suam mundiciam, & nihil inquinatum in eam incurrit, & in seipsa manens innouat omnia, & si qua similia quæ numerari non possunt. Si corruptibilis est, nescio quid dicam, nisi ut doleam præsumptionem humanam, & miret patientiam diuinam. Cum verò de illa dictum sit: Candor est enim lucis æternæ, nec vestri ut arbitror iam dicunt lucem patris, quæ quid est nisi eius substantia, fuisse aliquando sine candore a se genito, sicut ista in diuinis & spiritualibus & incorporeis & incommutabilibus credi & vtrique intelligi possunt. Audio enim iam eos emendasse, an forte falsum est hoc eos aliquando dixisse, quod fuerit aliquando pater sine filio, tanquam fuerit lux æterna sine candore quem genuit. Quid ergo dicemus? Si natus est filius dei de patre, iam pater destitit gignere: & si destitit, cœpit. Si autem cœpit gignere, fuit aliquando sine filio: sed nunquam fuit sine filio, quia filius eius sapientia eius est, quæ candor est lucis æternæ. Ergo semper gignit pater & semper nascitur filius. Hic rursus timendum est, ne putetur imperfecta generatio, si non dicimus natum esse sed nasci. Compaterere mecum obsecro in his angustiis humanæ cogitationis & linguæ, & pariter confugiamus ad spiritum dei per prophetam dicentem, Generatione eius quis enarrabit? Hoc vnum peto interim ut diligenter exquiras, vtrum alicubi diuina scriptura de diuersis substantiis dixerit, quod vnum sint. Si enim non inuenitur dictum nisi de iis rebus, quas constat esse vnus eiusdemque substantiæ, quid opus est ut rebellemus aduersus veram & catholicam fidem? Si autem inuenieris alicubi hoc scriptum, etiam de diuersis substantiis, tunc aliud cogar inquirere, unde ostendam recte hominum dictum patrem & filium. Nam si illi qui scripturas nostras, aut nesciunt, aut non laboriose scrutantur, & tamen filium eiusdem substantiæ & æqualem patri credunt, dicat eis qui hoc nolunt credere, cum tamen deum patrem filium habere vni genitum credant, noluit deus habere æqualem filium, aut non potuit? Si noluit inuidus est: si non potuit, infirmus est: vtrumuis autem horum de deo sentire sacrilegum est: nescio vtrum possint inuenire quid dicant si nolint res absurdissimas & stultissimas dicere. Ecce quantum potui exposui tibi fidem meam: & plura quidem dici possunt & diligentius disputari. Sed vereor ne ista ipsa quæ dixi, oneri sint occupationibus tuis tamen ea non solum dictata describi volui, sed etiam manu mea subscribenda curavi, quod quidem & antea volueram, si quod inter nos placuerat seruaretur. Sed modo certe puto iam non a te debere dici, timuisse me tibi dicere fidem meam, quando non solum dixi, sed scriptam sub-

D
Sapient. 8.
Sapient. 7.
E
Esa. 55.
Inuenitur.
F

G scripsi, ne me quisquam dicat aut dixisse quod non dixi, aut non dixisse quod dixi. Hoc fac & tu, si iudices quæris, non qui in ore tuo reueretur personam tuam, sed qui in literis tuis exerat libertatem suam. Si enim calumniam times, quod nullo modo audeam dicere, nisi hoc ipse dixisset, licet tibi non subscribere. Nam & ego propterea nolui nomen tuum scribi in his meis literis, ne hoc forte noluisse. Facile est ut quisque Augustinum vincat, videris vtrū veritate an clamore. Non est meū dicere, nisi quia facile est ut quisque Augustinum vincat, quantomagis ut vicisse videatur. Aut & si non videatur, vicisse dicatur facile est. Hoc nolo magnū putes, nolo pro magno appetas. Nam cū aduerterint homines in hac re tam ingentem famē cordis tui, multi gaudebant se inuenisse occasionem, ut ad pauca euge euge tam potentem virum faciant amicum. Nolo dicere quia si non faueant, vel si contrariam sententiam proferant, etiam formidare poterunt inimicum, inepte quidem & stulte, sed tamen plerique homines ita sunt. Noli ergo attendere quomodo vincatur Augustinus, qualiscunq; vnus homo, sed attende potius vtrū vinci possit Homulion, non ipsum verbum Græcū, quod facile est non intelligitibus irridere, sed istud, quod scriptum est, Ego & pater vnū sumus. Et, Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint vnum sicut & nos. Item paulo post, Non pro his autem rogo tātum, inquit, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes vnū sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnum sint, ut mūdus credat quia tu me misisti, & ego claritatem quā dedisti mihi dedi illis, ut sint vnum sicut & nos vnum sumus: Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in vnū. Vide quotiens dixit, Sint vnum sicut & nos vnū sumus, nusquam tamen dixit, ipsi & nos sumus vnum, sed sicut ego & tu sumus vnū, sic & ipsi in nobis sint vnū. Quia sicut illi erant vnus eiusdemq; substantiæ, quos etiam vnus participes vitæ æternæ facere volebat, ita de patre & filio propterea dictū est, Vnū sumus, quia vnus sunt eiusdemq; substantiæ, & non participes vitæ æternæ, sed ipsa principaliter vita æterna. Et poterat dicere secundum formā serui, Et ipsi vnum sumus, aut vnum sumus: nec tamen hoc dixit, quia vnā substantiā patris & suam, & vnā illorum volebat ostendere. Si autē dixisset, Ut tu & ipsi vnum sitis, sicut ego & tu vnum sumus, aut, Ut tu & ego & ipsi vnum sumus, sicut ego & tu vnum sumus, nemo nostrum recufaret posse dici vnū sunt, etiā diuersas substantias. Nunc autem vides quā non ita sit, quia nō ita dixit, & sæpe dicendo vehementer commendauit quod dixit. Inuenis ergo aliquid in scripturis vnum de diuersis naturis, sicut supra ostendimus, sed additur vel subauditur, quid vnum, sicut ex anima & corpore dicimus vnum animal. & vna persona & vnus homo vel est vel sunt. Sine aliqua verō adiunctione dici vnum sunt, si inueneris in scripturis, nisi de iis quæ vnus substantiæ sunt, iustissime flagitabis, ut aliud proferamus vnde homulion demonstramus. Sunt enim & alia multa, sed interim de hoc vno cogita deposito studio contentionis, ut habeas propitiū deum. Non enim bonum hominis est, hominem vincere, sed bonū est homini ut eū veritas vincat volentē, quia malum est homini, ut eū veritas vincat inuitū. Nam ipsa vincat necesse est, siue negantem siue confidentem. Da veniam si quid liberius dixi, non ad cōtumeliam tuam, sed ad defensionem meam. Præsumpsi enim de grauitate & prudentia tua, quia potes con-

derare, quantam mihi respondendi necessitate impo-

Augustinus Pascenio de eadem re, urgens ut explanet fidem suam. Epistola. CLXXV.

Sic dicis te mihi dixisse fidem tuam, & me tibi noluisse dicere fidem meam, quod te audio nō tacere, recordare obsecro quā vtrumque sit fallum. Nam nec tu mihi voluisti dicere fidem tuam, & ego tibi fidem meam non dicere nolui, sed ita dicere volui, ut nemo posset dicere, aut dixisse me aliquid quod non dixerim, aut nō dixisse quod dixerim: diceres autem mihi fidem tuam, si hoc diceres, vnde dissentis à nobis. Si diceres, Credo in deum patrem qui filium fecit primam creaturā ante omnes ceteras creaturas, & in ipsum filium, nec equalem patri, nec similem, nec verum deum, & in spiritum sanctum factum per filium post filium: Hęc enim vos audio dicere. Aut si forte fallum est quod ista dicatis, hoc potius abs te volo scire. Si autem verum est quia ista dicitis, volo scire quemadmodum ea de scripturis sanctis defendatis. Nunc autē dixisti, credere te in deum patrem omnipotentem, inuisibilem, immortalem, non ab aliquo genitum, & ex quo sunt omnia. Et in filium eius Iesum Christum, deū natū ante secula, per quē facta sūt omnia. Et in spiritum sanctum. Hęc fides non est tua, sed vtriusque nostrum, quemadmodum si adiungeres quod eundem filium dei Iesum Christum etiam Maria virgo peperit, quod pariter credimus, & si qua alia communiter confitemur. Si voluisses ergo tuam docere, non istam diceres, quæ communis est nobis, sed illā potius in qua dissentimus à vobis: hęc & presens dicerem, si quemadmodum placuerat verba nostra exciperentur. Sed quia hoc noluisse, dicens te à nobis timere calumniam, & à placito cui mane consenserat, post prandium recessisti, ut quid dicerem, quod quēadmodum velles me dixisse narrares, & ego non haberem vnde ostenderem quid vel quēadmodū dixerim. Noli ergo vltius iactare quod tu fidem tuam dixeris, & ego meam non dixerim: quia sunt homines qui cōsiderent me potius habuisse fiduciam fidei meæ, qui eam scribi voluerim, te autē non habuisse dum quasi calumniam pertimescis. Paratus ergo eras negare si tibi obiceretur quod cōtra fidem meam aliquid dixeris. Vide ergo quid de te ipse sentiri feceris. Quod si obiectum non eras negaturus, cur dictū scribi noluisse, præsertim cum magnopere voluisses etiā honoratos viros nostro interesse sermone? Cur ergo volens calumniam deuitare notariorū, stylū timebas, & clarissimorum testimonium non timebas? Si autē sic vis ut etiam ego dicam fidem meā quomodo te dicis dixisse tuam, ego etiā breuius possum dicere, Credere me in patrem & filium & spiritum sanctum. Si autē proprium aliquid vnde dissentis à me vis audire, Credo in patrem & filium & spiritum sanctum, nec filium dicēs patrem, nec patrem filium, nec vtriusque spiritum sanctum, vel patrem vel filium, & tamē patrem deū, & filium deum, & spiritum sanctum deum solū æternū & immortalem propria sua substantia, sicut deus solus & æternus & immortalis est, ea diuinitate quæ est ante secula. Hoc si tibi displicet, & placet à me audire quēadmodū de scripturis sanctis asseratur, lege etiā illud quod prolixius conscriptū mihi benignitati tuæ. Si autem illud tibi nō vacat legere, nec mihi vacat frustra verba iactare. Possum tamē quātū dominus dederit facultatis vel dictū tibi vel

A tibi vel scribenti, ego quoque vel dictando vel scribendo ad quod volueris respondere. Huic scripturæ à me dictatæ & relectæ ego Augustinus subscripsi.

Pascenius Augustinum cōtumeliose cōpellat, urgens ut proferat, quis è tribus personis, sit vnus deus, ad consuetum sub arbitris prouocans. Epistola. CLXXVII.

QUPTA VERAM te frater dilectissime pristini erroris tui cōsiliū deponere, nunc minor te in ipso adhuc permanere, sicut epistola quam ad me misisti, clamat. Nam ita est dignatio tua, sicut sitiens nimio calore accensus, si inuenerit aquam cœnosam & se ingurgitauerit, postea etiam si lymphidissimam & frigidam reperiens biberit, non satis proficere potest, quandoquidē cœno semel eius cor & anima obruit. Denique quod pace tua dicam, ita est cōsiliū præstantiæ tuæ, sicut arbor curua & nodosa quæ nihil in se rectum habet & aciem peruertit oculorum. Rescribit mihi sanctitas tua, patrem deum, filium deum, spiritum sanctum deum, sed vnum deum. Quis è tribus vnus deus? An forte est vna persona triformis quæ hoc nomine nuncupetur? Tu si voluisses & consideres de professione tua, resideres mecum cum cōepiscopis tuis puro ac pacifico animo & spiritu, & conferres de iis quæ sunt dei, & quæ ad gloriam & gratiam spiritalem pertinent. Vnde quid opus est scribere & rescribere quod nos non ædificat.

Augustinus deum vnum profitetur, triformem negat, consuetum non detrectat, si excipiantur quæ dicuntur.

Epistola. CLXXVII.

ITERAE tuæ nec ad reddēda conuitia me prouocare, nec à reddendis literis reuocare potuerunt. Ea quippe quæ scripsisti mouerēt me, si à veritate dei non à potestate hominis dicerentur. Dixisti consiliū meum arborem curuam & nodosam, quæ nihil in se rectū habet & aciem peruertit oculorum. Quid in me diceres si à placito quod inter nos mane statueramus ego recessissem, & in re facillima quæ rectē placuerat curuam refragationem & nodosam difficultatis posuissem? Neque enim aqua cœnosa ingurgitatum me indicares, sed perfidia, quod multo peius est ebrietate submersum, si non talis post prandium recessissem, qualis ante prandium recessissem. Sed ecce nunquid non rescripsisti quod voluisti, & nullam calumniam formidasti. Sic ergo potes & cætera, ut sit quod vel nos ipsi vel alij possint cōsiderare & iudicare. Quod enim dicis triformem dei personam me credere, si legere dignatus fuisses quod aliud aliquando prolixius misi, & ad ea quæ ibi scripta sunt respondere voluisses, hoc fortasse non diceres. Sed tamen ecce, & hoc ipsum quod triformem dei personam dicam, & dictasti & cōscriptum misisti & nullam calumniam timuisti. Ecce ostendisti verum esse quod dico, non ideo te sicut placuerat cum simul essemus verba tua dictare noluisse, quia calumniam timebas, sed quia de veritate non confidebas: modo quia iam tibi placuit dictare, an triformem dei personam credam, respondeo non me ita credere: Vna quippe forma est, quia vna, ut ita dicam, deitas, & ideo vnus deus pater & filius & spiritus sanctus. Tu autem peto digneris breuiter respondere, quomodo accipias quod ait Apostolus, Qui adhæret meretrici, vnum corpus est, qui autem adhæret domino, vnus spiritus est. Diuersi enim sexus corpora sibi adhærentia, vnum corpus dixit, Et cum spiritus humanus nullo modo possit dicere, Ego & dominus vnum sumus: tamen cum adhæret domino vnus spiritus est:

1. Cor. 6.

quanto magis ille qui verissime dixit, Ego & pater vnū sumus, quia inseparabiliter patri coheret, ipse & pater vnus deus est: Si tamen vel hoc verbum admittitur in illa diuinitate, ut dicamus coheret, quod nunquā omnino vel fuit vel esse poterit vlla distantia separatam. Ad hoc responde, vtrum tibi placeat biforem spiritum dici, quādo qui adhæret domino vnus spiritus est. Quod si tibi non placet, nec ego triformem deum dixi patrem & filium & spiritum sanctum, sed vnum deū. Si autem in præsentia vis ut colloquamur, gratiā quidem habeo dignationi & beneuolentiæ tuæ. Sed sicut iam mihi aliud quod voluisti rescribere dignatus es, ita dignare rescribere dictaturos nos esse quæ dicturi sumus, & non deero voluntati tuæ, quantum me adiuuerit dominus. Nam si scribis & scribo, non nos ædificat, quomodo nos ædificat, Dicis, dico, vbi post verborum strepitum non inuenimus quod legendo recesseramus. Augustinus hæc dictauit, & relectis subscripsi. Abstineamus nos à conuitiis ne tempus inaniter impendamus, & ad id quod agitur inter nos potius aduertamus.

Non est epistola, sed altercatio, ad quam prouocarat Pascenius Arrianus, homo simpliciter impudens. Habita est autem notarij quæ dicebantur excipientibus, arbitro Laurentio, Hippone regio, in domo Anicia, secundum Augustini sententiā pronuntiatum est. Mirum est autem Pascenium tam male instructum ad certamen uenisse, cū tam gloriose prouocaret. CLXXVIII.

LAURENTIUS vir clarissimus partibus & personis in cōmune positus dixit: Dei discutendum est negotiū, naturæq; eius, in quæ plerique labuntur homines, examinanda perfectio, si post illud totum quod pars parti, persona personæ conuitij intulit pridem, iam in vtriusque maneat serenitas animorum, venerande Augustine & Pascenii nobilissime dignamini profiteri. De domino enim disputans animus debet serenior inueniri, quia repulsis animositate caliginibus, menti se pura ad intelligendam naturæ suæ magnitudinem facilius offeret. Fidem igitur vestram ex professione opinionum primitus agnoscere volo, tum demum requirere vtrū liceat præter scripturarum diuinarum eloquia usurpativæ defensionis merito aliquid affirmare. Augustinus Episcopus dixit: Sunt aliqua fidei necessaria à patribus posita, quæ in verbis diuersarum linguarum aliter sonant, aliud in-
tus continent in secreto: sicut ipsa caro Christi dei & hominis, hominis pleni infirmitatem ostendebat exterius, diuinitatis virtutem gerebat interius. Tamen fidem republicæ debens vir clarissimus Pascenius, quia ipse extitit prouocator, fidei quoque suæ quam Christo debet, quæ etiam suam credit animā gubernari, dignetur nomen edicere, quia potestatis, ætatis etiam, simulq; prouocationis eius ordo sic fieri iustissime flagitat. Mihi enim placet te iudicem præsidere, quod etiā ipsi placuisse manifestissime comprobatur. Laurentius vir nobilissime nos admodum paruissime clarum est. Tremens enim in tantæ rei negotio paruo præsideo cognitor, formidans, ne de tantæ omnipotentiæ natura secus quid credens reatum incurram. Sacramento enim me meū animū animamq; memini cōsciuisse, nec tuas intenciones vlla intencione palpare, nec aliquid à iustitia lōgius cohibere. Tua enim dilectione iudex in cognitione si dei inter vtrōsq; videor præsidere. Partis ergo è diuerso sistetis, cui defensionis verba Augustin' vir gra-

Ioan. 10.

E

F

G uissimus se impensurum ostendit postulationem qua petit, quia & ratione non caret, dignare effectu anticipare, nomenq; simul propriae religionis edicere. Pascensius vir clarissimus dixit: Nec praesens prudentissimus suae fidei Episcopus Augustinus me negare potest christianum: in patrem ingentum, & in filium genitum, & in spiritum sanctum me credere profiteor, sed non vnus equalisq; substantiae vel naturae. Et quoniam hesternae die, cum laudabiliter sanctum virum, & omnis scientiae Auxentium nominarem, & quem idem vir e duobus fuisse secutus, vtrum Arrium an Eunomium idem frater Augustinus scrupulosus inquireret, ego anathema memoratum continue Arrio & Eunomio dicere non dubitavi, flagitans vt ipse quoque hominon anathematizaret, eo quod scriptum in libris dominicis minime reperiatur. Quod facere omnino in nullo consensit, vnde se proculdubio hominon euidenter ostendit: & quam pergraue sit, ipse prorsus aduertis, scripturam autoritate calcata, illud ponere quod eadem scriptura non dicit. Si quid enim praeter auctoritatem diuinorum voluminum ponitur, vacuum approbatur.

Homusiani.

Laurentius vir clarissimus dixit: Aduertis ne venerabilis Augustine, quid pro sua prosecutione designet, vel quam integro prosecutionis modo sententiam suam vir clarissimus Pascensius firmet? Augustinus Episcopus dixit: Catholicum me hominon in sancta Trinitate credentem hac professione respondeo, firmetur tantummodo eiusdem viri spectabilis Pascensii responsio, si nihil praeterquam quod scriptum est, quisquam nostrum debeat vel audeat in defensione fidei applicans, nominare. Aut enim licebit, & nulli, maxime Graecis vbi fides orta est, denegabitur: aut non licebit, & calumnia iustissime repellatur. Postea tamen hominon verbum Graecum vnitatem ostendens, quid contineat, quid habeat, quidve maneant, exponitur. Laurentius vir clarissimus dixit: Etiam ab Augustino honorabili viro rectissime responderetur. Aut enim vt ipse prosecutus est, licebit aliquid quod scriptum non est, defendendae fidei merito ponere, & ponendum est licite: aut non licebit, & vtrunque penitus denegandum est integre: vnde opus non est agnito iam vocabulo sonante professionem vltius quicquam inquirere, nisi vt ipsum hominon nobis venerabilis Augustinus suae religionis Episcopus scriptum ostendat in lege. Augustinus Episcopus respondit: rectissimam iustitiae lineam tenens, O nobilissimae fidei vir praesides, agnosce rationemq; perpende, quia de tuo non solum alij sapientissimi viri iudicio iudicabunt, verum etiam deus verissimus, qui est omnium iudex plenius iudicabit. Non enim differentis dei spernendum est iudicium, nonnunquam & in praesenti index vltor assurgit. Fidei ergo nostrae iam dignare rationem inquirere, symbolumq; quo fides vtrunque constat, singulos praecipue tuis auribus coram omnibus recitare. Laurentius vir clarissimus dixit: A iustitia nulla ratione discordat, vt ipse digneris qui petitor es, Pascensius vir clarissimus, tuae fidei symbolum recitare. Tunc Pascensius sono clariori symbolum recitans, credere se in deum patrem omnipotentem, inuisibilem, ingentum, & incapabilem dixit, & in Iesum Christum filium eius deum natum ante secula, per quem facta sunt omnia, & in spiritum sanctum. Augustinus Episcopus respondit: Memorem esse amplitudinem vestram in dei negotio, praesidens cognitor prosecutionis nostrae non dubito, quia vir clarissimus Pascensius nihil ponendum

esse in fidei ratione, praeterquam quod scripturae contentent, asseruit: qui licet fidei catholicae hominon verbum pro macula nominis secundum suos auctores nitatur opponere, ex eo quod posuit, vel potius vetuit, hinc magis & hominon a Graecis sacerdotibus positum verbum in assertionem fidei dici debere recte defendimus, & aliqua quae scripta non sunt, ab ipsis potius temere posita vel dicta modo probamus. Laurentius vir clarissimus dixit: Cursum vt video honorabilis Augustinus negotij praesentis calcem sese obtinuisse declarat, seseq; docturum astruens, aliqua quae scripta non sunt, tuae Pascensii clarissime auctores fidei posuisse, quae sequeris. Quae si in lege non posita, & a vobis propria vsurpatione fidei merito posita esse docuerit, iam quaerendum erit, quia iam licere manifestum erit, quid in intimis hominon verbum habeat, ad quam rem pertineat, cuiq; rei recte hoc verbum adhibitum iudicetur, iusteq; inuentum vel positum ipsa fidei perfectio roborabit. Pascensius vir clarissimus dixit: Non decet nos aliquid sine auctoritate scripturarum ponere diuinorum, quid est tamen seposito calumniae artificio, quod dicit vel proponit e diuerso defendens frater Augustinus, absque legis auctoritate nos alicubi posuisse vel dicere, publicet palam, & si conuicent, nec hominon iniuste ab ipsis positum, etiam ego iam publice conclamabo, statimq; eorum communioni socius fio. Laurentius vir clarissimus dixit: Nihil tam optimum tamq; libertati fideiq; & animae congruum, quam longa tergiversatione, quam potuit stoliditas enutrire, ocius derelicta, animositatis qua deo fit iniuria obstinata aliquandiu nebula repellatur, atque quae occulta in linguis variis sunt euidentiore luce pandantur. Sed ne in longum negotium iam propere victoria pacatum oratio protrahat diuturna, quod absque legis auctoritate a Pascensio viro clarissimo, vel ab eius auctoribus reclusas positum, dignare iam Augustine vir sanctissime publicare. Augustinus Episcopus respondit: In assertionem fidei patrem ingentum & incapabilem dixit, cum nec ingentum nec incapabilem scriptura patre alicubi testetur: qui licet ingentus pater sit, quia hoc ipsum vtrique confitemur, tamen hoc nullius scripturae seu veteris seu noue continet textus. Est enim ingentus, qui a nullo est genitus: sed hoc est ingentus quod genitus, vt pote de deo deus. Non enim quia Adam ingentus approbatur, idcirco est homo: & Abel quia de ipso est genitus, non est homo: hominem genuit quod est, ingentus homo: deus quod est genuit eiusdem substantiae, eiusdem essentiae sine tempore, sibi coaeternum genuit. Ante quem nihil est temporis, non accipit modum. Est igitur ingentus pater, quia vt dictum est, a nullo est genitus, sed est genito coaeternus: quomodo ignis in substantia sua, in qua est a creatore creatus, est quidem ingentus, sed genito a se splendori consubstantialis est & coaeternus. Hanc dei Trinitatis substantiam vniam hominon verbo Graeci complecti breuiter maeruerunt. Non enim nomen est, sed res terribilis est in verbo huiusmodi sonans. Quod verbum aperte ipse filius declarat, cum dicit: Ego & pater vnus sumus.

Ioan. 10.

In isto vno consistit substantia vna: nam ex eo quod est vna, & ipse filius manet in ea, vnde etiam iam circumamictus carnis vergetrabea dicit: Nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Ecce & filius per seipsum inuisibilis approbatur. Quid est quod quasi acutus in fidei ponere assertionem nituntur? Incapabilem autem nec legunt

A legunt nec iuste defendunt. Quomodo enim incapabilis pater, quem capit filius totum, ipso dicente? Ego in patre & pater in me? De quo etiam Paulus Apostolus dicit: Quoniam cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo: qui formam implet dei, nihil habet minus deo. Quomodo ergo incapabilis pater dicitur, qui capit totus a filio? Ecce enim quae scripta non sunt in lege vsipiam, a vobis temere ponuntur in symbolo, vbi nihil magis aliter oportet inferi, praeterquam scripturae veridicae continet modus. Cur vobis de hominon verbo visum est fidei catholicae inuidiam excitare, quae substantiam dei vniam simpliciter credens, hoc verbum a Graecis patribus in assertionem fidei defendendo accepit? In concione enim, hoc est in symbolo quod est inter animas nostras & deum, quid visum est hominon aliquibus ponere, quae scripta non reperiuntur in lege? Neque enim alicubi ingentus aut incapabilis pater, Laudantes enim deum, dicere solemus in precibus, eius magnitudinem admirantes: Qui capit omnibus, quem capio nemo, scilicet hominum. Nam totus capitur a filio, cuius formam implet filius vnus incommutabilis naturae secreto. Ergo neque solus inuisibilis pater, sed & filius inuisibilis. Sicut hominon inuisibilis pater, ita inuisibilis hominon filius secundum illud secretum quod manet in patre. Non ergo iuste positus est inuisibilis solus pater in symbolo, sed inuisibilis tota trinitas deus, excepta carne suscepta a filio, de qua dicit Apostolus: Inuisibili soli deo honor & gloria in secula seculorum. Totus ergo habitat pater in filio, cuius patris formam idem filius non ex parte, sed implet in pleno. Hanc Apostoli Pauli sententiam, qua dicit intimatq; dei mortalibus secreta, Qui cum in forma dei esset, aliqui male pronunciantes male sentiendo bene digesta, non esse ausum filium dei per imparitatem aequalem, sed per rapinam fieri deo patri prorsus affirmant: quod inique sentitur. Si enim diceret, Qui cum deus esset, non rapinam arbitratus est esse se aequale deo, posset angustiis fidei suae quilibet quaelunq; est debile de qua sine mora excluderetur, spatium inuenire: nunc vero, quia cum in forma dei esset, dixit, omnem machinationis iniuste aditum interclusit: vbi est forma, nihil habet prorsus minus omnino natura. Deus enim, ait idem Apostolus, erat in Chri-sto, mundum reconcilians sibi. Quomodo enim susceperet minor maiorem, nisi se vna natura cognosceret patrem? Neque enim liniamentis spatiumq; membrorum haec dei forma distenditur, vt pater filium in se suscipiat habitantem, aut in se filius patrem ostendat manentem, sicut ipse ait: Pater in me manens, facit opera mea: aut euacuatur cum spiritum sanctum suum pater & filius omnem creaturam suam proferat illustrantem, quomodo cogitari non potest, quomodo explicari non potest, simul secum vnus est, quod secundum incommutabilem omnino substantiam in trinitate deus est. Ecce quid est hominon, quod exprobat in iuste. Non enim verbum solum, sed res in verbo nec solus sermo sonans auribus, sed substantia vna est dei credenda in mentibus. Si enim in homine credente in se totus deus credendus est habitare, quomodo filium totum in se pater, aut filius patrem non credatur excipere? Ac per hoc ipse in patre, & pater in eo manet, & ex patre & filio sanctus credendus est spiritus non solum processisse, sed semper ad peragenda opera trinitatis, omnino procedere, sicut eadem trinitas Abraham amicum suum in vnitatem nominis di-

i. Timo. 1.

Phil. 2.

2. Cor. 5.

Ioan. 14.

B gnata est visitare. Quid est quod calumniae de hominon verbo Graeco, quia scriptum in lege minime inueniatur: Cur non vident culpam suam? Cur sibi non displicent, cum ponunt in symbolo verba vel nomina quae non sunt vlla scriptura digesta? Qui disponit arguere, non faciat vnde alium nititur accusare. Inspiciunt de verbo simplici & ratione fidei pleno, quasi de stipula oculum fratris, & suum sauciatum praeter scripturas ponendo quod credunt, tanquam de immanitate non peruident trabis. Ecce hominon recte probamus positum, & in assertionem fidei, qua trinitatis vnitas a catholicis creditur a Graecis patribus dictum. Quid si Graecus ipse obiiciat, non Latino, non Barbaro, sed sibi magis licere verba ad fidem pertinentia diuulgare. Nam sciendum est, Amen & Halleluia, quod nec Latino nec Barbaro licet in suam linguam transferre, Hebraeo cunctas gentes vocabulo decantare. Non enim in Aphrica aut in cuncta Barbaria, sed in Syria vel Graecia, vbi & ipsa caro voluit de virgine nasci dominica, decuit vel oportuit verba fidei compendiose firmare. Denique non Latino, non Barbaro stylo venerandus ille Moyses, non Propheta, non Apostoli, non ipsi Euangelistae, sed aut Hebraeo, aut Graeco scripturas eloquio dominicas firmauerunt, quas postea viri probati ac disertissimi in omnibus periti linguis, de Hebraeo primitus in Graeco, de Graeco in Latino stylo edisserere cum labore nimio maturarunt, & mox ergo exponitur, vnus substantiae pater & filius & spiritus sanctus. Nemo ergo iam calumniatur verbo, quia licet scriptum non sit, quod habet interius vel sonat, ostendit, non per aliquod alium, sed per vniam diuinitatis substantiam, in qua filius patri loquitur, dicens: Tua omnia mea sunt, & mea tua. iam ipsi viderint qualiter aut fuerint nomina, quae scripta in lege non sunt, vel verba in symbolo continuare, non aliud nisi ostendere genitum ab ingenti quod sit incapabilis potentia, patris filium aequale sibi: docet hoc veridicus ille secretorum interpres diuinorum Ioannes. Propterea Iudaei volebant, inquit, eum interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, aequalem se faciens deo. Consubstantialia itaque sibi genuit filium pater, quia non accipit tanquam creatura indigens vnde genuisset, tota copia quod ipse est hoc genuit, perfectum genuit, quia sine tempore est ipse qui genuit & quem genuit. Si homo generat quod est, deus non potuit generare quod est? Accipit homo ab ipso deo, & tamen licet accepit, hoc generat quod accepit: a nullo accipiens pater deus quod est generare non potuit: Hanc aequalitatem substantiae & sermo Graecus ostendit, nihil austerum, sed optimum dulcedeq; & hoc quod credendum est humanis cordibus introducit. Est enim verbum ipsum, in lege scriptum non inuenitur, quia aequalis est patri filius, per beatum Ioannem primitus, & per Paulum postea comprobatur. Ioannes enim aequalitatem dixit, Paulus formam impleuit. In duobus, inquit, scriptura, aut tribus testibus stabit omne verbum. Per duos enim verissimos testes iam probauimus vnus substantiae esse, aequalesq; patrem & filium, addamus & tertium, Thomam illum discipulum post dubitationem fortius confitemem dominum & deum, quem nec resurrexisse crediderat crucifixum. Dominus meus, inquit, & deus meus. Approbat filius dictum, quia se cognoscit a sua creatura iustissime deum & dominum proclamatum, patri utiq; & sancto spiritui coaeternum. Hominon utiq; verbum est Graecum, & Chri-

Ioan. 19.

Quis hinc citatur testimoniis vbi & spiritus. Ioan. 5.

Deut. 17. Math. 18.

Ioan. 20.

Grus Græcum est nomen. Qui accusat per iniustitiam de verbo quod non intelligit, fidem non accipiat, & de nomine nomen. Homusio verbum vnius eiusdemq; substantiæ sonat in Græco, non quenquam infirmum, sed patrem & filium & spiritus sanctum. Iam ergo nemo improbet quasi verbum, sed aperte separet quisquis & quod non potest, homusio patrem & filium & spiritus sanctum. Contra hoc pugnetur quod possidet, quod habet, quod docet verbum Græcum, non contra ipsum verbum, quod auribus retinuit syllabis articulatim: contra diuitias, contra æqualitatem naturæ, quam possidet verbum ipsum Græcum, non contra exteriorē veluti corticem ab eo, qui se audere dicit, si pugnaret repugnetur. Absit erubescamus catholici in vniuerso manentes, nos appellari propter fidem veram vnius eiusdemq; substantiæ, à nonnullis verbum Græcū non intelligentibus Homusiones, qui nos appellari gaudemus de Christi nomine Christianos. Neque enim in parte accipiendum est verbum Græcum, & in parte alia refellendum. Nemo ergo vtatur Christi nomine ex vocabulo Græco. Erubescat se dici Christianum, quia nomen est Græcum. Non accipiatur Paulus, qui dicit Romanis scribens, in quo clamamus abba pater, in vno nomine duabus vtitur linguis. Dicit enim abba Græco vocabulo patrem, & Latine nominat identidem patrem. Contemnatur idem Apostolus Paulus, & in nouissimis partibus ad Corinthios Epistolæ, vbi plebem arguens, simul Græco & Syro vtitur verbo. Si quis, inquit, non amat dominum, sit anathema maranatha.

Homusiones.

Roma. 8. Abba.

1. Cor. 16.

Maranatha.

Deut. 6.

Ioan. 17.

Acto. 2.

vnius dei natura, vt à laudibus dei vnius nec ipsa lingua barbara sit, vt Latinis aliena. Latine enim dicitur, Domine miserere. Sola ergo hæc misericordia ab ipso vno deo patre & filio & spiritus sancto lingua debet Hebræa vel Græca, & ipsa ad postremum postulari Latina, non autem & Barbara. Si enim licet dicere, non solum Barbaris lingua sua, sed etiā Romanis sithoraarrem, quod interpretatur, domine miserere, cur non liceret in conciliis patrum in ipsa terra Græcorum, vnde vbiq; destinata est fides, lingua propria homusio confiteri, quod est patris & filij & spiritus sancti vna substantia: Nam subiectionem filij patri debitam ex carnis infirmitate susceptam, etiam nos quia iustum est verissime confitemur, in qua eum infirmitate nō solum subditum, sed & seruum euidentissime confitemur, ipso dicente in prophetia ad patrem: O domine quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ, id est, Mariæ. Patet ergo in quo sit æqualis patri filius, in quo sit non solum subditus aut inferior, sed etiam humilissimus seruus Ipse, inquam, ostendit in quo sit humilis, in quo sit æqualis, vnde omnipotens, vnde infirmus, vnde abiectus, vnde speciosus, vnde diues, vnde egestati subiectus. Laurentius vir clarissimus dixit: Euidētissime claruit defensionem assertionis fidei suæ Augustinum virum clarissimum communisse, multaque magis tuos authores vir clarissime Pascenti absq; scriptura temere posuisse, nec esse nomen fidei homusio, sed æqualitatem magis ipsius Trinitatis. Sed si inueniuntur in lege verba quæ improbata sunt, dignare vir nobilissime respondere, vt certe nobis pares ire possitis. Nam proculdubio intueris à nobis præsentem virum Augustinum suis assertionibus nimium transillire. Apud te enim nobilissime vir eligo quàm apud deū perennis reatus culpas incurrere. Pascentius vir clarissimus respondit: Scripta, quæ proposui, non sunt quidem in lege, sed debere propter honorem patris astringi rectè defenduntur. Laurentius vir clarissimus dixit: Sic ergo & homusio, quod in dubium veniebat te proponente, & si scriptū non est, res ipsa tamen, quæ latet in verbo, vera est. Credatur honorifice vnitati, ne fiat iniuria Trinitati.

K

Gothicā linguam. Roma capta didicit.

Psal. 117.

L

Sententia.

Augustinus Probæ & Iulianæ nobilibus viduis gratulatur de Demetriade, quæ virginitatis velum acceperat, agens gratias pro munusculo misso.

Epistola. CLXXIX.

DOMINARVM honore dignissimis, merito illustribus & præstantissimis filiabus Probæ & Iulianæ, Augustinus in domino salutē. Impletis gaudio cor nostrū, tanto iocundius quanto charius, tanto gratius quanto citius. Vestræ namq; stirpis sanctimoniam virginalem, quoniam quacunque innotuistis, ac per hoc vbiq; fama celeberrima prædicat, velocissimum volatum eius fidiore atque certiore literarum nuncio præuenistis, & prius nos fecistis exultare de cognito tam excellenti bono quàm dubitare de audito. Quis verbis explicet? quis digno præconio prosequatur, quantum incomparabiliter gloriosius atque fructuosius habeat ex vestro sanguine feminas virgines Christis, quàm viros consules mundus? Nam volumina temporum, si magnum atque præclarum est nominis dignitate signare, quanto est maius atque præclarior cordis & corporis integritate transcendere? Magis itaque gaudeat puella nobilis genere, nobilior sanctitate, quod sit per diuinum consortium præcipuam in cælis consecutura sublimitatē,

M

clarius.

A sublimitatem, quàm si esset per humanum cōnubium prolem propagatura sublimem. Generosius quippe legit Aniciana posteritas tam illustrem familiam beare nuptias nesciendo, quàm multiplicare pariendo, & in carnem imitari vitam angelorum, quàm ex carne adhuc numerum augere mortalium. Hæc est vberior fecundiorq; felicitas, non ventre grauescere, sed mente gradescere: non lactescere peccatore, sed corde candescere: non visceribus terram, sed cœlum orationibus parturire. Dominarum honore dignissimæ filia, perfruamini in illa quod defuit vobis, perseueret vsque in finē, adhærens coniugio quod non habet finem. Imitentur eam multæ familiæ dominam, ignobiles nobilem, fragiliter excelsæ excelsius humilem, virgines quæ sibi optant Aniciorum claritatem, eligat sanctitatem. Illud enim quantalibet cupiditate quando assequuntur: Hoc autem si plene cupierint, mox habebunt. Protegat vos incolomes & feliciores dextera altissimi, dominæ honore dignissimæ & præstantissimæ filia: pignora sanctitatis vestræ, præcipue ipsam sanctitatem l. vestram præcipuam debito vestris meritis officio dilectione domini salutamus. Velationis apophoretum gratissime accipimus.

Augustinus Honorato Episcopo, distinctius explicat, quibus, quando, & quomodo fugiendum, imminente periculo.

Epistola. CLXXX.

SANCTO fratri & cœpiscopo Honorato, Augustinus in domino salutem. Charitati tuæ misso exemplo Epistolæ, quam fratri Quoduldeo nostro cœpiscopo scripsi, putabam me hoc opere caruisse, quod mihi imposuisti, quærendo consiliū quid in his periculis, quæ tempora nostra inuenerunt, facere debeatis. Quauis enim Epistolam illam breuiter scripserim, nihil me tamen prætermisisse arbitror, quod & respondenti dicere, & quærenti audire sufficeret: quandoquidem dixi, nec eos esse prohibendos, qui ad loca, si possunt, munita migrare desiderant, & ministerij nostri vincula, quibus nos Christi charitas alligauit, ne deseramus Ecclesias quibus seruire debemus, non esse rumpenda. Ista quippe verba sunt quæ in illa ipsa Epistola posui: Restat ergo, inquam, vt nos, quoru ministerium quantulacunque plebi dei vbi sumus manenti, ita necessarium est vt sine hoc eam non oporteat remanere, dicamus domino: Esto nobis in deū protectorem & in locum munitum. Sed hoc consiliū tibi propterea non sufficit, vt scribis, ne contra domini præceptum vel exemplum facere nitamur, vbi fugiendum esse de ciuitate in ciuitatem monet. Recolimus enim verba dicentis: Cum autem persequerentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Quis autē credat ita hoc dominum fieri voluisse, vt necessario ministerio, sine quo viuere nequeunt, deserantur greges quos sanguine comparauit? Nūquid hoc fecit ipse, quando portantibus parentibus in Aegyptum paruulus fugit, qui nondum Ecclesias congregauerat, quas ab eo desertas fuisse dicamus? Nunquid quando Apostolus Paulus, ne illum comprehenderet inimicus, per fenestrā in sporta submissus est, & effugit manus eius, deserta est quæ ibi erat Ecclesia necessario ministerio, & non ab aliis fratribus ibidem constitutis quod oportebat impletum est: Eis quippe volentibus hoc Apostolus fecerat, vt se ipsum seruari Ecclesiæ, quem proprie persecutor ille quærebat. Faciant ergo serui Christi, ministri verbi & sacramenti eius, quod præcepit siue permisit. Fugiant

Psal. 30.

Math. 10.

Math. 11.

2. Cor. 11. murum. Acto. 9.

omnino de ciuitate in ciuitatem, quando eorum quicquam specialiter à persecutoribus queritur, vt ab aliis qui non ita requiruntur, nō deseratur Ecclesia, sed præbeant cibaria conseruis suis, quos aliter viuere nō posse nouerunt. Cum autem omnino, id est, Episcoporum & clericorum est commune periculum, ij qui aliis indigent, non deserantur ab his quibus indigent. Aut igitur ad loca munita omnes transeant, aut qui habent remanendi necessitatē, non relinquuntur ab eis, per quos illorum est Ecclesiastica supplenda necessitas, vt aut pariter uiuant, aut pariter sufferant, quod eos paterfamilias vult perpeti. Quod si cōtigerit, vt sua alij maius, alij minus, siue omnes æqualiter patiantur, qui eorū sint qui aliis patiuntur apparet, illi scilicet qui cum se possent talibus malis eripere fugiendo, nē aliorum necessitatem desererent, manere maluerunt. Hinc maxime probatur illa charitas, quam Ioannes Apostolus commendat dicens: Sicut Christus animam suam pro nobis posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Nam qui fugiunt, vel suis deuincti necessitatibus fugere non possunt, si comprehensi patiuntur, pro seipsis non pro fratribus vtique patiuntur. Qui vero propterea patiuntur, quia fratres qui eis ad Christianam salutem indigebant deserere noluerunt, sine dubio, suas animas pro fratribus ponunt. Vnde illud quod Episcopus quendam dixisse audiuius: Si dominus nobis imperauit fugā in eis persecutionibus vbi potest fructus esse martyrij, quanto magis debemus fugere steriles passiones, quando est barbaricus & hostilis incurfus? verum est quidem & acceptabile, sed his quos Ecclesiastici officij non tenent vincula. Nam qui clades hostiles ideo non fugit, cum possit effugere, ne deserat ministerium Christi, sine quo non possunt homines vel fieri vel viuere Christiani, maiorem charitatis inuenit fructum, quàm qui non propter fratres, sed propter seipsum fugiens atque comprehensus non negat Christum, susceptique martyrij. Quid est ergo quod in Epistola tua priore posuisti? Dicit enim, Si in Ecclesiis persistendum est, quid simus nobis vel populo profuturi non video, nisi vt ante oculos nostros viri cadant, femina constuprentur, incendatur Ecclesiæ, nos sub tormentis deficiamus, cum de nobis queritur quod non habemus. Potens est quidem deus audire preces familiæ suæ, & hæc quæ formidantur auertere, nec ideo tamen propter ista quæ incerta sunt, debet nostri officij esse certa desertio, sine quo est plebi certa pernicietas non in rebus vitæ huius, sed alterius incomparabiliter diligentius sollicitusq; curanda. Nam si certa essent ista mala, quæ timentur ne in locis in quibus sumus, forte contingat, prius inde fugerent omnes, propter quos ibi manendum est, & nos manendi necessitate liberos redderent. Non enim quisquam est, qui dicat ministros manere oportere, vbi iam non fuerint quibus necesse sit ministrare. Itaq; quidam sancti Episcopi de Hispania profugerunt, prius plebibus partim fuga lapsis, partim peremptis, partim obsidione consumptis, partim captiuitate dispersis, Sed multo plures, illic manentibus propter quos manerent, sub eorundeni periculorum densitate manserunt. Et si aliqui deseruerūt plebes suas, hoc est, quod dicimus fieri non debere. Neque enim tales docti auctoritate diuina, sed humano vel errore decepti, vel timore sunt victi. Cur enim sibi putant indifferenter obtemperandum esse præcepto, vbi legunt de ciuitate in ciuitatem esse fugiendum, & mercenariū non exhorrent, qui videt lupum venientem & fugit, quoniam non est

1. Ioan. 3.

E

F

G non est ei cura de ouibus? Cur non istas duas dominicas verasque sententias, vnam scilicet vbi fuga finitur aut iubetur, alteram vbi arguitur atque culpatur, sic intelligere student, vt inter se reperiantur non esse contraria, sicut non sunt? Et hoc quomodo reperitur, nisi attendatur quod iam superius disputari, tunc de locis in quibus sumus prementē persecutione fugiendum esse Christi ministris, quando ibi aut plebs Christi nō fuerit, cui ministratur, aut l. etiam fuerit & l. potest impleri per alios necessarium ministerium, quibus nō est eadem causa fugiendi: sicut in sporta submissis, quod supra memorauī, fugit Apostolus, cum à persecutore proprie ipse quæreretur, aliis vtique necessitatem similitem non habentibus, à quibus illic ministerium absit vt desereretur Ecclesia. Sicut fugit sanctus Athanasius Alexandrinus Episcopus, cum eum specialiter apprehendere Constantius cuperet Imperator, nequaquam à ceteris ministris deserta plebe catholica, quæ in Alexandria commanebat. Cum autem plebs manet & ministri fugiunt, ministeriumq; subtrahitur, quid erit nisi mercenariorum illa fuga damnabilis, quibus non est cura de ouibus? Veniet enim lupus, non homo, sed diabolus, qui plerūque fideles apostatas esse persuasit, quibus quotidianum ministerium dominici corporis defuit, & peribit infirmus in tua non scientia, sed ignorantia frater, propter quē Christus mortuus est. Quod autem ad eos attinet, qui in hac re non falluntur errore, sed formidine superantur, quare non potius contra suum timorem domino miserante atq; adiuuante fortiter dimicant, ne mala sine comparatione grauiora, quæ multo amplius sunt tremenda, cōtingant? Fit hoc vbi dei charitas flagrat, non mundi cupiditas fumat. Charitas enim dicit: Quis infirmatur & non ego infirmor? Quis scandalizatur, & non ego vrer? Sed charitas ex deo est. Oremus ergo vt ab illo detur à quo iubetur. Et per hanc magis timeamus ne oues Christi spiritualis nequitia gladio in corde, quàm ne ferro in corpore trucidentur, vbi quocumque quocumque mortis genere morituri sunt. Magis timeamus ne sensu interiori corrupto, pereat castitas fidei, quàm ne feminae violenter constuprentur in carne: quia violentia non violatur pudicitia, si mente seruetur, quoniam nec in carne violatur, quando voluntas patientis sua turpiter carne non vitur, sed sine consensione tolerat quod alius operatur. Magis timeamus ne lapides viuī extinguantur deserentibus nobis, quàm ne lapides & ligna terrenorum adificiorum incendantur presentibus nobis, Magis timeamus ne membra corporis Christi destituta spiritali victu necentur, quàm ne membra corporis nostri oppressa hostili impetu torqueantur. Non quia ista non sunt vitanda cum possunt, sed quia potius ferenda sunt, quando vitari sine impietate non possunt: nisi forte quisquam contēderit non esse ministerium, impium, qui tunc subtrahit ministerium pietati necessarium, quando magis est necessarium. An non cogitamus, cum ad istorum periculorum peruenitur extrema, nec est potestas vlla fugiendi, quantus in Ecclesia fieri solet ab vtroque sexu, atque ab omni aetate concursus, aliis baptismum flagitantibus, aliis reconciliationem, aliis etiam poenitentia ipsius actio, omnibus consolationem & sacramentorum confectio nem & erogationem? Vbi si ministri desint, quantum exitiū sequatur eos qui de isto seculo vel non regenerati exeunt vel ligati? Quantus est etiam luctus fidelium suorum, qui eos secum in vitæ æternæ requie non ha-

bebunt? Quantus denique gemitus omnium, & quorūdam quanta blasphemia de absentia inferiorum & ministrorum? Vide quid faciat malorum temporalium timor, & quanta in eo sit acquisitio malorum aternorum. Si autem ministri assint pro viribus, quas eis dominus subministrat, omnibus subuenitur: alij baptizantur, alij reconciliantur, nulli dominici corporis communionē fraudantur, omnes consolantur, edificantur, exhortantur, vt deum rogent qui potens est omnia quæ timentur auertere, parati ad vtrunq; vt si nō potest ab eis calix iste transire, fiat voluntas eius qui mali aliquid nō potest velle. Certe iam vides quod te scripseras non videre, quantum boni consequantur populi Christiani, si in presentibus malis non eis desit presentia ministrorum Christi: quorum vides etiā quantum obsit absentia, dum sua quærunt non quæ Iesu Christi, nec habent illam de qua dictum est, non quærūt quæ sua sunt, nec imitatur eum qui dixit: Non quero quod mihi vile, sed quod multis vt salui fiant. Qui enim persecutoris principis illius insidias non fugisset, nisi se aliis quibus necessarius erat, seruare voluisset. Propter quod ait: Compellor autem ex duobus concupiscentiā habens, dissolui & esse cum Christo multo magis optimum, manere in carne necessarium propter vos. Hic forte quis dicat, ideo debere dei ministros fugere à talibus imminentiibus malis, vt se pro vtilitate Ecclesie temporibus tranquillioribus seruet. Recte hoc fit à quibusdam, quādo non desunt alij per quos suppleatur ecclesiasticum ministeriū, ne ab omnibus deseratur, quod fecisse Athanasium supra diximus. Nam quātum necessarium fuerit Ecclesie, quantumq; profuerit quod vir ille mansit in carne, catholica fides nouit, quæ aduersus Arrianos hæreticos ore illius & amore defensa est. Sed quando est commune periculum, magisque timendum est, ne quisquam id facere credatur, non consulendi voluntate, sed timore moriendi, magisque fugiendi ob sit exemplo, quàm viuendi profit officio, nulla ratione faciendum est. Denique sanctus David, ne se committeret periculis præliorum, & fortassis extingueretur, sicut ibi dictum est, lucerna Israël, à suis hoc peccatis sumpsit, non ipse præsumpsit, Alioquin multos imitatores fecisset ignauia, qui eum crederent hoc fecisse non consyderatione vtilitatis aliorum, sed suæ perturbatione formidinis. Occurrit aliquādo alia quæstio, quam contemnere non debemus. Si enim hæc vtilitas negligenda non est, vt aliqui ministri propterea fugiant imminente aliqua vilitate, vt seruentur qui ministrent eis, quos post illam cladem residuos potuerint inuenire, quid fiet vbi omnes videntur interituri, nisi aliqui fugiant? Quid si enim hæc sciat illa perniciēs, vt solos ministros Ecclesie persequatur? Quid dicam, an relinquenda est à ministris fugientibus Ecclesia, ne à morientibus miserabilius relinquatur? Sed si laici non quæruntur ad mortem, possunt occultare quoquo modo Episcopos & clericos suos, sicut ille adiuerit, in cuius potestate sunt omnia, qui potest & non fugientem per mirabilem conseruare potentia. Sed ideo quærimus, quid nos facere debeam? ne in omnibus fugiendo diuina miracula tentare dominum iudicemur. Non quidem talis est ista tempestas, quando laicorum & clericorum est commune periculum, sicut in nauī vna commune periculum est mercatorum atque nauatarum. Verum absit vt tanti pendenda sit hæc nauis nostra, vt debeant eam nauæ, & maxime gubernator periclitantem deserere, etiam si in scaphā transiliendo

A siliendo vel etiā natando possit effugere. Quibus enim metuimus ne nostra desertione pereant, non temporalem mortem, quæ quandoque ventura est, sed æternam quæ potest si non caueatur venire, & potest si caueatur etiam non venire, metuimus. In communi autem periculo vitæ huius cur existimamus vbi cūque fuerit hostilis incurfus, omnes clericos & non etiam omnes laicos esse morituros, vt simul finiāt hanc vitam, cui sunt clerici necessarii? Aut cur non speremus sicut laicos alios, sic etiam clericos remanuros, à quibus eis necessarium ministeriū valeat exhiberi? Quāquam inter hos dei ministros inde sit disceptatio, qui eorum maneat ne fuga omnium: & qui eorum fugiant, ne morte omnium deseratur Ecclesia. Tale quippe certamen erit inter eos, vbi vtrique ferueant charitate, & vtrique placeant charitati. Quæ disceptatio si aliter nō poterit terminari, quantum mihi videtur, qui maneat & qui fugiant forte legendi sunt. Qui enim dixerint se potius fugere debere, aut timidi videbuntur, quia imminens malū sustinere noluerunt: aut arrogantes, quia se magis qui seruandi essent, necessarios Ecclesie iudicant. Deinde fortassis ij qui meliores sunt, eligēt pro fratribus animas ponere: & hi seruabuntur fugiendo, quorum est minus vtilis vita, quia minor consulendi & gubernandi peritia. Qui tamen si pie sapiunt, cōtra dicent eis quos vident, & viuere potius oportere & magis mori malle quàm fugere. Ideo sicut scriptū est: Contradictiones sedat sortitio, & inter potētes definit. Melius enim deus in huiusmodi ambagibus quàm homines iudicat, siue dignetur ad passionis fructum vocare meliores & parcere infirmis, siue istos facere ad mala perferēda fortiores, & huic vitæ subtrahere, quorum non potest dei Ecclesie tantum quātum illorum vita prodesse. Res quidem fiet minus vilitata, si fiat ista sortitio. Sed si facta fuerit, quis eam reprehendere audebit? Quis nō eam nisi imperitus aut inuidus cōgrua prædicatione laudabit? Quod si non placet facere, cuius facti non occurrit exemplum, nullius fuga faciat vt Ecclesie ministerium maxime in tantis periculis necessarium ac debitum desit. Nemo excipiat personam suam, vt si aliqua gratia videtur excellere, ideo se dicat vita & ob hoc fuga esse digniorem. Quisquis enim hoc putat, nimium sibi placet. Quisquis autem etiam hoc dicit, omnibus displicet. Sunt sanē qui arbitrantur Episcopos & clericos nō fugientes in talibus periculis, sed manentes facere vt plebes decipiantur, cum ideo non fugiunt quia manere suos præpositos cernunt. Sed facile est hanc responsonem vel inuidiam declinare, alloquendo easdem plebes atque dicendo, non vos decipiat quod de loco isto non fugimus. Nō enim propter nos sed propter vos potius hic manemus, ne vobis non ministremus quicquid salutis vestre, quæ in Christo est, nouimus necessarium. Si ergo fugere volueritis, & nos ab istis quibus tenemur vinculis, soluisitis. Quod tunc puto esse dicendum, quando vere videtur vtile esse ad loca tutiora migrare. Quo audito si vel omnes vel aliqui dixerint, in illius potestate sumus, cuius irā nullus quocumque vadit, euadit, cuius misericordiam vbi cūque sit potest inuenire, qui quisquam vult ire, siue certis necessitatibus impeditus, siue laborare nolens, ad incerta suffugia & non ad finiēda, sed ad mutanda pericula, proculdubio isti deserēdi non sunt ministerio Christiano. Si autem hoc audito abire maluerint, nec illis manēdum est qui propter illos manebāt: quia ibi iam non sunt propter quos manere adhuc debeant. Quicū-

que igitur isto modo fugit, vt Ecclesie necessarium ministerium illo fugiente non desit, facit quod dominus præcepit siue permisit. Qui autē sic fugit, vt gregi Christi ea quibus spiritaliter viuūt, alimenta subtrahantur, mercenarius ille est, qui videt lupum venientem & fugit, quoniam non est ei cura de ouibus. Hæc tibi quia me consulisti frater dilectissime, qua existimaui veritate & certa charitate rescripti, sed ne meliorem si inuenieris sequaris sententiam non præscripsi. Melius tamen quod in his periculis faciamus, inuenire non possumus, quàm orationes ad dominum deum nostrum, vt misereatur nostri. Quod ipsum vt scilicet dei Ecclesie nō desererent, dei dono nōnulli prudētes & sancti viri & velle & facere meruerunt, & inter dentes obtreccantiū à sui propositi intētionē minime defecerūt.

CLXXXI.

Hoc numero sequebatur Epistola cum inscriptione ad Italiam, decerpta ex Epistola 12. ad Paulinam: quod ab ocio scripta factum esse liquet. Nam si Augustinus bis eadem scribere voluisset ad ambas, adieisset aliqua propria, aut certe hoc ipsi testatus fuisset, se fragmentum illius Epistole mittere.

Quid precemur istis ociois, qui talibus nemiis ac nugis onerant lectorem. Nec oratio nec sensus quicquam habet Augustini, sed ex historia quispiam confinxit hæc argumenta. Cuiusmodi sunt epistola Theophili ad Hieronymum, Hieronymi ad Theophilum, Senecæ ad Paulum & Pauli ad Senecam. Quāquā fortasse non tam succensere decet iis, qui exercendi styli gratia tractant hoc genus argumentorum, quàm illis, qui tā nullius nisi sunt ut hæc serio tribuant authoribus, quorū nomina præferunt. Ob antiquitatem tamen passi sumus eas residere, quāquam nū habentes quæ legi debeant.

EPISTOLA. CLXXXII.

Omino sublimi semper magnifico filio Bonifacio, Augustinus Episcopus. Ornet mores tuos pudicitia cōiugalī, orniet sobrietas & frugalitas: Bene enim agere & illicita non prohibere, cōsensu erroris est. Quædam dum de Ecclesia egreditur Christi virgo sacrata, ebriam Gothi Herpæ mentem & corpus incurrit. Habeat quæso miles sub comite positus disciplinam. Graue est enim vt quem non vincit homo, vincat libido: Aut volutetur vino, qui non vincitur ferro.

EPISTOLA. CLXXXIII.

Omino merito honorabili patri Augustino Episcoporum summo, Bonifacius. Tuæ sanctitatis epistolā admonitu me terrificante suscepī. Etenim venerabilis papa si thorus ille legitimus pauidos habet accessus, quo debet puniri supplicio, diuinas qui temerat rationes? Arguetur ergo profecto qui diuina atq; humana neglexit, & quem libido preuenit, gladius vltor absimet: eumq; quem in sobriū in tātis angustiis fama veridica publicauit, carceris periturum quocumq; supplicio custodia retinebit.

EPISTOLA. CLXXXIII.

Go quos diligo arguo & castigo, non occidi desydero, nec carcere pleno squallore retrudi. Sola sufficit admonitio. Poterit enim, si ei diuinitus concedatur, tempus poenitentia cōdonari, qui domini templū ausus est violare. Sit ergo ipse qui fecit, sui arbitri voti. Fas enim nō est vt reus Episcopi suggestionibus occidatur, qui venia si poenituerit reseruetur. Nam si in Barbarorum erroribus velimus cum decet exerce re vindictam, paucos reperiemus, nec ipsos animosos ad pugnam fore.

G EPISTOLA. CLXXXV.

Omino sublimi semperq; magnifico filio Bonifacio, Augustinus Episcopus. Africæ lit- tus, vt audio, miles attigit trāsmarinus: sed hu- ius meriti dux à catholica veritate dissentit. Quid orē sicut oportet, ignoro. Ab Italia hostis est publicus nun- ciatus, contra victricia signa superbas erigens hastas. Pacem inter nos fieri vellem, si scirem plenius quod ignoro. Adest quidem Africæ olim paratum in Ita- lia bellum, sed tamen non inuideo fili charissime Ro- mania. Sed dico quod sentio. Nō dabit diuinitate ca- tholicus hæretico terga. Tui cordis intentio dirigatur ad dominum, non militem timebis, non Gothum, non Hunum.

EPISTOLA. CLXXXVI.

Omino sancto patri Augustino Episcopo, Bonifacius. Scio quod si tua sanctitas pro mea vita sollicita, & quæ aduersus me tyrannus ille ordinauerit ac disponat, antequam tuum sacerdotium scriberet, noui obuiamus ad mortem vltro tēdentibus, quos nostræ victoriæ, vt credimus, faciet Christus ad- dictos. Sed si erga me meosque omnes aliud voluerit ordinare diuinitas, precare vt animam liberet deus, & dabitur competens aduersario secunda vice responsio. In pugna enim vtriusque defuit furor, sed deus in- spicit causas. Igitur ora vt dixi, & vincet vna Trini- tas nobis.

EPISTOLA. CLXXXVII.

Ilectissimo & spectabili viro filio Bonifacio, Augustinus Episcopus. Miror quomodo tā subito fidei murum aries ruperit inimici. No- ui enim qua religione semper sis Ecclesiam dei vene- ratus. Quo instigante facere ausus es, hominem de Ec- clesia rapuisti. Tuus si de tuo amico forte præsumeret fugitiuus, posset proculdubio intercessoris causa veniā promereri. Ergo si amicus intenditur, cur deus offendi- tur? Sed si de potestate præsumitur, Nabuchodonosor regem intende, qui causa superbiæ in bouem est ex ho- mine cōmutatus. Non vt confundam te hæc scribo, sed vt filium meū charissimum moneo. Ecclesie igitur illæsum reuoca, quē vt irreligiosissimus rapuisti. Obla- tio vero domus tuæ à clericis ne suscipiatur, indixi: Cō- munioneq; tibi interdico, donec peracta pro ausibus vel errore à me definita tibi met penitentia & tempo- re cōdonato, pro hoc facto corde contrito & humilia- to dignum offeras sacrificium deo.

EPISTOLA. CLXXXVIII.

Humilis saluto, quod primum est: Suscepi autē tremens sanctitatis tuæ verba verberibus ple- na. Scio quod veniæ præparatur, qui ab Augu- stino perfectissimo sacerdote corripitur: nec debet Episcopo denegare quod voluntas facit aut casus. Ipse enim sibi denegat curam, qui suam medico non publi- cat causam. Hominem ergo piissime pater è liminibus Ecclesie raptum tuis sanctis aspectibus iussio mea fu- rorq; subduxit. Alieno non sunt ista facta consilio, dei & sanctorū eius regimine viuo. Illum itaque virū mor- te dignissimum, quem vt dixi meus de Ecclesie foribus furor abstraxit, vitę tuis iussionibus donamus illæsum. Agnosco culpas. Indignæ meæ lachrymæ iungantur tuis fletibus iustis, quo possit hæc nota nigro scripta ti- tione deleri. Ecclesie mihi introitus non negetur. Illic spero veniam vbi admisi culpam. Oblatio vero domus meæ vt tua sanctitas iussit, ad cœlestis regis mensam eius manibus offeretur.

EPISTOLA. CLXXXIX. K

Omino sublimi, semperq; magnifico filio Bo- nifacio, Augustinus Episcopus. Dum quodā in loco positus tuæ eximietatis transitus intuerer, placuit meis aspectibus tuæ sublimitatis mitis ille ac terribilis gressus. Sed postquam illud lenigatum sacro chrismaate caput portā cū paucis ciuitatis exiuit, subito vomunt equites domus, ciuitas fundit exercitum, stre- punt arma, cōcrepant tube, cūctis crispata ventis stup- pæ dependent, ferrea tunica virorum fortium mem- bra constringunt, sessoris & equi renibus setigera ves- titur, intensus geritur arcus, pulchra cuncta cōspexi, nihil melius Bonifacio comite vidi. Sed postquam ad palmas vt comperi tua sublimitas venit, ad illum bre- uem quidem, sed plenū periculis maris transitū quod vix aliquando naue transitur, præceperas matutino tē- pore trāsmeari, ne noctis obscuritas mali aliquid pro- curaret, Gudila eximietatis tuæ fidelissim⁹ seruus equo ipsius maris dum natat in brachio interdicti littoris tetigit oras, nec statim licuit reuerti profecto: Maris e- nim tumor increfcens reuersuro transitum denegauit. Hoc illos tuos vigilantissimos sensus latere nō potuit. Iram ratio prouocauit, culpa veniam iussit ad fugam, sed felix fuga est quæ currit ad vitā. Memoratus Gu- dila ad patronum tuū sanctum Stephanum primum martyrem confugit. Ipse mihi & imperauit vt pro e- dem apud religionem tuam postulator accedam. Ha- beat igitur quæso veniam, quoniam nec turbatus vn- dis equus caruit, nec gurges altus absorbit, quem deus eruit & aqua seruauit. Valeat apud te epistolaris ista rogo suggestio. Eris enim vt deprecor ab ira domini alienus, quotiens petitus à te offensus non fuerit Au- gustinus.

EPISTOLA. CXC.

Omino beatissimo & venerabili sancto patri Augustino Episcopo Bonifacius. Furens pa- ratoq; qui obuio bello, sanctitatis tuæ fran- gor imperio. Gudilam fortissimum semper quem volo viuere virum, metuo ne eū aliquando in virtute sua le- uitas faciat interire. Potest quidem præcinctus armis quantos inimicos repererit trucidare. Sed apud belli- geros viros victus dicitur victor occisus. Nā equo ve- ctus maris brachium quod natando perrexit luxuria non fuerat, sed virtutis. Arbitror enim quod nocte co- gitarit aliquid hostib⁹ facere, cui sole ingresso finis diei cōsilia parata subduxit. Hoc vero dolui, quod natatio- ne longissima ab equo posset & aquis occidi. Vt iubes ergo sancti beatiq; Stephani imperata iussa vestra re- fero. Spondeo enim ipsi tibiq; quod Gudila vobis est iubentibus veniæ condonatus.

EPISTOLA. CXCI.

Omino venerabili sancto patri Augustino E- piscopo Bonifacius. Castinus ille, priuatus ex consule, vitæ meæ ac nominis omnibus vt notum est persecutor, peiores cōmittens ac furens factio- nes, quasi mearum à me gestarū immemorē Datiū Italia fugiens, meis se in Africam defensionibus tra- didit cōmittendum. Omitto beatissime pater olim mi- hi ab eodē ingestas miseras, ostensa pericula: fugiens eū nunc vsq; viuo. Thrax natus vix Scythæ euasi, dura ui inuido sub cōsule miles. Sed diuina potētia quæ no- uit planare sublimia, & altius eleuare prostrata, fecit de superbo quod voluit, & hostem meū me quieto victo- riam mihi quā nouit adduxit. Sufficit pro funere vi- cti tanta deiectio, adorauit Sarathan clauus, timuit fe- nator

A nator barbarum caput, tremuit militem dux. Doloris dicuntur ista pater sancte Cothurno. Nam veneror il- lustrissimum consulem, & primum conspicio senatorē: sed ne consueta fallacia mali erga me, vt solet, aliquid moliat, putetq; se suis fraudibus Romanis ducibus profuturū, & in meo versetur exito, integrū de suis sen- sibus det tuæ beatitudini sacramētum, si nullus in eius corde vertitur dolus. Ego autē per omnia quæ sancta sunt iuro, quoniā si apud eum animi reperero puritatē, eum incolumē ac sublimem Italiae Romæq; reddam, frustratis inimicis eius & domitis. Hostis autē erit suæ animæ, si aliquid in eo sinistra partis inuenero.

EPISTOLA. CXCII.

Omino insigni meritoq; sublimi filio Bonifa- cio, Augustinus Episcopus. Vir illustrissimus Castinus sacramēto se prodidit, quod sit ab om- ni culpa & erroribus alienus. Quem tibi vt dicit fœde- ratus ille Sonia adhuc te in palatio postū falsis sugge- stionibus cōcitabat. Sed ne totum quod tunc agebatur mittatur in medium, detur prolixitati cōpendium. Da- uid ille opilio regnū parcendo inimicis obtinuit. Chri- stus pro Iudæis, qui eum crucis patibulo confixerunt, patrem ne irasceretur rogauit, & indignis hominibus veniam misericors condonauit. Crede igitur homini, qui mihi fidele tradidit sacramētū, & quærit me pol- licitate tua defensione vitę subsidium. Scio enim quod eius salutis mihi promissa complebis.

EPISTOLA. CXCIII.

Omino venerabili sancto patri Episcopo Bo- nifacius. Graue nobis est bellū: Inimici mu- cro nostra pectora pulsat. Deo funde preces vt soles, tua sit nobis comes oratio: rauca buccina, terri- fica tuba, puto quod & sydera terreat: hostium clamor immanis adest, sed his non trememur. Nouimus enim ista non hodie. Ergo venerande Christi sacerdos, pete- deum vt iacula in hostes dirigat nostra, ac seipsi truci- dent mutua cade.

EPISTOLA. CXCIII.

Ilectissimo & spectabili viro Bonifacio, Au- gustinus Episcopus. Graui de pugna conque- reris: dubites nolo, vtile tibi tuisq; dabo conti- lium, arripe manibus arma. Oratio auris pulset autho- ris: quia quando pugnatur, deus apertis oculis spectat, & partem quam inspicit iustam, ibi dat palmam.

EPISTOLA. CXCIV.

Omino venerabili sancto patri Augustino E- piscopo, Bonifacius. Manus superba deo iu- uante cecidit, quæ ante paululum audax gla- dium erecta portabat. Multi ex aduersis ceciderunt, de nostris autem Christo iuuante nullus est vulneratus. Ora igitur venerabilis papa vt talis de inimicis vltio sape procedat.

EPISTOLA. CXCVI.

Omino insigni meritoq; sublimi filio Bonifa- cio, Augustinus Episcopus. Lecto me vacare nobilitate tuam latere nō credo, vltimūm- que de m mihi exopto venire. Gaudeo tua victoria. Ciuitatem quæso serua Romanam, Tu vt bonus re- ge comes. Nihil de viribus propriis præsumas, de au- thore gloriare virtutum, & nullū curabis penitus ini- micum. Vale.

EPISTOLA. CXCVII.

Vnquam diuinitas preces ac lachrymas despi- cit peccatorum. Cupis ipse quidem de hac vita securus ad cœli regna migrare, Sed nobis

opus es fessis in tantis adhuc periculis constitutis. Ita- que ora nobiscum vt tua nobis salus aliquantulū tem- poris condonetur.

CXC VIII.

Que hic erat, transulimus in locum Epistolę III. quam loco submouimus, ed quod haberet indoctam loquacitatē, & omni- no nihil Augustini.

Mulier quedam infcio marito susceperat uotum cōtinentie. Post tamen maritus assensus est, & continenter cum ea uixit. non sinens tamen ut monacha ueltem sumeret. Tandem infcio marito duobus facultates omnes ueluti pauperibus erogauit, cum haberet filium puerum ex eodem uiro: Hæc arius scripsit. De hoc tamen infcio presiliit à proposito, & cepit mœcha- ri. Hanc obiurgat de perperam factis, hortans, ut quantum potest reconcilletur uiro suo.

Epistola. CXCIX.

DOMIN AB religiofissimæ filia Edicia, Augu- stinus in domino salutem. Lectis literis reuerentiæ tuæ, & earum perlatore interroga- to quæ interroganda restabant, uehementer dolui sic te uoluisse agere cum marito, vt ædificium continen- tię, quod in eo iam construi cōperat, amissa perseverā- tia in adulterij ruinam miserabiliter laberetur. Cum enim lugendus esset, si post continentiam votam deo, iamq; actu ipso moribusq; susceptā reuerteretur ad cō- iugis carnem, quanto magis nunc demersus in interi- tum profundiorē lugendus est, qui tam abrupta dis- solutione mœchatur, iratus tibi, perniciosus sibi, tanquā in te acerbius sauiat, si ipse pereat. Hoc autem tantum mali accidit, dum tu eius animum nō qua debuisti mo- deratione tractasti: quia etsi carnali consortio iam ex consensu uobis nō miscebamini, in cæteris tamen re- bus coniugali obsequio uiro tuo mulier seruire debui- sti, præsertim cū ambo essetis membra corporis Chri- sti. Et utique si maritum infidelem fidelis habuisses, a- gere te conuersatione subdita oportuit, vt eum domi- no lucrareris, sicut Apostoli monuerunt. Omitto enim quod ipsam continentiam illo nondum uolente non secundum sanam doctrinam te suscepisse cognoui. Neque enim corporis tui debito fraudandus fuit, pri- usquam ad illud bonum, quod superat pudicitiam con- iugalem, tuæ uoluntati uoluntas quoque eius accede- ret, nisi forte non legeras, nec audieras, uel non atten- deras Apostolum dicentem: Bonum est homini mulie- rem non tangere. Propter fornicationem autem vnus- quisque uxorem suam habeat, & vnaquęque suum ui- rum habeat. Vxori uir debitum reddat, similiter autē & vxor uiro. Vxor non habet potestatem corporis sui, sed uir: similiter autē & uir non habet potestatem cor- poris sui, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus, vt uacatis orationi: & iterum ad idipsum estote, ne vos tentet Satanas propter intempe- rantiam uestram. Secundum hæc uerba Apostolica, et- iam si se ipse continere uoluisset, & tu noluisse, debi- tum tibi reddere cogere, & illi deus imputaret con- tinentiam, si non suæ, sed tuæ cedens infirmitati, ne in adulterij damnabile flagitium caderes, maritalem tibi concubitum non negaret: quantomagis te, quā magis subiectam esse decuerat, ne ipse quoque in adulterium diabolica tentatione traheretur, in reddendo huius- modi debito uoluntati eius obtemperare conuenerat, cum tibi uoluntatem continendi acceptaret deus, quia propterea non faceres, ne periret maritus. Sed hoc, vt dixi,

17. q. 4. Mi- sor.

Daniel. 4.

† aliās, scri- gera theca uelutis.

L

† iuuenem.

† quem.

† aliās, Furē parco qui obuio bello.

† iuuentutis suæ leuitas.

M

† filio.

† coelis.

† fingens.

† aliās, victo- ria mihi qua nouit addi- xit.

E

F

1. Cor. 7.

33. q. 5. secun- dū uerba.

G dixi, & merito & omitto, quoniam postea tibi nolenti sibi ad reddenda coniugalia debita consentire, ad eadem continentiae pacta ipse consensit, & tecum continentissime diu vixit, sedque consensu à pacto illo, quo ei debitum carnis negabas, ipse te absoluit. Non ergo iam in tua causa ista vertitur quaestio, utrum redire debeas ad concubitus viri. Quod enim deo pari consensu ambo voueratis, perseveranter usque in finem reddere ambo debuistis: à quo proposito si lapsus est ille, tu saltem constantissime persevera. Quod te non exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ipse consenserat. Nam si nunquam tenuisses eius assensum, numerus te nullus defendisset annorum, sed post quantumlibet tempus me consulisses, nihil tibi aliud responderem, nisi quod ait Apostolus: Vxor nō habet potestatem corporis sui, sed vir: de qua potestate sic tibi iam permiserat continentiam, ut eam tecum & ipse susciperet. Sed illud est, quod minus te observasse contristat, quia tanto humiliter & obedientius ei obsequi in domestica conversatione debuisti, quanto ille religiosius tibi rem tam magnam etiam imitando concesserat. Non enim quia pariter temperabatis à commixtione carnali, ideo tuus maritus esse desisterat, immo vero tanto sanctius inter vos coniuges manebatis, quanto sanctiora concorditer placita servabatis. Nihil ergo de tua veste, nihil de tuo auro vel argento, vel quacunque pecunia, aut rebus vllis terrenis tuis sine arbitrio eius facere debuisti, ne scandalizares hominem, qui deo tecum maiora vouerat, & ab eo quod de tua carne licita potestate posset exigere, continentem abstinerat. Denique factum est, ut vinculum continentiae, quo se dilectus ille innexerat, contemptus abrumperet, & iratus tibi, non parceret sibi. Sicut enim mihi retulit perlator Epistola tua, cum cognovisset, quod omnia vel penē omnia quae habebas, nescio quibus duobus trāseuntibus monachis tanquam pauperibus eroganda donaveris, tunc ille detestans eos tecum, & non dei servos, sed domus alienae penetratores, & tuos captivatores, & depravatores putans, tam sanctam sarcinam, quam tecū subierat indignatus abiecit. Infirmus enim erat, & ideo tibi quae in communi proposito fortior videbaris, non erat praesumptione turbandus: quia etiam si ad ipsas elemosynas largius faciendas forte pius movetur, posset & ista condiscere, si tuis inopinatis non feriretur expensis, sed expectatis invitaretur obsequiis: ut etiam hoc quod temere sola fecisti, multo consultius dilectione concordis, multoque ordinatius & honestius ambo faceretis, ne blasphemarentur servi dei: si tamen hoc fuerint qui marito absente atque nesciente, ab ignota muliere & ab aliena vxore tanta sumpserunt, & laudaretur deus in operibus vestris, quorum esset tam fida societas, ut à vobis communiter teneretur, non solum summa castitas, verum etiam gloriosa paupertas. Nunc autem inconsiderata festinatione attende quid feceris. Ut enim de illis monachis, à quibus te ipse non edificatam sed spoliatam esse conqueritur, ego bene sentiam, nec homini praere ira turbatum oculum habenti contra dei fortasse famulos facile consentiam, nunquid tantum bonum est quod pauperum carne largioribus elemosynis refecisti, quantum malum est, quod viri tui mentem à tam bono proposito subruisti? An cuiusquam tibi vitae temporalis salus charior esse debebat quam huius aeterna? Nonne si ampliore misericordiam cogitans, ideo pauperibus res tuas erogare differes, ne

scandalizatus maritus tuus deo periret, vberiores tibi K deus elemosynas imputaret? Proinde si recolis quid acquisueras, quando lucrata fueras virum tuum, ut tecum Christo sanctiore castitate seruiret, intellige per illas elemosynas tuas quibus cor eius eversum est, quanto graviore damno percussa fueris, quam sunt illa lucra quae coelestia cogitabas. Si enim habet ibi magnum locum panis fractus esuriēti, quantum locum ibi credenda est habere misericordia, qua homo eripitur diabolo tanquam leoni rugienti, & quem deuoret inquirenti? Neque hoc ita dicimus, ut si quisquā scandalizatus fuerit de bonis operibus nostris, ab eis desistendum putemus: sed alia causa est alienarum, alia necessariorum in societate aliqua personarum: alia fidelis, alia infidelis: alia parentum erga filios, alia filiorum erga parentes. Alia postremo ea, quae in his rebus vel maxime intuenda est viri & vxoris, vbi mulierem coniugatam non licet dicere, Facio quod volo de meo: cum & ipsa non sit sua, sed capitis sui, hoc est viri sui. Nam sic quaedam, ut commemorat Apostolus Petrus, mulieres sanctae, quae in deum sperabant, ornabant se subiectae suis viris, sicut Sara obsequabatur Abraham, dominum eum vocans, Cuius, inquit, facta estis filiae, cum ad Christianas non ad Iudaeas feminas loqueretur. Quid autem mirum, si pater communem filium nolebat huius vitae sustentaculis à matre nudari, ignorās quid scaturus esset, cum in aetate grandiuola esse cepisset, utrum monachi professionem, an Ecclesiasticum ministerium, an coniugalis necessitudinis vinculum? Quamuis enim ad meliora excitandi & erudiendi sunt filii sanctorum, vnusquisque tamen proprium donum habet à deo, alius sic, alius autem sic. Nisi forte talia prospiciēs & praecauens reprehendendus est pater, cū beatus Apostolus dicat: Quisquis autem suis & maxime domesticis nō prouidet, fidem denegat, & est infidelis deterior. Cū vero de faciendis ipsis elemosynis loqueretur, ait, Non ut alijs refectio sit, vobis autem angustia. Pariter ergo consilium de omnibus haberetis, pariter moderemini quid thesaurizandum esset in caelo, quid ad vitam huius sufficientiam vobis & vestris vestroque filio relinquendum, ne alijs esset refectio, vobis autem angustia. Et in his disponēdis atque faciendis si quid tibi forte melius videretur, suggereres viro reuerēter, eiusdemque autoritatem tanquam tui capitis sequereris obedienter: ut omnes qui sanū sapiunt, ad quos posset hoc bonum vestrum fama perferre, de domus vestrae fructu ac pace gauderent, & aduersarius reuereretur, nihil habens de vobis dicere prauum. Porro si de faciēdis elemosynis & in pauperes impendendis rebus tuis, de quo bono opere & magno tam euidentia praeccepta sunt domini, cum viro tuo fideli, & tecum sanctae continentiae pacta seruante consilium communicare deberes, eiusdemque non spernere voluntate, quanto magis de habitu atque vestitu nihil tibi praeter eius arbitrium mutandum vel vsurpandum fuit, vnde nihil diuinitus legimus imperatum. Scriptum est quidem mulieres esse debere in habitu ornato: aurique circumpositio, & in tortorio crinium, & cetera huiusmodi quae vel ad inanē pompam, vel ad illecebram ferme adhiberi solēt, merito reprehensa sunt. Sed est quidam pro modulo personae habitus matronalis à viduali veste distinctus, qui potest fidelibus coniugatis salua religionis obseruantia cōuenire. Hunc te maritus si deponere noluit, ne te velut viduam illo viuente iactares, puto quia non fuerat in hac re vsque ad dissensionis scandalum perducendus,

A dus, magis inobedientiae malo, quam vllius abstinentie bono. Quid enim est absurdius, quam mulierē de humili veste viro superbiere, cui te potius expediret obtempere candidis moribus, quam in nigellis vestibus repugnare? Quia etsi te indumentum monachae delectabat, etiam hoc gratius posset marito obseruato exoratoque sumi, quam illo inconsulto contemptoque praesumi. Quod si omnino non sineret, quid tuo proposito deperiret? Absit ut hinc displicerem deo, quod coniuge tuo nondum defuncto, non indueris sicut Anna, sed sicut Susanna. Neque enim & ille qui tecum iam ceperat custodire tam magnum continentiae bonum, etiam si coniugale non viduale voluisset ut acciperes indumentum, ad indecentem quoque te compulisset ornatum. Quo & si aliqua dura conditione conuictus, posses habere in superbo cultu cor humile. Nempe apud patres, Hester illa regina deum timens, deum colens, deo subdita, marito regi alienigenae non eūdem secum colenti deum, tamen subiecta seruebat: quae cum extremo periculo, non suo tantum, sed etiam gentis suae, qui tunc erat populus dei, domino prosterneretur orando, in ipsa oratione sua dixit, ita sibi esse ornatū regium, sicut panum menstrualementis: & ita orantem confestim exaudiuit, qui cordis inspector eam verum dicere sciuit. Et utique maritum habebat multarum virum, & deorum alienorum falsorumque cultorem. Tu autem si & ille in proposito quod tecū susceperat, perduraret, nec à te offensus in flagitium corruisset, maritum habebas non solum fidelem, & verum deum tecum colentem, sed etiam continentem, qui proculdubio propositi vestri non immemor, & si ad coniugalia te cogeret indumenta, ad superba tamen ornamenta non cogeret. Hac tibi scripsi, quoniam me consulendum putasti, non ut tuum rectum institutum sermone meo frangerem, sed quod te inordinate & incaute agere viri tui factum dolerem. De cultus reparatione debes vehementissime cogitare, si vere ad Christum vis pertinere. Indue itaque humilitatem metis, & ut te deus conseruet perseverantem, noli maritum contemnere peruentem. Fūde pro illo piās & assiduās orationes, sacrificia lachrymas tanquam vulnerati sanguinem cordis. Et scribe ad eum satisfactionem, petens veniam, quia in eum peccasti, quod praeter eius consilium & voluntatem de rebus tuis fecisti, quod faciendum putasti, non ut te poeniteat tribuisse pauperibus, sed eū tui boni operis participem & moderatorem habere noluisse. Promitte de cetero in adiutorio domini, si & illū suae turpitudinis poeniterit, & continentiam quam deseruerit repetuerit, te illi sicut decet in omnibus seruituram, ne forte, ut ait Apostolus, det illi deus poenitentiam, & respiciat de diaboli laqueis, à quo captiuus tenetur secundum ipsius voluntatem. Filium autem vestrum quoniam de legitimis eū, & honestis nuptijs suscepisti, magis in patris quam in tua esse potestate quis nesciat? Et ideo ei negari non potest, vbiunque illum esse cognouerit, & iure poposcerit: ac per hoc ut secundum tuam voluntate in dei possit nutrirī, & erudiri sapientia, necessaria est illi etiam vestra concordia.

Augustinus A sellico Episcopo monstrat Christianos esse quidem Israelitas, & Iudaeos iuxta sensum spiritalem esse, tamen ab hoc vocabulo vulgo temperandum, eo quod Christiani non solum liberi sint à Iudaicis obseruationibus, ne rumentiam ab eo, quod praecceptorum obseruatione non tribuunt suis viribus ut solent Iudaei.

Epistola. C C.

Domino beatissimo fratri & coepiscopo A sellico, Augustinus in domino salutem. Literas sanctitatis tuae quas ad venerabile senem Donatianum de cauendi Iudaismi disceptatione misisti, ad me ipse dignatus est mittere, atque ut eis responderem petendo vehementius impetrauit, quem veritus contemnere, ut possum domino adiuuante respondeo, gratum existimans etiam charitati tuae, quod ad te scribendo illi iubenti, quem pro suis meritis ambo veneramur, obtemperare non renui. Christianos maxime ex gentibus venientes iudaizare non oportere, Paulus Apostolus docet vbi ait, Dixi Petro coram omnibus, Si tu cum sis Iudaeus gentiliter & non Iudaice viuas, quem admodum gentes cogis iudaizare? Et secutus adiunxit, Nos natura Iudaei, & non ex gentibus peccatores. Scientes autem quoniam non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Iesu Christo credidimus ut iustificemur per fidem Christi, & non ex operibus legis, quoniam ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro. Non solum autē illa opera legis quae sunt in veteribus sacramentis, & nunc reuelato sacramentis nouo non obseruantur à Christianis, sicut est circūcisio praepitij, & sabbati carnalis vacatio, & à quibusdam eisdem abstinentia, & pecorum in sacrificijs immolatio, & neomenia & azymum, & cetera huiusmodi, verum etiam illud quod in lege dictum est, Non concupisces: quod utique & Christianus nullus ambigit esse dicendum, non iustificat hominem nisi per fidem Iesu Christi, & gratiam dei per Iesum Christum dominum nostrum. Idem ipse quippe dicit Apostolus, Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret. Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum est. Ego autem viuebam aliquando sine lege. Adueniente autem mandato peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat in vitam, hoc esse in mortē. Peccatum enim occasione accepta per mandatum sefellit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors: Absit. Sed peccati ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccatum peccans per mandatum. Scimus enim quia lex spiritalis est, Ego autem carnalis sum, vendatus sub peccato. Quod enim operor, ignoro. Nō enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Si autem quod nolo hoc facio, consentio legi quoniam bona est. Videmus itaque in his Apostolicis verbis legem non solum non esse peccatum, sed etiam esse sanctam, & mandatum sanctum & iustum & bonum, quod dictum est, non concupisces. Sed peccatum per bonū fallit, & per illud occidit eos qui cum sint carnales, putant suis viribus legem spiritalem se posse complere: & per hoc fiunt non solum peccatores, quod essent etiam si legem non accepissent, sed etiam prauariatores, quod nō essent nisi legem accepissent. Sic enim alio loco dicit, Vbi lex non est, nec prauariatio. Lex ergo subintravit, sicut a tibi ipse testatur, ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia. Hac est igitur utilitas legis, quia ostendit hominem sibi ipsi, ut sciat infirmitatem suam, & videat quemadmodum per prohibitionem augeatur potius carnalis concupiscentia quae sanetur. Appetuntur enim ardentius

Peccato.

33. questione
s. quod deo.

Monachi.

1. Petri. 5.

1. Cor. 7.

1. Tim. 5.

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.
33. q. 5. quod deo.

Galat. 2.

1. Testam. eto.
E

Rom. 7.

R

Rom. 4.

Rom. 5.

Gardentius quæ vetantur, dum id quod spiritaliter iubetur carnalis obseruare compellitur. Vt autem sit spiritalis qui legem impleat spiritalem, non sit ipsa lege, sed gratia: hoc est, non imperio, sed beneficio: non iubente litera, sed adiuvante spiritu. Incipit autem homo secundum gratiam in interiori homine renouari, ut mente agat quod amat, nec carni consentiat agenti quod odit, id est, vt non omnino non concupiscat, sed vt post concupiscentias suas non eat. Quod quidem tam magnum est, vt si omnimodo fieret, & quanuis insit dum sumus in corpore mortis huius desyderia peccati, nulli eorū tamen adhiberemus assensum, non esset vnde diceremus patri nostro qui est in cœlis, Dimitte nobis debita nostra. Nec tamen ideo tales iam essemus, quales erimus cum mortale hoc induerit immortalitatem. Tunc enim non solum nulli desyderio peccati obediemus, sed nulla erunt desyderia talia quibus non obedire iubeamur. Nunç ergo vbi dicitur, iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum: de concupiscentia carnis dicitur, quæ operatur in nobis motus suos etiam quando eis non obediemus, dum non regnat peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum desyderis eius, nec exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccati: in qua iustitia nõdum consummata perseveranter proficientes, ad eius consummationem quandoque veniemus vbi peccati concupiscentia non cohibenda atque frenanda, sed nulla sit. Hoc enim lex posuit dicendo. Non concupisces: nõ quod hic valeamus, sed ad quod proficiendo tendamus. Verũm hoc fit non lege quæ hoc imperat, sed fide quæ hoc impetrat: non litera qua iubetur, sed spiritu quo sanatur. Non ergo meritis operantis hominis, sed largientis gratia saluatoris. Vtilitas itaque legis est vt hominem de sua infirmitate conuincat, & gratiæ medicinam quæ in Christo est, implorare compellat. Omnis enim qui inuocauerit nomẽ domini saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem nõ crediderunt? Quomodo credent quem non auerũerũt? Vnde paulo post dicit, Igitur fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi, quæ cum ita sint, qui se Israelitas esse carnaliter gaudent, & præter gratiam Christi, in lege gloriantur, ij sunt de quibus idẽ Apostolus ait, quod ignorantes dei iustitiam & suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Dei quippe dixit iustitiã, quæ homini ex deo est: suã vero, quam putant sibi sufficere ad faciendã mãdata sine adiutorio & dono eius qui legem dedit. His autem similes sunt, qui cum profiteantur se esse Christianos, ipsi gratiæ Christi sic aduersantur, vt se humanis viribus diuina existiment implere mãdata: ac sic etiam ipsi ignorãtes dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti, non quidem nomine, sed tãtum errore iudaizantes. Hoc genus hominum capita sibi inuenerat Pelagium & Cœlestium impietatis huius assertores acerrimos. Qui recenti iudicio dei per diligentes & fideles seruos eius etiam catholica communione priuati sunt, & propter cor impenitens adhuc in sua damnatione perisunt. Quisquis ab isto carnali & animali, atque ideo non immerito reprehensibili atque damnabili iudaismo esse querit alienus, non solum veteres illas obseruationes a se facere debet alienas, quæ iam reuelato testamento nouo, posteaquam venerunt ea quæ per illas significabantur esse futura, proculdubio esse necessaria destiterunt, vt non iudicetur in cibo & potu & in parte diei festi & neomeniæ & sabbatorum, quod

est vmbra futurorum, verum etiam illa quæ in lege ita præcepta sunt vt valeant ad infirmãndos mores fidelium: id est, vt abnegantes impietatem & seculares cupiditates, temperanter & iuste & pie viuamus in hoc seculo. Vnde est etiam hoc quod ex lege maxime commendandũ elegit Apostolus, Non concupisces: Et quæcunque de deo & proximo diligendo sine vllis figuris sacramentorum præcipiuntur in lege, in quibus duobus præceptis etiam ipse dominus Christus dicit totam legem Prophetasque pendere, sic accipit, sic amplectitur, sic obseruãda esse non dubitat, vt quicquid in eis proficit, non sibi tribuat, sed gratiæ dei per Iesum Christum dominum nostrum. Verũtamen cum quisque isto modo fuerit verus germanusque Christianus, vtrũ etiã Iudæus aut Israelita dicens sit, merito quaritur. Quod quidem si non carne sed spiritu hoc esse intelligitur, non debet ipsum nomen sibi in consuetudine sermonis imponere, sed spiritali intelligentia retinere, ne propter ambiguitatẽ vocabuli quã non discernit quotidiana locturio, illud pñteri videatur quod est inimicum nomini Christiano. Hanc autem quæstionem, id est, vtrũ qui Christianus est, etiam Iudæus vel Israelita possit intelligi, idem beatus nobis aperit & dissoluit Apostolus, vbi dicit, Circuncisio quidem prodest, si legem custodias. Si autem præuicator legis sis, circuncisio tua præputium facta est. Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nõne præputium ei in circuncisionem reputabitur, & iudicabit quod ex natura est præputium legem perficiens, te qui per literam & circuncisionem præuicator legis es? Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ manifesta in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est & circuncisio cordis, quæ spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est. Cum igitur audiamus Apostolum Christi commendantem nobis Iudæum in abscondito, non in carnis circuncisione, sed cordis, & spiritu non litera: quis est ille nisi Christianus? Sic itaque sumus Iudæi, nõ carnaliter sed spiritaliter, quæ admodum sumus semen Abraham, non secundum carnem sicut illi qui de ipso nomine carnali superbia gloriantur, sed secundum spiritum fidei, quod non illi. Scimus enim nos fuisse promissos, quando ei dixit deus, Patrem multarum gentium posui te. Et quã multa de hac re dicat Apostolus, nouimus. Dicimus enim, inquit, quoniam deputata est Abraham fides ad iustitiam. Quomodo ergo deputata est? An cum in circuncisione esset, an cum esset in præputio? Non in circuncisione sed in præputio. Et signum accepit circuncisionis signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio, vt sit pater omnium credentium per præputium, vt deputetur & illis ad iustitiam, vt sit pater circuncisionis, non iis solum qui ex circuncisione sunt, sed & iis qui sequuntur vestigia fidei quæ est in præputio patris nostri Abraham. Et paulo post, Ideo inquit ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei tantum quod ex lege est, sed & ei quod ex fide est Abraham, qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est, Quia patrem multarum gentium posui te. Item ad Galatas, Abraham, inquit, credidit deo & deputatum est illi ad iustitiam. Intelligite ergo quoniam qui ex fide, hi sunt filij Abraham. Prouidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes deus, pronunciauit Abraham, quia benedicentur in te omnes gentes, ita vt qui ex fide sunt benedicantur cum fidei Abraham. Iam aliquanto post in eadem Epistola, Fratres, inquit,

Roma. 7.

Matth. 22.

L

Roma. 2.

Gene. 17.

M

Roma. 4.

Gene. 17.

Gal. 3.

A secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamentum nemo irritum facit aut superordinat. Abraham dicta sunt promissiones & semini eius. Non dicit, & feminibus, tanquam in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Christus. Item paulo post, Omnes enim vos, inquit, vnũ estis in Christo Iesu. Si autem vos estis Christi, ergo Abraham semẽ estis secundum promissionem hæredes. Secundũ istum ergo intellectum Apostolicum inueniuntur Iudæi, qui Christiani non sunt, cum ex carne Abraham originem ducant, non esse filij Abraham. Cum enim dicit: Intelligite ergo, quoniam qui ex fide, hi sunt filij Abraham: profecto significat eos qui ex fide non sunt, non esse filios Abraham: Ac per hoc nisi Iudæis eo modo sit pater Abraham quomodo est nobis, quid eis prodest, quod de carne eius exorti sunt, & nomẽ sine virtute tenent? Cum autem ad Christum transeunt & incipiunt esse ex fide filij Abraham, tunc erunt Iudæi, non in manifesto, sed in abscondito, circuncisione cordis, spiritu non litera, quorum laus non sit ex hominibus, sed ex deo. Ab hac autem fide alienati, in ramis fractis deputantur ex illa olea, in cuius radicem idem dicit Apostolus inferi oleastrũ, id est, gentes, quod vtique nõ sit per carnem, sed per fidem: neque per legẽ, sed per gratiam: nec per literam, sed per spiritũ: neque carnis circuncisione, sed cordis: nec in manifesto, sed in abscondito: nec laude ex hominibus, sed ex deo, vt sit vnusquisque Christianus sicut non carnalis, sed spiritalis Abraham filius: ita non carnalis, sed spiritalis Iudæus: nec carnalis sed spiritalis Israelita. Nam & de isto nomine sic Apostolus loquitur: Non enim omnes qui ex Israel hi sunt Israel, neque qui sunt semen Abraham, omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen: hoc est, nõ ij qui filij carnis hi filij dei, sed filij promissionis deputantur in semen. Nõne mirabilia magna sunt ista profundumque mysterium, vt multi ex Israel non nati, sint Israel: & multi non sint filij, cum sint semẽ Abraham? Quomodo enim nõ sunt, quomodo sunt, nisi quia non sunt filij promissionis ad Christi gratiam pertinentes, sed filij carnis nomẽ inane gestãtes: ac per hoc nec illi sunt Israel sicut sumus nos, nec nos sumus Israel sicut sunt illi. Nos enim sumus secundum spirituale regenerationem, illi secundum carnalem generationem. Intuendũ est quippe ac discernendũ, alium esse Israel, qui propter carnem nomen accepit, aliũ vero, qui propter spiritũ rem, quæ illo nomine significatur obtinuit. Nunquid enim ex Agar ancilla Sara nati sunt Israelitæ? Nõne Hismãel ex illa natus est, & nõ Israelitarum sed Hismãelitarũ Igentem suo semine propagaui: De Sara namque venit Israel per Isaac, qui ex promissione natus est Abraham. Tamen cum secundũ propaginem carnis se ita res habeat, venit ad intellectu spiritalẽ, & inueniuntur ad Saram non pertinere carnales Israelite, qui ex illa carnis originem ducunt, & pertinere ad eam potius Christiani, qui non secundũ Hismãel filij sunt carnis, sed secundũ Isaac filij sunt promissionis, non ad ipsius Isaac carnale semen, sed ad spirituale mysteriũ pertinentes. Ita quippe ad Galatas Apostolus loquitur: Dicite mihi sub lege esse volentes, legẽ non audistis? Scriptũ est enim, quod Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnũ de libera. Sed ille quidem qui de ancilla, secundũ carnem natus est: qui autẽ de libera, per repromissionem, quæ sunt in allegoria. Hæc enim sunt duo testamenta. Vnũ quidem a monte Sina in seruitutem generã, quod est Agar. Sina enim

Veritate

Rom. 9.

Gal. 4.

Galat. 4.

Tomus secundus.

mons est in Arabia, qui coniunctus est huic, quæ nunc est Hierusalem, & seruit cum filiis suis. Quæ autẽ sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. Scriptum est enim, Latere sterilis quæ non parit, erũpe & exclama quæ non parturis, quia multi filij deserunt magis quã eius quæ habet virum. Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed sicut tunc qui secundum carnem natus fuerat, persequabatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura: Et ecce ancillam & filium eius. Nõ enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Nos autem fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit. Ecce secundum istam spiritalẽ atque Apostolicam intelligentiam nos potius pertinemus ad liberam Saram, qui ex illa nullam carnis propaginẽ trahimus. Iudæi autem qui ex illa carnis propaginẽ trahunt, ad Agar potius ancillam pertinere monstrantur, de qua carnis propagationem non trahunt. In nepotibus etiam Abraham & Sara, id est, filiis Isaac & Rebecca, illis geminis Esau & Iacob, qui postea vocatus est Israel, hoc ipsum magnũ & profundum mysterium reperitur. De quo idem Apostolus loquens, cum per Isaac promissionis filios commemorasset ad Christi gratiam pertinentes. Nõ solum autem illa, inquit, sed & Rebecca ex vno coçubitu habens Isaac patris nostri. Nõdũ enim natis, nec qui egerint aliquid boni aut mali, vt secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Hæc certe doctrina Apostolica atque Catholica satis euidenter indicat nobis, secundum originem carnis ad Saram Iudæos, id est, Israelitas, ad Agar vero Hismãelitas pertinere. Secundũ autem mysterium spiritus ad Saram Christianos, ad Agar Iudæos. Item secundum originem carnis ad Esau, qui dictus est etiã Edom, gentem Idumeorũ, ad Iacob autem qui dictus est etiam Israel, gentem Iudæorum. Porro secundũ mysterium spiritus, ad Esau Iudæos, ad Israel pertinere Christianos. Ita quippe impletur quod scriptum est: Maior seruiet minori: id est, prior natus populus Iudæorũ, posteriori nato populo Christianorum. Ecce quemadmodum sumus Israel adoptione diuinã, non humana cognitione gloriantes, nec in manifesto, sed in occulto, nec litera sed spiritu, nec carnis, sed cordis circuncisione Iudæi. Quæ cum ita se habeant, non tamen debemus consuetudinem sermonis humani inepta loquacitate confundere, & in rebus discernendis frequentata vocabula perturbata significatione miscere, vt eos qui Christiani sunt, & appellatione vtitissima Christiani vocantur, inusitato vocabulo aliquis affectet appellare Iudæos: vel cum sit ipse voceturque Christianus, Israelita potius nomine delectetur, & quod in mysterio debet semper intelligere, parcius autem ore proferre, hoc in quotidiana loquendi consuetudine magis eligat frequentare inepta insolentia, & si dici potest imperita scientia. Nunquid enim Apostoli, per quos ea didicimus ista nesciebant, quomodo non potius sumus semen Abraham secundum Isaac promissionis hæredes, & Iudæi spiritu non litera, cordis circuncisione non carnis, & non secundum carnem Israel, sed Israel dei? Sciebãt vtique ista multo sapientius certiusque quã nos, & tamẽ in loquendi cõsuetudine Iudæos & Israelitas eos appellabant, qui secundum carnem de Abraham stirpe tunc existebant. Nanque ait Apostolus, Iudæi

Esa. 54.

E

Rom. 9.

Malach. 1.

P

1. Cor. 2.

y signa

G signa petunt, & Græci sapientiam querunt: Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidē scandalum, gentibus autem stultitiam. Ipsi autem vocatis Iudæis & Græcis, Christum dei virtutem & dei sapientiam. Quod dixit Græcos, hos etiam gentium nomine significauit, eo quod hæc lingua maxime excellit in gentibus. Iudæos tamen ipsos vocauit, quos omnes hoc nomine appellauit. Nam si Christiani ipsi sunt Iudæi, Christianis est ergo scādalum Christus crucifixus, de quo dictum est, Iudæis quidem scandalum. Quis hoc nisi insanissimus sentiat? Item dicit: Sine offensione estote Iudæis & Græcis & Ecclesiæ dei. Quomodo ista distingueret, si & Ecclesiam dei in quotidiana loquendi consuetudine Iudæos appellare deberet? Item ait: Quos & vocauit non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus. Quomodo vocauit ex Iudæis si potius ex non Iudæis vocauit vt essent Iudæi? Item de Israëlitis, Quid ergo dicemus, inquit? Quia gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitia autē quæ ex fide est: Israël autem persequens legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia nõ ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis. Item ad Israël autem quid dicit? Tota die extendi manus meas ad populum non credentem & contradicentem. Et secutus adiungit, Dico ergo: Nunquid repulit deus plebem suam? Absit. Nam & ego Israëlita sum ex femine Abrahamæ de tribu Benjamin. Nõ repulit deus plebem suam quam præsciuit. Quomodo hic appellauit Apostolus Israël non credentem & contradicentem, si Christiani sunt Israël: vel quomodo se appellauit Israëlita? Nunquid ex eo quod Christianus factus erat? Non vtique, sed ex eo quod secundum carnem fuerat ex femine Abraham, de tribu Benjamin, quod non sumus nos secundum carnem, quamuis secundum fidem sumus semen Abrahamæ, ac per hoc & Israël. Sed aliud est quod agnoscit altioris intelligentiæ sacramenti, aliud quod exposcit quotidiana consuetudo vocabuli. Denique Aptius iste nescio quis de quo scripsisti quod doceat Iudaizare Christianos, eo modo si sicut insinuauit sanctitas tua, Iudæum & Israëlitam vocat, vt ab eis prohibeat, à quibus pro temporis illius congruentia lex per sanctum famulum dei Moysen data prohibebat, & cæteras illius temporis obseruationes iam nunc apud Christianos abolitas remotasque; persuadeat, quas umbras futurorum appellat Apostolus, vt & prophetia in illis intelligatur, & eorum obseruatio iam euacuata monstretur: vnde apparet quare se iste Aptius velit Israëlitam Iudæumque vocitari, non spiritaliter sed omnino carnaliter. Nos autem nec illis obseruationibus quæ nouo testamento reuelato euacuatæ sunt, tenemur obstricti, & præcepta legis huic etiam temporari necessaria, qualia sunt, Non adulterabis, non homicidium facies, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, quod in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximum tanquam teipsum, non viribus humanis, quasi nostram constituentes iustitiam, sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, in ea iustitia quæ nobis ab illo est obseruanda esse didicimus, docemus. Nec tamen ideo nos negamus semen Abrahamæ, quibus dicit Apostolus: Vos ergo Abrahamæ semen estis, aut Iudæos in abscondito, de quibus idem dicit: Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto Iudæus est, & circumcisio cordis, quæ est spiritu nõ litera, cuius laus nõ ex hominibus, sed ex deo est, aut Is

1. Cor. 10.

Rom. 9.

Rom. 10.

Rom. 11.

1. Pet. 2.

Exod. 20.
Leuit. 19.

Gala. 3.

Rom. 2.

raëlitas spirituales, ad eum scilicet pertinentes, cui minori prædictum est seruiturum esse maiorem. Sed hæc vocabula nobis non indeceter imponimus, eaque mysteriorum intelligentia continemus, non verborum insolentia ventilamus.

Nectarius Augustinum rogat, ut intercedat pro suis ciuibus.
Epistola. C C I.

DOMINO insigni & merito suscipiendo fratri Augustino Episcopo, Nectarius. Quanta sit charitas patriæ, quoniam nostri præter eo. Sola est enim quæ parentum iure vincat affectum. Cui si vllus esset consulendi modus aut finis bonis, digne iam ab eius muneribus meruimus excusari. Sed quoniam crescit in dies singulos dilectio & gratia ciuitatis, quantumque etas fini proxima est, tantum incolumē ac florentem relinquere patriam cupimus, idcirco gaudeo primum quod apud instructum disciplinis omnibus virum mihi hic est sermo institutus. In Calamensi colonia multa sunt quæ merito diligamus, vel quod in ea geniti sumus, vel quod eidem magna contulisse videmur officia. Hæc ergo domine præstantissime & merito suscipiende, nõ leui populi sui errato prolapsa est. Quod quidē si iuris publici rigore metiamur, debet plecti seueriori censura. Sed Episcopum fas non est nisi salutem hominibus impertire, & pro statu meliore causis adesse, & apud omnipotentem deum veniam aliorum mereri delictis. Quamobrem quanta possum supplicatione deprecor, vt si defendenda res est, innoxius defendatur, ab innocentibus molestia separetur. Præsta hoc quod secundum naturam tuam peruides postulari: de damnis facilis potest haberi taxatio, tantum supplicia deprecamur. Acceptor deo viuas domine insignis & merito suscipiende frater.

In ciuitate quadam idololatra, contra recens Cæsaris edictum, per occasionem sacrorum suorum impetum fecerant in Christianos: trucidatis aliquot, ac spoliatis multis: quum ob tam immane facinus formidarent Cæsaris iram, Nectarius rogat Augustinum, ut intercedat, ne innocentes cum nocentibus plecterentur. Augustinus respondet, illic alios nocentiores, alios minus nocentes, alios nocentissimos inueniri posse, innocentem neminem. Promittit tamen, ut respicientibus parcat, et cum nocentibus etiam agatur mitius, sed hæc tamen, ne ceteri impunito exemplo ad audenda similia prouocentur.

Epistola. C C I I.

DOMINO eximio meritoque honorabili fratri Nectario Augustinus. Iam senio frigidis membris, seruire animum tuum patriæ charitate nec miror sed laudo, teque non tantum non tenere memoriter, verumetiam vita ac moribus demonstrare, quod nullus sit patriæ consulendi modus aut finis bonis, non inuitus immo etiam libens accipio. Vnde supernæ cuiusdam patriæ, in cuius sancto amore pro nostro modulo inter eos quibus ad illam capeffendam consulimus, periclitamur atque laboramus, talem etiam teipsum ciuem habere vellemus: vt eius portuicula in hac terra peregrinanti, nullum consulendi modum finemque censeris, tanto effectus melior, quanto meliori ciuitati officia debita prærogares, in eius æterna pace nullum gaudendi finem inuenturus, cuius ad tempus laboribus nullum tibi finem statueris consulendi. Verum hoc donec fiat, neque enim desperandum est illam te patriam posse acquirere, vel iam acquirendam prudentissime cogitare, ad quam te pater etiam qui in ista genuit antecessit. Hoc donec

A donec fiat, da nobis veniam si propter patriam nostram quam cupimus nunquam relinquere, contristamus patriam tuam quam cupis florentem relinquere: de cuius quidem floribus, si cum tua prudentia disputemus, non est verendum ne tibi difficile persuadeatur, aut vero etiam non facile occurrat quæ admodum florere ciuitas debeat. Commemorauit Poëta ille vestrarum clarissimus literarum quosdam flores Italiæ: sed nos in vestra patria non tam experti sumus quibus floruit terra illa viris, quam quibus arserit armis. Immo vero non armis sed flammis, nec arserit, sed incenderit. Quod tantum scelus si fuerit impunitum, nulla digna correctione prauorum florentem te patriam putas relicturum. O flores non planè fructuum, sed spinarum. Compara nunc, vtum malis florere patriam tuam pietate an impietate, correctis moribus an securis ausibus: Cõpara ista & vide, vtum in patriæ tuæ amore nos vincas, vtum eam magis veriusque cupias florere quam nos. Intuere paululum ipsos de republica libros, vnde illum affectum amantissimi cuius ebibisti, quod nullus sit patriæ consulendi modus aut finis bonis. Intuere, obsecro te, & cerne quantis ibi laudibus frugalitas & continentia prædicetur, & erga coniugale vinculum fides, certique honesti ac probi mores, quibus cum præpollet ciuitas, vere florere dicenda est. Hi autem mores in Ecclesiis toto orbe crescentibus, tanquam in sanctis auditoriis pulorum docentur atque discuntur, & maxime pietas, qua verus & verax colatur deus: qui hæc omnia, quibus animus humanus diuine societati ad inhabitandam æternam celestemque ciuitatem instruitur & aptatur, nõ solum iubet aggredienda, verumetiam donat implenda. Inde est quod deorum multorum falsorumque simulachra, & prædixit euersum iri, & præcepit euergi. Nihil enim homines tam insociabiles reddit vitæ peruersitate, quam illorum deorum imitatio, quales describuntur & commendantur literis eorum. Denique illi doctissimi viri qui rempublicam ciuitatemque terrenam qualis eis esse debere videbatur, magis domesticis disputationibus requirebant vel etiam describebant, quam publicis actionibus instituebant atque formabant, egregios atque laudabiles, quos putabat homines potius, quam deos suos imitandos proponebant erudiendæ indoli iuuentutis. Et reuera Terentianus ille adolescens, qui spectans tabulam pictam in pariete, vbi pictura inerat de adulterio regis deorum, libidinem qua rapiebatur stimulis etiam tantæ authoritatis accendit, nullo modo in illud flagitium vel concupiscendo laberetur, vel perpetrando immergeretur, si Catonem maluisset imitari quam Iouem. Sed quo pacto id faceret cum in templis adorare cogeretur Iouem potius quam Catonem? Verum hæc ex Comædia quibus impiorum luxus & sacrilega superstitio conuinceretur proferre forsitan non debemus. Lege vel recole in eisdem libris quam prudenter differatur, nullo modo potuisse scriptiones & actiones recipi Comædiarum, nisi mores recipientium consonarent: ita clarissimorum virorum in republica excellentium, & de republica disputantium authoritate firmatur, nequissimos homines fieri deorum imitatione peiores, nõ sanè verorum sed falsorum atque fictorum. At enim illa omnia quæ antiquitus de vita deorum moribusque conscripta sunt, longe aliter sunt intelligenda atque interpretanda sapientibus. Ita vero in templis populis congregatis, recitari huiusmodi salubres interpretationes heri & nudius tertius audiuimus. Quæso te, sicce cæcum est humanum genus

De diuinatione demum. ca. 9.

M

Tomus secundus.

adueffus veritatem, vt tam aperta & manifesta non sentiat? Tot locis pingitur, funditur, tunditur, sculpitur, scribitur, legitur, agitur, cantatur, saltatur luppiter, adulteria tanta committens, quantum erat, vt suo saltem Capitolio ista prohibens legeretur? Hæc mala dedecoris impietatisque plenissima, si nemine prohibente in populis ferueant, adorentur in templis, rideantur in theatris, cum his victimas immolant vastetur pecus etiam pauperum, cum hæc histriones agunt & saltant, effundantur patrimonia diuitum, ciuitates florere dicuntur. Horum planè florum non terra fertilis, nõ aliqua opulens virtus, sed illa dea Flora digna mater inuenta est, cuius ludi scenici tam effusore & licentiore turpitudine celebrantur, vt quis intelligat quale dæmonium sit quod placari aliter nõ potest, nisi illic non aues, non quadrupes, non denique sanguis humanus, sed multo scelestius pudor humanus tanquam immolatus intereat. Hæc dixi propter quod scripsisti, Quantum tibi etas fini proxima est, cupere te vt patriam tuam incolumem ac florentem relinuas. Tollantur iam ista omnia vana & insana, conuertantur homines ad verum dei cultum morisque castos & pios, tunc patriam tuam florentem videbis, non opinione stultorum, sed veritate sapientum, cum hæc patriæ carnalis generationis tuæ, portio fuerit illius patriæ, cui non corpore sed fide nascimur, vbi omnes sancti & fideles dei post labores, velut hyemales vitæ huius, interminata æternitate florebunt. Nobis itaque cordi est, neque Christianam amittere mansuetudinem, neque perniciosum cæteris imitationis exemplum in illa ciuitate relinquere. Quomodo id agamus, aduertit deus, si eis nõ ita grauiter indignetur. Alioquin & mansuetudo, quam seruare cupimus, & disciplina qua vt moderate nitimur impediri potest, si deo aliud in occulto placet, siue iudicanti hoc tantum malum flagello acrisse plectendum, siue etiam vehementius irascenti, si non correctis nec ad se conuersis ad tempus esse voluerit impunitum. Præscribit nobis quodammodo prudentia tua de persona episcopali, & dicit patriam tuam nõ leui populi sui errato prolapsam. Quod quidem si iuris publici rigore metiamur, debet plecti seueriori censura. Sed Episcopum, inquis, fas nõ est, nisi salutem hominibus impertire, & pro statu meliore causis adesse, & apud omnipotentem deum veniam aliorum mereri delictis. Hæc omnino seruare conamur, vt seueriore censure nemo plectatur, neque a nobis, neque ab alio vlllo intercedentibus nobis salutem hominibus cupimus impertire, quæ posita est in recte viuendi felicitate, non in male faciendi securitate. Veniam quoque non tantum nostris, verum & aliorum instamus delictis mereri, quod impetrare nisi pro correctis omnino nõ possumus. Adiungis etiam & dicitis: Quanta possum supplicatione deprecor, vt si defendenda res est, innoxius defendatur, ab innocentibus molestia separetur. Accipe breuiter quæ commissa sunt, & noxios ab innocentibus ipse discerne. Contra recentissimas leges, Calendis Iunius sextos Paganorum sacrilega festo, lenitas agitata est, nemine prohibente, tam insolenti ausu, vt quod nec Iuliani temporibus factum est, petulantissima turba saltatium in eodem prorsus vico ante fores transiret Ecclesia. Quam rem illicitissimam atque indignissimam clericis prohibere tentantibus, Ecclesia lapidata est. Deinde post dies ferme octo, cum leges notissimas Episcopus ordini replicasset, & dum ea quæ iusta sunt, velut implere disponunt,

Flora.

E

H

† festo,

y ij iterum

G iterum Ecclesia lapidata est. Postridie nostris ad imponendum perditis metum, quod videbatur apud acta dicere volentibus publica iura negata sunt. Eodemque ipso die, ne vel diuinitus terrent, grando lapidationibus reddita est: qua transacta, continuo tertiam lapidationem, & postremo ignes Ecclesiasticis testis atque hominibus intulerunt, vnum seruorum dei qui oberans occurrere potuit occiderunt, ceteris partim vbi potuerant latitantibus, partim quod potuerant fugientibus, cum interea contrusus atque coarctatus quodam loco se occultaret Episcopus, vbi se ad mortem querentium voces audiebat sibi: increpantium, quod eo non inuento gratis tantum perpetrasset scelus, Gesta sunt hæc ab hora ferme decima vsque ad noctis partem non minimam. Nemo compescere, nemo subuenire tentauit illorum quorsum esse gratis posset autoritas, præter vnum peregrinū, per quem & plurimi serui dei de manibus interficere conantium liberati sunt, & multa extorta prædantibus: per quem clarum factū est, quam facile illa vel omnino non fierent vel coepta desisteret, si ciues maximeque primates ea fieri persequi; vetuissent.

H Proinde in vniuersa illa ciuitate non innocentes à nocentibus, sed minus nocentes à nocentioribus poteris fortasse discernere. Nam in paruo peccato illi sunt, qui metu deterriti, maximeque ne offenderent eos, quos in illo oppido plurimum posse & inimicos Ecclesie noverant, opem ferre non ausi sunt. Scelerati autem omnes, quibus etiam non facientibus, neque immittentibus, tamen volentibus ista commissa sunt, sceleratiores qui commiserunt, sceleratissimi qui immiserunt. Sed de immisione suspicionem putemus esse non veritatem: nec ea discutiamus quæ nisi tormentis eorum per quos inquiruntur inueniri omnino non possunt. Demum etiam veniam timori eorum qui potius deum pro Episcopo & seruis eius deprecandum, quam potentes inimicos Ecclesie offendendos esse prætauerunt. Quid eos qui restant, nullane censet disciplina coercendos, & proponendum existimas impunitum tam immanis furoris exemplum? Non præterita vèdicando pascere iram nostram studemus, sed misericorditer in futurum consulendo satagimus. Habet homines mali, vbi & per Christianos non solum mansuete, verum etiam vtiliter salubriterque plectantur. Habent enim quod corpore incolumi viuunt, habent vnde viuunt, habent vnde male viuunt. Duo prima salua sint, vt quos poeniteat sint, hoc optamus, hoc quantum in nobis est etiam impensa opera instamus. Tertium vero si deus voluerit tantquam putre noxiumque reseccari, valde misericorditer puniet. Si autem vel amplius voluerit, vel ne hoc quidem permiserit, altioris & profecto iustioris consilij ratio penes ipsum est, à nobis curam officiumque oportet impendi, quousque videre conceditur, deprecantibus eum, vt animū nostrum approbet, quo cunctis volumus esse consultum, nihilque fieri sinat, per nos quod & nobis & Ecclesie suæ non expedire longe melius nouit ipse quam nos. Modo cum apud Calamā essemus, vt nostri in tam graui dolore, vel consolarentur afflicti, vel sedarentur accensi, quantum potuimus quod in tempore oportuisse existimauimus, cum Christianis egimus. Deinde etiam ipsos Paganos mali tanti caput & causam petentes, vt ab eis videremur admisisimus, vt hac occasione admoneremus eos, quid facere deberent si scirent, non tantum pro remouenda præsentis solitudine, verum etiam pro inquirenda salute perpetua: multa à nobis audierunt, multum etiam ipsi rogauerunt, sed absit vt tales serui simus, quos ab eis rogari delectet, à quibus noster dominus non rogatur. Vnde peruides pro viuacitate mentis tuæ, ad hoc esse nitendum seruata mansuetudine & moderatione Christiana, vt aut ceteros deterreamus eorum imitari peruersitatem, aut ceteros optemus eorum imitari correctione. Damna quæ illata sunt, vel tolerantur à Christianis, vel refarciuntur per Christianos. Animarū vero lucra quibus acquirendis cum periculo etiam sanguinis inhiamus, & in loco illo quæstuosius prouenire, & aliis locis illo exemplo non impediri desyderamus. Dei misericordia nobis præstet de tua salute gaudere.

Augustinus presbyter Maximino Episcopo Donatistæ, qui diaconum orthodoxum baptizasse dicebatur, ut aut factetur factum, aut profiteatur se orthodoxum, inuitans illum vel ad colloquium, vel ad rescribendum, ut concordia Ecclesie fariatur.

Epistola. CCIII.

DOMINO dilectissimo & honorabili fratri Maximino, Augustinus presbyter Ecclesie catholice in domino salutem. Priusquam ad rem veniam, de qua tuæ beneuolentiæ scribere volui, tituli huius epistolæ, ne vel te vel alium quēpiam moueat, rationem breuiter reddam. Domino scripsi, quia scriptum est: Vos in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per charitatem seruite inuicem. Cum ergo vel hoc ipso officio literarum per charitatem tibi seruiam, non absurde te dominum voco propter vnum & verum dominum nostrum, qui nobis ista præcepit. Dilectissimo autem quod scripsi, nouit deus quod non solum te diligam, sed ita diligam vt meipsum: quandoquidem bene mihi sum conscius, bona me tibi optare quæ mihi. Honorabili vero quod addidi, non ad hoc addidi vt honorarem Episcopatum tuum, mihi enim Episcopus non es, neque hoc cum contumelia dictum acceperis, sed ex animo, quo in ore nostro debet esse, est est, non non. Neque enim ignoras, aut quiquam hominum qui nos nouit ignorat, neque te esse Episcopum meum, neque me presbyterum tuum. Honorabilem igitur ex ea regula te libenter appello qua noui te esse hominem, & noui hominem ad imaginem dei & similitudinem factum, & in honore positum ipso ordine & iure naturæ, si tamen intelligendo quæ intelligenda sunt seruet honorem suum. Nam ita scriptum est: Homo in honore positus non intellexit, comparatus est iumentis insensatis, & similis factus est illis. Cur ergo te honorabilem in quantum homo es non appellem, cum præsertim de tua salute, atque correctione quandiu in hac vita es desperare non audeam? Fratrem vero vt vocem, non te latet præceptum nobis esse diuinitus, vt etiam eis qui negant se fratres nostros esse dicamus: Fratres nostri estis: & hoc vehementer valeat ad causam propter quæ scribere volui fraternitati tuæ. Iam enim reddita ratione, cur epistolæ talem ianuam fecerim, audi placidissime quæ sequuntur: Ego cum in ista regione consuetudinem hominum lugendam atque plangendam, qui cum Christiano nomine gloriantur, Christianos rebaptizare non dubitant, quibus verbis poteram detestari, non desuerunt laudatores tui, qui mihi dicerent te ista non facere. Fateor primo non credidi. Deinde cōsiderans posse fieri, vt animam humanam de futura vita cogitantem dei timor inuaderet, vt se ab scelere apertissimo temperaret, gratulatus credidi quod tali proposito ab Ecclesia catholica nolueris

A nolueris esse nimis alienus. Quærebam sanè occasionem loquendi tecum, vt si fieri posset ea quæ parua remanserant, inter nos dissensio tolleretur. Cum ecce ante paucos dies diaconum nostrum Mutugennensem te rebaptizasse nunciatum est. Dolui vehementer, & illius miserabilem lapsum, & tuum frater inopinatum scelus. Noui enim quæ sit Ecclesia catholica. Gentes sunt hæreditas Christi, & possessio Christi termini terræ. Noctis & vos, aut si non noctis, aduertite, facillime à volentibus sciri potest. Rebaptizare igitur hæreticum hominem, qui hæc sanctitatis signa preceperit, quæ Christiana tradidit disciplina, omnino peccatum est. Rebaptizare autem catholicum, immanissimum scelus est. Tamen non adeo credens, quia de te mihi bene persuasum tenebam. Mutugennam ipse perrexi: & eum quidem miserum videre non potui: à parentibus vero eius audiui quod vester iam etiam diaconus factus sit. Et tamen tam bene adhuc de tuo corde sentio, vt eum rebaptizatum esse non credam. Quare te frater dilectissime per diuinitatem & humanitatem domini nostri Iesu Christi obsecro, vt rescribere mihi digneris quid gestum sit. Et sic rescribere, vt noueris me in Ecclesia fratribus nostris epistolam tuam velle recitare. Quod ideo scripsi, ne cum id postea facerem, quod me non sperares esse facturum, offenderem charitatem tuam, & iustam de me apud communes amicos querelam deponeres. Quid ergo te impediatur ad rescribendum non video. Si enim rebaptizas, nihil est quod homines de tuo collegio formides, cum id te rescripseris facere, quod te illi facere etiam si nolles iuberet. Cum autem id quantis poteris documentis faciendum esse defenderis, non solum non succensebunt, sed etiam prædicabunt. Si autem non rebaptizas, arripe libertatem Christianam frater Maximine, Arripe quæso te: non cuiusquam hominis in contemplantione Christi, aut reprehensionem verearis, aut exhorreas potestatem. Transit honor huius seculi, transit ambitio. In futuro Christi iudicio, nec absida gradata, nec cathedra velata, nec sanctimonialium occurantium atque cantantium greges adhibebuntur ad defensionem, vbi cœperit accusare conscientia, & conscientiarum arbiter iudicare. Quæ hic honorant ibi onerant, quæ hic releuant ibi grauant. Ista quæ pro tempore propter Ecclesie vtilitatem honori nostro exhibentur, defendentur forte bona conscientia, defendere autem non poterunt malam. Quod ergo tam pio & tam religioso animo facis, si tamen facis, vt Ecclesie catholice baptismum non iteres, sed approbes potius, tãquam vnus verissimus matris, quæ omnibus gentibus, & regenerandis sinum pandit, & regeneratis vbera infundit, tãquam vnus possessionis Christi, sese vsque ad terræ terminos porrigentis, si hoc vere facis, cur non erumpis in exultantem & liberam vocem? Cur lucernæ tuæ tam vtilem splendorem premis sub modio? Cur non discissis atque abiectis veteribus pellibus timida seruitutis, Christiana potius indutus fiducia existis & dicis: Ego vnum baptismum noui, patris & filij & spiritus sancti nomine consecratum atque signatum? Hanc formam vbi inuenio necesse est, vt approbem: non destruo quod dominicum agnosco, non exufflo vexillum regis mei. Vestem Christi & qui diuiserunt non violauerunt, & illi adhuc Christum non resurrecturum crediderant, sed morientem videbant. Si à persecutoribus vestis non conscissa est pendentes in cruce, cur à Christianis destruitur sacramentum seden-

tis in celo? Si veteris populi temporibus Iudæus essem, quando alius esse melius non possem, accepissem utique circuncisionem. Quod signaculum iustitiæ fidei tantum illo tempore valuit, antequam domini euacueretur aduentu, vt infantem filium Moyse angelus præfocasset, nisi mater arrepto calculo circuncidisset puerum, & hoc sacramento etiam Iordanem fluvium ipse dominus quantum euacuauerit crucifixus, tamen natus accepit. Non enim singulari illa damnata sunt, sed succedentibus opportunioribus decesserunt. Nam sicut circuncisionem abstulit domini primus aduentus, sic baptismum auferet secundus aduentus. Sicut enim nunc posteaquam venit libertas fidei, & remotum est seruitutis iugum, nullus Christianus circunciditur carne: sic tunc regnantibus iustis cum domino damnatisque impiis nemo rebaptizabitur: sed illud quod ista præfigurant, id est, circuncisio cordis, & mundatio conscientie manebit in æternum. Si ergo illo tempore Iudæus essem, & veniret ad me Samaritanus, vel lereque illo errore derelicto, quem etiam dominus improbauit dicēs: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: quoniam salus ex Iudæis est. Vellet ergo Samaritanus, quem Samaritani circunciderant fieri Iudæus, vacaret certe iteratiōis audacia, & id quod apud hæresim factum erat, quod preceperat deus, non repetere sed approbare cogeremur. Quod si in carne circuncisio hominis non inueniretur locum vbi circuncisionem repeterem, quia vnum est illud membrum: multo minus inuenitur locus in vno corde vbi baptismum Christi repetatur. Ideo qui duplicare baptismum vultis, necesse est omnino vt corda duplicia requiratis. Clama ergo recte te facere si non rebaptizas: & non solum sine trepidatione, sed etiam cum gaudio mihi inde rescribe. Nulla te tuorum consilia frater exterreant. Si enim hoc eis displicuerit, non sunt digni, qui te habeant. Si autem placuerit, credimus de misericordia domini, qui timētes sibi displicere, & conantes placere nunquam deserit, quod inter vos & nos cito pax erit, ne propter honores nostros, de qua sarcina periculosa ratio reddetur, miseræ plebes credentes in Christum habeant in domibus suis cōmunes cibos, & mensam Christi communem habere non possint. Nonne ingemiscimus quod vir & vxor vt fideliter cōiungant corpora sua, iurant sibi plerumque per Christum, & ipsius corpus Christi diuersa cōmunionem dilaniante? Hoc tantum scandalum, tantus diaboli triumphus, tanta perniciēs animarū, si per tuam modestiam & prudentiam & dilectionem, quam debemus ei qui pro nobis suum sanguinē fudit, ablata de medio in his regionibus fuerit, quis explicet verbis quæ tibi palmam præparet dominus, vt ad cætera membra sananda quæ per totam Africā tabefacta miserabiliter iacet, à te proficiatur tam imitabile medicinæ documentum? Quam vereor quoniam cor meum videre non potes, ne tibi cum insultatione potius quam cū dilectione loqui videar. Sed certe amplius quid faciā non inuenio, nisi vt inspiciendū sermonē meum tibi offeram, animum deo. Tollamus de medio inania obiecta, quæ à partibus imperitis iactari contra inuicē solent: nec tu obiectas tempora Macariana, nec ego fauitiā Circūcellionū. Si hoc ad te non pertinet, nec illud ad me. Area dominica nondum vtilata est, sine paleis esse non potest. Nos oremus, atque agamus quantum possumus vt frumentum simus.

G Ego rebaptizato diacono nostro silere non possum. Scio enim quam mihi silentium perniciosum sit. Non enim cogito in Ecclesiasticis honoribus tempora ventosa transigere, sed cogito me principi pastorum omnium, rationem de commissis omnibus redditurum. Si forte nolles vt hac tibi scriberem, oportet te frater ignoscere tibi mori meo. Multum enim timeo, ne me tacente & dissimulante, alij quoque rebaptizentur a vobis. Deceui ergo quantum vires & facultatem dominus praeberere dignatur, causam istam sic agere, vt pacificis collationibus nostris omnes, qui nobis communicant nouerint, ab haeresibus aut schismatibus quantum catholica distet Ecclesia, & quantum sit cauenda perniciosa vel zizaniorum vel praecursorum de vite domini sarmentorum. Quam collationem mecum si libenti animo susceperis, vt concordibus nobis amborum litterarum populis recitentur, ineffabili exultabo letitia. Si autem id aequo animo non accipis, quid faciam frater, nisi vt te quoque inuito Epistolas nostras populo catholico legam, quo esse possit instructior? Quod si rescribere dignatus non fueris, vel meas solas legere deceui, vt saltem diffidentia vestra cognita rebaptizari erubescant. Neque id agam, cum miles praesens est, ne quis vestrum arbitretur tumultuosus me agere voluisse, quam ratio pacis desiderat, sed post abscissum militis, vt omnes qui nos audiunt intelligant, non hoc esse propositi mei, vt inuiti homines ad cuiusquam communionem cogantur, sed vt quietissime quarentibus veritas innotescat. Cessabit a nostris partibus timor temporalium potestatum. Cesset etiam a vestris partibus terror congregatorum Circuncellionum. Re agamus, ratione agamus, diuinarum scripturarum auctoritatibus agamus, quieti atque tranquillitati quantum possumus petamus, quaramus, pulsemus, vt accipiamus & inueniamus, & aperiat nobis, ne forte fieri possit, vt adiuuante domino concordantes conatus & orationes nostras, tanta deformitas atque impietas Aphricanarum regionum de vestris terris incipiat aboleri. Si non credis post discessum militum me velle agere, post discessum militum tu rescribe. Si enim ego praesente milite litteras meas legere populo voluero, prolata Epistola mea demonstrabit me fidei violatorem. Quod misericordia domini auertat a moribus

H atque instituto meo, quod mihi per iugum suum inspirare dignatus est. Episcopus meus beneuolentiae tuae fortasse potius litteras misisset, si esset praesens, aut ego illo vel iubente vel permittente scripsissem. Sed illo absente cum diaconi rebaptizatio recens esse dicitur, frigiditate actionem ipsam dilatione non passus sum, de fraternae & vera morte acerbissimi doloris aculeis excipatus. Quem dolorem meum adiuuante misericordia & prouidentia domini, pacis fortasse compensatio lenitura est. Deus & dominus noster tibi metem pacatam inspirare dignetur, domine dilectissime frater.

Augustinus Donato presbytero Donatistae, qui cum citaretur ad concilium, conatus sit sibi vim inferre, suadet ut re sobrie perpensa respiciat, docens prauam voluntatem recte cogi ad meliora.

Epistola. CCIII.

DONATO presbytero partis Donati, Augustinus Episcopus Ecclesiae catholicae. Si posses videre dolorem cordis mei & sollicitudinem pro salute tua, fortassis misereris animam tuam placens deo in audiendo verbo, non nostro sed ipsius, nec eius scripturas sic in memoria tua figeres, vt contra eas cor clauderes. Displicet tibi quia traheris ad salutem,

cum tam multos nostros ad perniciem traxeris. Quid enim volumus nisi te comprehendi & praesentari & seruari ne percas: Quod autem in corpore laesus es, ipse tibi fecisti: Qui iumento tibi mox admoto vti nolisti, & te ad terram grauiter collisisti. Nam utique alius, qui adductus est tecum, collega tuus illaesus venit, qui talia sibi ipse non fecit. Sed neque hoc putas tibi fieri debuisse, quia neminem existimas cogendum esse ad bonum. Attende quid Apostolus dixerit: Qui Episcopatum desiderat, bonum opus concupiscit: Et tamen tam multi vt Episcopatum suscipiant tenentur inuiti, perducuntur, includuntur, custodiuntur, patiuntur tanta quae non sunt donec eis assit voluntas suscipiendi operis boni. Quanto magis vos ab errore pernicioso, in quo vobis inimici estis, trahendi estis, & perducendi ad veritatem vel cognoscendam vel eligendam, non solum vt honorem salubriter habeatis, sed etiam ne pessime pereatis: Dicis deum dedisse liberum arbitrium. Ideo non debere cogi hominem nec ad bonum. Quare ergo illi de quibus supra dixi coguntur ad bonum? Attende ergo quod consyderare non vis. Ideo voluntas bona misericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat nec damnari hominem, nisi merito malae voluntatis, nec liberari, nisi bonam habuerit voluntatem? Non tamen ideo qui diliguntur, malae suae voluntati impune & crudeliter permittendi sunt, sed vbi potestas datur, & a malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Nam si voluntas mala semper suae permittenda est libertati, quare Israelitae recusantes & murmurantes tam duris flagellis a malo prohibebantur, & ad terram promissionis compellebantur? Si voluntas mala suae permittenda est libertati, quare Paulus non est permittitur vt pessima voluntate, quae persequebatur Ecclesiam, sed prostratus est vt excicaretur, & excacatus est vt mutaretur, mutatus vt mitteretur, missus vt qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur? Si voluntas mala semper suae permittenda est libertati, quare monetur pater in scripturis sanctis, filium durum non solum verbis corripere, sed etiam latera eius tundere, vt ad bonam disciplinam coactus & domitus dirigatur? Vnde item dicit: Tu quidem percussisti eum virga, animam autem eius liberauit a morte. Si mala voluntas semper suae permittenda est libertati, quare corripuntur negligentes pastores, & dicitur eis: Errantem ouem non reuocastis, perditam non inquisistis: Et vos oues Christi estis, characterem dominicum portatis in sacramento quod accepistis, sed erratis & peritis. Non ideo vobis displiceamus, quia reuocamus errantes, & quaerimus perditos. Melius enim facimus voluntatem domini monentis, vt vos ad eius ouile redire cogamus, quam consentiamus voluntati ouium errantium, vt perire vos permittamus. Noli ergo iam dicere quod te assidue audio dicere: Sic volo errare, sic volo perire. Melius enim nos hoc omnino non permittimus quantum possumus. Modo quod te in puteum vt morereris misisti, utique libera voluntate fecisti. Sed quam crudeles essent serui dei, si huic malae tuae voluntati te permitterent, & non te de illa morte liberarent? Quis eos non merito culparet? quis non impios recte iudicaret? Et tamen tu te volens in aquam misisti vt morereris. Illi te nolentem de aqua leuauerunt ne morereris. Tu fecisti secundum voluntatem tuam, sed in perniciem tuam. Illi contra voluntatem tuam, sed propter salutem tuam. Si ergo salus ista corporalis sic custodienda est, vt etiam in nolentibus ab eis, qui eos diligunt seruet, quanto magis illa spiritalis

1. Timo. 3.

L

Eccle. 30.

Prouerb. 29.

M

1. de ciui. dei

cap. 17.

A talis, in cuius desertione mors aeterna metuitur? Quamquam in ista morte, quam tibi tui ipse inferre voluisti, non solum ad tempus, sed etiam in aeternum morereris, quia & si non ad salutem, non ad ecclesiae pacem, non ad Christi corporis unitatem, non ad sanctam & indiuiduam charitatem, sed ad mala aliqua cogeres, nec sic tibi ipse mortem inferre debuisti. Consyderas scripturas diuinas, & discute quantum potes, & vide vtrum hoc fecerit aliquis aliquando iustorum atque fidelium, cum ab eis tanta mala perpeffi sint, qui eos ad aeternum interitum non ad vitam aeternam quod tu compelleris adigebant. Audiui quod dixerit Apostolus Paulus significasse hoc fieri debere vbi ait: Et si tradidero corpus meum vt ardeam: quia videlicet omnia bona dicebat, quae sine charitate nihil profunt, sicut sunt linguae hominum & angelorum, & omnia sacramenta, & omnis scientia, & omnis prophetia, & omnis fides ita vt montes transferantur, & rerum suarum distributio pauperibus proficit. Ideo videtur tibi etiam inter bona numerasse, vt sibi quisque inferat mortem. Sed attende diligenter, & agnosce quemadmodum dicat scriptura, quod tradat quisque suum corpus vt ardeat. Non utique vt ipse se in ignem mittat, quando persequeum patitur inimicum: sed quando ei proponitur, vt aut mali aliquid faciat, aut mali aliquid patiat, eligat non facere mala, quam non pati mala. Atque ita corpus suum tradat in potestate intersectoris, sicut tres illi viri fecerunt, qui auream statuam cogebantur adorare, & nisi facerent minabatur eis ille qui cogebat, caminum ignis ardentem. Idolum adorare noluerunt, non ipsi se in ignem miserunt, & tamen etiam de illis scriptum est, quod tradiderunt corpora sua, vt neque seruirent neque adorarent vllum deum, sed deum suum. Ecce quomodo dixit Apostolus: Si tradidero corpus meum vt ardeam. Quod autem sequitur, vide: Si charitatem non habeam nihil mihi prodest: ad istam charitatem vocaris, ab ista charitate perire non sineris, & putas tibi aliquid prodesse, si te ipse praecipites in interitum, cum tibi nihil prodesset, etiam si alter te occideret charitatis inimicum? Foris autem ab ecclesia constitutus, & separatus a compage unitatis & vinculo charitatis, aeterno supplicio punieris, etiam si pro Christi nomine viuus incedereris. Hoc est enim quod ait Apostolus: Et si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Reuoca mihi animum ad sanam considerationem, & sobriam cogitationem: attende diligenter, vtrum ad errorem & impietatem voceris, & patere pro veritate qualibet molestias. Si autem tu potius in errore atque in impietate versaris, quod autem vocaris ibi est veritas & pietas, quia ibi est Christiana unitas & sancti spiritus charitas, quid adhuc tibi esse conaris inimicis? Ideo praestitit misericordia dei vt & nos & Episcopi vestri tam frequenti numeroso: conuentu Carthaginem veniremus, atque inter nos de ipsa dissensionis ordinatissime confereremus. Gesta conscripta sunt, nostrae etiam subscriptiones tenentur. Lege vel patere vt tibi legantur, & tunc elige quod volueris. Audiui quod dixeris posse te nobiscum de ipsis gestis aliquid agere, si omitteremus verba Episcoporum vestrorum vbi dixerunt, Nec causa causa, nec persona personae praedudicat. Haec verba vis omittere, vbi per eos nescientes veritas ipsa locuta est. Sed tu dicitur es hic eos errasse, & in falsam sententiam incautus eiecidiisse. Nos autem dicimus hoc eos verum dixisse, & hoc per te ipsorum facillime probamus. Si enim Episcopi vestri electi ab vniuersa par-

1. Cor. 13.

1. de ciui. dei ca. 18. & 19.

Daniel. 3.

1. Cor. 13.

C

Tomus secundus.

te Donati qui causam omnium sustinerent, & si quid egissent grati & acceptum caeteri haberent, tamen in eo quod illos temere, & non recte dixisse arbitraris, non vis vt tibi praedudicat. Verum ergo dixerunt, quia nec causa causa nec persona personae praedudicat. Et ibi debes agnoscere, quia etsi persona tot episcoporum tuorum in illis septem constitutorum non vis vt praedudicat personae Donati Mutigenensis presbyteri, quanto minus non debet praedudicare Caecilianum persona, etiam si mali aliquid in illo esset inuentum, vniuersae unitati Christi, quae non in vna villa Mutigena concluditur, sed totum terrarum orbem diffunditur: Sed ecce facimus quod voluisti, sic tecum agimus ac si non dixerint vestri, nec causa causa nec persona personae praedudicat. Tu inueni quid illic dicere debuerint cum eis obiecta esset causa & persona Primiani, qui danatores suos & damnauit cum caeteris, & danatos ac detestatos in suos rursus honores suscepit, & baptismum quem mortui dederant, quia de ipsis in illa praecleara sententia dictum erat, quod mortuorum funeribus plena sint littora, agnoscere potius & acceptare quam exufflare, & rescindere maluit totumque dissoluit. Quod male intelligentes dicere soletis: Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid ei prodest lauacrum eius? Si ergo non dicerent, nec causa causa, nec persona personae praedudicat, rei tenerentur in causa Primiani. Cum autem hoc dixerunt, immunitatem fecerunt ecclesiam catholicam, sicut nos asserimus, a causa Caecilianum. Sed caetera lege, & caetera discute. Vide vtrum in ipsum Caecilianum, de cuius persona praedudicare conabantur ecclesiae, aliquid mali probare potuerint. Vide vtrum non potius etiam pro illa multa egerint, & pluribus lectionibus, quas contra se protulerunt & recitauerunt, causam eius bonam omnino firmauerint. Lege ista vel legantur tibi. Consyderas omnia, retracta diligenter & elige quid sequaris: vtrum nobiscum in Christi pace, in ecclesiae catholicae unitate, in fraterna charitate gaudere: an pro nefaria dissensione, pro Donati parte, pro sacrilega diuisione importunitatem nostrae circa te dilectionis diutius sustinere. Atredis enim & saepe repetis sicut audio quod in Euangelio scriptum est, recessisse a domino septuaginta discipulos, & arbitrio suae male atque impie dissensionis fuisse permittos, caeterisque duodecim qui remanserant fuisse responsum: Nunquid & vos vultis ire? Et non attendis, quia tunc primum ecclesia nouello germine pullulabat, nondumque in ea fuerat completa illa propheta: Et adorabunt enim omnes reges terrae, omnes gentes seruient illi. Quod vtiue quanto magis impletur, tanto maiore vtiue ecclesia potestate, vt non solum inuitet, sed etiam cogat ad bonum. Hoc tunc dominus significare volebat, qui quantum haberet magnam potestatem, prius tamen elegit commendare humilitatem. Hoc & in illa conuuij similitudine satis euidenter ostendit, vbi misit ad inuitatos, & venire noluerunt, & ait seruo: Exi in plateas & vias ciuitatis, & pauperes & debiles & caecos & claudos introduc huc. Et ait seruo domino: Factum est vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in vias & sepes & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Vide nunc quemadmodum de his qui prius venerunt dictum est: Introduc eos: non dictum est, compelle. Ita significata sunt ecclesiae primordia adhuc crescentis, vt essent vires etiam compellendi. Proinde quia oportebat eius iam viribus & magnitudine roborata etiam compelli homines ad conuuium

Eccle. 34. Et

23. q. 4. diff. plicet.

F Ioan. 6.

Psal. 71.

1. q. 8. d. 1. § 19.

Luc. 14.

y iij salutis

G salutis aeternae, postea quam dictum est: Factum est quod iussisti, & adhuc est locus: Exi, inquit, in vias & sepes, & compelle intrare. Quapropter si ambularetis quieti extra hoc conuiuium sanctae vnitatis ecclesiae, tanquam in viis vos inueniremus. Nunc vero quia per multa mala & saeva quae in nostros committitis, tanquam spinis & asperitate pleni estis, vos tanquam in sepibus inuenimus, & intrare compellimus. Qui compellitur, quod non vult cogitur. Sed cum intrauerit, iam volens pascitur. Cohibe itaque tam iniquum & impacatum animum, vt in vera ecclesia Christi inuenias salutarem conuiuium.

IACOBVS HAEMER STVT-
GARTANVS, LECTORI.

CVM opus hoc Epistolarum emacularem deprehendimus Epistolam quae numero CXLII fuerat, ab Erasmo Roterodamo suo loco & libro motam: Eam siue epistolam siue librum. Nam sic Augustinus eam nominat, sub finem reposuimus, cum vt omnium stomacho satisfacere, tum quia D. Augustinus in epistola ad Iulianam Demetriadis virginis matrem, integras sententias ex hac sibi refellendas desumpsit. Et clarius nobis traduntur iuxta posita quae sibi inuicem pugnant. Praeterea paucis, quae Pelagianam haeresim sapere conuincuntur, sobrie praetergressis, docta & pia est epistola. Quae vero fuerat, CXLII ad quendam comitem, loco deturbata Tomus quartus operum Augustini excepit libri inscriptione: Censuram eius vt habet Frobeniana posterior editio, manere sinimus. Epistolam D. Augustini ad Cyrillum, & eiusdem ad Augustinum, de miraculis diui Hieronymi, ad calcem nostrae additionis restituumus, ne quisquam iure queri possit per nos sibi suae infirmitatis alimenta subtrahere. Censuram eius si requiris, exhibebit Epistola Erasmi praeparata. Porro cum situ & vetustate corrosa exemplaria euolueremus, inuenimus. XXXI. Epistolas haecenas nunquam impressas, quarum maior pars mutilae sunt, quamquam aliquae non indolent. Eas vt legi a nobis potuerunt, litera enim antiquitate iam fugitiua erat, numeris suis iudicio tuo subiecimus, hoc consilio, vt quas Augustini esse deprehenderis, hoc enim nomine inscribentur eas vetera, si in meliora exempla incidideris, vel perficias vel emendes. Vale.

Erudita epistola commendans Demetriadis virginis vitam institutum, cum saluberrimis bene viuendi praecipis, nisi quod libero arbitrio nimium concedit. Cuius nonnulli errores resilluntur ab Augustino in epistola. CXLII.
Dicitur esse Iuliani Pelagiani.

Cap. 1.



In summo ingenio pariterque fretus scientia officium scribendi facile me implere posse crederem, tamen tam arduum hoc opus ingredi, sine magno difficultatis timore non possem. Scribendum tamen est ad Demetriadem virginem Christi, virginem nobilem, virginem diuitem: & quod his manus est, ardore fidei nobilitatem diuitiasque calcantem. Quae utique pro tam insignis admiratione virtutis, vt laudare omnibus facile, ita docere difficile est. Cui enim oratio deesse possit in eius laude celebranda, quae summo loco nata, in summis opibus delitiisque nutrita, tantis tamque variis huius vitae blandimentis velut tenacissimis quibusdam irretita vinculis subito eruperit, cunctaque simul corporis bona cum virtute mutauerit: quae flore adhuc ipsum ineuntis aetatis, quodam fidei gladio, id est, voluntate succiderit, & crucifigens cum Christo carnem suam, viam sanctamque hostiam sacrauerit deo, ac

nobilissimi sanguinis posteritatem virginitatis amore contempserit: Prona autem & facilis dicendi via est, quae ipsa veritate materiae cursum orationis accendit. Sed nobis alio magis itinere pergendum est, quibus propositum est institutionem virginis, non laudem scribere: nec tam paratas iam virtutes eius exprimerem, quam parandas: magisque reliquam ordinare vitam, quam ornare praeteritam. Est autem difficillimum cum eius persona facere, in qua cupiditas tanta dicendi est, tantisque perfectiois ardor, vt ei quaelibet perfecta doctrina par esse vix possit. Meminit enim recteque meminit, quas mundi opes gloriamque respuerit, quibus voluptatibus renunciauerit, quas denique contempserit vitae praesentis illecebras. Et ideo contenta non est communi hoc mediocrique genere viuendi, & quod facile ipsa multorum societate vilescat, nouum aliquid & inusitatum requirit, praecipuum ac singulare quoddam flagitat, non minus conuersationem suam quam conuersationem vult esse mirabilem. In seculo nobilis, apud deum cupit esse nobilior: tam preciosa requirit in moribus, quam contempnit in rebus. Hunc itaque, tam deuotae mentis ardorem, hanc tantae perfectionis sitim, quod vniquam sariabit flumen ingenij? Quae vis aliquando orationis, quae copia tantum exprimere verbis poterit, quantum parata est virgo rebus implere? Nobis vero donanda est venia, qui ad ornatum domini tabernaculum, secundum vires nostras munus offerimus. Nec veremur ne temere scribendo ad tantam nobilitatis virginem, vltro nos moribus tradamus inuidiae. Scribimus enim petente sancta matre eius, immo iubente, idque a nobis transmarinis miro cum desiderio animi flagitante: quae facile ostendit, quo studio, quantaque cura in filia germen caeleste plantauerit, dum illud tam solite cupit ab aliis irrigari. Remoti ergo a temeritate, & ab ambitione liberi, proposito insudemus operi nec de mediocritate diffidamus ingenij, quod credimus & fide matris & merito virginis adiuuari.

Cap. 2.
Exordium
commendationis
boni naturae
humanae.

Quoties mihi de institutione morum, & sanctae vitae conuersatione dicendum est, soleo primo humanam naturam vim qualitatemque monstrare, & quid effici possit ostendere, ac iam iade audientis animum ad species incitare virtutum, ne nihil proficit ad ea vocari, quae forte sibi impossibilia esse praesenserit. Nunquam enim virtutum vitam valemus ingredi, nisi spe ducamur comite. Siquidem appetendi omnis conatus perit, consequendi desperatione. Quem ego exhortationis ordinem cum in aliis quoque opusculis tenuerim, tum hic maxime obseruandum puto, vbi eo plenius naturae bonum declarari debet, quo instituenda est vita perfectior: ne tanto remissior sit ad virtutem animus ac tardior, quanto minus se posse credat, & dum quod inesse sibi ignorat, id se existimat non habere. Proferenda semper in notitiam ea res est, cuius usus desideratur, & explicandum quicquid bonum natura potest, cum quicquid posse probatur, implendum est. Haec igitur prima sanctae ac spiritualis vitae fundamenta iaciantur, vt vires suas virgo agnoscat, quas demum bene exercere poterit, cum eas se habere didicerit. Optima enim animi incitamenta sunt cum docetur aliquis posse quod cupiat. Nam & in bello ea exhortatio maxima est, eaque plurimum auctoritatis habet, quae pugnatorem de viribus suis admonet. Primum itaque debes naturae humanae bonum de eius auctore metiri, deo scilicet, qui cum vniuersa mundi & quae intra mundum sunt, opera bona & valde bona fecisse referatur, quanto putas praestantiorum ipsam hominem

A minem fecit, propter quem omnia etiam intelligitur illa condidisse? Quae dum ad imaginem & similitudinem suam facere disposuit, antequam faceret, qualem esset facturus, ostendit. Deinde cum subiecit ei vniuersa animalia, cumque etiam constituit eorum dominum, quae vel mole corporis, vel virium magnitudine, vel armis dentium, multo valentiora homine fecerit, declarat quantum pulchrius sit homo ipse conditus, quem vel ex hoc voluit naturae suae intelligere dignitatem, dum fortia sibi subiecta miratur animalia. Neque enim nudum illum ac sine praesidio reliquit, nec diuersis periculis velut exposuit infirmum: sed quem inermem extrinsecus fecerat, melius intus armauit, ratione scilicet atque prudentia: vt per intellectum vigoremque mentis, quo caeteris praestabat animalibus, factorem omnium solus agnosceret, & inde seruiret deo, vnde aliis dominabitur. Quem tamen iustitiae dominus voluntarium esse voluit non coactum. Et ideo reliquit eum in manu consilij sui, posuitque ante eum vitam & mortem, bonum & malum: & quod placuerit ei dabitur illi. Vnde etiam in Deuteronomio legitur: Vitam & mortem dedi ante faciem tuam, benedictionem & maledictionem, elige tibi vitam vt viuas. Hinc iam prouidendum est, ne forte illud remordeat te, in quo temere imperitum vulgus offendit, & ideo non vere bonum factum hominem putas, quia is facere malum potest: nec ipsa naturae violentia adstringitur ad immutabilis boni necessitatem. Nam si diligenter retractes, & ad subtiliorem intellectum cogas animum, hinc tibi melior status hominis ac superior apparebit, vnde putatur inferior. In hoc enim gemini itineris discrimine, in hac vtriusque partis libertate, rationabilis animae decus positum est. Hinc, inquam, totus naturae nostrae honor consistit: hinc dignitas, hinc denique optimi quoque laudem merentur: hinc praemium nec esset omnino virtus vlla in bono perseverantis, si is ad malum transire non potuisset. Volens namque deus rationabilem creaturam voluntarij boni munere & libertarij potestate donare, vtriusque partis possibilitatem homini inserendo proprium eius fecit esse quod velit: vt boni ac mali capax, naturaliter vtrumque posset, & ad alterutrum voluntatem deflecteret. Neque enim aliter spontaneum habere poterat bonum, nisi ea creatura quae etiam malum habere potuisset. Vtriusque nos posse voluit optimus creator, sed vnum facere, bonum scilicet, quod & imperauit, malique facultatem ad hoc tantum dedit, vt voluntate eius ex nostra voluntate facerem. Quod cum ita sit, hoc quoque ipsum quod etiam mala facere possumus, bonum est: Bonum, inquam, quia boni partem meliorem facit. Facit enim ipsam voluntariam, sui iuris non necessitate deuictam, sed iudicio liberam. Licet enim nobis eligere, resutare, probare, respicere: Nec est quo magis rationalis creatura caeteris preferatur, nisi quod cum omnia alia conditionis tantum ac necessitatis bonum habeat, haec sola habeat etiam voluntatis. Sed plerique impie non minus quam imperite, cum super statu hominis quaeritur, vereor dicere, quasi reprehendentes opus domini, talem illum aiunt debuisset fieri, qui omnino facere non posset malum. Dicit itaque ei figmentum qui se finxit, quid me fecisti sic? Et improbilissimi hominum dum dissimulant id ipsum bene administrare, quod facti sunt, aliter se factos esse malunt: vt qui vitam suam emendare nolunt, videantur emendare velle naturam: cuius bonum ita generaliter cunctis institutum est, vt in gentilibus quoque hominibus, qui sine villo cultu dei sunt, se nonnunquam ostendunt.

Eccle. 15.

Deute. 30.

Cap. 3.

Cap. 2.

Rom. 9.

Dat ac profertur. Quam multos enim Philosophorum & audiuimus, & legimus, & ipsi vidimus, castos, patientes, modestos, liberales, abstinentes, benignos, & honores mundi simul & delicias respicientes, & amatores iustitiae non minus quam scientiae. Vnde quae hominibus alienis a deo, ista quae deo placent? Vnde autem illis bona, nisi de naturae bono? Et cum ista quae dixi, vel omnia in vno, vel singula in singulis haberi videamus, cum omnium natura vna sit, exemplo suo sibi inuicem ostendunt, omnia in omnibus esse posse, quae vel omnia in omnibus, vel singula in singulis inueniantur. Quod si etiam sine deo homines ostendunt, quales a deo facti sunt: vide quid Christiani facere possunt, quorum in melius per Christum natura & vita instructa est, & qui diuinam quoque gratiam inuuantur auxilio. Age iam ad animae nostrae secreta veniam: seipsum vnusquisque attentius respiciat. Interrogemus quid de hoc sentiant propriae cogitationes: ferat sententiam de naturae bono ipsa conscientia: instruanur domestico magisterio animi, & mentis bona non aliunde magis quaeque quam ab ipsa mente discamus. Quid illud obscuro est, quod ad omne peccatum aut erubescimus, aut timemus, & culpam facti nunc rubore vultus, nunc pallore monstramus: ac trepidante animo, etiam in minimis delictis testem effugimus: conscientia remordemur: ex diuerso autem in omni bono laeti, constantes, intrepidissimi: idque si occultum est, palam etiam fieri cupimus, & volumus: nisi quod testimonio sibi est ipsa natura, quae hoc ipso declarat bonum suum, quo ei malum displicet: & dum in bono opere confidit, quid solum eam deest ostendit: Hinc illud est, quod frequenter carnifice occulto, in auctorem sceleris conscientia tormenta deserviunt, & latentem reum secreta mentis poena persequitur: nec vllus post culpam impunitatis locus est, dum sit reatus ipse supplicium. Hinc est quod e contrario innocens etiam inter ipsa tormenta fruatur conscientiae securitate, & cum de poena metuat, de innocentia gloriatur. Est enim, inquam, in animis nostris naturalis quaedam, vt ita dixerim, sanctitas, quae velut in arce animi praesidens, exercet mali bonique iudicium: & vt honestis rectisque actibus fauet, ita sinistra opera condemnat, atque ad conscientiae testimonium diuersas partes domestica quadam lege diiudicat. Nec vllus prorsus ingenio, aut fucato aliquo argumentorum colore decipit: ipsis nos cogitationibus fidelissimis & integerrimis sane testibus, aut arguit, aut defendit. Huius legis, scribens ad Romanos, meminit Apostolus, quam omnibus insitam, velut in quibusdam tabulis cordis scriptam esse testatur, cum inquit, Gentes quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt faciunt: huiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente eis conscientia eorum, & inter se inuicem accusantium cogitationum aut etiam defendentium. Hac lege vsi sunt omnes, quos inter Adam atque Moysen sancte vixisse atque placuisse deo, scriptura commemorat. Quorum tibi exempli causa, aliqui proponendi sunt, vt facile intelligas quantum sit naturae bonum, cum eam legis vice docuisse iustitiam probaueris. Abel primus hanc magistrum secutus, ita dominum promeruit, vt dum ei offerret hostiam, tam grate sacrificium eius acceptum deo fuerit vt fratrem in inuidiam concitaret. Quem iustum in Euangelio dominus ipse commemorans, breuiter perfectionem eius exposuit. Omnis enim virtutum species vno iustitiae nomine continetur. Beatum Enoch

Cap. 4.

B.

Rom. 2.

Cap. 9.
Gen. 4.
Matth. 24.

G Enoch ita placuisse deo legimus, vt ei ex medio mortalium raperet, & in mundo consummatum de mundi habitatione transferret. Noë iustus in generatione sua & perfectus asseritur: cuius sanctitas eo magis est admirabilis, quò prorsus à iustitia declinante mundo, solus iustus inuentus est. Nec ab alio sanctitatis quæ fuit exemplum, sed ipse præbuit. Et ideo totius orbis imminete naufragio, solus ex oibus meruit audire: Intra tu & domus tua in arcâ, quia te vidi iustum in generatione ista corâ me. Ante deum autè ille iustus probatur, qui corpore sanctus est & corde. Melchisedech sacerdos dei legitur: cuius meritum facile ex hoc intelligi potest, quò multo post futurum domini sacramentum ante signauit, ac sacrificio panis & vini mysteriû corporis & sanguinis expressit, ac sacerdotij sui typo Christi sacerdotium figurauit, cui à patre dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundû ordinè Melchisedech. Nâ & benedixit Abraham principem Patriarcharû, qui per circumcisionem pater Iudæorum, per fidè gentium, illius signantissime ostendit figurâ, qui per fidem suam Iudæis donauit benedictionem & gētibus. Loth quoq; sancti Noë virtutè secutus, inter tot peccantiû exempla iustitiam non reliquit. Et vt illum totius mûdi exemplum nò vicit, ita hic tota illa in qua habitabat regione peccante, contra multitudinis vitia tenuit sanctitatem. Qui, vt beatus Apostolus Petrus ait, visu & auditu iustus erat, & inter pessimos positus mala eorû & oculis auerfabatur & auribus: atq; ideo simili exemplo vt ille diluuiò, ita hic est ereptus incendio. Quid Abraham amicum dei, quid Isaac, & Iacob memorem? quam perfecte impleuerunt domini voluntatem vel hinc possumus æstimare, quò familiari quadâ & præcipua dignitate, eorum se deû voluit nominari: Ego sum, inquit, deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob: hoc nomen meum sempiternû, & memoriale in generatiões generationibus. Ioseph fidelis domini famulus à puero tribulationibus magnis iustus ostenditur, qui primû à fratribus Ismaëlitis in seruum additus est, ab eisq; veditus, à quibus se viderat adorandum, deinde Aegypto domino traditus, semper tamè ingenuæ animæ tenuit dignitatem, docuitq; exeplo suo & seruos liberos in nò peccando, nò conditionè cuiquâ obesse, sed mentè. Hic quoq; remorare paulisper, & castû animû solite virgo consideranda. Cõcupiscitur à domina femina adolescens, nec ad concupiscētiã reuocatur. Rogatur & fugit, vna hac in re & blanditur & supplicat, quæ in ceteris imperabat. Amator dei, mulieris amore nò vincit. Castum animû nec ætas adolescētiã permouet, nec diligētis authoritas. Cõtempta frequēter domina, propiores adolescēti insidias tendit. In secreto ac sine testibus manu impudens apprehēdit, ac procaciorib⁹ verbis hortatur ad crimen. Nec quidem hinc vincitur, sed vt verba verbis, ita res rebus refert. Nam qui frequēter rogatus negauerat, nunc comprehēsus astringitur, & antequâ illud Euangelicum diceretur: Qui viderit mulierem ad concupiscēndâ eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Ille non aspectu solum, sed ipso penè complexu prouocatus à femina, feminam non concupuit. Castitatis virtutè haculq; mirata es. Nunc respice benignitatem. Priusquâ Propheta diceret: Vnufquiq; malitiam proximi sui non reminiscatur in corde suo: ille pro odio reddidit charitatem, & cum videret fratres suos, immo inimicos ex fratribus, cumq; ab eis cognosci vellet, dilectionis affectum pro dolore testatus est, deosculabat singulos, & irriguis fletibus pa-

uentium colla perfundens, odium fratrum charitatis lacrymis abluebat, quos tam viuo patre quàm mortuo, germano semper dilexit amore. Nec recordatus est illum, in quo ob necè fuit deiectus lacum: non cogitauit addictâ germanitatem precio, sed pro malis bonû retribuens, Apostolicum præceptum sub naturâ adhuc lege compleuit. Quid de beato Iob dicam famosissimo illo athleta dei, qui post direptas opes, & funditus deleta patrimonia, post filiorum ac filiarum vnum subito interitû, ad vltimum proprio contra diabolum corpore dimicauit: Auferuntur omnia quæ extrinsecus possidebat: & extranea bona repete decidunt, vt magis propria clarescât. Omnibus prorsus velut indumentis exiit, vt expeditus & fortius nudus triumphet: & hostem, quæ ferendo dâna ante superauerat, rursus tolerando supplicia deminat. De quo tale ipsius dñi testimonium est: Nunquid considerasti puerû meum Iob? Non est enim similis ei quisquam in terris, homo sine querela, verus dei cultor, abstinens se ab omni malo. Nec immerito: Semper enim, vt ipse ait, tanq̃ tumetres super se fluctus timebat dñm, & præsentia eius pòdus ferre nò poterat, nec audebat aliquâdo contēnere, què semper adesse credebatur, dicebatq;: Securus sum, non enim reprehendit me cor meû in omni vita mea. Qui anteq̃ dñs inimicos præcipere esse diligēdos, dicere poterat: Si in malis inimici mei gauisus sum, si dixi in corde meo, benefactû est. Necdum Euangelicum illud sonuerat: Omni petenti te tribue: & iam ille dicebat: Si exire passus sum in opè ianuam meâ sine viatico: Nondû legerat illud. Apostoli: Domini quod iustus est & æquû seruis præstare: & confidens clamabat ad dominum: Si seruo nocui, si ancillâ læsi, omnia tu scis domine. Priusquâ quidem Apostolus præcipere, diuitibus nò sublimè sapere, neq; sperare in incerto diuitiarû, sic habuit ille diuitias, vt se alibi diuitem esse monstraret: In diuitiis, in quâ, non confidebam, nec in lapide precioso: & hoc non verbis tatum, sed ipsi quosq; rebus probauit, dicebatq; per singula. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est: sit nomē domini benedictum in secula. Nudus exiui de vtero matris meæ nudus redeâ illuc. Quo enim affectu possideam⁹ aliquid, docemus cum id amissimus, & cupiditatè fruedi carendi dolor prodit, quem qui in carendo non habuit, in possidendo quonâ modo habuit: O virum ante Euangelia Euangelicum, & Apostolicû ante Apostolica præcepta, discipulum Apostolorum, qui aperiens occultas diuitias naturæ, & in mediû proferens ex se, quid omnes possimus ostendit: docuitq; quâtus sit ille thesaurus animæ, què nos sine vsu possidemus, & quod proferre nolumus, nec habere nos credimus. Post multa quæ de natura diximus, etiam sanctorû exemplis bonum eius ostendimus, ac probauimus. Et ne contrario ad ipsius culpam pertinere putetur, quò aliqui iniqui fuerint, scripturarû vtar testimonis, quæ peccantes vbiq; crimine voluntatis grauant, nò excusant necessitate naturæ. In Genesi legimus: Simeon & Leui fratres consummauerunt iniquitatem suam ex voluntate sua. Ad Hierusalem dominus locutus est: Propter quod ipsi dimiserunt viam meam, quâ dedi ante faciem eorum, & non exaudierunt vocem meam, sed abierunt post voluntatem cordis sui mali. Ac rursus idem Propheta: Et peccastis deo, & non exaudistis vocem eius, & in mandatis illius & in legitimis & in testimoniis eius ambulare nolulistis. Per Esaiam quoq; Prophetam dominus locutus est: Si volueritis & audieritis me, quæ sunt

A sunt bona terræ manducabitis: Si autè nolueritis neq; audieritis me, gladius vos consumet. Et rursus: Omnes vos occisione decidetis, quia vocaui vos, & non exaudistis: locutus sum & neglexistis, & fecistis malum ante cõspectum domini, & quæ volebam elegistis. Ipse quoq; dominus in Euangelio ait: Hierusalem Hierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis suis, & nolulistis. Vbi velle videmus, & nolle eligere & refutare, ibi non vis naturæ, sed libertas intelligitur. Voluntatis plena sunt vtriusq; testamenti volumina, quibus tam bonum esse, quàm malum voluntariû semper ascribitur, quæ nos modo breuitatis causa omittimus: maxime cum sciamus te sacræ lectiõni deditam de ipso vberius fonte potare. Neq; vero nos ita defendimus naturæ bonum, vt eam dicamus malum non posse facere, quam vtiq; boni ac mali capacem etiam profitemur: Sed ab hac eam tantûmodo iniuria vindicamus, ne ei⁹ vitio ad malum videamur impelli, qui nec bonum sine voluntate faciamus vel malum, & quibus liberum est vnum semper ex duobus agere, cum semper vtrunq; possimus. Vnde enim alij iudicaturi sunt, alij iudicandi, nisi quòd in eadem natura dispar voluntas est: & quia cum omnes idem possimus, diuersa faciamus: itaq; vt hoc ipsum clarius lucere possit, alia exempla sunt proferenda: Adam de paradiso eiicitur: Enoch de mundo rapitur: In vtroq; dominus libertatem arbitrij ostendit. Vt enim placere potuit ille qui deliquit, ita potuit peccare iste qui placuit. Non enim à iusto deo aut ille puniri meruisset, aut hic eligi, nisi vterq; vtrunq; potuisset. Hoc de Cain & Abel fratribus, hoc etiam de Iacob & Esaiû geminis intelligendû est, ac sciendum, solam voluntatem causam esse, quod in natura eadem, merita diuersa sint: & Sodomorum crimina, Loth sanctitas iudicauit. Nec illud est parû argumentum ad probandum naturæ bonum, quòd illi primi homines per tot annorû spatia absq; vlla admonitione legis fuerunt, non vtiq; quòd deo aliquâdo creaturæ suæ cura non fuerit, sed quia se talem sciebat hominum fecisse naturam, vt eis pro lege ad exercendam iustitiam sufficeret. Denique quandiu recitioris adhuc naturæ vsus viguit, nec humanæ rationi velut quandâ caliginem, longus vsus peccati obduxit: sine lege dimissa natura est. Ad quâ dominus nimis iâ vitis obrutam, & quadam ignorantia rubigine infectam, limam legis admouit, vt huius frequenti admonitione expoliretur, & ad suum posset redire fulgorè. Neq; vero alia nobis causa difficultatem quoq; beneficiendi facit, quàm longa consuetudo vitiorum, quæ nos infecit à paruo, paulatimque per multos corruptit annos, & ita postea obligatos sibi & addictos tener, vt vim quodammodo videatur habere naturæ. Omne illud tempus, quò negligenter edocti, id est, ad vitia eruditi sumus, quo mali etiam esse studuimus, cum ad incitamenta nequitia innocentia pro stultitia duceretur, nunc nobis resistit, contraq; nos venit, & nouam voluntatem impugnat vsus vetus. Et miramur, cur nobis per ocium atque desidias nescientibus etiam quasi ab alio sanctitas conferatur, qui nullam consuetudinem boni facimus, cum malum tandiu didicerimus. Hæc de naturæ bono cursim, quasi in alio opere dicta sint, quòd ideo nobis faciendum fuit, vt tibi planiorem viam ad perfectam iustitiam sterneremus, quam eò facilius currere possis, quò in ea nihil asperum, nihil in-

accessibile esse cognoueris. Nam si etiam ante legem, vt diximus, & multo ante nostri saluatoris aduentum iuste quidam vixisse & sanctè referantur, quanto magis post illustrationem aduentus eius nos id posse credendum est, qui instructi per Christi gratiã, & in meliorem hominem renati sumus, qui sanguine eius expiati atque mundati, illiusq; exemplo ad perfectam iustitiam incitati, meliores etiam quàm fuerunt sub lege dicente Apostolo: Peccatum in vobis iam non dominabitur: Nò estis enim sub lege, sed sub gratia. Et quoniam sufficienter de his, vt puto, diximus, nunc instituiamus perfectam virginem, quæ ex vtroque semper accensa & naturæ simul & gratiæ bonum morum sanctitate testetur. Prima igitur virginis cura, primumq; studium sit, scire voluntatem domini sui, & quid ei placeat, quidve displiceat, diligenter inquirere: vt secundum Apostolum, rationale deo reddat obsequium, totumq; vitæ suæ cursum ex eius possit ordinare sententia. Impossibile est enim ei quenquam placere, cui quid placeat ignorat: fieriq; potest vt etiam obsequendi voto offendat, qui quomodo obsequi debeat, ante nò didicit: & vt maius est, voluntatè domini facere, quam nosse, ita prius est nosse quàm facere. Illud enim merito præcedit, hoc ordine. Vnde Propheta dicit: Et tu Israël noli ignorare. Et beatus Paulus: Qui autem ignorat, ignorabitur. Itemq; alibi: Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quæ sit voluntas domini: Initium obedientiæ est, quid præcipiatur velle cognoscere: & pars est obsequij didicisse quod facias. Scito itaque in scripturis diuinis, per quas solas potes plenam dei intelligere voluntatem, prohiberi quædam, præcipi quædam, concedi aliqua, nonnulla suaderi. Prohibentur mala, præcipiuntur bona, conceduntur media, perfecta suadentur. In duobus illis, quæ priori loco sunt, peccatum omne concluditur. In vtroque enim dei cõtinetur imperium, & non solum præcipere, sed & prohibere ipsum, iubentis est. Generaliter nanque omnibus mandat vt iustitia, quæ saluator in Euangelio breuiter quidem, sed plenissime comprehendēs, ait: Quæcunque vultis vt faciant vobis homines bona, hæc & vos facite illis: hoc est, vt nihil mali inferamus aliis, & præstemus omne quod bonum est, quia volumus hoc ab aliis in nos vtrunq; seruari. Hæc sententia æquo iure præcepti vniuersos tenet, nec vlli omnino transgredi licet, quod omnibus imperatum est: aper-tusq; contemptus dei est, vel facere prohibita, vel iussa non facere. Duo vero reliqua quæ sequuntur, quorum vnum conceditur & suadetur aliud, in nostra potestate dimissa sunt, vt aut cum minori gloria cõcessis vtamur, aut ob maius præmium etiam ea quæ nobis permilla sunt respuamus. Conceduntur quidem nuptiæ, carnum vsus & vini: sed horum omnium abstinentia consilio perfectiore suadetur. Ad virginis honorem pertinet licentia nuptiarum, & escarum indulgentia virtutem abstinentiæ clariorem facit. Contempsisti virgo coniugium, licitum tibi prius quàm contemneretur. Maioris præmij amore flagrans vouisti deo non imperatam, sed landatam virginatatem: & consilio Apostoli legem tuam fecisti latiore. Certaminis ingressa campum, non tam labore cursus quàm brauium victoriæ cogitasti. Legebas credo illud Euangelicum de perpetua castitate præconium, & ipsius te domini sermo ad amorem seruandæ virginis accendat, qui Petri super hoc sententiam ipsa rei magnitudine

Gen. 5. Eccl. 4.4.
Gen. 7.
Gen. 14.
Psal. 109.
Gen. 17.
Gen. 19.
1. Pet. 2.
Exod. 3.
Math. 5.
Gen. 45.

K
Cap. 6.
Iob. 1. & 2.
Iob. 31.
L
Iob. 2. 2.
Math. 5.
Iob. 31.
Luc. 6.
Iob. 31.
Col. 4.
Iob. 31.
1. Timo. 6.
Iob. 31.
Iob. 1.
M
Cap. 7.
Gen. 45.
Hier. 9.
Esaie. 1.

Esaie. 65.
Math. 23.
De arbitrij humani libertate.
Nimia liberti arbitrij extollentia. Cap. 8.
Epilogus di eorum de naturæ bono.

Rom. 6.
Cap. 9.
Transitus ad virginis institutionē
Prima virginis cura, primumque studium.
Rom. 12.
1. Cor. 14.
Eph. 5.

Math. 7.

E

G tudine ac difficultate laudavit, & voluntariis spadoni-
 bus regnum cœlorum promittens ait: Qui potest capere
 Math. 19. capiat. Rem itaq; tam magnam non impero, nō im-
 pero, sed offero: neq; tantum ad hoc cogo, sed pronoco.
 Quamquā de viris tantum sonare videatur, nō solis ta-
 men viris, sed equaliter vtriq; sexui virginitatis palma
 promittitur. Et Apostolus, de virginibus præceptum
 quidem se dicit non habere dei, sed dat consilium. Di-
 cit itaq;: An experimentū quaritis eius qui in me lo-
 quitur Christus? Perfectionis igitur serua cōsiliū,
 beatitudinē specialis aggressa propositi, serua generale
 mandatum. Dixi, idemq; nunc repeto, in causa iustitiæ
 omnes vnum debemus, virgo, vidua, nupta, summus,
 medius, medius & inus gradus, æqualiter iubemur im-
 plere præcepta. Nec a lege soluitur, qui supra legē face-
 re proponit: quinimmo nullus magis illicita vitare de-
 bet quam qui respuit quæ licebant. Nec quisquā ita a
 se mandata pollicetur implēda, vt ille qui amore per-
 fectionis supra mandata conscendit, & cum amplius
 statuit facere quam præceptū est, ostendit minus sibi
 præceptum esse quam potuerit. Deinde qui tantē se o-
 bedientiæ proficitur, vt etiam consilium diuinū liben-
 ter audiat, quomodo non debet audire præceptū? Illa e-
 nim res perfectionis est, ista necessitatis. De virginita-
 te dicitur: Qui potest capere capiat. De iustitia nō di-
 citur: Qui potest facere faciat: sed, Omnis arbor quæ nō
 facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.
 Consydera quæso, quantum a consilio distet imperiū.
 Ibi aliquos excepit, hic generaliter omnes comprehen-
 dit. Ibi præmium proponit, hic pœnam. Ibi inuitat vt
 facias, hic nisi feceris cōminatur. Hęc igitur optima ra-
 tione distinguens, animaduerte quid offeras, animadu-
 uerte quid debeas: immo quia vtrunq; iā debes, & vir-
 ginitatem, quam vltro obtulisti deo, & iustitiam quam
 ipse præcepit, integrū vtrunq; persolue. Ille seruus do-
 mino placet, qui ita aliquid vltro operis exercet, vt ta-
 men etiam imperata perficiat: qui non facit aliud pro
 alio, sed vtrunq; nec mutat sed addit obsequium. Nec
 te earum exempla decipiant, quæ sibi in sola castitate
 plaudentes, vt post suas voluntates eant, dei voluntatē
 abiiciunt: quæ perpetuæ castitatis bonum, non cum iu-
 stitia, sed pro iustitia offerre volunt, & in compēsatio-
 ne peccatorum præmium virginitatis annumerāt, atq;
 pro præmio impunitatem petunt: vel certe impuden-
 tiori vecordia coronandas esse se putant, & in regno
 cœlorum ceteris præferendas, quæ sibi transgressionē
 mandatorum aditum claufere cœlorum. Non omnis,
 Christus, inquit, qui dicit mihi domine domine, intra-
 bit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem patris
 mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.
 Meminerint stultas virginēs a sponsi ianuis repellē-
 das, dicendum eis: Nescio vos, illisq; iungendas esse, de
 quibus dominus ipse ait: Multi dicent mihi in illa die,
 domine domine nōne in nomine tuo dæmonia eie-
 cimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et
 tunc consitebor illis: Amen dico vobis nescio vos: di-
 scedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Tibi
 vero longe est alia via ingrediēdum, quæ seculi amore
 calcato, semper cogitando quæ dei sunt, Apostolicam
 te exhibere vis virginē, quæ tam spiritu sancto, quam
 corpore domini prætolari aduentum, & animæ tuæ
 lampadi sanctorum iugiter operum infundis oleum,
 & sapientibus iuncta virginibus in sponsi obuiam præ-
 pararis. Fugienda tibi lata via est, quam multorum ad
 mortem euntium comitatus terit, & ad vitam æternā

angusti illius itineris, quod pauci reperiunt, callis tenē-
 dus est. Deposuisti iam impedimenta vel maxima: &
 omne quicquid a spiritalis vitæ cursu vel retardat vel
 reuocat, prima statim conuersione vicisti. Respuisti cō-
 iugij voluptatē, posteritatis curam, illecebras, delicia-
 rum, seculi pompam, diuitiarū cupidinem, & cū Paulo
 potes dicere: Mihi mundus crucifixus est, & ego mūdo.
 Cuius tale principium est: qualis debet esse perfectio?
 Hanc mihi tu virtutem, hunc animum etiam in reli-
 quis affer: eaq; vi mentis qua vitiorum occasiones de-
 pulisti, vitia nunc ipsa respue. Ornetur morum sancti-
 tate virginitas, & perfectum gradū vitæ perfectio sub-
 sequatur. Certe si secularis vita tibi placuisset, dares o-
 peram, ne quis te diuitiis, ne quis corporalibus orna-
 mentis, ne quis rerum omnium copia & honore præ-
 cederet: & nunc diuersitas studij diuersam vitam desy-
 derat. Cura ne quis te in bene viuendo transcendat, ne
 quis morum sanctitate superet, ne quis tibi in virtuti-
 bus præferatur. Et in illis quæ ante diximus, non erat
 tuum vt tu aut omnes vinceres, aut nemo te. Cūcta e-
 nim illa foris petuntur, & quicquid aliunde speratur,
 alienu est. Hęc vero in tua potestate sunt, & vere pro-
 pria, quæ nō extrinsecus veniunt, sed in ipso corde ge-
 nerantur. Illa enim nec omnis qui querit inuenit, nec
 qui inuenit semper tenet: vt ea cōmodare, ita & eri-
 pere casus potest. Hęc autem & omnis qui querit in-
 uenit, & qui inuenit eripi sibi nunquam timet. Ista
 enim sola bona sunt, quæ sine voluntate nō inuenimus
 aliquando nec perdimus. Habes ergo hic per quæ
 merito præponaris aliis: immo hic magis. Nam corpo-
 ralis nobilitas atq; opulentiā tuorum intelliguntur esse
 non tua: Spirituales vero diuitias nullus tibi præter
 te cōferre poterit. In his ergo vere laudāda, in his me-
 rito ceteris præferenda es, quæ nisi ex te & in te esse nō
 possunt. An sola ista vita est, quæ certamen nō habeat
 de profectu? Et in qua vnusquisq; hoc tantum debeat
 permanere quod cepit, nec vlllo augmenti desyderio
 ad maiora contendat? Et cum in omnibus mundi stu-
 diis profectu non fatientur homines, hic tantum cœ-
 pisse sufficiat: Feruentissimi in terrenis, frigidissimi in
 cœlestibus sumus: & summam in rebus paruis exhibē-
 tes alacritatem, ad maiora torpescimus. Consydere
 pudet quātus sit feruor in seculo, qua cura singula quæ-
 que studia hominum quotidie ad perfectiora nitantur.
 Literarum ardor nulla profus ætate extinguitur, im-
 mo, vt secularis authoris vtar sententiā, ipsa magis æ-
 tate inflammatur. Diuitiarū amor insatiabilis est, ex-
 pleri nescit honorum cupido, celerem habiturę res si-
 nem, sine fine queruntur. Nos diuinam sapientiam, cœ-
 lestes diuitias, immortales honores, pigra quadam dis-
 simulatione negligim⁹, & spirituales diuitias aut ne at-
 tingimus quidem, aut si leuiter degustauerimus, conti-
 nuo nos putamus esse fatiatos. Aliter nos diuina sapi-
 entia ad suas inuitat epulas. Qui edūt me, inquit, ad-
 huc esuriēt, & qui me bibūt adhuc sitient. Nullus vn-
 quam talibus expletur epulis, nec aliquando patitur de
 satietate fastidium. Tanto vnusquisq; capaci⁹, tanto
 audior erit, quāto inde plus hauserit. Domin⁹ in Euā-
 gelio: Beati, ait, qui esuriūt & sitiunt iustitiam, quoniā
 ipsi saturabuntur. Vult enim esurire nos hic semper ac
 sitire iustitiam, vt in futuro iustitiæ retributione sa-
 tiemur. Consyderāda vis ipsa verborū est, & ita no-
 bis desyderanda est iustitia, vt in fame vel siti cib⁹ desy-
 deratur ac potus: & in hoc commune omnibus est
 dicendum his, qui immortalis vitæ præmia desyderāt.

Gala. 6.

Cap. 11.
 Verba ab
 Augustino
 in epistola
 cxliij. com-
 memorata.
 Error ab
 eodē dam-
 natus.

Eccle. 7. 4.

Math. 5.

Cap. 12.

iam

A iam tuum est æstimare quantum animo præstare de-
 beas, quæ maioris præmij desyderio plus facere propo-
 sisti, quam vel alios necesse est. Apostolus definiens
 Christi virginem, longe eam separauit a nupta, & di-
 uersis studiis singularitatis meritum coniugij diuisit.
 Innupta, inquit, & virgo cogitat, quæ dei sunt, quomo-
 do placeat deo, vt sit sancta corpore & spiritu: Quæ au-
 tem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo pla-
 ceat viro suo. Quæ corpore & spiritu sancta est, nec in
 membris nec in mente delinquit. Delinquere autem
 non in causa castitatis tantum esse potest, sed etiam in
 quacunque parte iustitiæ. Quamuis enim virgo corpo-
 re, virgo sit spiritu, & nihilominus aut manibus, aut o-
 culis, aut auribus peccet, aut lingua, quomodo corpore
 sancta dicenda est? Deinde si vel odio infecta, vel in-
 uidia, vel auaritia, vel iracundia sit: quomodo spiritu
 obtinet sanctitatem? Et si nupta, quæ amore coniugij
 cogitat quomodo placeat viro suo, quantum liberis re-
 linquat, quæ variis mundi astricta curis, rarius ad vo-
 luntatē dei respicit, tamen de peccatis excusare se non
 potest: quid faciet virgo, quæ soluta ab omnibus huius
 mundi impedimentis ac libera scholam quandam casti-
 tatis ingressa est? Si vis itaq; propositi tui magni-
 tudinem æquare moribus, & per omnia deo copulari, si
 leue, ac suauē iugum Christi suauis tibi leuiusq; vis fa-
 cere, nunc maxime in beata vita curam impende, nūc
 stude, vt calentem recentis fidem conuersionis nouus
 semper ardor accendat, & in tenera adhuc ætate faci-
 lius sanctę conuersionis vsus inoleat: quicquid in
 te primū institueris hoc manebit, & ad initiōū tuorū
 regulā reliqua vita decurret. Finis in ipso exordio co-
 gitandus est: qualis ad illum vltimum diem peruenire
 cupis, talis nunc iam esse conare. Consuetudo est, quæ
 aut vitia, aut virtutes alit, quæq; in his plurimum va-
 let, cum quibus ab ineunte ætate simul creuerit. Opti-
 mi sunt ad institutionem morum primi quique anni.
 Habent enim in se lentum quiddam & molle, quod fa-
 cile formari queat, atque ad arbitrium volentis trahi,
 & in cunctis ferē rebus citius assuescitur omne quod
 tenerum est. Nouellas adhuc & vix firmæ radicis arbu-
 sculas, dum ad omnem ductum sequaces sunt, in quā-
 libet partem flecti facile est, quæ natura plerunq; cur-
 uatā, cito ad arbitrium colentis corriguntur. Tenera
 adhuc & primę ætatis animalia, sine labore domari so-
 lent: quanto citius a vagandi libertate disueta sunt,
 tanto facilius vel colla iugo, vel frenis ora insuecunt.
 Ipsa quoque literarum studia teneris melius inseruntur
 ingenij: idq; penitus inherere sensib⁹ solet, quod prius
 sederit in mente. Hoc idem plurimum etiam in bene
 viuendi ratione valet, dum adhuc mobilis est ætas, &
 animus duci facilis, exercenda boni consuetudo, & iu-
 gi meditatione firmanda est. Occupādum est optimis
 rebus ingenium, & sanctę conuersionis vsus altius
 inferendus est. Tunc vero ad perfectionis fastigium
 animus ascendit, & longę consuetudinis beneficio vtri-
 tur ad bene viuendi facultatem, & virtutes suas etiam
 ipse miratus, secum quodammodo in se putabit natū
 esse quod discit. Respice obsecro quantum a te san-
 ctitatis aua materq; expectant, quæ cum te quasi no-
 uum & illustre quoddam lumen generi suo natum esse
 putant, nunc in te solam omnem curam animi trā-
 stulerūt, & propositi tui cursum miris studiis ac fauore
 succendunt. Cumq; ipse te ad honestatem morū ab-
 ineunte ætate formauerint, nūc a te vinci cupiunt, tu-
 amq; victoriam suam laudem esse putant. Quarum e-

1. Cor. 7.

Cap. 13.

Cap. 14.

gregia erga deum fides, in professione tua maxime cla-
 D ruit, cum te iam nuptiis preparatam, simul atq; aliud
 velle didicerunt, mira continuo assensus celeritate, ad
 id quod elegeras cohortata sunt, & trepidam pro æta-
 te sententiam volūtatis suæ autoritatē firmauerunt,
 tuumq; votum commune fecerunt. Quæ cum multos
 suorum in altissimo dignitatis gradu viderint, de nul-
 lo ita, vt de te aliquādo lætata sunt: nihil enim ita ma-
 gnum, nihil tam præclarū in quoquam viderant. Sola
 quippe præstitisti generi tuo, quod lōga retro ætate nō
 habuit: licet adiderit virilis sexus memorabilia cōsula-
 tus, & amplissimi ordinis status illustri familia no-
 mina frequens adierit, nihil vnquā tamen in genere
 vestro hoc tuo honore fuit præstantius, qui non corpo-
 rali albo, sed in libro memoriæ immortalis inferus est.
 Cum exceperint illi theatrales toto orbe plausus, mi-
 raq; acclamādi conspiratione insignia consulū merita
 latū vulgus expresserit, longe tamen tui honoris est
 gloria maior, quæ gaudiū in cœlis fecit, angelisq; læti-
 tiam. Per te enim non meretriciæ locupletantur, sed
 aluntur virginēs Christi: non venator & auriga ditā-
 tur, sed sustentantur pauperes Christi. Ad consulatum
 E eorū diuersa totius orbis prouincię, ad quas domus ve-
 stræ potētia extēditur, peregrinas feras, & ignota ani-
 malia transmiserunt, quæ crudelis arenā solū, vel suo,
 vel hominum sanguine cruentarent: Ad te vero electę
 quęq; virginēs mittunt, quæ tu preciosisimū mun⁹ of-
 feras deo, tuoq; exēplo ad perpetuā prouoces castitatē,
 non tibi, sed tecū deo seruituras. Hęc professionis tuæ
 gloria rumore celebri, vulgata est per cūctos: & ita ad
 cōuersionē tuam totus exultauit orbis, vt quod præ-
 ingenti gaudio vix adhuc hoies credere poterāt, id sem-
 per videantur optasse. Multū his initiis, multum famę
 tuæ odore suspensi omnes, mirū de te nescio quid au-
 dire desyderāt, & qui professionis tuę cognouerit virtu-
 tem, nūc conuersionis expectant. In te nūc puta cun-
 ctorum ora oculosq; cōuersos, & ad spectaculū vitę tuę
 totū confēdit mundū. Caue ne per te tantorū animi
 offendant, nec minus in te inueniant, q̄ requirunt. Ve-
 rum quid ego tecū de hominibus ago, corūq; de te ex-
 pectationē ad cohortationē tuam traho? Deus ipse o-
 mnium rector ac dñs, cum omni angelorū militia, cer-
 tamen tuū expectat, tibiq; contra diabolu dimicātū pa-
 rat æternitatis coronā, & cœlestē præmiū, incitamentū
 F victorię facit. Huic tanto spectaculo, vide quē animū,
 quā debeas offerre virtutē, & certaminis magnitudinē
 de expectantiū dignitate metire. Hęc tibi itaq; in
 hoc agone subeundi præcipua cura sit, hic prim⁹ accin-
 ctus, internitionis bellū virtute deuincere, & aduersū
 diaboli castra in omnia præcepta dei iurare, nec tantū-
 modo declinare vitata, sed iussa cōplere. Neq; enim ti-
 bi sufficit a malis ociosam esse, si ociosa fueris a bonis,
 cum lex dei duplici mandatorū genere distincta sit, &
 mala prohibens, bona imperet, atq; ab vtraq; parte cō-
 temptum vetet. Non enim tantū ille seruus contēpsit
 dominū, qui prohibita fecerit, sed & qui iussa non fe-
 cerit. Dicta a nobis paulo ante sententia est. Omnis ar-
 bor quę non facit fructū bonum, excidetur, & in ignē
 mittetur: & blandimur nobis si a malis fructibus non
 grauemur, qui dānandi sumus si a bonis steriles man-
 ferimus. Iuxta hanc intelligentiā abscondet pater oēm
 palmitē fructū non ferentē in filio: & qui acceptū ta-
 lentū in sudario abscondit, quasi inutilis seruus & ne-
 quam dānatur a dño, nec minuisse solū, sed & non au-
 xisse culpabile est. Non ideo aliqua putes contēnenda
 esse

Cap. 15.

Math. 7.

Philip. 2.

Cap. 16.

G esse mandata, quia leuora sint. Tam enim maxima illa quam minima a deo imperata sunt, & contemptus cuiuscunq; præcepti, præcipientis iniuria est. Vnde beatus Paulus clamat & docet. Omnia facite sine murmuratione & hesitatione, vt sitis irreprehensibiles & simplices, sicut filij dei immaculati in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Remoremur hic virgo paulisper, & præciosissimas margaritas quibus exornanda est sponsa Christi, per singula Apostoli verba pensemus. Omnia inquit facite: Non enim quasi ad arbitrium nostrum quædam ex mandatis dei debemus eligere, sed generaliter vniuersa complere: nec aliqua præcepta eius, quasi vilia munuscula ac parua contemnere, sed imperantis in omnibus maiestatem aspicere. Nullum quippe mandatum dei contemptibile nobis videri potest, si eius semper cogitemus authorem sine murmuratiõe & hesitatione. Viles & ignobiles dominos palam contèni videmus à seruulis, eisq; ad minima quæq; præcepta in faciem resistimus. Et hoc in personas nobiles iam non admittitur, quantoq; potentiores domini, tanto serui ad obedientiam promptiores sunt. Cumq; difficiliora præcipiunt, libentius audiuntur. Certe ad regis imperium, ita omnes parati sunt, & in procinctu obedientiæ constituti, vt etiam optent iuberi, & non solum bene merituos esse se credunt si iussa fecerint, sed tanquam iam meruissent quod iussi sunt, ita pro dignitate præcipientis seruitium beneficij loco ducitur. Nobis vero deus ipse æterna illa maiestas, ineffabilis atque inestimabilis potestas, sacras literas, & vere adorandos præceptorum suorum apices mittit, & non statim cum gaudio ac veneratione suscipim⁹, nec pro magno ducimus beneficio tam illustri potestatis imperium, maxime cum non iubentis queritur commodum, sed vtilitas subsequens. Verum econtrario fastidioso ac remisso animo, superborum ac nequam seruatorum more, in os domini reclamamus & dicimus, durum est, arduum est, non possumus, homines sumus, fragili carne circumdamur. O cæcam insaniam. O prophanam temeritatem. Duplici ignorantia accusamus deum scientiæ, vt videatur nescire quod fecit, nescire quod iussit, quasi oblitus fragilitatis humanæ, cuius author ipse est, imposuerit homini mandata que ferre nõ possit. Simulq; proh nefas, adscribim⁹ iniquitatem iusto pio crudelitatis, dum eũ primo impossibile aliquid præcepisse conquerimur: deinde pro his demandandũ putamus hominem ob ea que vitare nõ potuit, vt quod etiã suspicari sacrilegiũ est, videatur deus non tam salutem nostrã quæsisse, quam pœnam. Itaq; Apostolus sciens à domino iustitiæ ac maiestatis nihil impossibile esse præceptũ, aufert à nobis vitium murmurandi: quod tunc vtiq; nasci solet, cum aut iniqua sunt que iubetur, aut iubetis minus digna persona est. Quid tergiversamur incassum: & præcipienti opponimus naturæ fragilitatē. Nemo magis nouit mēsuram virium nostrarum, quam qui ipsas vires nobis dedit: nec quisquam melius quid possimus intelligit, quam qui ipsam virtutē nobis nostri posse donauit. Nec impossibile aliquid voluit imperare, qui iustus est, nec dānaturus hominem fuit pro eo quod vitare nõ potuit qui pius est. Sequitur, Vt sitis irreprehensibiles & simplices ad omnem morũ perfectionem. Vnum hoc sufficere verbum potest, quod etiã in Episcopo eligendo deus queri iubet. Quam enim circumspecta vita est, quam sancta est, quæ nihil reprehensionis incurrit: Quis autem

Cap. 17. Philip. 2.

sanctior potest esse, quam qui veræ simplicitatis virtutem tenens, nunquam aliud corde promittit, aliud ore vultuq; mentitur, sicut filij dei immaculati. Nõ est exhortatio vehementior, quam qua nos scriptura diuina filios dei vocat. Quis enim non erubescat, & metuat tanto patre agere aliquid indignũ: vt qui dicitur dei filius, ipse efficiatur vitij seruus: Et idcirco adiungit: Vt simus immaculati: Neque enim conuenit in filiis dei, quia ipse est fons iustitiæ, peccati maculam reperiri, in medio nationis prauæ & peruersæ: hoc est dicere, Quæuis infinita vos cingat peccantium multitudo, & innumera sint exempla vitiorũ, vos tamen ita cœlestis natiuitatis memores esse debetis, vt inter malos viuentes omne malum vincatis: Inter quos lucetis, ait, sicut luminaria in hoc mũdo. Et rursum in Euãgelio legim⁹: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Comparatur vita præmio, vt qui in futuro solis fulgore donandi sunt, hic iam simili iustitiæ claritate resplēdeant, & infidelium cæcitate operibus sanctitatis illuminent. Huic loco ille sensus aptandus est, quem ad Corinthios idem Apostolus deferens ait: Alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarũ. Stella autem à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum, dispares sunt in regno cœlorum per singulorum merita māsiones. Diuersitas enim operum, diuersitatem facit præmiorum, quãtumq; aliquis hic in sanctitate fulserit, tantum ibi fulgebit in honore. Nũc ergo ad omnem morũ perfectionem mentis aciem intendē, & ad cœlestē præmium cœlestem vitam parat. Resplēdeat omnibus clarissimi in modũ syderis sanctitas virginis, & futuri præmij magnitudinem de nouitate conuersationis ostendat. Tibi facilius in bonis cursus est, quem malorum animi consuetudo non retinet. Nec timemus ne te à virtutibus vitia retardent, & maligno diaboli semine Christi frugem necēt. Nã si etiam illi, qui longo peccandi vsu bonum quodammodo obruere naturæ, instaurari per poenitentiam possunt, & mutata voluntate viuendi consuetudinem consuetudine extinguere, ac oprimi quique de pessimis fieri: quanto magis tu potes illa superare, à quibus nõ superata es: Cui nõ tam expellenda sunt vitia, quam refellenda, quæ vtiq; nõ suscipere facilius est, quam semel suscepta deponere. Nec vero eorum tanta dulcedo est, vt ea debeamus præferre virtutibus, cum nec in omnibus sit delectationis illecebra, & à plerisque ea etiam quæ videntur dulcissima, respiciuntur. Duo namque sunt ex omnibus vitia, quæ maxime homines decipiunt sui voluptate, gula scilicet ac libido. Quæ deponere eò difficilius est, quò eis vti dulcius est: & tamē hæc vitia tam molesta tamq; delectatiõe sui periculosa, ita à multis calcari vidimus, vt tota ætate virgines permanserint in summa abstinentia: Vt de illis taceam, quæ post deliciarum longum luxum, & inueteratũ vsu libidinis, castitati ac temperantiæ se dederint, & vtrũque vitij contraria sibi virtute mutauerint. Aliorum vero vitiorum est longe diuersa ratio, quæ cum nihil habeant incūditiatis, tam multum amaritudinis habent: quæq; cum ad vitandum multo sint faciliora, raro à quibus vitentur inuenies. Quid oro te inuide, delectatiõis præstat inuidia, quem secretis quibusdam conscientiæ vngulis liuor ipse decipit, & alienam felicitatem tormentum eius facit? Quid vero alter ab odio mercedis accipit, nisi horribiles animę tenebras, & confusę mentis horrorem: qui vultu semper animoq; mœrente, voto quo alteri vult noceret, seipsum cruciat?

Math. 13.

1. Cor. 15.

Cap. 18. M

A cruciat: Quid autem iracundo furor suus confert, quæ sanissimis exagitatum stimulis conscientiæ, ira ab omni cõsilio ac mente deturbat, vt dum irascitur, insanire credatur? Similiter curre per singula, inuenies tot animæ tormēta, quot vitia: quæ vtiq; eo facilius vinci possunt, quo nulla illicitũ nos voluptate. Quãto illud difficilius, quanto durius, vt de castitatis labore taceã, abstinere à vino carnibusq; ipso quoq; etiam oleo, & vilem sine his cibum post biduũ interdum triduũq; vix capere, fracta ieiunio membra vigiliisq; fomenta balnei contēnere, necessarias res negare corpori, & vim quandã inferre naturæ: Da tantã in cæteris magnitudinem animi, & vide quid non possis efficere. Sed nos, proh pudor, quadam delectatione peccati, cum in quibusdam ostendimus quandam vim naturæ nostræ, in aliis omnino torpescimus: & qui voluptates corporis virtutum amore contempsimus, rursum amore vitiorum tormenta suscipimus, atq; ita malis nostris credimus, vt ea nec putemus posse deponi. Quod hoc quæso cõsiliũ tuum? Quenã hæc noua viuendi ratio est? Res difficiles & laboris plenas securus aggredior, & faciliora non posse fieri credo: vinco maxima, vincēdus à paruis. Excelsa & ardua indefessus exupero: & cum venitur ad plana, desicio. Libet fugio quod delectat, & non volo vitare quod cruciat. Verum hec eorũ sunt qui dei voluntate cõtempna, id solum petunt quod laudem facilius inuenit & cito exit in famam, morũ vero bona quæ secretiora sunt, negligunt. Tu vero quæ calcasti mundum & concupiscētiã eius, vt calcato eo gradum tibi quandam ascendenti ad cœlum faceres, mūdĩ gloriã ne requiras. Illi tantum placere stude, cui sæpe displicet quod hominibus placet, & qui ipsa hominum iudicia iudicaturus est. Abstinentia tua & ieiunium eo magis deo grata sunt, quo cum bonis moribus offeruntur: vt quæ in aliis sunt vmbracula vitiorum, in te sint ornamenta virtutum. Respice obsecro ad ipsam, qua apud deum illustrata es dignitatem: qua per baptismum in dei filio renata es, rursumq; per consecrationem virginitatis sponsa Christi esse coepisti. Ex vtroq; hic tuus honor te ad sollicitudinem tui propositi admoneat: At nullus debet esse ibi negligentia locus, vbi tam præclara seruanda sunt. Preciosior quæq; vestis diligentia timidiore custoditur à macula, multo quæ sita auro gemma maiori sollicitudine possidetur: & generaliter grandi cura magna quæq; seruantur. Vnde & tu si te ipsam bene custodire cupis, debes honorem tuum semper preciumq; cogitare. Tanto enim se vnusquisque negligentius vitatur, quanto se existimat viliorē. Non ob causam aliam magis nobis in scripturis diuinis tam frequenter filiorum dei nomen imponitur, vt illud quod dicitur per Prophetas: Et ego ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios, dicit dominus omnipotens. Et Apostolus: Estote imitatores dei sicut filij charissimi. Et beatus Ioannes, inquit, Charissimi, nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est: vt qui habet hanc spem, sanctificet se, sicut & ille sanctus est: vult nobis doctrinæ cœlestis dignitatem, qua donati sumus frequenter ingerere, & honorem nostrũ peccandi pudorem facere. Vnde etiam dominus ipse ad perfectam nos benignitatem vocans ait: Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniaribus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est. Nõ est enim quod sic

Cap. 19.

Eph. 5.

1. Ioan. 3.

Math. 5.

homines deo faciat amabiles, vt pietas mentis & bonitas, quæ tota in Christiano esse debet, vt etiam in malis abundet: deiq; imitetur beneuolentiam, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hoc itaque vel in primis abis, vt nemini vel in verbo etiam noceas, vt in omnibus quibuscunq; prodesse studeas: & ne vicem quidem mali reddens, bona pro malis, Apostolo dicente, restituas. Nunquam detractio ex ore virginis procedat. Vilius satis hominum est, & suam laudem quærentium, alios viles facere, quia alterius vituperatione se laudari putant: & qui suo merito placere non possunt, placere volunt in comparatione peiorum. Parum diximus, nõ solum ipsa non detrahas, sed ne detrahenti quidem aliquando credas. Pessimus est hoc vitium quod alterũ vilem facit videri. Non minus auribus quam lingua fugias detractorem. Scripturæ memor esto, quæ dicit: Non eris consentaneus cum derogantibus aduersus proximum tuum: & non accipies vultu illo peccatum. Et alibi: Sepi aures tuas spimis, & nõli audire linguam nequam. Accusator est enim auditor, qui facit detractorem: qui si auerterit aures, & vultum contrahat, ac oculos abnuendo contineat, male loquentem etiam tacens arguit: vt discat non libenter dicere, quod didicerit non libenter audiri. Sollicitam satis ori tuo custodiam pone. Non est quicquid enim in nobis, quo facilius peccare possumus, quam lingua. Vnde sanctus Iacobus illum esse perfectum dicit, qui non offendit in verbo. Et scriptura dicit: Mors & vita est in manibus linguæ. Mētiri autem, maledicere & iurare lingua tua nesciat: quia & os quod mentitur occidit animam. Et qui maledicunt, regnũ dei non possidebunt, iuxta Apostolũ. Et iurare ipse Christus prohibuit, qui dixit: Ego autem dico vobis, non iurare omnino. Et rursum: Sit autem sermo vester, est est, non non: quod autem amplius est, à malo est. Apostolus breuiter oris vitia refecans ait: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Sit autem sermo virginis prudens, modestus, & rarus: nec tam eloquētia preciosus quam pudore. Mirentur omnes tuam te tacente verecundiã, loquente prudentiam. Mite ac placidum semper eloquium tuum ornet mixta cum grauitate suauitas, cum pudore sapientia: sit certa atque librata sententiã, oportunitate gratissima silentij verbiq; ratio. Nec vnquam omnino virginis os loquatur, vt tacuisse melius sit: cũ ingenti cautione debet loqui, cui non solum malus, sed etiam ociosus sermo vitandus est. Summa tibi scientia sit, notitia summa, vitia virtutesq; distinguere. Quæ quanquam semper contraria sibi sint, aliqua tamen ex eis tanta iunguntur similitudine, vt discerni omnino vix possint. Quam multi enim superbiã libertatis loco ducunt, adulationem pro humilitate suscipiunt, malitiam prudentiæ amplectuntur vice, & stultitiæ simplicitatis nomen imponunt, atque fallaci ac pessima decepti similitudine, vitij pro virtutibus gloriantur? Et quanquam hæc omnia subtilissima intelligentia debeas separare, cunctasq; virtutes cum suis lineis insequando nusquam prorsus abscedere, præcipue tamen fictam humilitatem fugiens, illam sectare quæ vera est, quam Christus docuit humilitatem, in qua non sit superbia inclusa. Multi enim huius virtutis vmbram, veritatem eius sequuntur pauci. Perfacile est enim aliquid quam vestem habere cõtemptam, salutare submissius, manus & genua deosculari, inclinatio in terram capite oculisq;

Math. 5.

Rom. 12.

Eccle. 2. 2.

E

Iaco. 3.

Proverb. 19.

Sapient. 1.

Galat. 5.

Math. 5.

Eph. 4.

Cap. 20.

G oculisq; deiectis humilitatem ac mansuetudinē polliceri, lenta voce tenuiq; sermones infringere, supirare crebrius, & ad omne verbū peccatorem ac miserum se clamare, & si vel leui sermone offensus sit, cōtinuo atollere supercilium, leuare ceruicē, & delicatū illum oris sonū insano repente clamore mutare. Aliā nos humilitatem Christus docuit, qui nos ad exemplum suū hortatur dicens: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Qui cum malediceretur non maledicebat, cū pateretur non cōminabatur. Quam nobis humilitatē beatus Petrus insinuat: Misericordes, inquit, & humiles non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto. Auferantur omnia figmenta verborū, cessent simulati gestus, & ante occasionem sermo placidus. Verū humilem patientia ostendit iniuriā. Nullus ergo vnquā in mente tua vilius sit vitij locus, nihil in te superbū, nihil arrogans, nihil in te fastidiosum. Apud deū non est quicquā humilitate sublimius. Ipse loquitur per Prophetam: Super quē alium respiciā nisi super humilem & quietum & trementem sermones meos: Et nunquā in iram exardescat animus, quod est feminarium odij. Tantus mentem tuam repleat timor dei, vt indignari omnino non audeas, & irā metu vincas. Beatus Apostolus mundans animam nostrā, eamq; in habitaculum dei præparans, clamat & dicit: Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia auferatur à vobis cum omni malitia. Adulatores vt inimicos caue, quorum sermones super oleū molles, & ipsi sunt iacula. Corruptunt fictis laudibus leues animas, & male credulis mentibus blandū vulnus insigunt. Creuit hoc in nostra ætate vitium, & in vltimo sine stetit, nec augeri potest: in hanc omnes nos scholam studiumq; dedimus, vt officium putemus illud, quodq; ipsi ab aliis libet accipimus, id aliis quasi quoddam munus offerimus: & spe recipiendē laudis, eos à quibus laudari volumus, ante laudamus. Sæpe adulantiū resistimus verbis ad faciem, & in secreto mētis fauemus, maximumq; fructum cepisse nos ducim⁹, si vel fictis laudibus prædicamur. Nec cogitamus quid ipsi simus, sed quid alteris esse videamur. Vnde eò producta res est, vt neglecta veritate meriti de sola opinione euremus, qui testimonium vitæ nostræ non à conscientia nostra, sed à fama petimus. Beata mens est quæ perfecte hoc vitium vincit, nec adulatur aliquando, nec adulanti credit, quæ nec decipit alterum, nec ipsa decipitur, tantumq; hoc malum nec facit aliquādo nec patitur. Nihil vnquam in te fictum sit, nihil omnino fucatum. Conscientiam tuam, quæ certe deo semper patet, in multitudinē versari puta. Nunquam aliud corde, aliud ore præendas. Quicquid pudet dicere, pudeat etiam cogitare. Illud vero notum iam omnibus, atque diuulgatum est, quàm vtilis quamq; huic proposito necessaria est ieiuniorum & abstinentiæ virtus, maxime in his annis, in quibus corpori maior æstus inest. Non māducare itaque carnem, neque bibere vinū, apostolica voce laudatum est. Quicquid illud quod inflammare corpus potest, quod fomentum suggerit voluptati, castitatis amorē fugiendum est. Nec tamen ita magno huius rei labore grauari te volumus, vt sub ipso statim onere succūbas: per quod multi dum nimio seruore mentis rationem suarum virium non haberent, subito cōciderunt, & penē ante debilitatem, quàm sanctitatem de proposito suo consecuti sunt. Optimus est in omni re modus, & laudabilis vbique mēsurā. Corpus non frangendum sed regendum est. Sint

ergo moderata & sancta, simplicia in omni mentis humilitate ieiunia, quæ ita attenuent corpus, ne animum eleuent, ne res humilitatis gignat superbiam, & vitia de virtute nascantur. Ego, inquit, cum mihi molesti essent, induebar cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam. Vestis abiectio, cibi vilitas, ieiunij lassitudo, extinguere debent non nutrire superbiam. Quis rem medicinæ vulnus faciat, & inde sanē ladat quoque, vnde iam læsa curanda sunt? Aut quæ supererit spes salutis, si ista animæ remedia ipsa sint venena?

Laborem ieiunij tui misericordiæ opera commendent, & abstinentia tua pauperum refectio sit gratior. Dominus loquitur per Prophetam, Misericordiā volo & non sacrificium. In Euangelio Christi verba legimus: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sed quæso hanc curam vitæ tuæ auia matérque suscipiant: illæ has partes pro te agant, illæ thesaurum tuum in cælum leuent. Illarum sit esurientes alere cibo, vestire nudos, visitare infirmos, peregrinos tecto suscipere, & æterni spe præmij Christo in pauperibus foenerari, qui dixit: Quodcumque fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tibi vero maxime dum in proposito maturescat animus, ab omnibus occupationibus recedendum est, & omne studium omnique cura in ornandis moribus exhibenda. Quibus ita vacare debes, & totam occupare mentem, vt non diuitem te sentias esse, nec dominam: nobilitatis ad hoc tantum memineris, vt cū claritate generis, morum sanctitate contendas: & cum nobilitate corporis, animi virtute nobiliter proficias, magisq; illa nobilitate gloriaris, quæ filios dei & cohæredes Christi facit. Ad quam si semper inspicias, dum credis gaudium te habere quod maius est, desinis de eo quod minus est gloriari. Omnis ista præclari generis dignitas & illustris auiti sanguinis decus ad animam transferantur. Ille clarus, ille sublimis, ille sit nobilissimus: ille tunc integram nobilitatem suam seruare se putet, si dedignetur seruire vitiis ab eisq; nō superare. A quo enim quis superatur, huius & seruus est. Quid enim hac seruitute animi indignius, quidve turpius, quàm cum in eo aut dominatur odium, aut regnat inuidia? quàm cum eum aut auaritia possidet, aut captum ira tenet, vel certe cætera sibi vitia vendicant? Non est quod sibi aliquis de nobilitate generis blandiatur, si ex meliore parte sit famulus. Multo est indignius mente seruire quàm corpore. Superfluum arbitror te monere, quàm parca in procedendo debeas esse, quàm rara, cum te hoc etiam sæcularis ab infantia honestas docuerit, & facile intelligas, id tibi multo magis in hac vita esse seruandum, quàm maxime secretum decet. Illud admoneo, vt ipsis quoq; salutationibus, quæ tibi in cubiculo tuo exhibendæ sunt, certissimū modū ponas: non sint nimia, neq; quotidiana, ne non tantū officium, quàm inquietudinē præstare videatur. Et quanquā omne vitæ tuæ tēpus diuino debeas operi cōsecrare, & nullā prorsus horā à spiritali profectu vacuā esse conueniat, cū tibi in lege domini die ac nocte meditandū sit, debet tamē aliquis esse determinat⁹ & cōstitutus horarū numerus, quo plenius deo vaces, & qui tē ad summam animi intentionem velut quadam lege cōtineat. Optimum est ergo huic operi matutinum deputari tēpus, id est, meliōre diei partem, & vsq; ad horā tertiam quotidie in cœlesti agone certantem, hoc velut spiritalis quodam palestræ exerceri gymnasio. His tu per singulos dies horis in secretiori domus parte ora, clauso cubiculo

A so cubiculo tuo. Adhibe tibi etiam in vrbe solitudinē, & remota paulisper ab omnibus, propius deo iungere, aspectuq; tuorū reddita lectiois fructum & orationis ostende. Nihil enim in hoc secreto magis agere debes, q̄ animā diuinis eloquiis pascere, & quārum ei per totā sufficere possit diem, hoc eam veluti cibo pinguiore satiare. Ita scripturas sanctas lege, vt semper memineris dei illa verba esse, qui legē suam non solū sciri, sed etiā impleri iubet. Nihil enim prodest faciendā didicisse & non facere. Optime vteris lectione diuina, si tibi eam adhibeas speculi vice, vt tibi velut ad imaginē suam anima respiciat, & vel sæda quæq; corrigat, vel pulchra plus ornent. Lectionē frequenter interrumpat oratio, & animā iugiter adhaerentē deo grata vicissitudo sancti operis accendat. Nunc te igitur ordo instruat cœlestis historie. Nunc sanctū David oblectet canticū. Nunc Salomonis erudiat sapientia. Nunc ad timorē domini incitent dicta Prophetarū. Nunc Euāgelica & Apostolica perfectio te Christo in omnium morū sanctitate coniungat. Quæ paranda sunt, memoriæ penitus infere, eaq; iugi meditatione cōserua: quæ maturanda sunt frequenter reuolue, vt diuinū hoc studium & cœlestis schola, & mores simul virginis ornent & sensum, tradantq; tibi cū sapientia sanctitatē. Vnde scriptura dicit: Qui quærunt deum, inueniunt sapientiā cum iustitia. Sit autē ipsa lectio tēperata, cui finē consilium, non lassitudo imponat. Nam vt immoderata ieiunia & ardor abstinentiæ, & enormes inordinatq; vigilia, intemperantiæ coarguantur, idq; nimietate pariunt, vt hæc ipsa postea quidem nec mediocriter fieri possint, ita studium lectionis in reprehensionem intemperans cadit, quodq; laudabile est in genere suo, fit de nimietate sui culpabile. Generaliter quidē strictimq; sed breuiter dicendum est. In bonis quoq; rebus, quicquid modum excefferit, vitium est. Magna est, magna iniquā, & quæ gradū studio constat, perfectæ vitæ ratio, cōsummatq; sapientia est, scire quid quo insequaris modo, & ad omnem actū præferendo consilium, nihil facere, quod fecisse peniteat. Intra vnus horæ spatium mutatur habitus, ieiunare, abstinere, psallere, vigilare, non tam studio opus habent q̄ voluntate. Quilibet incipies statim vt voluerit ad ista perfectus est, immo illi hoc facilius facere possunt, qui recentis corporis vires de seculo ad propositū afferunt. Mores vero mutare, singulasq; virtutes animi formare in se atq; perficere, grandis studij est, & longæ cōsuetudinis. Itaq; multi in hoc proposito senescimus, & ea propter quæ ad ipsū propositum venimus non habemus. Tua vero conuersatio noua esse debet, mira grauitas, patientia, mansuetudo, pietas. Quicquid sanctius est, atq; perfectius, quicquid magis deo te cōmendare potest, & maiorem in cælo facere, id semper seque, id semper amplectere. Sponsa Christi nihil debet esse ornatus. Tanto maiore placēdi studio opus est, quanto maior est ille cui placendū est. Seculi vero virgines, quæ se nuptiis preparant, & indulgentiā magis Apostoli, q̄ consilium sequi malunt, magisq; amplectuntur incontinentiæ remediū, q̄ præmium continentia, vt sponsis placeant, eosq; in amorem sui magis incitent, mira se sollicitudine formare studēt, & naturalem corporis pulchritudinē ornandi arte cōmendant. Hæc est illis per dies singulos cura præcipua, decedentibus fucis colorare faciē, implicare auro crinē, & ardentes concharū lapides capitis honorē facere, suspendere ex auri bus patrimonium, brachia ornare monilibus ac latera, & inclusas auro gemmas à collo in peto cubiculo

ctus demittere. Non minorē sponsus tuus requirit ornatum, qui cum vnuerfam ecclesiā salutaris aquæ lacuacro purificatā sine macula rugaq; reddiderit, quotidie cupit eam fieri pulchriore, vt semel à vitiis peccatisq; mundata, semper ornetur decore virtutū. Et si hoc à tota requirit ecclesia, in qua & viduæ continentur & nuptæ, quantum putas expectat à virgine, quæ ex pulcherrimo hoc quodam ecclesiæ prato, velut augustior quidam flos videtur electa? Assume ergo omne illū ornatum per quē placere Christo potes. Satis apparere deo crede tuam faciē, si hominibus pulchra placere nō studeas. Istud ornamentū serua capitis, quod acquisisti chrisimatis sacramento, cū tibi in cœlestis regni mysterium diadema quoddā regalis vnctionis impositū est. Optima ornamenta sunt aurium verba dei, ad ea sola paratus esse debet auditus virginis, eaq; preciosissimi lapis lapidibus anteferre. Omnia prorsus membra decorentur operib⁹ sanctitatis, totaq; virginalis animi pulchritudo gematū monilis instar, vario virtutū fulgore resplendeat. Tunc vere concupiscet rex decorem tuum dicetq; tibi: Tota formosa es proxima mea, & macula non est in te. Et hæc tibi ornamenta quæ dixi etiā erūt munimenta maxima, & quæ te ipsam ornare deo, & contra diabolū armare possint, qui per leue interdū quodcūq; vitium, ad animā ingreditur: & si virtutū propugnacula nō resistant, nostro nos repellit loco, & cōtinuo de hoste fit dñs. Propter quod scriptura nos adhortatur, & dicit: Si spiritus potestatis habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. Ab eo iam tēpore, quo primū per virginitatis professionem domino consecrata es, aduersarij in te creuit odiū, & qui aliena lucra pro suis damnis habet, se amisisse dicit, quicquid te possessurā dolet. Grandi tibi opus est vigilātia, grandiq; cura, & tāto sollicitius cauendus est inimicus, quāto apud eum ditior esse cœpisti. Vacuus viator & nudus non timet latronis insidias. Securus à nocturnis furibus dormit pauper etiam si claustra non munit. Diuini vero opes suæ latronis semper imaginatur occursum, & iugi sollicitudine nocturnum somnum adiungunt. Vnde tuæ quoq; diuitiæ, cœlestis thesaurus, ista cautione indigent atq; custodia. Quanto ditior es, tanto debes esse vigilantior. Qui enim plus possidet, plus debet timere ne perdat. Inuidere non cessat author inuidiæ. Et qui semel à deo ipse proiectus est, tanto maiori liuore torquetur, quanto aliquem apud eum viderit clariorem. Qui inuidit Euē paradysum, quanto magis inuidet tibi regnum cœlorum? Cuncta, mihi crede, ille nunc circumit: vt beatus Petrus ait, deuorandi te cupidus, in modum rugientis leonis ingreditur, vel more dolosi hostis vnuerfa perlustrans, explorat omnes aditus animæ tuæ, an sit aliquid infirmū & minus tutum, per quod possit irrepere: rimatur nunc ille omnia, & singula quæq; pertentans, quærit vulneri locū. Cuius tu insidias solcite debes præuidere: vt cum Paulo non ignores astutias eius. Qui cum terribiles diaboli potestates principatūsq; describat, nos nihilominus hortatur ad pugnā, hostiūque vim pandit, vt augeat sollicitudinem militum. Non enim vult nos esse timidos sed paratos: denique non fugā suadet, sed arma suggerit. Propterea, inquit, Accipite arma dei vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Ac statim instrumenta singula spiritalis pugnæ tradēs, addidit & dixit: State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induri lorica iustitiæ, & calceati pedes in preparatione Euāgelij pacis, in omnibus assumentes scutum

Math. 11.

1. Pet. 2.

Esa. 66.

Eph. 4.

Cap. 21.

K

Psal. 34.

Cap. 22.

Ofca. 6.

Math. 5.

Math. 23.

L

2. Pet. 2.

M

Cap. 23.

Psal.

Cantil. 42

E

Ecclesiastes 10.

Caput. 23.

F

Eph. 6.

G fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extingueri, & gladiū spiritus, quod est verbum dei, per oēm orationē. Et quoniam de hoc bello licet etiā fœminis triumphare, suscipe hæc arma Pauli, & tãti hortatione ducis certam præsume victoriã. Hæc enim si tu omnia instrumenta possideas, securā procedas ad prælium spirituale, nec pauebis diabolum cū toto exercitu suo. Cadent enim à latere tuo mille, & decē milia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabunt. Beatus quoq; Iacobus ille Christi miles emeritus, nō minore nobis auctoritate de hoc bello victoriã pollicetur: Subditi, inquit, estote deo, resistite autē diabolo, & fugite à vobis. Ostendit quomodo resistere debeamus diabolo, si vtiq; simus subditi deo, eiusq; faciendo voluntatem, vt diuinam etiā mereamur gratiam, & facilius nequam spiritui auxilio sancti spiritus resistamus. Neq; vero aperta contra nos pugnat acie, nec publica nobiscum frōte congreditur, sed dolo vincit ac fraude, nostraq; contra nos vtitur volūtate, de cōsensu nostro aduersari vires accipit, nostrōq; nos, vt dici solet, iugulat gladio. Infirminus hostis est, qui nō potest vincere, nisi volētē. Procul à nobis desperatio, procul à nobis omnis recedat pauior aduersariorum: non adiuuemus, sed vincamus aduersarios. Dant illi quidem consilium, sed nostrum est vel eligere vel respuere quid suggerunt. Non enim cogendo, sed suadendo nocent: non extorquet à nobis cōsensum, sed expetunt. Vnde etiā Anania dicitur: Quare tentauit cor tuum Satanas, mētiri te spiritui sancto? Quod vtiq; illi Apostolus nunq̄ imputaret, si id absque ipsius voluntate diabolus fecisset. Ipsa etiā Eua ideo cōdemnatur à dño, quia ab eo quem poterat superare superata est. Nec enī meruisset à dño iustitia puniri, quæ victa est, nisi vincere ipsa pouisset. Huius nequissimi hostis est illa vel prima calliditas, & ars doli plena, fatigare cogitationibus rudes animas, & nouellis in proposito mentibus de ipsa interdum conuersatione afferre mororem, vt facile ab huius rei profectu deterreatur animus, cuius initia amara cognouerit. Itaque solet tam sordidas nonnunq̄ & impias cogitationes inferre menti, vt qui tentatur, dum suū illud putat esse quod cogitat, deteriorem se per spiritum immundū proposito suo arbitretur effectum: multoq; puriorem animam habuisse se credat, cū adhuc res seculi amaret. Vult enim iis quibus inuidet callidissimus inimicus, horrorē propositi ex desperatione facere sanctitatis: vt eos obfidente tristitia, etsi à proposito non reuocat, certe retineat à profectu. Propter quod maxime sanctarum tibi scripturarum studium diligendū est, illuminanda diuinis eloquiis anima, & coruscante dei verbo, diaboli repellendæ sunt tenebræ. Cito enim fugit ille ab ea anima, quam sermo diuin⁹ illuminat, quæ celestibus semper per cogitationibus occupatur. In qua assiduū est dei verbum, cuius vim nequam spiritus nō potest ferre. Et idcirco beatus illud Apostolus spiritalis belli inter cetera instrumenta gladio cōparauit. Est autem tutissimū atque perfectum vt assuescat anim⁹ sollicita semper per uigiliq; custodia discernere cogitationes suas, & ad primum animi motum vel probare vel reprobare quod cogitat, vt vel bonas cogitationes alat, vel statim extinguat malas. Hic nanque fons est boni & origo peccandi, omnisq; ingentis delicti in corde principium est cogitatio, quæ vnumquodque opus velut in quadam cordis tabula depingat antequam faciat. Nam siue ille actus siue sermo sit, vt proferatur ante disponitur: & cogitationum consilio discernitur quod futurum est. Vi-

des quàm breui interdum momento quæq; ista quis cogitet, cogitataq; perficiat, nec quicquā omnino vel lingua, vel manu caterisq; membris agitur nisi cogitationes ante distauerit. Vnde & dñs in Euāgelio dicit: De corde hominis procedunt cogitationes malæ, adulterium, fornicatio, homicidia, furta, auaritia, nequitia, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia: Hæc sunt quæ coinquinant homines. Omnis ergo sollicitudo tua omni intentione debet esse in custodia: ibi te maxime oportet obseruare peccatum, vbi nasci solet, statimq; ad primam tērationis repugnare faciē, & malum antequam crescat extinguere. Nec enim expectādum est augmentū eius rei, quæ timeri debet à paruo, & quæ tanto facilius vincitur, quanto ei citius repugnatur. Ideo clamat scriptura diuina: Omnis custodia serua cor tuum. Ex ipso enim exitus vitæ. Distinguendum est autem inter istas cogitationes quibus voluntas fauet, quas cum dilectione amplectitur, & inter eas cogitationes quæ tenuis ymbræ modo præteruolare mentem solent, seseq; tatummodo vel transeundo monstrare, quas Græci typos vocant, vel certe illas quæ repugnāti ac inuito animo suggeruntur, quibus mēs cum horrore quodam renititur ac resistit, quibus vt cōtristatur admissis, ita gaudet expulsi. In quibus quidem quæ se leuiter menti ostendūt & quasi fugiendo demonstrant se, nec peccatum omnino nec pugna est. In iis autem cum quibus aliquandiu anima luctatur, quibus resistit voluntas, æquale certamen est. Aut enim consentimus, & vincimur: aut respuimus & vincimus, & acquirimus de pugnatione victoriam. In illa ergo tantummodo cogitatione peccatum est, quæ suggestionē consensum mentis dedit, quæ malum suum blande fouet, quæ in factum gestit irrumpere. Huiusmodi cogitatio etiā si ex aliquo impedita casu non impleat voluntatem, nihilominus actione criminis condemnatur à dño, vt illud in Euāgelio legitur: Qui viderit, inquit, mulierē ad cōcupiscendū eam iam mechatus est eam in corde suo apud deū, cui nota sunt omnia etiā anteq̄ fiant. Voluntas perfecta faciēdi reputatur pro opere facti. Qua de re debes (sæpe enim repeto) quod fieri semper volo, sanctas scripturas sine intermissione meditari, hisq; tuā replere mētē, & malis cogitationibus locū auferēs, diuinis animū sensibus occupare, quantūq; deum diligas, ex dilectione legis eius ostendere. Vnde scriptura dicit: Qui timent dominum, inquirent quod beneplacitum est illi: & qui diligunt eum, replebuntur lege eius. Tunc senties quātum ad eius amorem adiuuet te sapiētia, quantū sit in te diuinæ legis auxilium, & dño cum Dauid læta cantabis: In corde meo absconde eloquia tua, vt non peccem tibi. Excitādus est enim spiritalibus stimulis semper animus & maiore quotidie ardore renouandus: orationis instantia, illuminatio lectionis, sollicitudo vigiliarū, & diurna & nocturna, eius incitamenta sunt. Nihil enim in hoc proposito ocio deterius est, quod non solummodo nō acquirit noua, sed etiam parata cōsumit: Sanctæ vitæ ratio processu gaudet & crescit, cessatione torpescit & deficit. Quotidianis & recentibus incrementis mens instauranda est, & viuendi nobis hoc iter nō de tranfacto, sed de reliquo metiendum. Quandiu sumus in hoc corpore, nunquā nos ad perfectum venisse credamus: sic enim melius peruenitur. Tandiu non relabimur retro, quandiu ad priora contendimus. At vbi cœperimus stare, descēdimus. nostrūq; nō progredi, iā reuerti est. Cesset omnis ignauia, & inutilis de præterito

K Philip. 3. Math. 15. Prouer. 4. Caput. 27. **L** Matth. 5. Ecclesiast. 1. 2. Psal. 138. **M** Ecclesiast. 1. 2. Psal. 138.

A terito labore securitas. Si volumis non redire, currendum est. Beatus Apostolus de die in diē viuens deo, nec quid ante fecisset, sed quid facere deberet semper attendens, dicebat: Fratres ego me non arbitror cōprehendisse aliquid. Vnum autem, quæ quidem sunt retro obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora, me extendens, ad destinatum persequor brauium superne vocatiōis dei. Si beatus Paulus ille vas electionis, qui ita Christū indutus erat, vt diceret: Viuo autē iam nō ego, viuit vero in me Christus: adhuc tamē se extendit, crescit, & proficit: quod nos facere debemus, quibus optandum est, vt in fine nostro Pauli principio comparemur? Ergo tu hunc imitare qui dixit: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Obluiscere omne præteritum & quotidie inchoare te puta, ne pro præsentī die, quo debes seruire deo, præteritum imputes. Optime quæsitæ custodies si semper inquiras: damnū parata sentiant, si parare cessaueris. Dicas forsitan, grādis labor est, sed respice quod promissum est. Omne opus leue fieri solet, cum eius precium cogitatur, & spes præmij solatium est laboris. Sic durus agricola in aratum diu campū, & pinguioribus ocio glebas, violēto vomere scidisse se gaudet, & mirum in modum ipsa operis difficultate lætus, spē segetis de labore metitur. Sic negociator auidus maria cōtēnit, spectare ausus fluctuum spumas, rabiēq; ventorum, dumq; in omni labore ac periculo lucrum cogitat, & lassitudinem simul obliuiscitur & timorē. Cōsydera quæso magnitudinem præmij tui, si tamen cōsyderari potest, quicquid immēsum est, post abscessum animæ, post carnis interitum, post fauillas & cinerē, in meliorem statum virgo reparāda es, mandatum terrę corpus in cœlum eleuandum est. Post hæc angelorū es donanda consortio, regnum acceptura cœlorum, & in perpetuum regnatura cū Christo. Quid ergo retribuēs domino, pro omnibus quæ retribuit tibi? Quid tāto remuneratore dignum facies? Aut quem laborem durū putabis cuius tāta sunt præmia? Vnde beatus Apostolus, Nulla, inquit, sunt condignę passionis huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Quid enim dignum vel facere vel pati possumus in breui hoc tempore vitæ nostrę, cum id immortalitate sit recompenandum? Propter quod idem Apostolus ait: Id enim quod in præsentī seculo est momentaneum ac leue tribulationis nostrę, supra modum in sublimitate æternum glorię pondus operatur in nobis. Respuantur honores, despiciantur diuitiæ, ipsa quoque vita nostra martyrij amore contemnatur. Et hæc omnia etiam si pro æternitatis præmio non darentur, essent tamen quādoq; peritura. Amittūt etiam hoc illi qui semper cupiunt possidere. Quàm multos memoria nostra retinet in maximis honoribus ac diuitiis cōstitutos, repente de summo illo potentia fastigio concidisse: & eos qui tumore elati, aliud quiddam quod homines esse se putabāt, exitu tandem suo docuisse nos quid fuerint? Quid enim in hoc mundo stabile? Quid vero firmum est? Quid porro non breue & incertum & casui non seruiens? Quale istud bonum est, quod semper timeas amittere? quod vel auferendum abs te metuas, vel à te relinquendum scias? Nam etsi nullo eripiatu casu, vel morte certe perendū est. Et si vita nostra ten datur per mille annos, & ad extremū illum totius diē ætatis, quotidiana deliciarū voluptate veniamus, quale hoc quæso diu est quod sine delectat? Aut quis illius voluptatis fructus est, qui statim vt cessauerit, videbitur tibi non fuisse? Age iam, tranfactum vitæ tuæ tempus

animo reuolue. Nōne videbitur tibi vmbra quadam D fuisse, quod transiit, & instar somnij tenuis incertum esse omne quod videtur? Hoc idem & decrepitus senex sentire potest. Cui conuenit dicere cum Propheta, Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui. Quod si hæc etiam hic possumus dicere, vbi quantuis breuis, tamen quia præsens est, vita ista magnipenditur, quid in futuro dicturi sumus, vbi maiori ætatis scientia, tranfactum omne pro nihilo est? Hęc tu tecum diligenter reuoluens, & breuitatem vitæ huius æternitatis contemplatione despiciens, ipsam quoque contemptum mundi maiori cum virtute contemne, & ad illum tantum diem para te, in quo mundi gloria finiēda est. Illum inquam diem, quem saluator diluuiū comparauit, qui multos fallaci securitate deceptos, fur-tiuo, vt ait Apostolus, cōprehendit aduentu. Quæ beatus quoque Petrus describens ait: Adueniet autem dies domini sicut fur, in qua cœli magno impetu transibūt, elementa vero à calore resoluuntur. Cum hæc omnia dissoluenda sunt, quales oportet nos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus expectantes & properantes in aduentu domini dei, in quo cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent: Recens factum est, & quod ipsa audisti, cum ad stridula buccinæ sonū Gotthorūq; clamorem lugubri oppressa metu domina orbis Roma cōtremuit. Vbi tunc nobilitatis ordo? vbi certi & distincti vllius dignitatis gradus? Permista omnia & timore confusa, omni domui planctus, & equalis fuit per cūctos pauor. Vnum erat seruus & nobilis, eadem omnibus imago mortis. Nisi quia magis eam timebant illi, quibus fuerat vita iucundior. Si ita mortales timemus hostes & humanam manum, quid faciemus cum clangore terribili tuba intonare de cœlo cœperit? & ad illam archangeli vocē omni buccina clariorem, totus simul remugiet mundus: cum viderimus super nos non manufacta arma concuti, sed & virtutes cœlorum commoueri, sicut Propheta dicit: cum venerit dominus ponere orbem terræ desertū & peccatores perdere ex eo, quis tunc nobis pauor, quæ caligo, quæ tenebræ, cum nos sæpius ac totiens admonitos, & tamen imparatos dies repererit? Tunc, inquit, plangent super se omnes tribus terræ: & videbūt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa & maiestate. Tunc dicent montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos: & petris, aperite vos nobis. Verū hæc eorum sunt, qui variis huius mundi detēti curis, de mūdi non cogitant fine. Tu vero cui aduētus Christi dierum noctiumq; meditatio est, cui pro conscientia puritate domini est optanda præsentia, quæ consummationem seculi quasi certū præmij tui tempus expectas, exultationē de cœlo capies non timorē. Tunc enim tu sanctorū mixta choris, & sanctis comitata virginibus, in sponsi obuiā subuolabis & dices, Inueni quæ quæsiuit anima mea. Nec vllius iam temporis separationē timebis, quæ semel immortalitatis gloria & incorruptionis splendore donanda es, & cū Christo semper futura es. Apostolo dicente: Quoniā ipse dominus in iussu, & in voce archangeli, & in tuba dei descēdet de cœlo, & mor-tui qui in Christo sūt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā domino in aëra, & ita semper cū Christo erimus. Hęc sitigitur cura tua semper, hoc studium, hæc iugiter virginis corde voluantur, in his totius diēi versetur labor, in his noctis somnus reponatur, in hoc anima rursus euigilet. Etenim nullus labor du-

D Psal. 117. Caput. 31. **E** 1. Thess. 5. 2. Petri. 3. **F** Matth. 24. Luca. 23. **F** 1. Thess. 4.

G rus, nullum tempus longum videri debet, quo gloria aternitatis acquiritur.

Sancti Augustini ad Cyrillum Hierosolymitanū Episcopum, de magnificis admirandisque sancti Hieronymi virtutibus ac præconis, elegantissimo stylo differentis. Epistola. C C V.

G LORIOSISSIMI Christianæ fidei athlete, sanctæ matris Ecclesiæ lapidis angularis, in quo admodum firmata cõstitit: nunc vero in cœlesti gloria dei syderis radiantis olim Hieronymi presbyteri laudes venerabilis pater Cyrille silendū ne putas, aut lingua balbutientis pueri, virum pollutum labiis me locuturū fore reris: Cœli enarrat gloriam dei, & omnia quæ fecit dominus cum in sanctis suis laudant. Silere debet rationalis creatura à laude dei, irrationali nõ silente: Taceat, aut loquar? Cum si taceat lapidibus iubetur clamare. Certe loquar & nõ tacebo, totis viribus & nisibus laudare Hieronymum: Qui quanuis indignus & insufficiens laudator existam, cum non sit pulchra in ore peccatoris laus, tamē ab eiusdem laudibus minime cessabo. Firmetur itaque manus, & lingua nostra palato nõ adhareat: quoniam certe magnus est iste vir sanctissimus, mirabilis, & metuendus super omnes qui in circuitu nostro sunt, magnus certe in vitæ excellentissimâ sanctitate, magnus in sapientiæ ineffabilis profunditate, magnus in maioris nũc gloriæ quãtitate. Mirabilis in prodigiis insuetis, metuendus ob sibi à domino traditam potestatem. Quàm itaque magnus sit iste gloriosissimus Hieronymus, in suæ vitæ excellentissimâ sanctitate, quomodo patefaceret mea lingua, cum præcipue cunctorum non sufficerent mortalium linguæ, vt eius excellentiam explicarent? Liceat ergo dici, alter hic Helias, alter hic Samuel, alter hic Ioannes Baptista vitæ excellentissimâ sanctitate. Helias & Ioannes eremita magnis ciborum & vestium asperitatibus carnem macerauerunt: Non minoris vitæ Hieronymus gloriosissimus, eremita idem per quadriennium in eremo ferarum tantū socius persistit. Quinquaginta annis vt venerabilis Eusebij eiusdem discipuli literæ, quas pridie recepi, plenius fatebantur: & vt me certius tu idem nobis, vinum & siceram aliquantulum non gustauit. Ab omni carnium & etiã piscium esu ita se abstinuit, quod vix ea nominare volebat. Coctum quid non nisi in vltima egritudine bis comedit, Cilicino sacco carnem veluti Aethiops macerans, desuper panno vilissimo se tegebat. Stratam aliud nisi terram nunquam sciuit. Non nisi semel fructibus aut herbarum foliis siue radicibus pastus in die. post vespere se orationibus præbēs, deinceps vsque ad secundam noctis horam quotidie vigilabat: postmodū vero somno fessus in terra dormiens vsque ad mediã noctem quiescebat. Qua quidem continue surgens, lectionibus & scripturis sanctissimis, quibus tota radiat ecclesia, vt lapidibus preciosis, intentus, vsque ad esus horam perdurabat. Ita leuissima flebat peccata, vt quis eum æstimasset hominem interemisse. Ter in die carnem diris verberibus flagellabat, ita vt ex eius corpore riuuli sanguinis effluerent. Quin verbum ociosum ali quid vt pestem maximam fugiebat. Sibi ocium nullū erat, semper aut sacris lectionibus, aut scribēdo, aut docendo cūctos exercitabatur. Quid plura loquar? Si sanctorum singulorum perquirerem vitas: eo vt puto maiorem neminem inuenirem. Sed quia eum superius al

Samuelē ostendamus. Hic certe Samuel, qui de vanis K literarum studiis verberibus euocatus, sacre scripturæ ministerio deputatur. In cuius vultu lumine diuina gratia influente, vtriusque testamenti lumen vidimus, & in cuius brachij fortitudine hæreticorū pars maxima est dispersa. Hic certe gloria virtutis nostræ transferet vtrunque testamētum ex Hebræorū lingua in Græcam pariter & Latinam, disponensque ipsum posteris in æternum, declarans ænigmata & obscura dubia & nodosa, præparans officiorum seriem cūctis ecclesiæ ministris, totam penē ecclesiam edificauit. Vnde bene magnus apparet in sapientiæ ineffabilis profunditate. Liberales autem scientias ita perfecte sciuit, quod relatione omnium nullus adhuc sibi similis apparet. De scripturis vero sacris vt multarum suarum epistolarum, quas ad me direxit, experientia didici, æqualem sibi neminem vnquam noui. Hebraicorum, Græcorum, Chaldaeorum, Persarum, & Medorum, Arabicorum, & penē omnium nationum linguas & literas, tanquam si fuisset in eisdem natus & educatus, sciuit. Quid plura dicam? Quæ Hieronymus ignorauit in natura, nullus hominum vnquam sciuit. Non me ista venerabilis pater existimes dicere, vt putē te Hieronymi & vitam & virtutes peius me scire, cum sibi socius extiteris multo tempore. Sed testor deum, quoniam ob tam ineffabilis viri sanctitatem, si voluissem tacere, non potuissem. Constatentur mirabilia opera sanctitatem suam & ipsi cœli, in quibus magnus habitat sine fine. Nulli itaque dubiū est intra patris mansiones, ipsum vnā ex maioribus & sublimioribus sedibus obtinere. Cū enim homo ibidem secundum opera præmiatur, & iste perfectioris penē vitæ extiterit, clare patet ipsum vnū de maioribus & sublimioribus cœlestis Hierusalem ciuibus fore. Quod vt à nobis plenius & certius credatur, in mūdo præ cunctis, quorum nostra recordatur atas, valde mirabilis apparet prodigiis insuetis, & miraculis infinitis, quorum mihi aliqua venerabilis Eusebius suis literis intimaui. De cæteris vero prodigiis, quæ mirabiliter fiunt quotidie: vt continue intelligo relationibus cupiens plurimorum audius peraudire, tibi pater charissime supplico, vt mihi in breui volumine quæcunque poteris vera & vtilia miracula collecta, quam citius facultas aderit, eiusdem Hieronymi sanctissimi deuotione transmittere non deneges. Sed vt multa merita Hieronymi sanctissimi non lateant: quid erga me diuina annuente clementia, in ipso sui obitus die acciderit, enarrabo. Eodem nanque die & hora qua exurus putredinis & immunditiæ carnis toga Hieronymus sanctissimus vestimentū perpetuæ immortalitatis, inestimabilis lætitiæ & gloriæ induit, erā Hippone in cellula mea quiescens auide cogitās qualis inesset animabus beatorū, qui cum Christo gaudēt gloriæ, & lætitarum quantitas, cupiens inde ex hac materia breuē componere tractatū, precibus cõpulsus nostri Seueri quondam venerabilis Martini Turonensis episcopi discipuli, charta, calamo, pugillariq; in manibus susceptis, vt breuē scriberē epistolā sanctissimo Hieronymo destinandā, vt quicquid ex hoc sentiret responderet. Sciebā enim in tam difficili quæstione à nullo alio viuientium me posse melius doceri & euidentius. Cūq; iam scribēs salutationis exordiū Hieronymo prænotarē, ineffabile subito lumen nostris inuisum temporibus, nostrisq; mini me linguis declarādum, cū ineffabili inauditaq; odorū oīm fragrantia cellulā in qua stabā intravit, hora iā cõpletorij. Quo à me viso, stupore admirationēque commo-

A tus, animi & membrorū virtutes repēte amisi. Nesciebam enim tūc quod dextera mirabilis dei exaltasset seruum suum, notas faciens in populis virtutes suas. Nesciebam etenim quod deus antiquæ miserationis seruū suum fidelem à carnis immunditiis dissoluisset, & tam sublimem ei in cœlo sedem parasset. Nesciebam certe inuestigabiles vias domini. Nesciebam thesauros infinitæ dei sapientiæ & scientiæ. Secreta & occulta dei iudicia non cognoscebam: quoniam quos vult facit sua ineffabili sapientiā ad sui agnitionem venire. Quos autem prædestinat, vocat, iustificat, & beatificat, prout decernit conuenire. Itaque quia talem oculi mei nunquam perspexerat lucem, olfactus meus odorem non senserat, tam nouis, tam inauditis miris obstupesciebam. Inter hæc autem meis in me perstreptibus cogitationibus quid hoc esset, de luce hæc dicens verba, vox emicuit: Augustine, Augustine quid quæris? Putās ne breui immittere vasculo mare totum? Breui includere pugillo terrarum orbem? Cœlum firmare ne visitatos exerceat motus? Quæ oculus nullius hominum videre potuit, tuus videbit? Quæ auris nulla per sonum hausit, audiet tua? Quæ cor humanum nullatenus intellexit, nec etiam cogitauit, existimas te posse intelligere? Infinitæ rei quis erit finis? Immensa qua mensura metieris? Potius totum mare in arctissimo clauderetur vasculo, potius terrarum orbem paruulus teneret pugillum, potius cœlū à motu continuo desisteret, quàm gaudiorum & gloriæ quibus beatorum animæ sine fine potiuntur, minorem intelligeres particulam, nisi vt ego experientia docereris. Discurre adhuc breue temporis spatium. Impossibilia facere ne coneris, donec impleatur tuus vitæ cursus. Hic non quæras quæ non alibi, nisi quo tam feliciter properas, inueniri possunt. Hic satage talia exercere opera, vt postmodum ibi quæ aliquantulum hic intelligere cupis, in æternum habeas. Inde qui intrant nullatenus exeunt. Ad hæc ego pauore stupens, admiratione tam inuisa penē amens, omni quasi vigore carens, his verbis aliqualem fumens audaciam, tremebunda voce dixi: Fas vitam mihi foret, qui tam felix es, tam gloriosus, tam honorifice ad illa properans gaudia, qui tam dulcia eloquia gutturi meo faris, non ambigere. At ille inquit: Nomen meum quæris? Hieronymi illius presbyteri, cui transmittendam epistolam iam scribens cœpisti, sum anima, quæ hac in hora in Bethleem Iuda carnis onere deposito, Christo omnique cœlesti comitata cohorte, omni decorata pulchritudine, omni illustrata splendore, illo induta immortalitatis deaurato vestimento, circumamicta omnium bonorum & gaudiorum varietate: terrenorum omnium triumphatrix, omni diademate coronata, omni beatitudine & felicitate vallata, iam nullum deinceps expecto gloriæ defectum, sed augmentum. Tam gloriose tamque ineffabiliter pergo ad regna cœlorum sine fine māsura. Quādo iterum iungar corpori glorificando & non mortuuro, sed gloriam quam nunc sola habeo habituro, in illa scilicet vniuersæ carnis resurrectionis die. Tunc ego amplius animi in me collectis viribus, præ gaudio à lachrymis non cessans, sic respondi: Vtinam virorū eximie tui merereri fieri pedissequus. Sed quæso tui seruuli, quanquam vilissimi, quem dilexisti in mundo, nimia charitatis affectione, recorderis: vt tuis interuentionibus à peccatis emender, tua gubernatione recto calle inoffenso pede procedam, tuis defensionibus assiduis ab inimicis mihi continue insidiantibus protectus.

gar: tuoque sancto ductu salutis portū attingam. Placeret vtinam voluntati tuæ aliqua mihi interroganti respondere. At illa: Quid optas, dicito, me omni tuæ voluntati responsuram sciens. Vellem, inquam, intelligere. Vtrum beatorū animæ quedam velle præsumat, quæ obtinere nequeant. At illa: Vnum Augustine noueris, quod sanctorum animæ ita in illa æterna gloria in deo sunt solidatæ & firmatæ, quod nulla sibi inest alia voluntas nisi dei, quod nil velle aliud possunt, nisi quæ deus vult. Ideo quæ volunt obtinere possunt. Etenim quæcunque volunt, & deus & vult & adimplet. Nemo quippe nostrum suis fraudatur desyderiis, quia nil præter deum aliquis nostrum optat: quoniam vero semper vt volumus deum habemus, nostra semper desyderia sunt plenissime adimpleta. Longa quidē pater charissime Cyrille verborum texeretur series, si omnia quæ gloriosa illa anima mihi perferant patefecit, scriberem in hac breuitatis epistola. Spero enim quod Bethleem ad tantas reliquias visitandas permittente deo veniam non post multos annorum circulos, vbi tunc quæ audiui, & in scriptis tradidi, videbis perspicaciter. Pluribus itaque horis illa gloriosissima anima ibidem mecum manēs, trinitatis sanctissimæ vnitate, & vnitatis trinitatem, filij à patre generationem, spiritus sancti à patre & filio processionem, angelicas hierarchias & ordines, & eorundem beatorum spirituum mysteria, beatarum etiam animarum felicitia, gaudia, & aliavtilia & graua humanis intellectibus, quàm subtiliter, quàm euidenter, quàm mirabiliter & delectabiliter mihi patefecerit audio, si omnium hominum linguis loquerer, nõ explicarem sermone. Deinde à meis oculis lux illa disparuit. Sed multis postmodum diebus ineffabilis odoris suauitas remansit. Quam mirabilis ergo iste est, faciens tot mirabilia, tot & tanta insueta prodigia hominibus. Ad ipsum ego ore nostro clamemus & exultemus, demusque gloriam laudi eius, quoniam certe dignus est omni laude, nec sumus sufficientes ipsum laudare. Introiit enim in domum domini candidus & pulcherrimus, vbi sine dubio de sublimioribus & præclarioribus gloriæ sedem obtinet. Quod, vt iterum clarius veritatis lumen pateat pluribus testibus quàm vno, censui quid supra dictus noster Seuerus, vir doctrina & sapientiā pollens, cum tribus aliis in ipsodie, & hora obitus Hieronymi, in Turonensi ciuitate viderit, me addere visioni: de quo mihi quidem solummodo ipsemet pridie ad me veniens fuit testis. Volens itaque deus vt sublimis Hieronymi gloria mundum non lateret, veluti sanctitas sublimis, & penē cūctorum viuentium excellentissima non latebat, ne illi quos sanctitatis illius delectabat sequi vestigia, habiturum præmium ignorantes, aliquando à sanctitatis deuiarent tramite: & vt etiam alij sibi tot & tanta elargiri cernentes præmia, illius sanctitatis & virtutis inhærent vestigiis. Minuit enim laborem pōderis, præmiorum spes, die & hora qua idem gloriosus Hieronymus feliciter expirauit, elargiendam sibi gloriam, Seuerus & tribus aliis cum eo stantibus taliter declarauit. Hora completorij die illo in domo sua, Seuerus cū tribus aliis viris catholicis, quorum duo monasterij quondam venerabilis Martini erant monachi, in diuinis lectionibus, in cœlo, in æthere terraq; canticum suauissimum, in auditorū, ineffabilium & incredibilium infinitas repente audiuit voces, & organorū, tympanorum, Psalteriorū, & totius symphonie, & instrumentorum sonos, quibus cœlū & terra, & omnia, vt sibi videbatur

G videbatur, vndiq; resonabant: quorum suauitatibus eorum animæ, penè à corporibus exhalabant. Stupefacti ilico omnes illi eleuantes oculos cœlum totū, æthera, & omnia quæ eorum continentur ambitu, quadā viderūt luce septies solis luce præclariore clarescere: ex qua omnium odorum aromata erūpebant. Hęc illi tam mirāda cernentes, deum exorauerūt precibus, vt eos cur talia fierent non lateret. Quibus vox de cœlo veniēs ista dixit: Nulla vos moueat admiratio, nec vobis videatur admirabile, si talia & videtis & auditis. Hodie enim regum rex, & dñs dominantū, Christus dominus exiit de hoc nequā seculo animæ gloriosissimi Hieronymi presbyteri in Bethleem Iudæ commorantis, totus festiuis obuiam venit, vt eam præ cæteris tāto honorificentius, tanto & excellentius & sublimius ad sua introducat regna, quāto præ cæteris sublimioris & sanctioris vitæ meritis fulget. Hodie omnium angelorum ordines exultantes, & talibus vocibus alternatim cūcti concinentes suo ciui sociatū. Hodie omnium patriarcharum & prophetarum cœtus, Hodie apostolorum & discipulorum chorus, Hodie omnes sancti martyres, Hodie confessores, Hodie gloriosa dei genitrix sanctis omnibus comitata virginibus, Hodie omnium beatorum animæ latabundæ & festiue suo occurrunt cōpatriotæ & ciui. His auditis vox siluit, sed tamen lux & cantus & odor per horā postmodum perdurātes cessauerunt. Itaque liquido patet ipsum de sublimioribus & maioribus ciuibus fore: quo & magnus & mirabilis est & metuendus super penè omnes sanctos ob sibi traditam potestatem. Nulli sit dubium, quā ita præ cæteris quæ vult posse ipsum assequi, sicut præ cæteris sua volūtas diuinæ magis coheret voluntati. Nullus vero me tantæ audaciæ putet, vt fatear ipsum Ioanne Baptista, quo testante ipso Salvatore, nullus maior inter natos mulierū surrexit, Petro & Paulo & cæteris duodecim Apostolis, qui ab ipso Christo electi & sanctificati sunt maiorem habere gloriam. Sed tamen est prohibeat ratio, ipsum illis maiorem obtinere gloriam in cœli regno aliquem audere confirmare: tamen nullas video rationes, cur sit nefas dicere, æqualem illis in gloria Hieronymum fore, dummodo illis in vitæ sanctitate discors non fuerit, cum non sit personarum acceptor deus, sed singulorum merita decernens, & reddēs vnicuique quod meruit. Ast si cuiquam videatur minore Ioanne & Apostolis Hieronymum, parū videatur minore ipsum obtinere gloriam, cum & illius sanctitatis merita, illius laboris graua, illius scripturæ & verissimæ translationis vtriusque testamenti, officiorumq; ordinationis fructus, nō solum præsentibus, sed etiam futuris perspicaciter cernat, paulo minus fore nil ipsum ab eisdem in gloria discordem. Verum testor deum, putō iudicabit. Porro ne aliquibus deridendi laqueum initiare videar, dum Ioāni & Apostolis in sanctitate & gloria æqualem esse Hieronymum sanctissimum fateor: vnum quod expletis nondum diebus quatuor in visione vidi enarrabo, vt veritas non lateat, & ne quis me has laudes retexere credat vel amore carnali, quo homo à veritatis cognitione maxime deuiat, vel vesanæ mentis imperitia, vel alia quacunque causa velit: sed me hoc non ambigat ab hoie intellexisse minime, sed per reuelationē quam dedit deus omnipotēs qui suos exultat sanctos, & exaltādo magnificat. Quarta præeunte nocte mihi auide cogitanti, quid laudis, quidve debita reuerentiæ Hieronymi in breui retexerem epistola, reuelauit hoc modo. Dum itaque vt dixi,

disponens hanc epistolam tibi scribere, cogitare aptā laudis materiam inuenire, hora adueniēte noctis mediæ, me somnus oppressit, & ecce maxima mihi affuit angelorum multitudo, inter quos fulgētes plus infinito sole duo erant viri, ita similes & vniiformes vt nulla in eis videretur differentia, qua alter ab altero differre posset, nisi quod tria ferebat vnus in capite ex auro & lapidibus preciosis, alter vero duo. Hi cædidissimis induti colobis, vndique auro & gemmis cōtextis, tantæ erant pulchritudinis vt non valeret quispiam imaginari. Accedentes itaque illi ambo prope me, sub silentio paulisper steterunt. Deinde ille qui tria ferebat ferebat, his me verbis allocutus est: Cogitas Augustine quid laudis debeas de Hieronymo in veritate proferrē. Et certe diu cogitans nondum nosti, sed huc ambo venimus vt eius tibi gloriā indicemus. Hic certe meus socius quem vides, Hieronymus ipse est: qui sicut æqualis mihi in vitæ sanctitate fuit, ita per omnia in gloria æqualis est, & quæ possum, ipse potest: & quæ volo & ipse vult: & sicuti deum video, & ipse videt, & cognoscit, & intelligit. In quo omnis nostra & sanctorum omnium consistit beatitudo & gloria. Nec habet maiorem vel minorem gloriam alter ab altero sanctorum, nisi in quantum magis & minus diuinam contemplatur speciem siue cognoscit. Sertum vero tertium quid plus illo fero, aureola martyrii est, quo vitam finivi corporis: Qui est in mundo labores plurimos, & ærumnas, afflictiones, verbera, contumelias, & hominum opprobria, & derisiones, & cætera valde graua, quæ ita pacifice pertulit, & ita gaudenter propter deum, vt infirmitatibus exultaret, & verus martyr extiterit, & præmia martyrii non amiserit: tamen quia gladio vitam non finiuit, aureolam quæ in signum datur martyrii, talis non habet. Sertæ vero duo alia quæ habemus, aureolæ sunt, quæ solum virginibus & doctoribus dantur, vt ab aliis discernantur. Ad hæc vt mihi videbatur respondi: Quis enim es domine mi? Et ille: Ioānes, inquit Baptista ego sum, qui huc ad te descendi vt nunciarem tibi Hieronymi gloriam quatenus ipsam gentibus nuncies. Hoc enim noueris: quia gloria & reuerentia quæ singulis sanctorum exhibetur, cæteris omnibus exhibetur, ne putes quod in cœlo sit aliqua inuidia vt in mundo. Sicut enim in mundo quilibet hominum cæteris præesse potius velle quam subesse, ita in cœlo propter charitatem ineffabilem, qua se inuicem diligunt beatæ animæ, quilibet sanctorū ita alterius gloria gaudet, sicut sua. Quin & vellet quisque maior vt quisq; minor sibi esset æqualis & penè maior, quia eius gloria esset sua: ita minor maioris gloria gaudet sicuti eam haberet: nec vellet eam habere vt ille nō haberet, immō potius de sua, si fas esset, impartiret. Vnde gloria singulorum est gloria cūctorū, & gloria cūctorum est gloria singulorū. His dictis societas omnis illa discessit. Expegefactus itaq; à somno, tantos in me subito sensi charitatis ardores, quātos in me nunq; senserā. Nam deinceps hætenus nunquā aliquis in me vel inuidia, vel superbiā, siue arrogantiā fuit appetitus vel cogitatio. Testis enim est deus qui omnia antequā fiat nouit: quod deinde tantus in me exiit charitatis feror, quod plus alieno bono gaudeo q̄ meo, plus affecto omnibus subesse, q̄ supra esse. Hęc idcirco dixerim, nō vt laudis humanæ acquirā famā, sed vt quis hæc nō putet vana fuisse somnia, quibus sæpe deluditur mens nostra. Sæpe etenim deus abscondita & maxima per somnia referat. Magnificemus ergo dominum in sancto suo,

Acto suo, magnificemus opera sua, quoniam perfecta sunt: nec est in eis iniquitas. Sanctum domini Hieronymum propter deū cum quo regnat, secure magnificemus, quoniam in vita sua magnifice fecit, in morte sua magnifica recepit. Quapropter magnus est in medio nostri: & sanctus & excelsus in vitæ excellentissima sanctitate. Magnus sanctus & excelsus in sapientia ineffabilis profunditate. Magnus sanctus & præexcelsus in maioris nunc gloriæ quantitate. Mirabilis & laudabilis & gloriosus in prodigiis inuisis, inauditis, & insuetis: metuendus, colendus, & venerandus, ob sibi traditam à domino potestatem, honorem, & gloriam sempiternam. Magnificemus ergo obsecro eum, ne taceamus, quoniam maior est omni laude. Notas faciamus in populis gloriæ suæ laudes. Non miretur homo si eum quem deus magnificauit & coluit, laudamus. Non hominem pigeat venerari & colere, quem deus coluit & veneratus est. Non putet quispiam Ioanni & Apostolis in gloria & sanctitate equando Hieronymum, Ioanni & apostolis exercere iniuriam: quoniam ipsum illis præstare & gloria & sanctitate si possent, optarent. Gloria enim & beatitudo eorum est gloria, & beatitudo eorum est sua. Honor laus & reuerentia à nobis exhibita Hieronymo, eorum singulis exhibetur: & quæ illis singillatim exhibetur, Hieronymo exhibetur. Si ergo cupis Ioannem Baptistam & Apostolos venerari, simul venerare illum, quoniam ipsis per omnia est æqualis. Secura igitur mente, omni de pulsa formidine, Ioannem Baptistam Hieronymo æqualem, & non maiorem, quoniam nullus maior surrexit, omni deuotione & reuerentia, fateamur: quoniam si maiorem facimus, Ioannis gloriæ derogamus, & magis iniurias exercemus ad laudes. Huius mei imperiti sermonis opus, quanquā insufficienter, quanquā vilissime, quanquā nihili, tamen deuote & reuerenter expletum, ad te venerabilis pater puro corde, & magna animi deuoti affectione dirigo, supplicans vt ingenio mei verbula quæ de meæ imperitiæ pauperie in laudes eximij Hieronymi obtuli, non deridendo, sed charitate debita æquanimiter tolerando legas, & quæ minus debita dixi ad tanti viri laudes, & meæ imputes imperitiæ & epistolæ breuitati, & eius laudum immensū im mensitati. Quoniam certe si omnium mortalium lingue solum eius laudes promerent, minus debito satis esset. Mei peccatoris venerabilis pater esto memor, vt dum in illo steteris loco, quo illud sacrū eximij Hieronymi cadauer quiescit, eius me interuentionibus recomendes. Quoniam nulli dubium est, quod ea quæ optat idē Hieronymus, potest continuo obtinere. Non enim suo aliquo modo defraudatur desiderio.

Beati Cyrilli ad sanctum Augustinum, de miraculis beati Hieronymi presbyteri post mortem celebratis, accurate disertissimeque scribentis. Epistola. CCVI.

Epistolā hanc nō credo esse Cyrilli, vt nec præcedēte Augustini

VENERABILI viro, Episcopo eximio Augustino Hipponensi præfati, Cyrillus Hierosolymitanus pontifex, & omnium sacerdotum infimus, illius insequi vestigia, cuius in terris sanctitas radiare non cessat: illius scilicet Hieronymi gloriosi, cuius memoria in benedictione in saculum sæculi. Qui quantus sit & tu similiter bene nosti, eius vsus maxime colloquiis & doctrinis, de quo me velle differere cum sim reprobis in toto, & indignus, quasi reputo audaciam. Sed tamen quia tua me cogit dilectio, vt tibi Tomus secundus.

aliqua scribam de prodigiis hominibus insuetis, quæ per illum in diebus nostris fecit dominus, vt eum celebrem in mundo faceret, & cunctis hominibus gloriosum, tamē tuis confusus orationibus, opus aggrediar vt tua poscit deuotio, & breuiquoio perstringam de multis pauca. Gloriosum huius viri obitum, visionemque meam, necnon & mirifica tunc temporis peracta esse nō esse non ambigo. Nam vir vtiq; reuerēdus & memorie obliuioni non dandæ, Eusebius nobilis Cremonensis eius discipulus, in quo magistri resulsit sanctitas & doctrina, cuius sapientiam & probitatem & excellentiam non ignoras, qui post biennium à nostræ mortalitatis miseria ereptus, suum prædilectissimum magistrum Hieronymū in cœli patria est secutus, vt nobis indicant eius crebra miracula, de quibus etiam inferiorius aliquo modo pertrahabo, reuerendo patri Damaso Portuensi Episcopo, & Theodonio Romanorum senatori eius fratri, Seuero probissimo viro, Eustochio sanctissimæ mulieri, & tibi & multis aliis quos singillatim nominari non eget, tunc temporis per suas literas totius eius obitus seriem intimaui. Vnde amplius ea quæ nosti reiterare foret superfluum, & dicendorum impedimentum. His ergo omnis ad eiusdem quæ non cessant continue clare miracula nosse se stylus verat, vt tua poscit deuotio. Et primo ab Eusebio viro sanctissimo eiusdem Hieronymi sanctissimi discipulo summat in initium.

Post obitum gloriosi Hieronymi, quadam hæresis inter Græcos, id est, secta surrexit, quæ ad Latinos vsq; deuenit, quæ suis nefandis nitebatur rationibus probare: quod animæ beatorū vsq; ad vniuersalis iudicii diem, in quo eorū corporibus erāt iterum coniungendæ, visione & cognitione diuina, in quo tota consistit beatitudo sanctorū, priuabantur, & damnatorum animæ similiter vsq; ad diē illum nullis cruciabantur pœnis. Quorū ratio talis erat, Sicut anima cum corpore meruit vel peccauit: ita cum corpore recipit præmia siue pœnas. Asserebant etiam illius sectæ nequissimi, nullum fore purgatorij locum in quo animæ quæ nondum de suis peccatis in mundo plenā egissent penitentia, purgarentur. Quæ quidem secta pestifera crebescente, tantus in nos dolor irruit, vt nos amplius pingeret viuere. Quocirca meis cunctis suffragantijs Episcopis, & aliis viris catholicis cōuocatis, eis ieiunia & orationes indixi, vt suā sic agitari ecclesiam diuina nō permitteret bonitas. Mira res, & forte huic similis nunquam visa. Tribus expletis diebus ieiuniorum & orationum, subsequenti nocte gloriosus Hieronymus suo prædilectissimo filio Eusebio orationibus incumbenti manifeste apparens, benignaq; eum allocutione confortans, ei dixit, in hac secta pestifera minime formida cum sibi finis iam imponendus erit. Quæ Eusebius nimio fulgentem splendore, ita vt in eum oculis humanus aspicere nō valeret, intuitus, quasi de graui somno euigilans, dulces per oculos fundens lachrymas, ita vt penè formare vocem non posset, quantum poterat clamare cœpit: Pater meus Hieronymus es? Quare meam societatem spernis? Certe teneam te, nec dimittam, nec sine tuo quem dilexisti filio gradieris. Ad quæ gloriosus Hieronymus. Non te sili dilectissime deseram: Confortare, nanque vicesimo die me sequeris, & simul in gaudio permanebimus sine fine. Sed Cyrillo cunctisque fratribus nuncia, vt die crastina iuxta præsepe domini, vbi meum quiescit corpus, omnes in vnu conueniant, tam catholici quàm etiam illius sectæ viri.

Error offus post obitū beati Hieronymi.

Ratio errantium.

Recurrit ad dñm contra errorem.

Exaudicio miraculosa.

G Et tu trium hominum, qui in hac sunt vrbe hac nocte defuncti, cadauera inhumata in locum in quo meum est humatum corpus facies deportari: super quibus saccum quo vtebar ponens, statim vitæ pristinae redditi, hanc radicibus haresim extirpabunt. Cui vale dicens gloriosus Hieronymus disparuit. Mane autem facto, ad me qui Bethleem tunc eram, venerabilis Eusebius veniens, cuncta quæ viderat enarrauit. Quo audito, immensas creatori gratias agens, & glorioso Hieronymo, omnibus in prædicto loco, in quo pro nobis de intemerata virgine saluator natus est, & vbi etiam sacratissimū Hieronymi cadaver humatū est congregatis, prædictorū defunctorum cadauera deferri fecit. O mira erga hoies dei miserantis dispensatio. Quot modis in se sperantes scit iuuare. Quantis & quot honoribus suos exultat sanctos. Fiebat interea ab illius sectæ cultoribus derisio, credentibus quod foret exinanita manus domini. Letetur itaque omnis fidelium cœtus: & deo in voce exultationis psallat, quoniam suscepimus misericordiam dñi in medio templi eius. Accedens namque vir venerabilis Eusebius ad singulorū cadauera flexis genibus sic orauit: Deus cui nihil est impossibile, nihil graua, inquit, fortitudinis & virtutis, qui facis mirabilia magna solus, & nullum in te sperantium spernis: nunc preces tuorum exaudi fidelium, & vt tua quæ dedisti fides, intemerata inuoluta; per secula maneat, ac etiam vt horum error appareat, & per merita & intercessionem gloriosi tui Hieronymi dilecti, introducin hæc cadauera animas quas de ipsis egredi voluisti. Qua quidem oratione finita, singulorum sacco quo supra carnem gloriosus Hieronymus vtebatur, tangens cadauer protinus in id vitæ spiritum introduxit. Qui homines aperiens oculis, omnibusque vitæ signis ostensis sunt perfecte resuscitati, & coeperunt beatarum animarū gloriā, & peccatorum pœnas, tã purgatorij quã inferni clara voce omnibus intimare. Nã vt mihi postmodū interroganti dixerunt, beatus Hieronymus eos cõduxerat seculum in paradysum, in purgatorium, & infernū: vt quæ ibi agebatur, patefaceret vniuersis. Sibi quæ dixerat, quod ad corpora redirent, & de perpetratis peccatis ibi agerent pœnitentiā, qui eo die & hora qua venerabilis Eusebius migraturus erat, & ipsi iterum morituri erant, ac etiam si bene agerent pœnitentiā, cum eo gloriā adepturi. Quod & factū est, vt inferi declarabo. His igitur peractis, multitudo maxima populorum tam fidelium quam etiam illius sectæ defensorum, qui ad tam grãde concurrerent spectaculum, tam certum erroris indicium & veritatis experimentum, necnon beati Hieronymi merita egregia cernens, magnis vocibus immensas laudes referunt creatori, qui suos in se sperantes non deserit. Et sic Augustine charissime, pius dominus nauiculam suæ fidei sacratissimã in huius mundi mari eructantibus malorum hominum fluctibus agitari permittit: sed minime naufragari. Quo quidem forti quæso esto animo: viriliter age, non formides contra fidei persecutores magnanimiter dimicare sub vmbra alarum tam pij patris, qui suorū fidelium preces inefficaces esse non sinit, dumodo tota spe & puto fiant animo. Non enim aliter nostræ nequeunt exaudiri preces, nisi cum in deo nostra non perfecte spes consistit, vel quia petimus non petenda. Ad ipsum ergo dominum non tantum ore, sed toto corde clamemus dum affligimur: Et ipse qui dominatur in virtute sua, & nos quotidie oculo respicit pietatis,

non permittet nos tentari supra id quod possumus. Sed K ne nimis deuius à proposito modo gradiar: ad incœpta redeam, & venerabilis Eusebij obitum explens primo, & virorum illorum trium similiter, quos resuscitados nostri migrationem scribens: quia eadē hora sunt & die qua Eusebius, de huius mundi & valle miseræ exempti. Aliqua Hieronymi miracula introducā de multis pauca.

A Dueniente autem die, quo venerabilis Eusebius à beato Hieronymo in visione de qua supra fatus sum, se migraturum sciebat, die tertia præeunte languore febrium concussus valide se super terram, magistri non immemor, nudum deferri fecit à fratribus & singulos osculans fratres benigna eos cõsolatione confortauit, & vt in sancto manerent proposito admonuit. Deinde saccum quo gloriosus induebatur Hieronymus, deferri fecit & supra se poni iussit, ordinauitque se nudum instar gloriosi magistri in ecclesia in qua iacebat sancti Hieronymi corpus sepeliri. Post hæc communionem sacratissimi corporis Iesu Christi se muniens, domino se & beato Hieronymo commendauit: & per triduum loquutione corporali visione priuatus iacuit, circūstantibus fratribus alternatim Psalterium, passionem domini, & alia sacra continue legentibus. Durum quippe & cunctis recte in mundo degentibus formidabile hoc quod narro. Die autem quo moriturus erat, per duas horas ante animæ beatæ exitum: venerabilis Eusebius tam terribiles actus cepit peragere, quod circūstantes monachi pauore perterriti, velut amentes in terra iacebant. Nam quandoque transfuersis oculis, manibus simul iunctis, facie terribili, vocēque dira, quasi sedens clamabat: Non faciam, non faciam: mentiris, mentiris. Post hæc ad terram rediens, faciem firmabat in terram, quantum potuit clamans: Adiuuate me fratres ne peream. Quod monachi videntes, lachrymantēs & trementes eum interrogauerunt: Quid habes pater? Ad quos ille: Non videtis dæmonum agmina, quæ me debellare cupiunt? Et illi: Quid te facturum volebant, non dicebas, non faciam, non faciam? Et ille: Conantur namque vt diuini nominis blasphemus inueniar: & ideo me hoc non facere clamabam. Et illi: Quare pater faciem abscondebas in terram. Et ille: Ne eorum aspectū cernerē, qui tam turpis & terribilis est, quod omnes penē formidines quæ in mudo sunt respectu eius nihil sunt. Inter hæc verba actus priores reiterans, sic ad extremam horam vsque deuenit. Fratres autem qui adstabat, pauore & dolore perterriti, velut mortui stabant, quid facere nescientes. Gloriosus deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate sua, benignus & se amantibus misericors, sanctos suos nõ dere linquit in tempore necessitatis. Ad extremam namque horam venerabili Eusebio peruenienti, gloriosus Hieronymus apparuit, eum benigne confortans. Cuius aduentu omnis illa dæmonum turba, quasi infinita, eius timore perterrita, ab eo velut fumus euaniuit: vt plures testantur monachi qui propriis oculis dispensatione diuina se hoc vidisse dicunt. Sed hoc magis approbatur: nam omnes circūstantes audierunt has ab Eusebio voces, Vnde venis pater? Quare tantū morat? Quæso filium tuū ne derelinquas. Cui subito cunctis audientibus alia vox respondit: Expecta fili, ne formides: quia te nõ deseram, quem tantum diligo. Qua audita voce breui inde decursa morula, venerabilis Eusebius expirauit. Qua quidē hora & illi tres qui resuscitati sunt migrare,

Dies lāguoris beati Eusebij.

Res formidabilis ipso die mortis eius.

M

A nere, & vt puto cum Eusebio ad æterna gaudia peruenerunt. Nam per illos omnes viginti dies, quibus postquam, vt nostri, resuscitati sunt, se in tanta pœnitentia tradiderunt, quod sine dubio æterna beatitudine potiuntur. Silentio prætereundum nequaquam puto, quæ ab iisdem tribus viris per illos dies quibus vixerunt didici, continuo toto hoc tempore cum aliquo eorum secreta vitæ illius quam post hanc breuem & momentaneam expectamus, rimari cupiens: à tertia diei hora diem ducens ad vesperam. Sed quauis multa ab eisdem didicerim, tamen ad præsens breuitatis causa quædam solum referam: cetera verò aliàs ea dicturus omit tam. Quadam vice ad vnum eorum me iussit contigisse: quem dure lachrymantem, nec meis verbis consolationem aliquam admittentem comperiens, tanti fletus causam ab eo cepi inquirere. Qui pluries de hoc à me interrogatus, nec tamen ad interrogata respondens, tandem meis coactus importunitatibus sic respondit: Si quæ pridie sum expertus non ignorares, tibi inesset semper causa fletus. Ad quem ego: Quæso, vt quæ vidisti edisseras: Tunc ille paulisper tacens dixit: Quales credis pœnas & tormenta, non solum damnatis, sed etiam in purgatorio existentibus præparari? Ad quem ego: De incertis quauis vera potest proferrī sententia: vt enim puto nostris quibus affligimur pœnis æquari non possunt. Ad quod ille: Si omnes quæ in mudo cogitari possent pœnæ, tormenta, afflictiones, minori quæ illic habetur pœnæ & tormento comparentur, solatia erunt. Mallet enim quilibet viuentium omnes quæ hic videntur pœnæ & tormenta si illas experientia nosceret pœnas, vsque ad finem mundi omnibus his simul sine remedio cruciari pœnis, quas omnes homines ab Adam hucusque singillatim pertulerunt, quã vno die in inferno, siue in purgatorio, minori quæ illic habetur pœna torqueri. Et ideo si causam mei fletus interrogas, timor pœnarum est quæ peccatoribus iuste dantur. Scio namque me erga deum meum peccasse: & ipsum iustum fore non dubito. Quæ de re non mireris si plango: cum potius si non plangerem vehementer admirari deberes. Sed potius admirare quare homines, qui se mori non dubitant, saltem aliorum experimento tanta hic securitate viuunt: nec tantas cogitant euadere pœnas. Ad hæc dolore tactus intrinseco, ita vt vix verba formare possem, dixi: Heu quid audio? Sed quæso in quo tormenta differunt infernalibus ab iis quæ sunt in purgatorio, dicas. Et ille: Nihil inter se differunt: quia eadem sunt magnitudine pœnæ purgatorij & inferni: Sed vnum est quo differre possunt: quia infernales finē non expectant, sed augmentū, scilicet in iudicij vniuersalis die: quando corpora ibidē cruciabuntur cum animabus: & purgatorij sunt cum fine. Nam post expletam pœnitentiā inde exempti gaudiis beatissimis perfuerunt. Ad hæc ego: Sunt omnibus in purgatorio existentibus equalia tormenta vel diuersa? Ad hæc ille: Diuersa quidē. In aliquibus maiora, in aliquibus vero leuiora, iuxta magnitudinem peccatorum. Nam in patria etiã beatorum omnes animæ gloriose diuinam contemplantur speciem, in quo omnis consistit gloria. Quæ quauis singulæ tanta habeant gaudia, quanta velle vel cogitare possunt, tamen gaudiis non sunt pares: quia maiora hæc possidet, minorā illa iuxta opera quæ fecerūt. Sed si tibi aliqua ex hoc oriretur admiratio, quomodo sanctis possit inesse diuersitas gaudiorū, quorū causa est solus ipse deus, in quo nulla potuit vnquam fore diuersitas: solutio satis pa-

Pœnarū purgatorij grauitas.

Cõparatio pœnarū infernalium & purgatorij.

Diuersitas pœnarū inferni. Diuersitas gaudiorū cœlestium.

ret. Nam cū diuina cõtemplatio & cognitio siue intelligentia sit tota merces & gloria: in aliquo potest esse sanctorum minor, in aliquo vero maior. Idcirco cum omnes simul animæ deū sicuti est uideat & cognoscant: aliqua minus videt & intelligit, & sic minor sibi inest gloria: aliqua vero clarius videt & subtili⁹ intelligit, & sic maiorē possidet gloriā. Sic etiã de illorū miserorum damnatorū pœnis dici potest. Nam cū omnes animæ damnatorū in vno consistat pœnarum loco: tamē diuersis cruciantur pœnis iuxta vitiorū qualitates. Tantum siquidē differt inter Christianorū, qui ibi torquentur, pœnas, & Paganorū: vt Paganorū cruciamenta respectu eorū quæ falsi Christiani & peccatores sustinet, siue quasi nulla: quanquā ineffabilia sunt, nec à viuentibus cogitabilia vt dignum est. Nã illi gratiã dei in vacuam receperūt, nec voluerūt à peccatis corrigi, dū vixerunt: sacris cõtinue vociferantibus scripturis, quas pro nihilo putauere. Tum ego Horribile est, inquã, quid dicis: & vniã sedulo mortalium insisteret mentibus, vt vel tantarum pœnarum terrore à prauis cessarent, si nollet amore glorię. Sed quæso quid erga te pridie exēte anima peractum est, breuiter innotesce. Ad quod ille. Adueniente, inquit, mortis meę hora, tãta in loco, quod migraturus iacebam, nephandorū affuit spiritū multitudine, quæ præ multitudine dinumerari omnino nõ possent: quorū species talis erat, quod ea nil pœnosius, nil ve horribilius excogitari potest. Potius enim quilibet hoim flammis ardētibus arsurum se exponeret, quã earum formarum icu oculi visione potiri: qui ad me venientes, omnia quęcunq; perpetravi opera contra deū, ad meā memoriā reuocabant, suadentes mihi vt amplius diuinam misericordiam, quam tam grauiter offenderam, non sperarem. Et certe noueris, quod nisi me diuina miseratio adiunxisset, eis resistere nõ valebam. Nam dum omni vigore spiritus destitutus, eorū verbis paululum assentire, gloriosus affuit Hieronymus, magno vallatus agmine angelorū, septies sole splendidior, me confortans: Qui vbi illos spiritus immundos fuit intuitus, me tam dure exacerbantes, valde commotus erga eos, voce terribili eis dixit: Quid ad hunc nequitia & omnis maledictionis spiritus venistis? Nesciebatis hunc meis fore fouendum auxiliis? Protinus hunc relinquentes, abite: & vestras ab eo elongate nequitias, quantum distat Oriens ab occasu. Hic illa maledictorum spirituum societas perterrita, diris vlutatibus & clamoribus limen loci in quo iacebam, excessit. Tunc gloriosus Hieronymus aliquibus imperans angelis, ne à me discederent, sed quousque reuertetur expectaret: cum cæteris angelis festinãter abscessit. Eodem quoque abeunte, angeli qui ad me custodiendum remanserunt, me confortare coepere, blanda & dulcia promittentes, si forti animo perdurarem. Inter hæc autem consolationis colloquia, hora quasi decursa, secūdo beatus Hieronymus veniens, itansque in limine, velociter, inquit, venite. Tūc subito anima corpus relinquit tam grauiter & acerbe, quod certe quãta fuerint pressuræ & angustia, intellectu non caperet mens humana, nisi vt ego per experientiam didicisset. Si enim omnis humana intelligentia, quas vellet angustias & dolores aestimaret, respectu animæ dissolutionis à corpore: tamen illa pro nihilo cõputaret. Hæc & alia non minus ardua, & valde mortalibus formidanda, quæ pro longitudine presentis operi non inscribã, audiui: eo loquente incipiebat claudis occasu solis, quo necesse fuit, quid ei post mortē contigerit non explere. Sed quia id præ cæteris affectabam

Differentia pœnarū damnatorū Christianorū & Paganorum

Quæstio de anima illi resuscitati hora mortis.

Respositio terribilis. Degrauitate visionis dæmonū ante exitū animæ.

F

Acerbitas exit⁹ animæ à corpore.

G scire, sequenti die duobus aliis cū eo insimul cōuocatis, ad narrationis illius seriē redij, hoc cupiēs ab illis etiā duobus aliis peraudire, vt trium testimonio solidius edoceret. Itaq; cum hi iam dictare inciperent, sic respōdi. *Quantum hęc vtilia sint, nec tæderet sapius ipsa fari, rāmen iis quę iā audiui omisiss, quāso vt quid vobis post dissolutionē corporis eueniret, meo hianti detegatis animo.* Ad hoc ille qui mihi quę audiisti translatō narrauerat die. *Quod Cyrille, inquit, interrogas, non est possibile plene fari: quoniam spiritualia nostris minime sensibus comprehenduntur. Scis nan que non te axanitem fore, tamen quid aut qualis sit anima nō cognoscis. Deum certē scis omnium esse principium & finem, à quo incipiunt omnia atq; ad quem tendūt, & tamen quid sit deus, aut qualis, dum carnis istius grauisimā corruptibile portas onus, non intelligi, nisi per speculum scilicet & in ænigmate: sic etiam de angelis, & cæteris incorporeis idem liquet. Cū enim multa quę sunt notissima in natura, nostrā parua intelligentiā defēctū intelligere nō possumus, super cœlestia & spiritalia omnino aliena à naturā cognitiōe: quomodo intelligemus? Vt dicis, in quā, est, sed vt potes quęso dicās: At ille, Circumloquar, inquit, id quod optas: & dicā pau lominus quod non possum. At hi qui mecū ea quę pridie dixi sunt experti, si ita est testificabuntur. Mea pridie anima à corpore tot vt supra fatus sum pressuris & dolorib; dissoluta, subito in ictu oculi ineffabiliter fuit ante dei iudicātis præsentiā deportata. Sed à quibus, & quomodo non cognosco. Nec certe mirum, Nam nunc carnis mole aggrauor, tunc autem erat anima sine carne. Fuerunt etiam ibidem istorum animæ, terroribus inexcogitabilibus quid iudex ageret formidātes. Heu cur mortales nesciunt, quibus hoc eueniret quod tunc nobis: certe si illorum non foret ignorantia, toties non peccarēt. Nullum quā toto tempore gessimus peccatorum, iudicem latere potuit: immō cūcta quę fecimus, tanquam si forent præsentiā, cunctis astantibus clara erāt: ita vt minimum nostrorum cogitāminum, sicuti fuerat apparebat. Considera quibus & quot agitabamur terroribus. Hinc demonum multitudo stabat, mala testificantes quę fecimus: locum, modum, & tempora declarātes. Hinc nosmetipsi ad ea quę obiciebantur: nullatenus contradicere poteramus: tum quia iudicem cuncta scientem, tum quia ipsum quilibet nostrum iustissimum cognoscebat. Heu quid dicam? Quam sententiā præstolabamur, ob eius memoriā nunc formido. Hinc mala vndique vindictā iudici acclamabant, nec vllum penē apparebat bonum quo misericordiam speraremus. Hinc nos dignos supplicio omnes qui aderant exclamabant. Cūque iam nihil deesset nisi sententiā publicari, quę peccatoribus digne datur, ecce gloriosus Hieronymus cunctis splendidior astris, beato Ioanne Baptista, summōque Apostolorum principe Petro, necnon angelorum ingenti multitudine comitatus, ad præsidentis iudicis thronum veniens, nostram sententiā suspendi modico temporis: nōque sibi dari ob reuerentiā & deuotionem, quam sibi contuleramus, & propter erroris destruendi necessitatem, vt voluit, impetrauit. Deinde nos secum ducens, omni illa beata vallatus societate, vbi fidelium animæ inæstimabili gloria perpetuo perfuuntur, quę ibi gerebantur, vt redderemus testimonium, declarauit. Post hæc ad purgatorium & infernum nos deducens, non solum quę ibi erant indicauit: sed voluit vt pœnarum experientiam proba-*

remus. His igitur omnibus sic peractis, hora qua nostra cadauera sacco quo beatus vsus fuit Hieronymus, tetigit venerabilis Eusebius, idem gloriosus Hieronymus nobis imperauit, vt ad corpora rediremus, mandans vt de iis quę vidimus testaremur, promittēsq; nobis, vicesimo die, si de perpetratis peccatis nos contingeret debitam pœnitentiā exercere, cum beato Eusebio, qui tunc erat ex hoc seculo migraturus, gloriā finis nesciam adipisci: Sicq; corporibus nostrā animā sunt coniunctę. Multa siquidem Augustine charissime formidanda, quę mortaliū impressa mentibus, ab eisdem labentiū omnium terrenorū amorem & curā perugilem, qua tot aberrant hoies, vt puto, funditus extirparent, patenter didici: quę si his chartis imprimerem, plus cogitato opus procederet, nec essem cōpos soluere iam promissa. Itaq; cū de proximo te expectem visitaturū gloriosi Hieronymi reliquias, vt tuę quas pridie recepi, literę fatebantur, cetera quę tunc ad meā redire poterō memoriā, declarabo. Hęc oīa hoc sine claudam, tāgens venerabilis Eusebij sepulturā, vt ad miracula redeā enarranda, quę superius sum pollicitus enarrare. Obitus nāq; Eusebij venerabilis & trium hominū prædictorum seriem in præcedentibus, quā breuius potui, inserui, quædam tibi, vt puto, affectuosa interponens. Sed prædictorū sepulturę series ita patet. Mortuo nāq; venerabili Eusebio, plura sunt miracula cunctis vīsa, quę præcedentis vitę sanctitatē testauerunt. Quorum ad præsens duo solum dicam. Monachus quidam eiusdā cœnobij præ lachrymis & vigiliis priuatus corporali lumine oculorū: statim vt Eusebij corpus venerandum facie tetigit pristinæ lucis gratiā est adeptus. Dæmoniācus autem quidā dum sacrū corpus ad Ecclesiam duceremus, eidem obuians est protinus liberatus, iuxta Ecclesiā in qua gloriosi Hieronymi cadauer sanctissimū est humatum, venerabilis Eusebij corpus honore debito magistri instar sepeliuimus. In cuius etiā cœmiterio hominum illorum trium qui eadē sunt hora mortui, fuerunt corpora tumulata. His ergo dictis venerabilis Eusebij cuncta sileant, vt prægrādia & infabilia locū teneant prodigia eximij beati Hieronymi iam promissa.

In amœno & iucundissimo siquidē mirabili gestorum sanctissimi Hieronymi prato positus, vti fertū faciens, præcipuos & decoros miraculorum flores ad huius opusculi venustatem, & nostrā posterorumve salutē vtilis, legam pro posse. Quorum omnium quid pridie erga Sabinianum hæresiarcham pestiferum, quem agnoscis, peractum est, primo dicam. Sabinianus nāque hæresiarcha hæreticorum fautor, duas in Christo asserens voluntates, & quod peius est, inter se quandoque discordes. Ad cuius tam inopinabilis falsitatis probationem introducebat illud quod in Euangelio Christus dixit, Pater si fieri potest, transeat à me calix iste: eliciens ex hoc rationes grauiissimas, & penē inextricabiles, quōd passionem Christus voluerit vna fugere voluntate, & altera eandem coacte subire oportuerit passionem. Et ex his dicebat, quōd multa Christus voluit quę obtinere nō potuit: tantum in nos dolorem explicuit, quōd magnitudinē explicare nequimus. Peruertebat nāq; idem pestifer anguis & lupus rapax se vestimēto ouium induens, nobis commissum gregem, & vt scuitiam diri pectoris efficacius exerceret, opusculum quoddam cōpilauerat, falsis probans rationibus hoc sic esse. Quod quidē opusculū vt fidem ei daremus, glorioso Hieronymo totius veritatis speculo

K

Secundum.

L

Post mortē Eusebij miracula. Primum.

Secundum.

Math. 1. 6.

A intitulauerat. Cuius falsitatis noticiam comperiens, sciens tibi gloriosum Hieronymum Epistolam super huius erroris destructione non multum ante sui obitum ædidisse, prædictum Hæresiarcham cum suis discipulis, & eiusdem nequitie ministris inuitauit quodam dominico die in Ecclesiam Hierosolymitanam ad disputandum & suum errorem nequissimum comprobandum. Quo die vniuersis meis suffraganeis Episcopis & aliis quā pluribus orthodoxis, necnon & ipso Hæresiarcha cum suis nephandis discipulis in prædicta Ecclesia adunatis, disputatio à nona incepta, ad vespertas vsque tetendit. Cum autem idem Hæresiarcha contra nos opusculum ab ipso compositum, quod falsō glorioso intulabatur Hieronymo, allegaret: has tantas beati Hieronymi iniurias ferre non valens bonæ memoriæ Syllanus sanctę Nazareth Ecclesię Archiepiscopus (qui tanta beatum Hieronymū affectione animi & deuotione colebat, vt si quid faceret, diuinum nomen & beati Hieronymi præmittebat). Vnde quasi ab omnibus Hieronymus dicebatur) prædicto Hæresiarchæ protinus insurrexit, dire eum increpans, quōd tot & tantas exercuisset nequitias. Dum autem inter eos longa oriretur contentio, & vterque opprobria sibi inuicem pro posse diceret, in fine sic ambo pariter statuerunt, quōd si vsque in subsequenti diei hora nona beatus Hieronymus hoc opus falsō compositum euidenter ostenderet, prædictus Hæresiarcha capite puniretur: sin autem, Archiepiscopus. Quibus finitis singuli ad propria remearunt. Per totam autem noctem quisque nostrum orationibus vacans orabat, vt nobis in opportunitatibus auxilium eueniret à domino, qui neminem vnquam in se sperantiū spreuit. Magnus dominus & laudabilis nimis, cuius certe sapientiæ non est numerus. Statuto autem die & hora, latus Hæresiarcha in Ecclesiam cum suis nequitie filiis veniens, huc illucq; discurrrens quærebatur dei seruum & filium, tanquam leo rugiens paratus eum deuorare, veluti si foret deus nō intelligens, nec suorum seruorum preces exaudiens. Sed tamē cum solidius se fatuus stare crederet, miserabilis cecidit. Stabat autem omnis fidelium concio in Ecclesia, quilibet sancti Hieronymi clamās nomen. Clauerat siquidem gloriosus Hieronymus aures fingens se dormire, orationes supplicatium non intendens, vt mirabilior appareret: At ego totus perfusus lachrymis, stupens & admirās, cur Hieronymus sic abesset, quid deinceps accideret expectabam. Denique cum nil miraculi appareret, scire cœpit Hæresiarcha canina rabie, vt Syllanus quod promiserat, iam expleret. Ad locum autem quo decollandus erat Syllanus sanctissimus, gaudens & intrepidus tanquam ad nuptias veniens, Episcopos & omnes alios catholicos, qui ad hoc cōuenerant, his cōfortabat verbis: Exultate mecum charissimi, gaudete & nolite contristari, quoniam non derelinquit deus sperantes in se. Si non exaudiat, plus meis iam perpetratis merui peccatis. Post hæc genua flectens, sancte, inquit, Hieronyme adest mihi si placet, quāquam hoc & maiori sim dignus supplicio, tamen ne falsitas locum teneat, veritati succurre. Quōd si fas non est, vt adiuuer, propicius mihi esto in hora mortis, vt glorię finis nesciā nō fini expers. Hęc dicens, spiculatori collum præbuit, vt feriat ipsum rogat. Eleuat autem spiculator ensem, antistitis venerandi caput vno ictu cupiēs amputare. Adest subito Hieronymus gloriosus cunctis cernentibus, manu extensa tenet ensem, Syllano imperans vt exurgat: de-

Psal. 144.

C

Questio de aiabus istorū post egressiōnem.

Responso nis difficultas.

H Responso per circulo cutionem.

Præsentiatio aīe ante iudicem.

Accusatio à demonibus & peccatis.

Succurrē bñ Hieronymi

D inde Hæresiarcham increpans, scripturas falsō compositas inueniens, eiq; minans, ab omnium euanuit oculis. Quod huic, eius similibus vtiā eueniret. Confestim vt gloriosus Hieronymus disparuit: Hæresiarchæ caput terram petiit à corpore detruncatum, tanquam si ense spiculatoris manus amputasset ictu vno. Quod tā mirabile cuncti videntes qui aderant, ilico stupefacti, deo gratias egerunt & Hieronymo glorioso, & ad veritatis tramitem Hæresiarchæ discipuli rediere. Ecce quantum venerabilis antistitis fiducia in domino & beato Hieronymo fuit efficax, qui pro veritate mori minime formidauit. Exemplar certe factus est venerandus antistes cæteris Christianis. Non enim Christianus ille est, qui pro veritate mori timet. Si enim Christus pro nobis animā suam posuit, vt nos ab omni redimeret seruitute: & nos pro ipso cum tepus est, animas ponere minime timeamus. Quia nemo nisi legitime certans, potest coronam glorię obtinere.

Verum quia de Syllano aliquid dictum nosti, aliud quoddam non minus, vt puto, mirabile erga eum factū narro, cuius tot fuerunt testes, quot Nazareth vrbs & Bethleem tenent: qui propriis oculis hoc viderunt. Serpens ille antiquus diabolus ob suam deiectus superbiam in inferni profundum, venerandi antistitis Syllani nimie inuidens sanctitati, in eum dolis vt callidior cunctis animatibus grauior est commotus: qui vt virum dei infamem redderet, quatenus qui suo sanctitatis exemplo releuabantur ad rectā cōuersationis semitas, suo casu deciderent ad peiora, nocte quadam formam sancti viri sumens, cuidam mulieri nobilissimæ iam in stratu quiescenti apparuit, & se ad eā illicite accedere fecerit, consentium sui corporis inquirebat. Ad quod perterrita mulier viri ignorans speciem, dum se cum homine solam in thalamo cerneret, nec quid faceret sciret, diras cœpit voces emitte, ita vt clamoribus assiduis omnes excitarēt dormientes, & non solum de illa domo, sed etiā conuicini. Qui omnes ad prædictæ mulieris thalamum accurrentes, quid hoc esset interrogauere pauidam mulierem. Interea callidus serpens sub thoro se ponēs cœpit latere. Qui autem accurrerant, hoc audientes, quis hic homo fuerit, vbi que perquirere inceperūt. Verum illi diu perscrutantes, tandem ad locum venientes vbi pestifer latitabat anguis, aliena specie occultatum hominem inuenerunt. Qui eundem candelis accensis inuenientes, Syllanum Archiepiscopum crediderunt. Ad quod omnes qui aderant stupefacti, & veluti amentes effecti, quasi quid agerent, quid ve dicerent ignorabant, scientes eiusdem sanctitatis nomen. Et quia hoc tam detestabile inopinabileq; cernebant: eum interrogauerunt, cur tantas nequitias perpetrasset. At ille, quid, inquit, male feci, si mulier hæc me ad huiusmodi negociū inuitauit? Quod mulier audiens, eum fore mendacem lachrymans respondit. Tunc ille, vt homines erga dei virum ad maius odium incitaret, quatenus illum citius diffamarent, talia cœpit, & tam abhorrenda verba fari, quōd nullus præ turbatione auribus poterat sustinere. Quocirca eum cōtumeliis & opprobriis exacerbat, coacte extra domicilium expulerunt. Mane autem factō quę gesta fuerant enarrantes: Syllanum Archiepiscopum, hypocritam & dignum incendio acclamabant. Qua de re quasi tota est ciuitas Nazareth commota versus Archiepiscopum, ita vt audiendo eius nomen quilibet blasphemaret. Mira huius viri patientia, & magna sanctitatis indicium. Volat ad innoxij antistitis

G tistitis aures tanti fama criminis, os tamen nō mouetur ad iniurias. Inter tot aduersa cor manet immobile: ad nullam severtens impatientia. Gratias diuino semper agens homini, sua hæc consistetur noxia meruisse. Heu quid dicam Augustine, non solum iniurias & opprobria ferre vt possum fugio, sed etiam quibusq; verbis frangor: præmia opto, nec de laboribus curo, quāquam sciam ad regna cælorum non aliter quempiam, nisi laborum & afflictionum tramite peruenire. Quid enim aliud debeo iudicare, cum me à sanctis moribus & vita discordem inuenio, nisi & discordem in morte & præmio reperiri? Flebilis & grauiam mihi adsunt, si sanctorum vitam & meam recordor. Miro quippe auditu sanctorum gesta reuoluūt homines, vt ego, & tamen nil ipsi volunt peragere. Porro hoc ad meam detegendam insipientiam est, quod dicam. Pluries me ab eiusdem Syluani ore audisse scio: nunquam tantum se foelicem fuisse, quantum cum se ab hominibus despici & conculcari cernebat. Creuit intantum eius infamia, quōd eius opinio vsque ad Alexandriam, Cyprum, & per ciuitates affines penè ore omnium est delata. At qui limen domus innoxij antistitis calx tangere non audebat. Manens verò in supernis dominus spectator omnium, suos sinit labi sanctos in tribulationū grumnas, vt tunc fideles patientia eos reddat, sed eos exigete necessitate in pressuris minime derelinquit. Reuoluto itaque anno quo diaboli astutia talia erga dei hominē perpetrauerat, ciuitatem Nazareth, vt illarum gētium aliquāter scandalum mitigaret, vir dei occulte deserens, ad Ecclesiam in qua gloriosi Hieronymi humatū quiescit corpus, tanquam ad refugij portum veniens, se in sepulturæ loco posuit oraturus. Quo per duarū horarum spatium sic manente, vir quidam nequitia spiritu inflammatus, in prædictam Ecclesiam intrans, sanctūq; reperies super sepulturam in oratione positum, ad eum velut draco cucurrit ei improperans quōd mulierum mentes ad libidinosas suas voluptates cōtinue incitaret. Cui agnus innocens Syluanus se despici gaudens humilitate solita, vt ista sæpe ei diceret, blandis colloquiis inuitabat. Quod pessimum ille latro audiens, gladium ex vagina suo pendente lateri impudica trahēs dextera, ipsum, vt in Syluani antistitis guttur immergeret, eleuauit. Cui cum hoc verbū: Succurre Hieronymi gloriose, venerādus antistes opponeret, in guttur proprium eleuatum gladium immerse viri illius dextera retrouertit. Et sic vt decebat, seipsum vir nequifimus interemit, vt in lacum caderet quem effodit. Admirabile hoc, sed non minus est mirabile id quod restat. Casu itaque alius superueniens vir nequissimus, hoc quod vltione diuina perpetratum fuerat, vt vidit, protinus gladium arripies, à dei viro hominem illum æstimans interemptum: Syluanum interficere conabatur. Ne nimia verba loquar, id quod primo acciderat, huic euenit. Quia nōdum vir iste secundus in terram ceciderat, quōd duo alij viri Ecclesiam intrauere. Qui id videntes, diuini ignari iudicij, hoc tantum fuisse peractum scelus à dei homine putauerunt. Quorum vnus id præ alio grauius ferens, furia vefania vndique inflammatus, latro cœpit quantum poterat exclamare, vsque quo tua viget malitia? Tu mulieres ad tuas libidinosas cogis voluptates, & homines interficis in occulto: certe tua hodie nequitia finis erit, & subito pro posse cucurrit, vt eum extingueret vibrato & denudato ense. At vbi Syluanus more solito: Succurre gloriose Hieronymi, exclamauit: vir ille, vt duo primi, se ma-

nu & ense proprio interfecit. Vir autem alius qui cum ipso venerat hoc intuens, tremebundus ob visionem ad Ecclesiæ fores cucurrit. Qui id, quidem maleficiis factum putans, quantum poterat exclamare cœpit: Huc omnes accurrite, ecce maleficus Syluanus Archiepiscopus non solum mulieres vituperat, sed suis etiam incantationibus necat homines toto posse. Fit his auditis nimius virorum & mulierum concursus: verberāt aërem voces, combustionem dignum Syluanum Archiepiscopum nequissimum acclamantes. Hæc ad meas sonant aures. Tristis ego & lachrymans ad tantū pergo monstrum. Stabat agnus inter lupos atrocissimos sauiantes vt canes famelici, rabie nō minima, mitissimus & lætus tanquā fungens prosperis, nil dicens aliud nisi, hoc iuste patior, quia in deum meū peccaui grauius. Verberatur vir innocens, capitur ab omnibus, vt ad supplicia tanto lætior, quanto pœna grauior, deducatur. At dum ego manu silentium populo, eius optans furorem nimium mitigare, in sinu, eo amplius iracundia & furore populus inflammatur. Cūq; iam captus Syluanus extra Ecclesiam duceretur, subito gloriosus Hieronymus, vt visum est, de loco in quo iacebat surgens, tanto circumfusum lumine quōd radiis in eum intuentium oculi reuerberarentur, cunctis apparuit suo deuotissimo antistiti auxilia donaturus: qui sua dextera Syluani venerandi capiens dexteram, his qui eundem captum retinebant antistitem, voce terribili vt eundem dimitterent imperauit. Tantā siquidem fuit virtutis hæc visio, vt antequam finiretur vox talis, omnes repente tantus timor inuasit, quōd omni vigore corporis destituti in terrā velut mortui cecidere. Inter hæc mulier quædam à nephando spiritu obumbrata, catenis vincita, compedibus manicisq; ferreis alligata, plurium hominū manibus, liberationis obtinendæ causa, ad Ecclesiam deportatur. At vbi mulieris pes tangit Ecclesiæ limē, vlulatus & voces terribiles, miserere mei gloriose Hieronymi, nam per te crucior ante tempus, diabolus emittere non cessabat. Cui Hieronymus gloriose, Nephande, inquit, spiritus ab hac exi famula dei, & tuas detege quas erga Syluanum egisti fallacias, in Syluani forma omnibus te demonstrans. Tunc diabolus, vt gloriose Hieronymus iusserat, ita vt ab omnibus Syluanus Episcopus putaretur, apparuit, & rem quam fecerat vt infamem redderet dei famulum, enarrauit. His dictis, diris clamoribus & vlulatibus nephandus spiritus de templo disparuit. Quod vbi tam mirabile negociū est peractum, gloriose Hieronymus antistitis sui dexteram non derelinquens, Quid optas, inquit, voce leni, Syluane charissime tibi placitum me facturum? At ille, Mi domine vt me hic amplius non relinquis. Ad quem gloriose Hieronymus respondit, Quod postulas ita fiat. Post me velociter ergo veni: hæc dicens cū eorum visui se negauit. Intervallo autem horæ vnus factus Syluanus Archiepiscopus expirauit. Fit ob hoc cunctis stupor & admiratio inaudita. Vndique virorū & mulierum, necnon & puerorum confluit multitudo. Lachrymarum effusione terra madet, voces, lamentationes, vlulatus, gemitus, & suspiria in Rama sonant. Quilibet se reum eo quōd in Syluanum commississet, veniam petens clamabat. Per totam autem sequentem noctem gentium multitudo ab Ecclesia non recessit. Itaque mane factus, clero ad antistitis funus preparato, corpus eiusdem ad Nazareth Ecclesiam honore congruo deportatur, tū istius ciuitatis quàm illius scilicet Bethleem populi multitudine comitatum. In qua quidam Ecclesia

A dem Ecclesia Nazareth, corpus illud venerandum humauimus vt decebat. Longa certe verba ac etiam admiranda Syluani venerādū præfulis merita plene promererent, sed quia dicendorum prægrandis patet arca, eiusdem venerandi præfulis actus finiam, quædam alia non minus grandia breui verborum schemate narraturus.

E Narrandum puto quoddam satis mirabile, quod partim relatione veridicorū testium didici, partim oculorū visu. Duo viri nobilissimi in rebus transitoriis locupletes, licet catholicæ fidei veritatis inscij, tamen vt in gentili ritu geniti satis boni, gloriosi Hieronymi mirabilia audientes, ex ciuitate Alexandria multis adunatis opibus, deuotione eiusdem feruidi ceperunt iter, vt eiusdem gloriosi Hieronymi reliquias visitarent. Cumq; iam incepto itinere quoddā à tramite deuij introissent nemus, vbi nulla hominū, aut equorum vestigia videbantur, beati Hieronymi inuocantes nomen, eiusdem se custodiæ tradiderunt. In eodem siquidem nemore, quidam latronum habens sub se plures quingentis latronibus habitabat princeps, hos & illos ad aliquod prædestinans iter, vt transeuntes interficerent, & ad eundem & cæteros spolia reportarent. Ita itaque princeps hos transeuntes intuens, tribus conuocatis latronibus, vt ad eos interficiendum accederet, imperauit. Qui sui principis implere iussa cupientes, assumptis armis, illorsum via qua gradiebantur Alexandriam, concito cursu tendunt. Magna siquidem gloriosi Hieronymi merita, maiora & prodigia, forte, vt puto, à sanctis modicis talia nunquam visa. Acceleratio latrones, vt transeuntes mactent. Sed dum prope fuerunt, quos prius solum cernebat duos, paulominus innumerabiles esse vident. Inter quos vir præibat tanto lumine circumlustrans vt intuenti in eum aliquāter fas non esset. Apprehendit timor, stupor, & admiratio hos latrones, quid aliud possint facere nesciunt nisi ad latrones alios remeare. At vbi iam forent à longe redeuntes retrouersi, solum duos homines, vt prius reuiderunt. Mirantur nimis latrones, & se illusos arbitrantur, ceperunt ad transeuntes homines retrogradi. At vbi appropinquarunt, vt prius viderat, tunc viderunt. Magis ac magis stupefacti latrones, cernentes in vacuum se redisse, terga verterunt, & velociter ad suum quid hi fecissent expectantem principem deuenere. Increpat eos princeps, quid tādū peregrissent. Sed cum rem gestā audisset, eos insipientes & fatuos existimans, duodecim aliis latronibus conuocatis cum eisdem ipsemet versus homines transeuntes meat cursum. A longe duos cernunt, sed propinqui vt primi viderant, sic & isti. Eorundem protinus tremunt bases, trepidat cor, fiunt velut amentes omni vigore animi destituti. Tandem in se redeuntes, eos latenter sequuntur, cupientes quid deinceps accidat, edoceri. Trepidant verò huius nescij transeuntes hos videntes homines, & inter se qui hi sint auide percontantur. Denique iam occasu solis inclinata die, cum quid in nocte faciant nesciunt, illos duodecim latrones viatores existimantes, ad eosdem consulendū statuunt declinare. At vbi ad latrones veniendi iter carpunt, eosdem latrones solum duos cernunt: Quo vigorem latrones adepti transeuntibus & ipsi protinus obuiarunt. Qui omnes inuicem iuncti se simul salutarunt. Interim interrogat latrones, qui sint, vnde veniant, & quod pergant: At illi inquit, Sumus de Alexandria, inde venientes Bethleem petimus, vt gloriosi Hieronymi reliquias visitemus. Ad hæc latro-

num princeps: Qui, inquit, fuerunt viri qui hucusq; vobiscum tantummodo veniebant? Mirantur hos talia fari viatores & se postquam nemus intrauerunt, neminē nisi ipsos & tres alios vidisse, vel audisse dicunt. Quæ gesta fuerant, tunc latronum narrat princeps, illos obsecrans, vt ipsi ob quā causam hoc acciderit, si noscunt, debeant indicare. Quibus illi, ob aliā causam, nisi quia gloriosi Hieronymi custodia se dederunt, hoc euenisse se nescire dicunt. Ad hoc latrones, spiritus sancto qui vbi vult spirat subito inspirante, omni quā prius habebant ferocitate deposita, in terram eorum pedibus prouoluti, pro excogitatis flagitiis veniam postulantes, illos ad latrones alios perduxerunt. Sed quod dicā non minus patet ad contuendum. Hora prima noctis ad latrones expectantes deueniunt, post hoc quid acciderat declarant, eosdem suppliciter exorantes, vt hi flagitiis solitis iam expulsis, ad gloriosum visitandū cadaver Hieronymi secum irent. Fit his verbis cæteris latronibus irriso. Promittunt siquidem suo principi & illis aliis necem durissimam, si audeant amplius ista fari. Non cessantibus autē illis priora iterum loqui verba, latronum quamplurimi canis rabie furibundi, mox in eos insurgunt ensibus denudatis. Potuerunt nempe rhomphæas eleuare, sed ipsis gloriosi Hieronymi auxilia postulantiibus enses deponere, donec illi qui fuerant occidendi, à Hieronymo postularunt, nullatenus valuerūt. O ineffabilis clementia Saluatoris, quot modis quos vult facit ad agnitionem sui nominis deuenire: Repente hæc tam insueti omnis illa latronum videns cōcio, altis deo & glorioso Hieronymo vocibus debitas agūt laudes, eiusdem se vouētis reliquias visitare. Facto igitur mane plures trecentis hominibus, qui tunc tēporis ibi erant talia perpetrantes flagitia, cum eisde Alexandria ex illo exeuntes nemore ad gloriosi Hieronymi tumulū deuenere: cūctis tam insueti prodigia enarrantes. Baptizantur itaque gentiles Alexandrii, & cūctis mundi vanitatibus conculcatis, religiosam in quodam cœnobio vitam ducunt. Latrones autē illi similiter ad lucem veritatis sanctæq; & laudabilis vitæ diuina gratia & gloriosi Hieronymi meritis peruenerūt.

S icut Constantinopolitani literis hac de re mihi spatio intellexi, simile penè miraculum illi quod supra fatus sum, duobus accidit Romanis iuuenibus, à Romana vrbe Bethleem venientibus, pro gloriosi Hieronymi visitando corpore. Quod tractabo sicuti breuius potero. Cum igitur duo illi iuuenes cuidā appropinquarent ruri, à Constantinopoli per duodecim fere distante miliariorum spatium, antequam rus à duobus miliaribus introirent, eadē fere hora quorundem veniebant duos contigerat homines interim. Quorum mortis rumore prædicti resonante ruri, loci eiusdem viri insimul congregati circumquaque quis horum fuerit interfecto, ceperunt inquirere vehemēter. Cumq; diligenter perquirerent, adesse certum neminem, nisi prædictos iuuenes, qui iam prope venerant, repererēt, eosdem protinus tenuerunt, ab eisdem credentes fore homines interfectos. Mirantur itaque huius ignari iuuenes, & horum se nil scire totis nisibus coniurabāt. At illi eorum pro nihilo computantes verba, captos eosdē ad rus conantur ducere festinanter. Post hoc de rure, quōd ad eosdem viros iustitia non spectabat, cum accusationibus ad Cōstantinopolitanum dominum capti iuuenes destinantur. Quin ne nimis longus fiam verbis, quod non fecerant tormentorum rigore iuuenibus

G nibus iam confessis, adiicitur more solito sententia de-
collandi. Heu quale cor audiendo tot lamenta inno-
centiū, quos & iuuentis & pulchritudinis maxima ven-
nitas & ortus nobilissimus decorabant, posset se à la-
chrymis continere? Flentes itaque iuuenes, grauibus la-
chrymis pallidas facies irrigantes, vlulatus, gemitusq;
& suspiria promere non cessantes: Gloriose dicebant
Hieronyme, hoc tale ne est primum quod obsequen-
tibus tibi praeferas? Est tale quod labore tui meruimus
itineris? Heu Romana vrbs nostri praescia ortus: nõ sic
te credebamus nesciam nostrae finis. Ad locum nanque
tanti supplicij, ibidem gentium multitudine maxima
expectante, innoxij iuuenes conducuntur. O ineffabi-
lis misericordia dei nostri, qua caelum redidat & ter-
ra, nec vllius ad se currentis obliuiscitur misereri. Fle-
xis in loco quo plectendi erant genibus, in caelum vtriq;
iuuenes manibus eleuatis: Gloriose magna voce, in-
quiunt, Hieronyme nostra salutis & auxiliij portus, no-
straeq; spei anchora saluberrima & vitalis, hac inclina
hora nostris indignis supplicationibus pijs aures, vt si
hoc quo punimur scelus non fecimus, tuas liberationis
opes pietate solita sentiamus. Quod si fecimus, exigete
I iustitia condemnemur. Hac vbi dixerunt, colla exten-
dunt carnificibus ferienda, nil dicentes aliud, quam Suc-
curre, succurre Hieronyme gloriose. Quid mirū si tot
lachrymis cunctorum ad se currentiū misericors opi-
fex Hieronymus se à miserendo non potuit abstinere,
cum circumstantium omnium, & carnificum corda ad
compassionem mouerentur? Eleuatis siquidem ensibus,
iuuenum carnifices colla feriunt, sed colla percussio-
nis signa vt porphyretici lapides foret recipiunt. Miran-
tur carnifices, credentes se ictus fessellisse, denuo eleuat
vt plus possint enses, & feriunt, sed tamen vt prius in-
sensibilia iuuenum colla manent. At illi iterum erat atque
iterum feriunt, sed enses vt essent paleae iuuenes nun-
quam laedunt. Oritur ex hoc inter astantes admiratio,
& stupor vehemētissimus omnes capit. Hincinde gen-
tium ad tam infueta visionem confluit multitudo.
Audit hoc & ipse sententiae lator, & currit, iubet iterum
carnificibus, vt se videntem denuo feriant, & tamen om-
nimode illaesa iuuenum colla manent. Stupens magis
ac magis iudex, tantiq; ignarus miraculi, nil scit aliud
cur haec fiant, quam beneficia cogitare. Praecipit itaque
ministris omni mora postposita, nudos tradi arduos
I iuuenes rogi flammis. Circa illos mox copiosus ignis
accenditur, infunditur lignis oleum & pix, vt eoru vi-
ta citius destruat. Quid mirandum: si compos prote-
gēdi ab ensibus gloriose Hieronymus, a flammis, suos se
inuocantes sedulis vocibus iuuenes potuit liberare?
Sursum ignium flammā in imensum scandunt. At
iuuenes sub alijs consistentes Hieronymi gloriose, salu-
briter permanent, veluti in ameno si quiescerent viri-
dario & iucundo. Post hac iudex vtrum hoc ascribē-
dum miraculis an beneficijs, certius cupiens experiri,
vt si hi diebus octo suspēsi viuerent, quo vellent abi-
rent soluti & liberi censuit. Suspēsis itaque illis, mox
Hieronymi gloriose praesentia minime defuit, qui plā-
tas manibus tenens pedum, illaesos & viuaces statutis
diebus mirabiliter obseruauit. Currunt igitur octauo
die totius ciuitatis & circumadiacētium villarum vi-
ri, currit & iudex. Cernūt clare gloriose Hieronymum,
patefacientibus quae viderunt, qui ad custodiendos iu-
uenes fuerant deputati. Miratur omnes, vocibus in ex-
cellis laudes peragunt creatori & Hieronymo glorio-
so. Mox de caelo innoxij iuuenes deponuntur, & ma-

ximis honorum exequis ab omni populo venerantur. K
Verum qui in urbem Constantinopolitanam capti &
dolore vehementissimo intrauerant, liberi honorifice
& cum gaudio ineffabili exierunt, & tandem annuete
deo à multis Cōstantinopolitani populi comitati Beth-
leem attingētes, veneratione debita gloriose Hierony-
mi reliquias vistarunt: statimq; deposita secularium
omni cura, cenobium in quo vixit gloriose Hierony-
mus, intrauerunt, & vacantes die noctuq; penitentiae
& orationibus, caelibae vita sanctitatis perspicue in pre-
dicto cenobio adhuc manent.

M Agna admirationis, gaudij, deuotionisq; tam
praecedens iuuenum miraculum extitit, sed
multae formidinis constat sequens in sacris
ordinibus maxime constitutis. Apud superiorem The-
baidem quoddam dominarum fuisse ante duos annos
dicitur eximium & diues monasterium, omni pulchri-
tudine & excellentia decoratum. In quo penē ducentae
dominae vitae honestae religionis reclusionem continua
decorisq; moribus permanebant. Ad hoc qui infunt si-
gant aures, ne quod vna hauserit auricula, fundat al-
tera. Nauis quantumcunque sana sit & integra, modic-
cum, immo nil prodest si alta volēs secare maria, par-
uum quod fundo inest foramē relinquat, vt dira nau-
fragia non admittat. Cur haec sim fatus, praesentis nar-
rationis historia referabit. Multis itaque pollens praed-
ictum monasterium virtutibus, vnum pessimum, quo
ruit, simonij vitium retinebat. Nam instigante diabo-
lo, in eisdem dominabus haec obseruabatur abusus, vt si-
quam vellent in monialem recipere, non tantum in-
tuitu charitatis & misericordiae recipendaeq; bonitate,
quantum recipiebant respectu pecuniae. Nulla enim in
monasterium intrare mansura poterat, nisi certa pecu-
niae quantitas secum iret. In hoc siquidem erat mona-
sterio sanctimonialis quaedam domina, aetate grandae-
ua, quae ab infanzia sua ieiunijs & orationibus, omni re-
soluta caeno, deo vixerat, quae vitium illud quāpluri-
mum abhorrebat. Cui nocte quadam, vt erat solita, in
oratione positae, gloriose Hieronymus apparēs, locum
illum immenso lustrans lumine eidem praecipit, vt ad
abbatissam caeterasque illius cenobij moniales mane
pergeret, nunciando quod nisi à peccato iam inueterato
manum extraheret, vitium diuinam subito expe-
ctarent. His dictis disparuit. Perterrita visione infueta
sanctimonialis domina, quis hic fuerit iubēs talia nun-
ciari in seipsa auide pertractans, totam illam noctem
peregit in somnium. Crepusculo diei adueniente, omnes
in capitulo moniales propulsato tintinnabulo congre-
gavit. Quibus admirantibus ad quae forent tanta festi-
natione in capitulo conuocatae: sanctimonialis domi-
na ex earum assurgens medio, quae viderat & audierat
omnibus patefecit. Fit illico ex hoc monialibus cun-
ctis irrisio, hanc exclamant fatuam, multisq; garrunt
derisionibus hanc forte illa nimia ebrietate somniasse.
Illa verò accepta contumelia, patientiae scuto se mu-
niens, de earum siquidem pertinacia nimium dolens,
sed de sua despectione gaudēs, ad solitas rediit oratio-
nes, supplicans continuo, ne suis monialibus quod au-
dierat eueniret. Transactis igitur diebus decem, nocte
media praedictae sanctimoniali dominae hac pro re de-
uotis orationibus incumbenti, gloriose Hieronymus apparuit
Hieronymus, eidē vt quae prius nunciauerat mon-
ialibus, denuo intrepide nunciaret, allocutione man-
davit benigna. Ad quem illa, Quis, inquit, es domine
taliam mihi mandans? Hieronymus, inquiens, sum, & ab
eiusdem

A eiusdem euauit oculis. Illa verò sciens earum duritiē,
quid ageret, quidve diceret, nesciebat. Tandem malens
à monialibus insana & ebria reputari quàm diuinis cō-
traire praecipis, congregatis iterū monialibus quae vi-
derat & audierat voluit intimare. Ast vt eam assurge-
re moniales pestifera conspexerunt, diuini nesciae iu-
dicij sibi de proximo affuturi, antequam verba inciperet,
è capitulo cū magnis cachinnationibus exierunt. Quin
transactis insuper diebus tribus dormienti praedictae
sanctimoniali dominae gloriose Hieronymus ineffabi-
li quasi societate vallatus angelorum, nocte apparens
media eam excitauit, eiq; iussit protinus vt de illo exi-
ret monasterio, nec subito futuram sententiam expecte-
ret. Cum illa verò multis lachrymis supplicaret, ne
hoc fieret, gloriose, inquit, Hieronymus: Ad abbatissam
& caeteras pergite omni mora postposita, eisdem
nunciando, quod nisi poeniteat, hac nocte diuinam sen-
tient vitium: si autem in sua permanebunt duritia,
statim exiens amplius in monasterio non moreris. His
finitis abscessit. Haec igitur audiens sanctimonialis, an-
xia plenaq; tristitijs, caputulum adiit, & campanam cepit
vehementer, vt ad caputulum accederent moniales,
resonare. Quo abbatissa de somno euigilans, cognos-
censq; ab hac fore campanam pulsata, cum iracun-
dia ad caputulum properauit. At vbi illam vidit, diris
eam minis increpans, nullum voluit audire verbum: pro-
mittens quod nisi cessaret hoc agere, secum in mona-
sterio amplius nõ maneret. Cui sanctimonialis domi-
na, ne tardes, inquit, quae agere quae promittis. Profec-
to me noscas hoc in loco amplius non mansuram.
Gloriosus equidem Hieronymus apparens mihi tan-
tummodo hoc statim monasterio futurum iudicium
patefecit. Haec audiens abbatissa deridere cepit, hanc
astimans vesano capite ista fari, & ostiariam conuocans,
iussit vt hanc de monasterio protinus effugaret, man-
dās eidem, vt aliqua hora sic extra dimissam postmo-
dum faceret introire, vt sic ab incēptis operibus iā ces-
saret. Hac de re laeta sanctimonialis domina, quam ci-
tius potuit è monasterio est egressa: lachrymis tamen
fusa doloribusq; repleta pro iis quae monasterio noue-
rat euenire. Terribilis siquidem deus fortis atque potens,
& quis resistet ei? Heu cur eū homines non formidant,
scientes se nullatenus posse ab eius effugere manibus, vt
eos magnum & inenarrabile iudicium eius non com-
prehendant: saltem hi miseri treantur exemplis. Au-
diant qui in suis confidunt diuitijs, quiq; in ira concit-
tant excelsum dominum suae auaritiæ siccitate, quale
huic monasterio à deo propter pecunias faciem auer-
tenti de caelo est iudicium iaculatum. Penē limen ostij
sanctimonialis domina excesserat, quando subito totū
corruit monasterium, omnes opprimens moniales, ita
quod ex eis viua aliqua non remansit. Sanctimonialis
verò illa in quodam venerabili dominarum monaste-
rio, quod est apud inferiorem Thebaidē, haec tenus san-
ctitate praecipua viua manet.

D ignum censui praemissis miraculis aliqua alia
diuini contra peccantes manifesti iudicij de-
claratiua iungere, vt si forte praedictorum
multitudine peccatorum corda tenacia & plus quam
lapidea in carne verterentur, quatenus cum se ob pec-
cata cernerent beluas, rationem & cognitionem sui co-
narentur vt fierent homines, adipisci. Abiecta etenim
ratione qua sunt homines, infra bruta animalia redi-
guntur. Gracorum quidam haereticus die quadam cum
sacerdote quodam in Hierosolymitana Ecclesia publi-

ce disputabat. Cumq; sacerdos ob suae partis defensionē
D authoritatem quandam gloriose Hieronymi allegaret,
vt Graci destrueret rationes, temerario pestifer Gra-
cus ore gloriose fuisse Hieronymum, totius verita-
tis lumen, mentitum non erubuit voce fari. At qui vo-
ce talem nequitiam perpetrauerat, vocem deinceps vl-
latus non formauit.

Q uidam insuper alius haereticus pestifer Ar-
rianorum in quadam disputatione cuidā glo-
riose Hieronymi authoritatem contra eum
inducenti, vt, mentitur, sua temeritate respondit, subito
fuit diuina ultione percussus. Nam nondum verbum
voce finiens, clamare per totum diem sine aliqua ces-
satione non desit: Miserere mei Hieronyme gloriose,
quia à te poenis durissimis torqueor. Et hoc per totum
illum diem quantis vocibus poterat clamans, hora cō-
pletorij miserabiliter cunctis, qui ad haec cōcurrerant,
cernentibus expirauit.

H Aereticus quidam alius pestifera haereticus Ar-
rianus, cui ante meum obitum finem pius im-
ponat dominus, in Ecclesia Sion gloriose Hie-
ronymi imaginem cernens, Vt inam, inquit, sic tecum
vivebas meis manibus tenuissem, quia te meo gladio iu-
gulassem. Haec vt dicta dedit gladium euaginas tota
vi ipsum in imaginis illius guttur infixit. Quam ma-
gnus iste Hieronymus tot faciens mirabilia, cui secun-
dum sua opera similis non apparet: potuit equidem im-
becillis in imaginis gutture gladium figere dextera, sed
de imagine gladium, & à gladio manum quousque res
innotuit, extrahere nullatenus fuit compos. Mox quo-
que ex percussiois loco tanquam ex hominis corpore
viui sanguinis vnda fluxit, quae vsque modo pro mira-
culo declarado fluere nunquam cessat. Eadem insuper
hora, qua res sic acta est, iudici in atrio existente idem
gloriosus Hieronymus cum gladio gutturi infixo ap-
parens, pro offensione huiusmodi vindictam fieri po-
stulauit, narrans equidem sibi factam, & haec dicens abiit.
Stupefactus itaque iudex, cum caeteris qui astant, ad
Ecclesiam properans, haereticum manu gladium infi-
xum tenentem reperit. Qui protinus vt hi viderunt,
manum fuit compos à gladio remouendi. Caprus itaq;
haereticus, in sua permanens duritia, ob aliud se nõ do-
lere, nisi quod viuum non teneret Hieronymum, gar-
riens, à populi multitudine lapidibus, lignis, ensibus, &
I lanceis iugulatur.

N epos meus Ioannes quem agnoscis, omni ful-
gens pulchritudine, quem mihi in locum filij
adoptauit, vt puto, tibi pridie quid ei eueniret,
enarravit: sed tamen vt praestantius memoriae cōmen-
detur, silentio non transibo. Captus itaque idem Ioan-
nes ante duos annos à Persis, & Persarum regis mini-
stris venditus, propter eminentem suam pulchritudi-
nem, ad regis exercēda obsequia deputatur. Cumq; per
annum in curia non paruo dolore & taedio permanis-
set, eodē reuolutionis anni die, praudenti regi seruens,
praetristitia se à lachrymis non potuit continere. Hoc
rex intuens, lachrymarum ab eo auide querit causam.
Qua comperta, in quodam eum castro custodiri fecit.
Ibi nocte quadam existente diris lachrymis vndique
madefacto, in somnis eidē gloriose Hieronymus ve-
niens, manumq; eius, vt sibi videbatur, capiens, ad ciui-
tatem Hierusalem secum duxit. Expergefactus mane,
putans se in castro à militibus retineri, in domo qua
maneo, se inuenit. Qui admiratione velut amens quasi
vtrū in castro vel in domicilio meo staret, nullatenus
discernebat:

G discernat: in se postremo rediens, emissâ voce dormientem familiam excitauit. Currunt igitur ad me famuli, adesse Ioannē ineffabili gaudio nunciâtes. Quare dubius accurrēs, quem à Persis vincitum putabam, præsentem cerno. Quo quidem quid ei acciderat enarrâte, deo & glorioso Hieronymo laudes maximæ persoluntur.

Sanctimonialis quædam domina, omnium penè pulcherrima fœminarū, ætate iuuenula, sed animi sapientia valde cana, beati Hieronymi deuotissima, in quodam cœnobio dominarum multa sanctitate, vt opinor, adhuc viuente: cui quod audies dicitur contigisse. Sit mulier hæc aliis in exemplum, quæ huc illucq; per plateas & vicos discurrere non cessant, sua stultorum hominū illaqueantes animas visione. Nullo tot diabolus animas rete capit, quot laqueo pessimo mulierum. Sanctimonialis hæc, vt omnium dominarum testimonio comprobatur, nunquam nisi eam maxima compellat necessitas, extra suam cellam gradum figit. Neque enim aliud agit opus, quin aut orationibus vacat, aut lectioibus & meditationibus implicatur, aut corpus reficit dormiendo. His diris serpens antiquus diabolus operibus invidens, vt eam à sancto proposito reuocaret, cuiusdam nobilissimi iuuenis animū in eiusdem sanctimonialis intantum incitauit concupiscentiam, quod nil poterat die noctuq; aliud nisi quomodo posset eam attingere, cogitare. Circa monasterij veri luminis obacatus cœtinque pergens, nullum remedium aliud reperire quibat. Tanta namq; inscitie nube caligatus extitit, vt multotiens se suis perniciosis turbatum affectibus cernens, volnerit se aquis tradere suffocandum. Stulti amoris stultum iuuenem catena de die in diem stringit, vt hæc ad sanctimonialis aures resonent ob suam non audeat pudicitiam. Qua de re omni ad hoc auxilio destitutus, quendam inueniens magum, veneficia dæmonum incantationes nefandis artibus exercentem, magnam promittit, si quod optat expertus fuerit, pecuniæ quantitatem. Tunc, veneficorum magus suis carminibus, conuocatum dæmonem decipiendi causa nocte media festinè ad sanctam destinat monialem. Ad cellulam itaque accedens, demon transire vltra cellulæ Hieronymi imaginis in cella pictæ timore nimio nequit limen. Mira res Augustine, vt multiplicibus patet exemplis, tantus gloriosi Hieronymi timor diabolo inest, vt etiam suæ picturæ non audeat apparere. Nam si cui ab eodem obleso corpori preciosa demonstratur imago, ab eodem cœtinque diaboluseffugatur. Igitur commissum exempli opus nequâ spiritus desperans, admittentem reuertitur, sibiq; negari ad monialem introitum pandit ob gloriosi Hieronymi imaginem cellæ pictam: quam deridens magus dimisit. Moxq; conuocatum alium dæmonē quam potest mittit citius ad huiusmodi opera finiendâ. Fitq; secundo, id quod primo. At secundus per horam forte manens coactus excelsas cepit voces emittere. Si me Hieronyme hinc finis recedere, huc vterius nõ reuertar. Ad hæc stupefacta mulier, quæ in orationibus in cellula in hærebat, quis istas fundat voces, nimio pauore percontatur. Non cessante diabolo sic clamare, excitatæ illius cœnobij moniales, timore percussæ grandi, tremulæ ad illam accurrūt cellam, cruce domini præeunte. At vbi illum fore nequam spiritum sciunt, eundem coniurant, vt debeat qua de causa venerit, intimare. Narrans equidem diabolus rei seriem, seq; gemitibus & vlulatibus pandens catenis ignis vincitum à Hie-

ronymo retineri, rogat eas vt suis mereatur precibus K abeundi gratiâ inuenire. At vbi hæc moniales audiunt, deo & glorioso Hieronymo laudes reddunt, suppliciter postulantes vt dæmonem hunc nullatenus reuersurum de eodem cœnobio effugaret. Vix orationum verbis finitis, diabolus magnis stridoribus ex eodem loco recedens magum adit, eumq; capiens tantis verberibus & cruciatibus flagellauit, vt per multa horarum spatia aliquod vitale signum paulominus appareret, diris clamans vocibus: Mei cruciatus causa fuisti ad illam me destinâs monialem, certe in te eisdem verberibus vindicabor. Inter hæc autem verba tam horrida, magus cū se penè perniciæ protritum cerneret, suas videns artes nullum sibi auxilium adhibere, ad totius refugij portū Hieronymum gloriosum iam naufragus se dirigens, Gloriose, inquit, Hieronyme, huic ad tuam clementiâ subueni misero accurrenti, ei solita misericordiæ dona prægrandia non denegans. Promitto namq; si tuis hac hora intus auxiliis perniciæ tam horribili non succubam, quod deinceps cunctis exutus fallaciis, à tuis obsequiis non recedam. His finitis, velut fumus ab eodem nequam spiritus euauit. Per annum autem idem iacuit verberibus magus intantum sui corporis impos, quod non nisi alieno auxilio potuit se mouere. Mox idem accepta pœnitentia magus, antequâ de lecto surgeret, cunctis combustis codicibus, quibus artes illas nequissimas exercebat, venditisq; omnibus quæ habebat & pauperibus erogatis, completo anno in illa se ob pœnitentiam peragenda in quadam spelunca claudens, eremo in qua per quadriennium gloriosus stetit Hieronymus multa sanctitate & vitæ & pœnitentiæ asperitate pollet. Huc quæso iuuenes omnes currant, & insani iuuenis exemplo discant, ne quod illi contigit, sibi postmodum doleant contigisse. Insanus itaque iuuenis tantis circumligatus luxuriæ laqueis, videns se omnimodè suę miserimæ voluptatis delyderio nephandissimo defraudari, quadam nocte laqueo se suspendit, & sic se infœlix temporalis vita potius & perpetua priuauit. Ecce quot malorum causam turpissimum luxuriæ vitium fore liquet. Nil tã ruine anime pariter & corporis promptum, quã tam istud nequissimum arbitror scelus. Ex ipso namq; homicidia, ebrietates, cœtentiones, & penè vniuersa oriuntur mala, vt veteris & noui testamenti in infinitis patet exemplis, necnon & continuis manifestisq; experientiis declaratur. Ad hoc autem vt maior iuuenibus detur astutia se tuendî, Nã status vltus periculosior non est insipientis iuuentutis status, aliud censui exemplum mei nepotis. Rufi, ætatis forte annorum decem & octo, quanquã dolore nimio, subrogare.

N On est ambiguum, ista quæ incipio enarrare magnis tribulationibus meæ memoriæ reuocari, sed tamen vt præmissum est, vt omnibus & maxime iuuenibus proueniat in exemplum, silentio illa nequeo præterire. Nepos quidam meus, Rufus nomine, vtroque priuatus parente, anniculus ad meas deuenit manus, qui vtinam ex matris visceribus nõ exisset ne illi quod sustinet, contigisset: quem tanta diligentia suo infortunio enutriui vt à pluribus à me genitus putaretur. Crescens itaque in diem puer infœlix ætate sed non sapientia, ingenti pulchritudine corporis, sed non animæ decorisq; & probis moribus, honestate, bonitate, & multæ sapientiæ elegantia: quanquam vane decoratus, à cunctis dilectione superflua colebatur. Is nanque in decimo octavo ætatis suæ anno imbecillis & miserimus expirauit. Propter quem tantus ab omnibus

A nibus insonuit luctus, vt vix per mensem finem potuerit inuenire. Sed certe luctus pro eo quod euenerat nõ sufficit. Ast ego eius nimie incumbens dilectioni, pluries gloriosum rogavi Hieronymum, vt mihi quid nepoti meo acciderat, reuelaret. Igitur meis annuens gloriosus Hieronymus precibus, obtinui quod gliscebam. Oranti enim mihi die quodam hora nona, tantus euenuit fœtor, quod naribus nullatenus poteram tolerare. Hæc dum mecū tacitus reputans, vnde hic tantus adesset fœtor, admirarer, supra meum verticē eleuatis oculis, infœlicem nepotem vidi terribilis visionis, ita quod in eum visum imprimere non audebam. Nam catenis igneis circumligatus fornacis instar flammæ foetidissimas eructabat. Ad hanc itaque visionem subito me tam vehemēs timor irrepit, vt dum pluries loqui vellem, formandi vocem nullatenus cōpos eram. Postremo aliquatulum in me rediens, si meus erat nepos voce cœpi perquirere tremebunda. Ad hæc ille vlulatus & suspitibus, Vtinam, inquit, non fuisset, ne tam diris essem cruciatibus deputatus. Nam scias me tartareis mansionibus perpetuis temporibus permanurum. Heu quid dicam? His dictis tantus mihi dolor affuit, vt sim pluries admiratus quomodo vita protinus non discessit. Longis autem expletis colloquiis ab eodem sciscitatus fui, cur diuinæ fuisset misericordiæ sic expers, cum in mundo tot virtutibus sic polleret. Pro nulla, inquit, me scias causa fore damnatum, nisi quia in ludis maxime delectabar. At quia in morte accepta pœnitentia quasi stulta ignorantia postpositi confiteri, diuinâ non merui veniam adipisci. Et hæc dicens, à meis disparuit oculis. Talis autem eo abeunte remansit fœtor, vt in locum illum hæcenus nullus audeat introire. Ecce quãturpissimum ludi scelus diuinæ abhorrent maieftatis oculi. Timeamus ergo, ne nos boniorum rapiat inermes tam repētinus interitus, ne non pœnitere nos vitiorum contingat, dum tempus inest, quia postmodū pœnitentia foret frustra. Vt igitur Christianus tantæ ruinæ ludi procul effugiat nephas, immo vt omnium memoria deleatur, exempla alia quædam quã breuius potero surrogabo.

I N Samaria quindecim nondū expletis diebus, dum miser quidam ludens, quasi omnia qua habere poterat consumpsisset, gloriosi cepit Hieronymi nomen ausu temerario blasphemare. Quem nephanda blasphemiam vix finientem verba, videntibus & stupētibuscunctis, mox è cœlo fulmen veniens interemit. Ribus aliis in Tyro ludetibus hoc accidit quod tenarro. Cum enim illi suū vellent incipere ludum, vt ij qui se hoc ab eisdem audisse & totam rei seriem etiam se vidisse fantur, & referunt, sic dixerunt. Quancunque potes exerce vim Hieronyme, quia te inuito ludum istum alacriter finiemus. His ita dictis suum incœperunt ludum, quo quidem primordia to, quasi vno elapso instanti, se terra aperies, illius solum absorbit, ita vt nil ex eis amplius fuerit visum.

Q uod visu noscitur, verissimo testimonio cōprobatur. Idcirco quæ dico quanquam multis possent comprobari testibus, tamen me ipso teste, qui ea visione propria didici cōprobabo. Iuxta meam in qua in Hierusalem habito ædē, nobilissimus quidam miles fuit, transitoris nimirum locuples, qui vnicum habens filium, eiusdem stultissimi amoris cæcitate percussus, non solum à prauis eum non corrigere, sed etiam eum ipsemet praua instruere conabatur. Parentes fatui & isti similes, mentis quæso oculos huc

inclinent, vt quis finis eueniat non ignorent. Multi enim homines magnas animæ & corporis inciderunt ruinas ob prauorum parentum insipientiam. Crescens nanque illius militis filius, cunctis moribus bonis destitutus, de die in diem peierando, totum suum tempus amittens in ludis & blasphemis, cunctisq; immunditiis, patre causante, annum attingit duodenū. Qui quodam aduersascente die solitis cum patre ludis insistens, ludum eodem vt gliscebatur non habente, primo prorupit in hæc verba. Si quid ille potest Hieronymus, qui ludos prohibet, iam exerceat: nã se inuito hinc non nisi victor exurgam. Verum hæc dumtaxat ipso prosequente, nequam spiritus teterrimi hominis specie cunctis videntibus locum in quo ludebat veloci gradu audiens, eundem puerum infœlicem rapuit. Sed quo eum detulit nulli hæcenus hominum est compertum. Verum, vt puto, eum detulit in infernum. Eadem namq; hora casu ad quamdam meæ domus fenestram, quæ loco in quo ludentes debebant pater & filius, ex opposito sita est, me posueram, quo me videre fuit necesse veritate perspicua seriem tam formidandæ rei gestæ. Discant ergo iuuenes in iuuentutis tempore, quod cateris est præstantius, expetendis moribus se fulcire, ne vilibus caducisq; moribus iuuenilis animus informatus, statum in canicie nequeat permutare. Quod enim nouæ chartæ inscribitur, de facili non deletur. Discant etiã parentes fatui filios correctionibus & verberibus erudire, nec vitiorum sinant vepres radices figere non facilliter euellendas, ne flendi & hic & in futuro cedant euentus. Nam nisi fallor, ad æternorum gaudiorū patriam deueniendi arctissima & sine ambiguitate aliqua à paucissimis certe cognita extat via. Eundi ad perditionem iter latissimum, & multis immo penè infinitis limitibus plenum fore constat. Quodlibet enim mortalium peccatorum ad perditionē suam tramitē struit. Quo dum hominum, non solum Paganorum, sed etiã illorum quos sacri baptismatis vnda lauit: nam de Paganis nulla oritur quæstio quod non damnentur, maiorem fore liquet numerum multiplicibus insistentium flagitiis, quorum nulla penè vnquam cognoscitur emendatio: quin immo, respectiue quidem dico pariter bonis & malis hominibus consyderatis, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, sed omnes post suas improbas & pessimas ambulantes voluptates. Consequenter concludi debet, quod ad æternæ beatitudinis gaudia rarissimi gradiantur. Infinitæ quin immo omnes penè sacre scripturæ autoritates hoc testantur. Infinita siquidem exempla possemus perspicaciter intueri, ad huiusmodi veritatem sufficienter demonstrandam. Hoc ex omnibus vnum censeri decet, nec ab hoc discrepare potest, nullum scilicet ad æterna modo aliquo peruenire posse gaudia, nisi omnibus non particulariter, sed totaliter vitiis extirpatis, virtutum studeat itinere festinare. His iam sine dato, exempla & prodigia quædam iam huius operis fini propinquas breuiter introducam. Et duo præcipue admiranda, quæ à venerabili viro Nicolao Cretensis insulæ archiepiscopo referente didici, primò dicam.

V enerabilis idem archiepiscopus pridie gloriosi Hieronymi deuotione nimia Bethleæ veniens, vt eiusdem cunctis honoribus colendas reliquias visitaret, vt totus charitate feruidus redire noluit, donec me sua gratissima visitatione eximiis latitiis adimpleret. Qui vt donorum præcipuus vt gratissima mihi donaria superabundantissimè more solito impertiret.

G impertiret, me vifitare minime contentus, mecum dignatus est iam diebus pluribus commorari, & etiam adhuc manet, quod vinam tempore longo duret. In Chrifto namq; Auguftine chariffime venerabilis idē pontifex te falutat. Quampluribus igitur mihi fuorum verborum auido venerabilis idem pontifex enarrauit, hoc tale in ciuitate Candia cōtigiſſe. Sacerdos quidam finis ſuæ maioris Eccleſiæ cultos, impudicus, luxuriæ & ebrietati deditus, nondum completo anno de hoc ſeculo migravit. Cuius corpore in cæterorum ſepulto bathro ſacerdotum, vt eius puniſio cunctis innotefceret ad exemplum, ſubſequenti nocte tantus in Eccleſia, eiufq; cœmeteriis fuit ſtrepitus, quod rumore nimio in vrbe illa commorantes excitati, pauore ingenti velut amentes ad Eccleſiam cucurrerunt. Stāt itaque omnes circa Eccleſiam, ſtrepitus vehementes, campanarumq; ſonitus audientes. Diuinam quidem exorant clementiam, quatenus cur iſta fiat debeat reuelare: ſed nullum exauditionis ſentiunt adiuuamē. Diluculo hoc ceſſante, cuncta quæ fuerant in Eccleſia reperiunt reuoluta, & quaſi vndique flammis ignium violata. Ad hoc memoratus pontifex orationes indicens populo, quid ſequenti eueniat nocte præcipit expectari. Ne nimis ſucumbam verbis, ſequenti nocte duplex ſtrepitus & pauoris tribulatio eſt ſecuta. Qua de re, repletus populus amaritudine & dolore, cernens nullum ſibi à domino adiutorium euenire, ſicut vulnerati qui in monumentis proiecti dormiunt, exiſtebant. Die autem eluceſcente, omnibus in Eccleſia orationibus cōgregatis, glorioſus Hieronymus ſubito ſepties ſole ſplendidior in Eccleſiam veniens, ad altareq; gradiens cunctis videntibus & mirantibus, per horā forte ſub ſilentio manens, obſtupeti populo, hoc propter ſacerdotis illius miſerū cadauer ſacris indigne locis conditum ad terrorē peccantium contigiſſe intimaui: eidemq; mandans vt cadauer miſerum tartareis poſt reſurrectionem omnium manſionibus deputādum, diſſepultum flammis tradere protinus concremandum. Alioquin incepta peſſilentia non abiret. Et ſic ab intuentium oculis eſt inuiſus. Quod vt ordinauerat lætandus populus protinus adimpleuit, deo & beato Hieronymo laudes præcipuas perſoluendo. Et ſic peſtis illa ceſſauit. Qui deinceps beatiffimum Hieronymū omnes vnanimiter deuotione maxima inceperunt colere.

I N eadem in ſuper. ciuitate quidā pulcherrimus exiſtit iuuenis, Titus nomine, honeſtis moribus, luculentus, carnali non ignobili natus progenie, prædiues valde, totam penē deuotionem & fiducia habens in beato Hieronymo. Hic ſiquidem iuuenis virgineo nitens candore, in eiufdem ſanctæ virginitatis propoſito vſque ad viceſimum annum probis vitæ moribus perdurauit. Quo itaque tempore completo, ſui fratris nefando cōſilio incitatus, ſpretis tam nobiliſſimis virginitatis gemmis, auri precioliſſimum metallum calcans, ad carnalis ſpurcitiæ & lutum ac fetorem vehementer declinans, puellam quandam omni pulchritudine corporis renitentem ſibi in matrimonio copulauit. In cuius amoris retibus ita ſe capiens, quod aliud præter ipſam poterat minime cogitare, de die in diem cœpit diuina obſequia obliuiſci. At quia miſer dereliquit iuſtitiam, oblitus fuit deum alente ſe, oblitus fuit ſibi dominus miſereri. Completo nanque anno, quo cū puella iuuenis inſenſatus ſteterat, non vt matrimonio fungeretur, ſed cauſa explendæ libidinis copulatus, ſugerente diabolica aſtutia, iuuenis frater puellæ illaquea-

tus amore auidē diu querens eiufdem amplexibus frui, tandem quod optauerat eſt adeptus. Huc accurrant iuuenes & exemplo iuuenis ſint experti. Fiunt nota iuueni puellæ viro iam peracta. Tacens idē cogitat auidē, quo valeat modo rei certitudinem reperire. Expectat diebus aliquot ſe ſimulans hoc neſcire. Aſt die quodā ordinat vrbe deſerens peregre proſiciſci. Et latens per diem in ciuitate, nocte media domum veniens, referatis ſeris à puella ſeruitrice clam, vt prius ſimul ordinauerant ambo, vſque ad thalamum, in quo eius frater & vxor in lecto ſtabant, procedens ſibi poſtulat aperiri. Mirantur illi, & timore perterriti vehementi, pulſanti negligunt oſtium referare. Tandē contractis ſeris thalami, iuuenis ira & furore nimio fornacis inſtar ardētis vndique inſāmat, vxorem primo euaginato gladio interfecit. Deinde ſub thoro proprium latitantem fratrem inueniens interemit. His ita geſtis ex ciuitate exiens, multo tempore per mundum huc illucq; errans cum quibusdam aliis cœpit quofdam trāſeuntē in itinere depreſari, ac etiam iugulare. Permanenti itaque eidem Tito per decem annos talibus negociis implicato, glorioſiſſimus Hieronymus ſalubre refugium & vitale, die quadam iam adueſperante luce in modū mercatoris ſe monſtrauit, ne ille ſolummodo habitæ deuotionis præmiis priuaretur. Nam ille quanquā tot & tanta vitia abhorrenda cōtinuē exerceret, tamen in beato Hieronymo deuotionem aliquam retinebat, ita vt eidem quotidie ſe commēdans, boni aliquid diebus ſingulis ad eius honorem facere nullatenus poſtponēbat. Cernens itaque Titus mercatorem, nefandis ſociis ad ſolita nequitia opera conuocatis, concito cum eiſdē pergens curſu vibratis lanceis Hieronymo mercatoris inſtar obuiat venienti. Moxq; in eum inſurgens à ſociis eundem præcepit retineri, donec eius lateri gladius inſigatur. Deinde manum eleuat, interficiēdi gladium retinentem, vt ſcelus tantum valeat iam exple. Ad hæc Hieronymus glorioſus, Amore, inquit, Hieronymi, quem tu diligis, aliqua loquēdi breuis licentia mihi detur, poſtmodum ſi volueris, facito id quod optas. Ad hæc & Titus, Amore, inquit, eius quem nominasti, & loquendi & viuendi licentia tibi vt poſtulas concedatur, tantum quæ portas mercimonia iam deponē. At glorioſus Hieronymus, Ego ipſe ſum Hieronymus qui huc propter tuam liberationem veni, ne mihi à te impenſa obſequia in vacuum præterirent. Te tot quæ geſiſti peccaminum iam peniteat, ad teipſum redeas, ne formides: hucusque me noueris propter tuam ſalutem & animæ & corporis ſupplicem erga te apud iratam diuinam iuſtitia exitiſſe, ne in te dignas tibi ſauitias exerceret. Ad poenitentia igitur quàm citius perge callem, & peccatorum onera iam deponē, alioquin me tui cuſtodem & apud deum ſupplicem non habebis. His dictis Hieronymus glorioſus ab illorum oculis diſparuit. Ad hoc ſtupefactus Titus, & qui cum illo erant, timore & admiratione tam ingenti ad terram procidens, per horam nō potuit eleuari. Tunc ſubito in Titum, & qui cū illo erant ſpirituſancti gratia eſt effuſa, & lux eos cœlitus illuſtrauit. Qui protinus in viros alteros iam mutari, ſpretis cunctis ſpurcitiis vitiolorum, ad poenitentia tramitem rediere. Deinde ad eremorum antra deuia & ignota properates, in magnis ſe corporum aſperitatibus, & vita ſanctiſſima tradiderunt.

Miraculum aliud quod veridicorum teſtimonio ſolidiſſime in ſuperioribus AÆgypti partibus peractum intellexi, quatenus hominibus &

A bus & maxime iuuenibus quantumcunque caſtis proueniat in exemplum, ad euitandum periculum mulierum, præcedenti miraculo addere cogito fore gratum. Monachus quidam iuuenis & decorus, honeſtate præcipuus, mortuus mator, qui ſenex virginalis pudicitie cultos, cunctisq; illius monaſterij monachis ſpeculum ſanctitatis, glorioſiſſimi Hieronymi amator deuotiſſimus fuit. 12. degens annis in monaſterio, continue orationibus vacans & ſtudio ſcripturarum. Hic amore caſtitatis inmens, ne cor aliquoſiter violaret, mulierum viſus ineffabiliter abhorrebat, ita vt earum memoria formidaret. Huic propoſito diabolus antiquus ſerpens, & hominum inimicus, inuidens, ſua nequitia inueterate contra eum dolos & artes multiplices incitauit, continue cogitationum ſtimulis iuuenem peſſimus tentator affligens die noctuq; à tætionibus duobus menſibus non ceſſauit. Iuuenis verò prouidus ſeſe domini & beati Hieronymi, cuius dilectionis ardore feruebat, commendans cuſtodia vſtrici, tentamenta diabolica ieiuinis & orationibus triumphabat. Confluant huc queſo iuuenes atque ſenes, & quanti ſit caſus mulierū fallax pulchritudo hic doceatur, maxime per exemplum.

B Cernens ſe aſperis perſidus diabolus ad iuuenē ſtrari, tanquam leo rugiens ſubtiliores nocendi artes cœpit quærare, vt iuuenem deuoraret: ſit itaque inter eos pugna grauis. Hinc aſtutiis conſuetis caſtra aduerſus iuuenem ſtruit peſſimus inimicus, hinc iuuenis orationes & glorioſi Hieronymi protectio caſtrorum ſternunt munitiones, & vires eorum triumpho nobili vilipendunt. Interea genitoris ad mortem ægrotantis viſitationis cauſa ingruente, ex monaſterio in ciuitatem ad paternam ædem venire iuuenis eſt compulſus. Nam ſe pater dolore nimio moriturum ſi viſione fruſtraretur filij, crebris clamoribus acclamabat. Ob hoc dolens monachus, timens ne mulierum viſu cor mundum & virgineo cādore nitidum violaret, potius, niſi fratrum ſui cœnobij fuiſſet ſupplicationibus inclinatus, erga patrem crudelitate ſuoſque propter dominum exercere, quàm eidem inſpiranti compati à monaſterio recedendo. Sciebat enim monacho nil tam nocuum, deteſtabile, & mortale, quàm vicos & ciuitates & gētium multitudinem circumire. Nulla certe permanet in homine quies mentis, qui multorum verboſitatibus & vaniloquiis implicatur. Quod aqua piſcibus, monachis idem præcipue ſilentium operatur. In paterna itaq; mansuetudo medio cunctis dormientibus, veſte depoſita monachali, ſumptoq; habitu laicali ex monaſterio exiens, paternas clam adeat manſiones, & domum crepuſculo noctis latenter intrans ſub thoro ſororis lateat, donec dormiente ipſa ad eandem accedat, ſua voluptatis libidines expleturus. Placet inſana mentis imperitia conſilium erogatum, ſtudetq; ipſum toto poſſe quàm poteſt breuius effectui mancipare. Sequenti igitur aduenienti noctis medio, ſub ſiletio ad fores cœnobij clauſes gerens manibus properat, ſed ad oſtia veniens per totam illam noctem huc illucq; diſcurrrens, quo ſint in loco poſita nō inuenit. Stupore & admiratione perterritus, cur hæc ſint neſciens intueri, iam matutinali qua ad laudes debitas dominicas monachi excubabāt, propinquante hora, compellitur ille ad cellula retrogradi. Manet in cellula ille admirās per diem illum: proponit ſequenti nocte facere quod non fecit, audet imbecillis dextera quæ non poteſt, ſperat ſtultū pecus contra leonem pugnantis triumphoſam gloria adipiſci. Quid inſenſate reris: Putas agere vile pecus quæ leo fortiſſimus Hieronymus contradicit: Ceſſa imagini glorioſiſſimi Hieronymi genua ſectere, ipſum vterius non ſalutes, & tibi poteſtas protinus concedetur, vt cadas in foueam quam effodis, vt dira naufragia iā admittas. Non poſſunt impenſa glorioſiſſimo Hieronymo ſeruitia, quoquomodo ſiant, mercedibus vacuari. Retinebat ſiquidem in cellula monachus ille deuus & errans & diabolico domino mancipatus, imaginem glorioſi Hieronymi

ma periculum formidatur. A monaſterio inuite monachus egreditur, ſed ardore libidinis tam neſcietis ſcelus, faciem improbis oculorum viſibus videre cogitans penē vnquam fuiſſe monaſterium recordatur. Sanatur interim pater, at monachus excuſationibus adiuuentis tardat de die in diem ad monaſterium remeare. Manente eodem in paterna domo tribus menſibus, hinc monachos, hinc patrē maxima mouit admiratio, omnemq; familiam, cur iſtum tā vehemens irrepleſſit mutatio, & alteratio inaudita. Ignorant ſiquidem rei cauſam, idcirco effectum eos contingit ignorare. Ad monaſterium cum duobus ad ſe ex monaſterio deſtinatis monachis tandem reuertitur, illud referens tedium redeundo, quod prius detulerat exeundo. Cœpit itaque in monaſterio corpus degere monachi, cor verò à ſorore aliquoſiter non recedit: hoc ſibi ſit ſtudiū ſcripturarū, vt attingat peſſima quæ affectat. Hæc contemplatio diuinorum, vt peccatorum modum inueniat explendorū. Percutitur alienus ſui, & à veritatis cognitione deuus continue à diabolō, cuius iugo grauiffimo imbecille collum ſubmiſit libidinis nouæ telis. Sicut fumus deficiunt dies eius, confringuntur ſicut in fruxorio oſta eius, & inſirmatur doloribus vita eius, irrationabili ſit ſimilis animali. Oblinſcitur in toto diuinam clementiam exorare, tota die cogitans, quis modus appareat habilis, vt poculū mortis valeat deguſtare. Heu quàm ſunt inopes & miſeri, & omnibus bonis egētes & exules, qui à domino ſe elongant. Tāto ſit peius brutis animalibus vir in peccatis, quibus ab anima deus maiori ſpatio elongatur, quàm id quo cælum à terra diſtat, & Oriens ab occaſu, quàm ab eiſdem præſtat, cum diuina gratia eſt fulcitus. Cogitanti denique monacho, veritatis luminis neſcio, neſandiffima & auditui horribilis voluptatis adipiſcendæ reperire modum: mali conſilij ſeminator diabolus, hoc ſibi tale inſinuat cōſilium occulto cogitamine vani cordis, vt ſcilicet in teſtate noctis medio cunctis dormientibus, veſte depoſita monachali, ſumptoq; habitu laicali ex monaſterio exiens, paternas clam adeat manſiones, & domum crepuſculo noctis latenter intrans ſub thoro ſororis lateat, donec dormiente ipſa ad eandem accedat, ſua voluptatis libidines expleturus. Placet inſana mentis imperitia conſilium erogatum, ſtudetq; ipſum toto poſſe quàm poteſt breuius effectui mancipare. Sequenti igitur aduenienti noctis medio, ſub ſiletio ad fores cœnobij clauſes gerens manibus properat, ſed ad oſtia veniens per totam illam noctem huc illucq; diſcurrrens, quo ſint in loco poſita nō inuenit. Stupore & admiratione perterritus, cur hæc ſint neſciens intueri, iam matutinali qua ad laudes debitas dominicas monachi excubabāt, propinquante hora, compellitur ille ad cellula retrogradi. Manet in cellula ille admirās per diem illum: proponit ſequenti nocte facere quod non fecit, audet imbecillis dextera quæ non poteſt, ſperat ſtultū pecus contra leonem pugnantis triumphoſam gloria adipiſci. Quid inſenſate reris: Putas agere vile pecus quæ leo fortiſſimus Hieronymus contradicit: Ceſſa imagini glorioſiſſimi Hieronymi genua ſectere, ipſum vterius non ſalutes, & tibi poteſtas protinus concedetur, vt cadas in foueam quam effodis, vt dira naufragia iā admittas. Non poſſunt impenſa glorioſiſſimo Hieronymo ſeruitia, quoquomodo ſiant, mercedibus vacuari. Retinebat ſiquidem in cellula monachus ille deuus & errans & diabolico domino mancipatus, imaginem glorioſi Hieronymi

G Hieronymi tabula insignitam, cui diebus singulis antiqua consuetudine *flectens* genua, se eidem pluries commendabat. Idcirco ut eius mira clementia cunctis innotesceret, illo eū die retinebat ne malū faceret quod volebat. Ignorans verò hæc ille monachus, subsequenti nocte ad cornubij iterum fores pergit. Sed quod precedenti nocte fecerat, id hac fecit. Ne igitur in hæream verbis, per vnum ferè mensem singulis noctibus continue hoc euenit. Completo itaque vtrupto mensis circulo, in somnis beatus Hieronymus sanctissimo cuidā illius monasterij monacho apparuit in strato suo quiescenti nocte, eidem reuelando quid iste monachus faciebat, mandansq; illi ut debeat eidem monacho sic erranti declarare quomodo ipse eum, ob sibi impensam reuerentiam, custodiuit, vt ostia non videret ad cogitatum perpetrandum scelus: & quòd nisi sibi velox de incæptis subsequatur emendatio, sese de ipsius custodia remouebit: discessitq; protinus ab eodem. Mane autem factò, quæ viderat monachus, alteri monacho enarrauit. At ille se quid hic dicat non intelligere pluribus detestans sacramentis, cepit dicere propter cerebri vacuitatem hæc somnia euenisse. Tacet monachus & recedit, hic gaudens proponit nocte sequenti, nullam amplius exhibens solitam Hieronymo reuerentiam, ostia monasterij ad nequam opus quod tandiū affectauerat peragendum, ad suum libitum referare. Vt breuiter dicam, quod miser diu hianti animo cogitauerat, mala operandi à Hieronymo honore solito priuato sibi tradita potestate, vt voluit sic effecit: sed tamē in fine gloriosissimi Hieronymi clementia non defecit. Recedens itaque ille de monasterio nocturna hora, alieno habitu occultatus, patris domum adueniens per diē illum vridiq; circumiuit. Cūq; noctis crepusculo domum intrasset, ad lectum in quo virgo foror quiescere tunc solebat clam procedens, tam diu sub eodē latitauit quandiu fororem dormire potuit astimare. Tunc idē exiēs, expoliatis vestibus, fororis se dextero lateri applicauit. Ad hæc foror leui somno dormiēs excitatur, & virum iuxta se manu sentiens admodum expauescens, diris emissis clamoribus ad se omnes pariter euocauit. Currunt ad puellā thalamum cuncti cum lumine, & tandem in lecto inueniunt hunc iacentem. Mirantur parentes & stupent, cernunt hoc cuncti qui cucurrerant, & condolent. Interrogat à filio pater discriminis tantam causam, reatum suum filius silētio confitetur. Vt enim dixi, voluit gloriosus Hieronymus hunc suam stultitiā experiri, vt in posterum humilior & astutior fieret ad cauendum, & in prælio se tuendum: & ne amplius exemplo suo quis de sanctitate consideret & speraret. Quanto enim maior inest homini sanctitas, dum in mari mundi huius procellolo, & inimicorum agminibus pleno, imbecilli carnis nauicula nauigat, tanto maior est timor & astutia se tuendi. Infinitas pessimus illentator diabolus nocendi possidet artes. Qui incautus pergit, leuissime capitur. Qui in cunctis timet, ab omnibus diabolis hic timetur. Certe plus nil nocet, quam spreto aliorum consilio, vt propria voluntas præcipit ambulare. Qui suæ tantum voluntati credit in cunctis quæ facit, finem odibilem adinueniet. Magnus exēplo iam finito timor de fragilitate nostra maxima, & de diabolica calliditate & astutia nobis omnibus demonstratur: magna & spes veniæ peccatoribus declaratur. Cernens namque se monachus sic à diabolo deturbatū, delusum, ac etiam in tanta miseria captiuatum, protinus suffragiis gloriosissimi Hieronymi, cuius semper

deuotus extiterat, suam miseriam & culpam vehemētissimam recognoscens in seipsum rediit, & de eadem paterna exiens domo, omni retardatione abiecta lugēs & dolens, ad fontē penitentiae properauit. Deinde verò in suo monasterio per annos duos in tanta se abstinentiæ asperitate afflixit, vt foret cor hominum insufficientis cogitare: & completo annorum duorum spatio, ante dies modicos ex hoc seculo foeliciter expirauit.

Venerabilis Damasi Portuensis Episcopi pridie receptis literis, aliqua eis in scripta corde auido intellexi, quæ ob eius reuerentiam non dimittam. Romæ cardinalis quidā Cælestinus nomine, Hieronymi gloriosus emulus & detractor, dum die quodam in conuentu existens cardinalium, more solito ore audaci & temerario in eiusdem iniuriæ verba proruperat, dolore subito viscerum impellente, ad occulta naturæ loca properans, viscera omnia protinus emanauit: & antequam illinc recederet expirauit.

Alius quoque presbyter cardinalis Andreas nomine, isti non similis, sed gloriosissimi Hieronymi deuotissimus atque cultor, pridie in eadem Romana vrbe multis circum astantibus expirauit. Qui cum iam in Ecclesia esset paratis exequiis, quæ solent fidelium tumulandis exhiberi corporibus, assistente summo pontifice cum penè toto clero & populo Romanorum, qui ad eundem Andream conuenerant honorandum, emissis vluatibus & crebris gemitibus in feretro cunctis stupentibus, & veluti amentibus effectis, tanquam si à somni dormitione excitaretur, mirabiliter exurrexit. Cūq; à Romano pontifice remoto de Ecclesia maiori beati Petri Apostoli vniuerso populo, clausisq; foribus interrogaretur, intulit ista verba: Dum stare diuino examini iudicandus, & iam propter vestium & ciborum quibus hæctenus vsus erā nimiam superfluitatem tartareis cruciatibus condemnarer, subito adueniens quidam sole splendidior, niueq; candidior, quem fuisse gloriosum Hieronymum ad se inuicem referentibus qui astabant intellexi, præfidenti iudici flexis genibus animam meo corpori iungi porrectis precibus impetrauit. Quibus finitis verbis, in lectu oculi inde recedens, anima vti cernitis corpori est coniuncta. Ad hoc miratur summus pontifex & ceteri audientes. Fiunt hæc nota populo extra Ecclesiam expectanti, & contractis Ecclesiæ foribus protinus Ecclesiā intrant, omnes magnis vocibus deum & gloriosum Hieronymum collaudantes.

Multa nos mentis afflictio comouet & contristat, intellecto quòd quā plurimi Episcoporum deum & dominū Iesum Christū, cuius vicem gerunt, abnegates, terrenorū, quorū deus venter est, vestigiis inhærentes, de stipendiis pauperum & sanguine Iesu Christi delicatissimis ferculis, cū histrionibus & ceteris diuitibus suā ventris replent ingluuiem, ad fediditatem luxuriæ incitandā, vestimentorumq; de die in diem superfluitatibus abutuntur, de pauperibus, quorum mercedem raptā manu latrocinij deuorant, fame morientibus & frigore, non curates. Hi certe nō Episcopi, sed diaboli vocati sunt. Episcopus autē aut sanctissim⁹ aut diabolicus est. Magni certe meriti est status Episcopalis, sed periculi infiniti. Leuissimum peccatū aliis imputandum, grauissimū Episcopo imputatur. Pontificis etenim vitium in subditos diffunditur per exemplū. Maiora recipienti, ratio maior crescit. Quot enim ouium Christi vel negligentia Episcopi, vel exēplo in peccata deuiant, de tot tenetur domino reddere rationem. Heu quid

A quid Augustine charissime dicam: Graue nobis inest pondus, grauis sarcina. Sed debiles ego habens humeros, quid portabo? Sunt certe angustia mihi, vndique me torquentes. At dum graues mihi promptos casus intueor, timore maximo succrescente, continue affligor & contristor. Securius est Episcopalem statū fugere quam appetere. Laudo certe Episcopatū tanq̄ vicariatū domini nostri Iesu Christi: sed illos qui in eo vitā agūt militum terrenorum, qui mundi gloria & pompas appetunt, non collaudo: immo eis consulo vt eum fugiat quantum possunt. Melius certe fuisset eis cum terrenis vitam agere terrenorum, quam in pontificali culmine hoc agentes ad infima & profundiora loca descendere: tanto præ ceteris cruciandi, quanto præ ceteris plura donaria receperunt. Intelligo enim Episcoporum plurimos, potius nomen gerere q̄ essentiam: potius lupos rapaces fore Christi ouium quam pastores: destructores magis esse Christi ecclesiæ q̄ rectores: qui Christianorum eleemosynas depradantes, mercedem pauperum lupinis faucibus in superfluitatibus ciborum & vestitū deuorant & consumunt, quod absurdum est, abominabile, & defendendum. Hæc idcirco dixerim, vt talis abominatio cunctis gentibus innotescat, quatenus si deum non metuunt, homines verentes suis aliquantulum abominationibus retardentur. Audiant quæso hi tales Episcopi quæ narrando proponimus, & saltem aliorū calamitatibus terreantur.

In superioribus Aegypti partibus in deserto quodā ab hominibus propter vitæ incōmoda inhabitabili, quidā degebat monachus Helias nomine, antiquissimus, & magna, vitæ sanctitate radiās: qui viuēte beatissimo Hieronymo, eidem familiaris valde fuit: quem beatissimus Hieronymus habuisse prophetiæ spiritū pluris enarrauit. Hic die quodā vt plures mihi testificauerunt monachi, vita venerabiles fideq; digni, qui se dixerunt ab eiusdem sancti viri ore multoties audiuisse, solitis incubens orationibus, somno repētino adueniente aliquantulum obdormiuit: & ecce in visione, quo quidem modo multotiens deus omnipotens grādia & occulta suis fidelibus referat sacramenta in quodā palatio miræ pulchritudinis, ineffabilis & à mortalibus nūquam visa, vt sibi videbatur, erat. Cū per horā per palatium illud huc illucq; gradiens, eius admiraretur pulchritudinem vehementē, vidit quoddam preparari tribunal à quibusdam nimia pulchritudinis iuuenibus, stratis tapetis & vestibus auro & gemis & multa artificij varietate decoratis circumquaq; pariete intuloto. Ita quo postmodū rex quidā maximus & decorus, cuius aspectus tanta erat suauitatis, vt nil vellet aliud qui habere magna desyderat, virorū sole lucidior comitatus societate veniens se posuit vt iudicia exerceret. Inter hæc cuiusdam anima, quem fuisse Anconitanum præfulem ab aliquibus ibidem consistentibus postmodum intellexit, nequam spiritibus, catenis ignisque vinculis vinctā instar fornacis flammis erumpens sulphureas, deportata, maiestati regie præsentatur. Quæ prius quam de aliquo interrogaretur, cepit diris vocibus se infernalibus mansionibus dignissimam acclamare: hanc inter ceteras maxime assignans principalē causam, quoniam vanis pompis intentus, in conuiujs & vestibus, & huiusmodi stultitijs delectabatur. Quibus finitis, lata per iudicem sententiā, vt poenis infernalibus traderetur cruciada, donec corpori iuncta duplices poenas in perpetuum sustineret: mox illam secum ferens omnis illa nequam spiritū turba, inde cum diris cla-

moribus recesserunt. Deinde alterius cuiusdam anima quæ fuisse Theodonij senatoris fratris venerabilis Damasi prædicti Episcopi Portuensis similiter intellexit, ante maiestati regiam circumstantibus multos nequam spiritibus cū grauissime accusantibus præsentatur. Cūq; à diabolis in longū accusatio traheretur, & nullus ex aduerso aliqua responderet, vir quidā septies sole splendidior, & vt sibi videbatur, penè ceteris astantibus eminentior, ad regis sedens dexteram, in pedibus se erexit. Quo quidem surgente silentiū rex manu propria à cunctis fieri imperauit: tunc qui steterat omnibus opponēs accusantibus, hunc suū fuisse fidelissimū & deuotum, & ei continue exhibuisse reuerentiā specialem, eisdē mox loquendi audaciam abstulit, & taciturnitatem prænotauit. Postmodū verò ille *flectens* ante regem genua, huic suo fidelissimo veniā & æternam requiem solita pietate & misericordia infinita clemētissime elargiri, ita tamen quòd pro commissis in mūdo flagitijs in purgatorio purgaretur, suis precibus vt voluit est adeptus. Tunc omnis illa nefandorū spirituum multitudo gemens & vluans de illo loco protinus se remouit. Intervallo autē factò horæ vnius, iuuenis quidam pulcherimus concito gradu per palatium veniens ad hincq; accedens, qui tam eminens & præclarus in auxilium exurrexerat Theodonij senatoris, se fore dixit à Petro patricio Romanorum eius deuotissimo missum, quatenus eiusdē preces exaudiens, sibi impetrare à domino filiū dignaretur. Ad hæc rex: Quod, inquit, à filio meo Hieronymo Petrus postulat, certe fiat. His omnibus sic finitis, à somno illo mox Helias monachus excitatur, laudes immensas deo reddens, & Hieronymo glorioso. Qui diē illum in quo tam miranda viderat, prænotans, eodē postea intellexit die Episcopum Anconitanum & Theodonij senatorē ex hoc seculo migravisse. Quo liquidē patet, hæc vana somnia non fuisse.

Magnam putabas Augustine charissime aliquibus admirationem inducere, veluti si quid nouum & inauditū eis proponēs, dum in tuis pristinis literis quas recepi, Ioanni Baptiste & ceteris Apostolis Hieronymū sanctissimū æqualem in sanctitate & gloria, rationibus sine dubio efficacibus, & visionibus mirificis cōprobabas. Certe non est aequalis ambiguitas verissima & omni fide & deuotione dignissima ita fore. Nec puto aliquibus eius vitā sanctissimā, & eius tanta prodigia hominibus insueta non ignorantibus, admirationis aliquid euenire. Sed quoniam tales tuæ fuerunt rationes, ad veritatē huiusmodi declarandam, quòd meas leuissimas & imperitas nunc illis opponere non deceret, ideo ommissis omnibus visionē mirabilem, quā venerabilis vir Cyrillus Episcopus Alexandrinus se vidisse suis ad me diebus pluribus iā elapsis destinatis literis affirmabat, breuiter introducam. Post beati Hieronymi obitum gloriosum, anno completo in die natiuitatis gloriosissimi Ioannis domini præcursoris, laudibus expletis matutinis, dum memoratus pontifex more solito in Ecclesia solus, ante altare eiusdem præcursoris domini gloriosus, flexis genibus ipsius gloriam & excellentiā multa spiritus dulcedine contēplaretur, repētino somno aliquantulum obdormiuit, & ecce in Ecclesiam vt sibi clarissime videbatur, binatim quorundā speciosissimorum hominum vltra humanā estimationem cantus alternatim suauissimos concinentium turba vehemētissima miro ordine veniebat. Deinde binatim omnes ad altare procedentes, & ibidē *flectentes* genua, ad sedendū singuli se ponebant. Cūq;

G illorū hominū iam esset Ecclesia valde plena, post omnes duo viri eminentiores ceteris, in toto similes, atque pares, in finibus sole lucidiores, stola induti lucidissima candidissima, auro & gemmis vndiq; ineffabiliter rutilante, venientes, Ecclesiam pariter intraverunt. Ad quorū introitum omnes in Ecclesia residentes, protinus flexis genibus eiusdem summi reuerentiā persoluerunt. Tunc duo illi viri ante altare ab eisdem reuerentiā exhibita, in duabus cathedris aureis mira lapidū pretiosorū varietate & pulcherrime decoratis, sibi à quibusdā pulcherrimis iuuenibus præparatis, ambo pariter cōsederunt, & sic silentes aliquantulū permanferunt. Interim inter illos silentio factō, corpit alter eorū duorum alterū impellere ad loquendum. Cūq; lōga adiuicem altercatio oriretur, quis primo inciperet prædicare, cōperunt singuli, vt Hieronymus Ioannis, cuius erat die illa solennitas, laudes & magnificentias explicaret, magnis vocibus acclamare. Tunc vnus illorum sermonē mox incipiens, laudes beatissimi præcurforis domini tanta loquelē dulcedine, tantoq; verborū ornatu, necnō & sententiæ grauitate contexit, quōd fas nō esset linguæ hominū declarare. Finito itaq; sermone illo, alter quem Ioannē Baptistam cuncti qui aderant nominabant, eidē grates referens multiplices, hoc circumstātib; ad eius honorem & gloriā est locutus: Socius iste meus charissimus Hieronymus, equalis mihi in gloria, æqualis etiā in sanctitate, seriē mearū laudum est hæctenus profecut⁹, idcirco dignū est vt eius laudibus nūc insistam. Hic vere lux est Ecclesię, tenebras effugās errorum, & cunctos illuminans homines veritatis claritate cacos. Hic fons est aquæ sapientię salutaris, ad quē sitientes dum accedunt, largissime satiantur. Hic arbor altissima, cuius cacumen cœlū ascēdit, sub cuius doctrinæ frondibus de suauī eiusdē oris fructu, aues cœli scilicet homines multum intelligentes & bestię terrę, scilicet homines parum intelligentes vberrime satiantur. Hic mecum fuit in seculo eremita, & certe non minus me carnem abstinentiū maceravit. Hic mecum virgo nitida atq; purus, hic mecum fuit propheticō spiritu illustratus, hic mecum doctor extitit veritatis. Ego propter iustitiā & veritatem vitā corporeā dereliqui: hic etsi sic non amiserit vitā corporeā propter iustitię & doctrinæ suę perspicacissimā veritatem, tēpus suum tamen totum gessit in seculo in martyrio, afflictionibus, & dolore. Ego Christianæ fidei præcurri nūcius & gentium inuitator: hic postmodū veniens eiusdem fidei extitit sustentator, & ab hæreticis eandē lacerantibus defensor. Ego semel in baptisate manibus propriis Christum tetigi in Iordane: hic ipsum non solum manibus propriis habuit multoties in altari, sed & ore proprio māducauit. Hic mihi in sanctitate per omnia fuit equalis, nunc autem æquali ambo eterne vitæ præmio insimul cōgaudemus. Hęc & alia multa prosequēte beato Ioanne, quæ idem beatus Cyrillus non potuit totaliter memoriæ cōmendare, iā hora diei prima adueniente, Ecclesiam custos intrans Episcopum intuitus dormientem, eundē manibus excitauit. Expergefactus itaq; pōtifex, stupore, & admiratione, & gaudio admodum plenus, quæ viderat custodi cū lachrymis enarrauit: deinde illo die missam sollemnissime celebrans, visionem mirabilem omni populo declarauit.

Sunt infinitō plura quæ dici possent miracula verissima, & vtilia enarranda, quàm ea quæ in breui hoc opusculo sunt scripta. Sed ne prolixitate operis aliquid legentibus tædij oriatur, vno solo mira-

culo, quod nondum expleto mense in Bethleem peractum est, perfectus huic operi finis erit. Die dominico transacto post octauas pentecostes, omnibus meis suffraganeis Episcopis, & multitudine maxima tam viro- rum quàm mulierum in Ecclesia, in qua sacratissimum quiescit Hieronymi cadauer, insimul congregatis, honore debito & veneratione tam debita quàm deuota, primo egomet sacris indutus vestibus, ad locum foueę, in qua corpus venerādum iacet, accedens, terram cœpi effodere sepulturæ, quatenus sacratissimum illud corpus inde ablatū in tumulo marmoreo mira pulchritudine vndique decorato, quod hac de causa fuerat fabricatum, postmodū poneretur. Cum iam fouea foret vacua, cunctis cernentibus corpus sanctissimū in medio foueę, tanquā in aere à nulla parte terram tangēs permanebat integrum, nec corruptione aliqua violatum. Quod inde eleuantes cum odore tam vehementissimo & suauī, quōd talem olfactus hominum nunquā sensit, collocauimus in altari, quatenus à populo reliquię sanctissimæ viderentur. Quot autem illo die me cunctisq; qui aderant, astantibus sunt peracta miracula gloriosa, & explicare ea nullatenus compos essem. Cæci sedecim illas reliquias tangentes facie, visum protinus receperunt. Tres precipue dæmoniāci catenis vincti, in illam Ecclesiam plurimorum hominum manibus deportati, sunt protinus liberati. Mulieris cuiusdam viduę pauperulæ puerulus, eius vnicus filius, in Ecclesia fuit prægentium multitudine suffocatus, quē mater inueniens, dolens & lugens, mox in vnīs puerile cadauer ad foueam, in qua sepultum fuerat corpus Hieronymi gloriosi deferens, eum in foueā proiecit, hæc dicens verba: Sancte Hieronyme gloriose, hinc non recedam, donec restituas mihi vnicum meum filiū, quem amisi. Mirabilis certe deus in sanctis suis, faciens prodigia insueta. Statim vt terram extincti pueruli corpus tetigit, eidem anima est cōiuncta. Quidam vir corpus cuiusdam sui filij de sepultura, in qua per triduum steterat, extractū mox ad foueam illam detulit, & illud in foueam sic proiecit: qui iuuenis fuit illico vitæ pristinæ restitutus. Innumerabilia penē forent miracula, quæ peracta sunt à mane vsque ad vesp̄as, quo quidem tempore gloriosum Hieronymi cadauer de fouea dissepultum in altari extitit collocatum. Sed tamen ad huiusmodi miracula vltius non procedam. Vnum quod nocte sequenti accidit non silebo.

In hora siquidem vespertina corpus illud sacratissimum in monumento quod præparauimus, posuimus: sed mane monumentum vacuum est inuētum, & corpus sanctissimum foueę pristinæ inuenimus restitutum. Quod dum ego plurimum admirarer, nocte sequenti mihi dormienti beatus Hieronymus apparēs in visione, plurima mihi grandia patefecit. Sed inter cætera, talia mihi verba dixit, Noueris Cyrille, quod corpus meum de fouea in qua iacet, nullatenus extrahetur, quousque ciuitas Hierusalem ab infidelibus capietur. Quo quidem tempore Romam delatum, ibidē multo tempore requiescēt. Ad hæc expergefactus, quæ viderā cunctis Episcopis & aliis viris catholicis enarraui. Quid & quando hæc euenient, aliter non agnosco. Si quid vile aut bonum in hac epistola dixi, non meis sed gloriosissimi Hieronymi meritis imputetur. Si quid verō superfluum inutile & non bonum: solum meæ insipientiæ & negligentię causa hoc accidisse, ab omnibus iudicetur. Mei Augustine charissime in tuis orationibus memor esto.

τῆλος.

Augustinus

Augustinus Bonifacio comiti vitam Christianam compendio depingit: ostendens obiter Christiano pro pace publica arma tractare licere. Videtur missa esse cum Epistola. L. cuius initium ad eundem Bonifacium est, Laudo & gratulor. Epistola. I.

DOMINO eximio, & merito insigni atque honorabili filio Bonifacio, Augustinus in domino salutem. Iam rescripseram charitati tuæ, sed cum Epistolæ dirigendo occasio quaeretur, superuenit dilectissimū fili⁹ meus Faustus pergens ad eximietatem tuam. Qui cum ipsas literas, quas iam fecerā, accepisset tuæ beneuolentiæ perferendas, suggessit mihi multum te desiderare vt aliquid tibi scriberem quod te edificet ad sempiternam salutem, cuius tibi spes est in domino nostro Iesu Christo. Et quanuis mihi occupato tantum institit vt facere non differrem, quātum scis quōd te synceriter diligat. Festinanti ergo vt occurrerem, malui festinanter aliquid scribere, quàm religiosum tuum desiderium repardare, domine eximie & merito insignis atque honorabilis fili. Quod ergo breuiter possum dicere, Dilige dominum deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota virtute tua: & dilige proximum tuum tanquam te ipsum. Hoc est enim verbum quod breuiavit dominus super terram, dicens in Euangelio, In his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. In hac ergo dilectione quotidie profice, & orādo & bene agendo, vt ipso adiuvante, qui tibi eam præcepit atque donauit, nutriatur & crescat, donec hæc te perfecta perficiat. Ipsa est enim charitas, quæ, sicut Apostolus dicit, diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū qui datus est nobis. Ipsa est de qua iterum dicit, Plenitudo legis charitas. Ipsa est per quam fides operatur. Vnde iterum dicit, Neque circuncisio quicquam valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur. In hac ergo omnes sancti patres nostri & Patriarchæ & Prophetæ & Apostoli placuerunt deo. In hac omnes veri martyres vsque ad sanguinem contra diabolum certauerunt: & quia in eis non refriguit nec defecit, ideo vicerunt. In hac omnes fideles boni cotidie proficiunt, peruenire cupientes non ad regnū mortaliū, sed regnū cœlorum: non ad temporalem, sed ad sempiternam hereditatem: non ad aurum & argentum, sed ad diuitias incorruptibiles angelorum: non ad aliqua bona huius seculi, in quibus cum timore viuatur, nec ea quisquam secum potest auferre dum moritur, sed ad videndum deum. Cuius suauitas & delectatio excedit omnem non solum terrestrium, verum etiā cœlestium corporum pulchritudinem, excedit omnem decorem animarum quātumlibet iustarum atque sanctarum, excedit omnem speciem superiorum angelorum atq; virtutum, excedit quicquid de illo nō solum dicitur, verum etiam cogitatur: neque hanc tam magnā promissionem, quia valde magna est, ideo desperemus, sed potius quia valde magnus eam promisit accepturos nos esse credamus. Sicut enim dicit beatus Ioannes Apostolus, Filij dei sumus, & nōdum apparuit quid erimus: Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniā videbimus eum sicuti est. Noli existimare neminem deo placere posse, qui in armis bellicis militat. In his erat sanctus Dauid, cui dominus tam magnum perhibuit testimonium. In his etiam plurimi illius temporis iusti. In his erat & ille Centurio qui domino dignatus Tomus secundus.

Marth. 22.
Mar. 12.
Luca. 10.

Roma. 5.

Roma. 13.
Gal. 5.† fidamus.
1. Ioan. 3.

xit, Non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate cōstitutus, habens sub me milites, & dico huic vade, & vadit: & alij veni, & venit: & seruo meo fac hoc, & facit: de quo & dominus, Amen dico vobis, non inueni tantā fidem in Israël. In his erat & ille Cornelius, ad quē missus angelus dixit, Corneli, accepte sunt elemosynæ tuæ, & exaudita sunt orationes tuæ: vbi eum admonuit, vt ad beatum Petrū Apostolū mitteret: & ab illo audiret quæ facere deberet. Ad quem Apostolū vt ad eum veniret, etiā religiosum militem misit. In his erant & illi qui baptizandi cū venissent ad Ioannem sanctū domini præcurforē, & amici sponsi, de quo dominus ipse ait, In natis mulierum non surrexit maior Ioāne Baptista: & quæssissent ab eo quid facerent: respondit eis, neminem conuulseritis, nulli calumniam feceritis, sufficiat vobis stipendium vestrum. Non eos vtique sub armis militare prohibuit, quibus suum stipendiū sufficere debere præcepit. Maioris quidem loci sunt apud deum qui omnibus istis secularibus actionibus derelictis etiā summa continentia castitatis ei seruiunt: Sed vnusquisque, sicut Apostolus dicit, proprium donum habet à deo, alius sic, alius autem sic. Alij ergo pro vobis orando pugnant contra inuisibiles inimicos, vos pro eis pugnando laboratis cōtra visibiles Barbaros. Vtinam vna fides esset in omnibus, quia & minus laboraretur, & facilius diabolus cum angelis suis vinceretur. Sed quia in hoc seculo necesse est vt ciues regni cœlorum inter errantes & impios rētationibus agitentur, vt exercentur, & tanquam in fornace sicut aurum probentur, non debemus ante tempus velle cum solis sanctis & iustis viuere: vt hoc suo tempore mereamur accipere. Hoc ergo primum cogita quando armaris ad pugnam, quia virtus tua etiam ipsa corporalis donū dei est. Sic enim cogitabis de dono dei non facere contra deum: fides enim quando promittitur, etiam hosti seruanda est, contra quem bellum geritur, quanto magis amico pro quo pugnatur: Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas, vt liberet deus à necessitate & cōseruet in pace. Non enim pax quaeritur vt bellum excitetur, sed bellum geritur vt pax acquiratur. Esto ergo etiam bellando pacificus, vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas. Beati enim pacifici, ait dominus, quoniam ipsi filij dei vocabuntur. Si autem pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, quanto est dulciore pax diuina pro æterna salute angelorū. Itaque hostem pugnantem necessitas perimat, non voluntas. Sicut rebellanti & resistenti violentia redditur, ita victo vel capto misericordia iam debetur, maxime in quo pacis perturbatio non timetur. Ornet mores tuos pudicitia coniugalis, ornet sobrietas & frugalitas: valde enim turpe est, vt quem non vincit homo, vincat libido: & obruatur vino qui non vincitur ferro. Diuitiæ seculares si desunt, non per mala opera quaerantur in mundo: Si autem adsunt, per bona opera seruentur in cœlo. Animum virilem & Christianum, nec debent si accedunt extollere, nec debent frangere si recedunt. Illud potius cogitemus quod dominus ait: vbi est thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum: & vtique cum audimus vt cor sursum habeamus, non mendaciter respondere debemus quod nosti quia respondemus: & in his quidem bene studiosum te esse cognoui, & fama tua multum delector, multūq; tibi in domino gratulor, ita vt hæc Epistola magis tibi sit speculum, vbi qualis sis videas, quàm

D
Marth. 8.

E

E

Marth. 6.

A. ij vbi

G vbi discas qualis esse debeas: veruntamen quicquid siue in ista siue in scripturis sanctis inueneris quod tibi ad bonam vitam adhuc minus est, insta vt acquiras & agendo & orando: & ex iis quæ habes gratias age deo tanquam *fonti* bonitatis vnde habes: atque in omnibus bonis actibus tuis illi da claritatem, tibi humilitatem. Sicut enim scriptum est, Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. Quantumcunque autem in dei & proximi charitate atque in vera pietate profeceris, quandiu in hac ita conuersaris sine peccato te esse non credas. De ipsa quippe legitur in literis sanctis, Nunquid non tentatio est vita humana super terram? Proinde quoniam semper, quam diu es in hoc corpore, necessarium est tibi in oratione dicere quod dominus docuit, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Memento cito ignoscere, si quis in te peccauerit & à te veniam postulauerit, vt veraciter possis orare, & peccatis tuis veniam valeas impetrare. Hæc dilectioni quidem tuæ festinanter scripsi, quoniam me festinatio perlatoris urgebat. Sed deo gratias ago, quoniam bono desiderio tuo qualitercunque non defui.

H Semper te misericordia dei protegat, domine eximie & merito insignis atque honorabilis fili. *Euodius Augustino questionem proponit de ratione & deo, rationis cum deo coæternitatem astruens. Apparet hanc seorsum Epistola inclusam transmissam esse.*

VODIVS Augustino Episcopo Salutem. Perfecta ratio illa est, quæ omnium rerum præstat scientiam: & maxime æternarum rerum, quæ intellectu comprehenduntur: hanc æternam esse, æternam esse debuisse, æternum illud esse, quod nec cepit, nec mutatur, nec variatur, ipsa docet atque ostendit ratio: quam necesse est esse æternam, non solum quod æterna doceat & demonstret, sed multo magis, quod ipsa æternitas non potest esse sine ratione. Quæ arbitrator non esset æternitas, si ratio ipsa æterna non fuisset. Deinde deum esse vel esse debuisse, nec aliter fieri quam vt deus esset, ratio demonstrat. Quæ utique siue essent, qui hoc scirent, siue non essent, tamen cum æternus sit deus, dubitandum non est æternam rationem, quæ deum esse oportuisse intenderet, & ita autem vt illi se demonstraret esse coæternam. Sunt autem quedam quæ ratione coguntur vt sint, vt anterior sit ratio, & effectus posterior eius rei, quam futuram esse ostendit ratio: vt verbi gratia, Cum mundus factus est, ratio habuit vt fieret mundus. Prior ergo ratio quam mundus est. Ea ergo quæ sciuit ratio futura esse, subsecuta sunt, vt sit princeps ratio, postea mundi operatio. Iam nunc quoniam ratio ostendit deum esse, vel necesse est vt deus esset, quid cui præponemus? Rationem deo, aut rationem mundo, aut deum rationi, sine qua deum nullatenus esse probabile est: Si enim deum esse æternum, est ratione esse æternum, quæ est ratio? Ergo aut deus est, aut dei est, vt ipsa docet ratio: quæ si ipsa est deus, ratio ostendit deum esse rationem, & possunt ista coæua & coæterna esse. Si autem dei est similitudo hæc ratio, ostendit rationem dei esse similiter: & hoc erit coæuum & coæternum. Deum autem esse similiter fieri non posse, nisi esset deus, ipsa ratio ostendit: quæ ratio si auferatur, quod dictum nefas est, non erit deus, si ratio non ostenderit necesse esse deum. Tunc ergo deus est, cum est ratio vt sit deus. Deus ergo quia est: sine dubio est ratio quæ docuit quia est. Quid ergo est, si dici potest,

in deo primum, ratio an deus? Sed deus non erit, nisi fuerit quæ doceat deum esse debere. Ratio quoque non erit, nisi deus erit. Nihil ergo ibi primum & postremum. Natura ergo hæc diuina simul quodammodo habet, & rationem & deum. Vnum autem vnum generat, aut ratio deum, aut deus rationem. Subiectum autem aut in subiecto forte dicatur, ratio & deus. Deus & ratio vnus in vno. Bene autem deus generat rationem: quia ratio deum esse demonstrat. Intelligitur autem deus à ratione vt filius à patre, & ratio à deo, vt pater à filio. Nam & ipsa ratio cum deo deus est. Neque enim deus aliquando sine ratione fuit, aut ratio sine deo. Tunc enim deus est si est ratio, & tunc filius si est pater: vt si ratio auferatur, sicut dictum est, quod dici fas non est, ne ipse quidem deus est. Per eius enim rationem est actus & operatio vt sit deus. Rursus eadem dicamus. Si ratio non fuit, deus non fuit: & si deus non est, ratio non fuit. Ratio ergo & deus sempiterna res: & deus & ratio simili modo res sempiterna. Connexio autem atque vnio rationis ad deum, & dei ad rationem, patris ad filium, filij ad patrem. Principia sibi quodammodo & causas existendi præstant: quia alterum sine altero esse non potest. Deficitur in verbis, & quodcumque dicitur ne sileatur. Vtrum autem germen rationis deum dicamus, an dei germen rationem, quia nec fructus sine radice esse potest, nec sine fructu radix aliquid est, similitudo sit ducta: vt quiddam intelligentiæ de deo signetur, viuunt enim & in grano tritici ratio fecundans, quo sterile non finitur esse: Sed iterum si granum tritici non esset, ex qua re ista produceret, ratio non haberet. Cum igitur ratio quæ deus est, aut ostendat deum rationem, aut rationem esse deum, vnum quodammodo alterum ostendens: non ostenditur pater nisi per filium, nec filius ostenditur nisi per patrem: & tunc quasi in silentio sit filius, quando per patrem venit ad filium, vt vnum quodammodo abscondatur, alterum demonstratur: vt demonstrans se vnus, demonstrat & alterum, nec possit vnus sciri, vt lateat alter: quia qui me videt, inquit, videt & patrem: & nemo venit ad patrem, nisi per me: & nemo venit ad me, nisi quem pater attraxerit. Arduum vehementerque difficile negotium iniuimus, vt aliquid de deo non intelligentes intelligeremus. Tamen quemadmodum omnia quæ sunt sine quadam specie non intelliguntur, & incognoscibilia sunt: sic multo magis sine filio hoc est sine ratione incognitus est deus. Quid enim? An aliquando sine ratione pater alogus fuit? Quis hoc audeat dicere? Cognoscendum itaque ratione deum vnum ex vno, vel vnum in vno simul vnum esse: quia vnus est deus, cui necesse est illam inesse dilectionem, quia semper habendam ipsa ratio docet vel deus præcipit dilectionem vel exhibendam esse.

Euodius Augustino, de eo quod ad Volustianum scripserat de virginis conceptione, si ratio queritur etc. Et de eo quod ad Italicam scripserat, dei substantiam oculis corporeis cerni non posse.

VODIVS Augustino Episcopo Salutem. Per Iobituum qui ad possessionem Marcianensem missus erat, dudum vnam questionem de ratione & deo missa Epistola mea interrogauit, cuius adhuc responsum non merui. Sed quia epistolas sanctitatis tuæ, vnam ad illustrem virum Volustianum, & alteram ad Italicam illustrè in Christo feminam in manibus legentes habuimus, occurrit quod in Epistola

Ratio & deo vtrum alteri præferendū.

Ratio coæterna deo.

Quæ sunt in ordine Epistolarum præcedentium 3. & 6.

A la de domini Iesu Christi dei nostri carnali in virgine conceptione, & ex ea natiuitate posuisti: Si ratio queritur, non erit mirabile: Si exemplum poscitur, non erit singulare: & visum est posse de omni natiuitate & hominis vel cuiuslibet animantis tale aliquid dici. Si ratio enim eius queratur, non indagabitur, & erit mirabile: & si exemplum poscatur, quia nihil tale sit in exemplis, erit singulare. Neque enim quis conuentus viri & femine vel cuiuslibet conceptionis aliquando, quod in secreto formatur, ratione poterit exponi. Aut verò seminum ex terra nascentiū, primitus putrescentiū, postea fructificantiū, vlla ratio inuenietur. Non enim & hoc mirabile non est, vermē vnum si vllō parētē, si ad singularitatem aliquid requiratur, intra pomū virgineo conceptu formatum, perfectū inueniri: vnde ad exemplum arbitrator dictum, Ego vermīs & non homo. De cōceptionibus ergo, siue coniunctorum, siue singulariū, nescio quæ nam possit ratio exhiberi. Non ergo de cōceptione virginis tantū non redditur, sed de nulla quidem arbitrator conceptione posse perfolui rationem. Sed exemplum poscitur, Ecce & de vento dicuntur equæ, & de cinere gallinæ, & de aqua anates, & alia nonnulla animalia sine virili semine foetus proprios ædere. Certe si integræ non reddunt, tamen possunt illibate cōcipere: quomodo ergo ponitur, si exemplum poscitur non erit singulare, quando tot exempla procedunt? Nasci etiam in corporibus, non solum femineis, verum etiam virorum, intrinsecus dico, quadam animalia, notū est omnibus. Ecce exempla, ecce miracula, de quibus ratio nullatenus redditur. Aut si ad hoc redditur, quia in virgine homine nihil tale vnquam contingit, tamen sunt exempla in aliis rerum naturis, quia nata & sine seminibus concipiuntur, ex quibus penitus ratio reddi nequaquam potest. Tamē nec in generatione est aliquid tale inuenire quod sic ædat partus, vt integritas naturæ non violetur. Soleo enim audire quod aranea sine vlla virili conceptione, & partus corruptione illa omnia fila ex quibus tentis herere solet, secundum naturæ suæ modum proferat mirabiliter, & sibi tantū quasi singulari præstitū esse demonstrat. Ergo si & hoc queratur, non tantum mirabile est, & exempla talia rerum dari nullatenus possunt. Metuo enim ne ob hoc ipsa præcesserit in exemplis, vt qui non crederentur esse quidem mirabile, sed tamen non erit singulare. Nam omnia dei opera mirabilia: quia in sapientia facta sunt. Si ergo hoc nobis obiiciatur, quid respondebimus? Illud etiam me urget vehementissime, quod sic potest dici in corporis ipsius domini clarificati substantia, quia & ipsa poterit videri dei substantia. Aisti enim in epistola ad Italicam, non posse. Et certum est, vt cum rationem reddere cœperimus, quia non potest: hoc nobis obiiciatur, quia si quod illa conceptione & natiuitate factum est, mirabile est & singulare, nec ratio quam volūt nec exemplum redditur: quia vnico hoc præstitum est, quemadmodum eis ratio non redditur de conceptione & generatione, sed in illo solo inuenitur singulare: sic de eius visione ratio non reddatur, nec exemplum requiratur, sed soli illi singulariter licere diuinitatis substantiam corpore videre. Sed respondebitur rationem posse reddi, quia corporea re incorpoream rem nequaquam cernere liceat. Metuo ne respondeatur, quia & conceptio illa ratione exponi, & exemplis possit firmari. Aut enim in hominibus ratio deficit, & exempla cessabunt, & confirmabunt corpore suo vnigenitum videre posse

B Tomus secundus.

C la de domini Iesu Christi dei nostri carnali in virgine conceptione, & ex ea natiuitate posuisti: Si ratio queritur, non erit mirabile: Si exemplum poscitur, non erit singulare: & visum est posse de omni natiuitate & hominis vel cuiuslibet animantis tale aliquid dici. Si ratio enim eius queratur, non indagabitur, & erit mirabile: & si exemplum poscatur, quia nihil tale sit in exemplis, erit singulare. Neque enim quis conuentus viri & femine vel cuiuslibet conceptionis aliquando, quod in secreto formatur, ratione poterit exponi. Aut verò seminum ex terra nascentiū, primitus putrescentiū, postea fructificantiū, vlla ratio inuenietur. Non enim & hoc mirabile non est, vermē vnum si vllō parētē, si ad singularitatem aliquid requiratur, intra pomū virgineo conceptu formatum, perfectū inueniri: vnde ad exemplum arbitrator dictum, Ego vermīs & non homo. De cōceptionibus ergo, siue coniunctorum, siue singulariū, nescio quæ nam possit ratio exhiberi. Non ergo de cōceptione virginis tantū non redditur, sed de nulla quidem arbitrator conceptione posse perfolui rationem. Sed exemplum poscitur, Ecce & de vento dicuntur equæ, & de cinere gallinæ, & de aqua anates, & alia nonnulla animalia sine virili semine foetus proprios ædere. Certe si integræ non reddunt, tamen possunt illibate cōcipere: quomodo ergo ponitur, si exemplum poscitur non erit singulare, quando tot exempla procedunt? Nasci etiam in corporibus, non solum femineis, verum etiam virorum, intrinsecus dico, quadam animalia, notū est omnibus. Ecce exempla, ecce miracula, de quibus ratio nullatenus redditur. Aut si ad hoc redditur, quia in virgine homine nihil tale vnquam contingit, tamen sunt exempla in aliis rerum naturis, quia nata & sine seminibus concipiuntur, ex quibus penitus ratio reddi nequaquam potest. Tamē nec in generatione est aliquid tale inuenire quod sic ædat partus, vt integritas naturæ non violetur. Soleo enim audire quod aranea sine vlla virili conceptione, & partus corruptione illa omnia fila ex quibus tentis herere solet, secundum naturæ suæ modum proferat mirabiliter, & sibi tantū quasi singulari præstitū esse demonstrat. Ergo si & hoc queratur, non tantum mirabile est, & exempla talia rerum dari nullatenus possunt. Metuo enim ne ob hoc ipsa præcesserit in exemplis, vt qui non crederentur esse quidem mirabile, sed tamen non erit singulare. Nam omnia dei opera mirabilia: quia in sapientia facta sunt. Si ergo hoc nobis obiiciatur, quid respondebimus? Illud etiam me urget vehementissime, quod sic potest dici in corporis ipsius domini clarificati substantia, quia & ipsa poterit videri dei substantia. Aisti enim in epistola ad Italicam, non posse. Et certum est, vt cum rationem reddere cœperimus, quia non potest: hoc nobis obiiciatur, quia si quod illa conceptione & natiuitate factum est, mirabile est & singulare, nec ratio quam volūt nec exemplum redditur: quia vnico hoc præstitum est, quemadmodum eis ratio non redditur de conceptione & generatione, sed in illo solo inuenitur singulare: sic de eius visione ratio non reddatur, nec exemplum requiratur, sed soli illi singulariter licere diuinitatis substantiam corpore videre. Sed respondebitur rationem posse reddi, quia corporea re incorpoream rem nequaquam cernere liceat. Metuo ne respondeatur, quia & conceptio illa ratione exponi, & exemplis possit firmari. Aut enim in hominibus ratio deficit, & exempla cessabunt, & confirmabunt corpore suo vnigenitum videre posse

deum: aut si ratio hic reddita fuerit, consequetur rationem reddi posse ab aliquibus nimis sapientibus viris, & illius cōceptionis & consequētis generationis. Quid ergo talibus respondeatur, percunctor. Non enim certamina femino, sed quemadmodum infidiosis respondeatur, interrogo. Ego tamen sic credo virginis conceptionem & partum, quomodo semper credidi: & corpore quoque clarificato deum videri non posse vt cuique ratione colligo. Obuiandum tamen censeo hominibus, qui aut seditiones ex quæstionibus solent excitare, aut feruenti studio ad discendum enigilare. Ora pro nobis. Pax & charitas Christi sanctitatem tuam nostri memorem perficiat, domine sancte venerabiliterque beatissime frater.

Augustinus Fabiola peregrinationem eius moleste ferēti, de presentia animorum nexu amicitie iunctorū. Est corrupta & imperfecta. Epi. IIII.

DOMINAE religiosissima & præstantissima & in Christi charitate laudabili filiæ Eabiolæ Augustinus in domino salutem. Quamquam rescripta reddideris, sic tamē legi literas sanctitatis tuæ vt eis respondere debitum duxerim. Doluisti enim peregrinationem, qua cōtingit perpetuo gaudere cum sanctis, & desiderium supernæ patriæ vbi iam non certarum spatio diuidemur, sed semper nimis cōtemplatione lætabimur merito pertulisti: felix es talia fideliter cogitando, amado fœlicior: & ideo eris etiam fœlicissima consequendo. Sed etiam nunc diligentius intueri vnde magis dicamur absentes, vtrum quia nostra inuicem corpora non videmus, an quia signa non damus & recipimus animorum, quod est colloqui: puto enim quod licet longinquis regionibus corpore separati, si nostras cogitationes nosse poteris, magis essemus vobiscum, quam si vno in loco alterutrum conspici cātes taciti sederemus, nullam vobis signa sensus intimi proferētes, nullis corporum motibus nostros animos indicantes. Quocirca intelligis ideo vnumquemque sibi esse præsentiorē quam alterum alteri, quod vnusquisque sibi magis quam alteri notus est, non faciem suam, quæ nisi assit speculum gestatur & lucet, sed conscientiam contuendo quæ & clausis oculis videt quanta est, quia etiam vita, quæ pro magno habetur, nostra.

Augustinus Nauclioni temeritatem Donatistarū ex condemnatione Feliciani Maximianistæ & eiusdem restitutione asseuerat, conuincens eadē temeritate eos erga catholicos agere. Et hæc est imperfecta, & erit corruptissima. Tractat ferē idem quod C LXXII in numero epistolarum. Epistola. V.

DOMINO dilectissimo & honorabili fratri Nauclioni, Alipius & Augustinus. Cū rescripsisses nobis quid à patre nostro Clarencio responsum fuerit, id est, de Feliciano Mustitano non eum negasse, & damnatum ab ipsis & postea in honore suo receptum, sed innocentem fuisse damnatum, quia absens fuerit, & absentem se fuisse probauerit: hoc dicimus, vt ad hoc respondeat, quia non licuit damnari inauditum, quem innocentem fuisse ipsi modo dicunt qui eum damnauerunt. Aut ergo innocens damnari non debuit, aut nocens recipi dānatus non debuit. Si innocens receptus est, innocens dānatus est, si nocēs damnatus est, nocens receptus est. Si nesciebant qui illum damnauerunt, vtrū innocens fuerit, arguendi sunt temeritatis, quia inauditum, innocentē, de quo nesciebant, dānare ausi sunt: & de presentia facto intelligimus eadem temeritate illos damnasse etiā superiores quos

A iij traditionis

Graditionis crimine infamauerunt. Si enim potuit ab ipsis innocens damnari, potuerunt ab ipsis traditores etiam dici, qui non erant traditores. Deinde idem Felicianus damnatus ab ipsis, multo tempore cum Maximiano communicat: si innocens erat quando damnatus est, quare posteriore tempore cum scelerato Maximiano comunicans multos baptizauit extra comunione ipsorum? Testes sunt ipsi qui egerunt apud consulem, vt idem Felicianus tanquam cum Maximiano de Basilica excluderetur. Paru ergo erat damnasse absentem, damnasse inauditum, damnasse sicut dicunt innocentem, insuper & additus est contra illum, Proconsul, ait, de Ecclesia expellatur. Vel tunc quando illum expellebant de Ecclesia, fatentur quia inter damnatos & sceleratos & Maximianistas eum deputauerunt. Quando ergo ille baptizabat homines, Maximiano comunicans, verum dabat an falsum? Si verum baptismum dabat, qui cum Maximiano comunicabat, quare accusatur baptismus orbis terrarum? Si autem falsum baptismum dabat, quando comunicabat cum Maximiano, quare sic sunt recepti cum illo, quos in schismate Maximianus baptizauit, & nemo eos in parte nostra rebaptizauit.

H Augustinus Palatinum ut terrena, quod iam ceperat, conueniens, in Christi sapientia sese exerceret: adhortatoria. Non est integra. Epistola. V I.

DOMINO dilectissimo & desyderatissimo filio Palatino Augustinus. Conuersatio tua fortior atque fructuosior ad dominum deum nostrum magnum nobis attulit gaudium. Elegisti enim a iuuentute doctrinam, vt inuenias vsque ad canos sapientiam. Cui sunt ergo sensus hominis, & senectutis atas vita immaculata. Quam donet tibi dominus petenti, quaerenti, atque pulsanti, qui nouit bona dare filiis suis. Quauis enim abundant tibi exhortationes, & exhortationes ad viam salutis & glorie sempiternae, maxime ipsa gratia Christi, quae tibi salubriter in corde tuo locuta est, tamen etiam nos pro dilectionis officio, quod tibi debemus, afferimus aliquid exhortationis in hac resalutatione nostra, qua re non pigrum vel dormientem excitemus sed prouocemus, incitemus, quod currentem sapere te oportet, fili, vt perseueres, quia sapuisti vt eligens sit hoc ipsum sapientiae tuae scire cuius donum hoc est. Reuela ad dominum viam tuam, & spera in eum, & ipse faciet: Et deducet velut lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum velut meridiem: ipse faciet rectos cursus tuos, & itinera tua in pace producet. Sicut spreuisti quod sperabas in seculo, ne in abundantia diuitiarum gloriareris, quas more filiorum seculi huius concupiscere coeperas, ita nunc ad tollendum iugum domini & sarcinam eius in virtute tua non confundas. Et illud leue erit & haec leuis. Pariter quippe improbantur in Psalmo, & qui confidunt in virtute sua, & qui in abundantia diuitiarum suarum gloriantur: Ergo diuitiarum gloriam non iam habebas, sed quam habere cupiebas, prudensissime contempsisti. Caue ne tibi subrepat in tua virtute confidere: homo es enim, & maledictus omnis qui spem suam ponit in homine. Sed plane in deo tuo toto corde confide, & ipse erit virtus tua, in qua pius gratusque confidas, cui dicas humiliter & fideliter, Diligam te domine virtus mea, quia & ipsa charitas dei, quae perfecta foras mittit timorem, non per vires nostras, id est, humanas, diffunditur in cordibus nostris. Sed sicut dicit Apostolus per spiritum sanctum qui datus est nobis. Vigila ergo & ora ne intres in tentationem. Ipsa quippe oratio admo-

net te quod indigeas adiutorio domini tui, ne spem bene viuendi in te ponas. Oras enim non iam vt accipias diuitias & honores praesentis seculi, aut aliquid vanitatis humanae, sed ne intres in tentationem. Quod utique si homo sibi praestare posset volendo, non posceretur orando. Quapropter vt non intremus in tentationem, si voluntas sufficeret, non orarem: quae tamen si deesset, nec orare possemus. Assit ergo vt velimus, oremus autem vt valeamus, quod voluerimus cum ipso donante recte sapuerimus. Quod bonum quoniam iam accepisti, est vnde gratias agas: quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, caue ne glorieris, quasi non acceperis: hoc est, quasi ex te ipso habere potueris, scieris autem vnde acceperis ab illo pete vt perficiatur, a quo datum est vt non inciperetur. Cum timore itaque & tremore tuam salutem operare. Deus est enim qui operatur in te & velle & perficere, pro bona voluntate: quoniam praeparatur voluntas a domino, atque ab ipso gressus hominis diriguntur, & via eius uolet. Haec cogitatio sancta seruabit te, vt sapientia tua pietas sit: id est, vt ex deo sis bonus, & Christi gratia non ingratus. Desyderant te parentes tui, fideliter congratulantes meliori spei tuae, quam in domino habere coepisti. Nos autem te siue absentem corpore, siue praesentem, in vno spiritu habere cupimus, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, vt quolibet loco fuerit caro nostra, nullo modo separata possit esse anima nostra. Gratissime accepimus cilicia quae misisti, vt nos de frequentanda humilitate oratio non prior ipse monuisti.

Augustinus Feliciae uirgini, quae mala quorundam Ecclesiae pastorum uita, non leuiter scandalizata fuerat, monens ne scandalis offensa ab Ecclesia recedat. Doctrina & pia communi. Epistola. V I I.

DOMINAE merito suscipienda & in Christi membris honoranda filiae Feliciae, Augustinus in domino salutem. Non dubito animum tuum & pro tua fide & pro aliorum infirmitate vel iniquitate turbatum, cum sanctus Apostolus plenus uisceribus charitatis confiteatur & dicat, Quis infirmatur & ego non infirmor: quis scandalizatur, & ego non uiror: Vnde etiam ego ipse compunctus, & pro tua quae in Christo, salute sollicitus, has vel consolatorias vel exhortatorias literas ad tuam sanctitatem dandas putavi: quoniam in domini nostri Iesu Christi corpore, quod est Ecclesia eius & unitas membrorum eius, germanissima nobis facta es, quae tanquam honorabile membrum in eius compage diligeris, & nobiscum illius sancto spiritu uiuis. Vnde te admoneo, ne grauius perturbaberis his scandalis, quae ideo uentura praedicta sunt, vt quando uenirent reminisceremur esse praedicta, & non eis ualde commoueremur. Nam haec ipse dominus in Euangelio ita praedixit. Vt mundo ab scandalis. Oportet uenire scandala, uerum autem homini illi, per quem scandalum uenit. Qui sunt ipsi homines nisi de quibus dicit Apostolus, sua quaerentes, non quae Iesu Christi. Alij sunt ergo qui propterea tenent pastorales cathedras, ut Christi gregibus consulant: alij uero qui propterea in eis sedent, ut suis honoribus temporalibus & commodis secularibus gaudeant. Ista duo genera pastorum, alijs morientibus, alijs nascentibus, in ipsa catholica Ecclesia necesse est usque ad finem seculi, & usque ad domini iudicium peruenerint. Si enim temporibus Apostolorum fuerunt tales, inter quos falsos fratres Apostolus gerneret, & diceret, periculum in falsis fratribus, nec eos per superbiam separaret, sed per tolerantiam

A tolerantiam sustineret: quanto magis temporibus nostris necesse est ut sint, cum de tempore huius seculi quod propinquat ad finem, apertissime dominus dicat, quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Sed quod sequitur nos debet consolari & exhortari, Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Sicut autem sunt pastores boni & mali, sic etiam in ipsis gregibus sunt boni & mali. Boni ouium nomine significantur, mali uero haedi appellantur, sed comixti pariter pascunt, donec ueniat princeps pastorum, qui dicitur est vnus pastor, & quem admodum ipse promissit, separet sicut pastor oves ab haedis. Nobis enim imperauit congregationem, sibi autem seruuauit separationem: quia ille debet separare qui nescit errare. Nam qui separare ante tempus, quod sibi dominus seruuauit, superbi serui facile ausi sunt, ipsi potius ab unitate catholica separati sunt. Nam schismate immundi mundum gregem unde habere potuerunt? Vt ergo in unitate maneamus, nec offensi scandalis palearum aream dominicam deseramus, sed potius usque in finem uentilationis frumenta perseueremus, comunitam stipulam firmo charitatis pondere toleremus. Ipse pastor noster in Euangelio de pastoribus bonis nos admonet, ut propter bona opera eorum nec in eis ipsis nostram spem ponamus, sed eum qui tales illos fecit, patrem qui in caelis est glorificemus, & de pastoribus malis, quos nomine Scribarum & Pharisaeorum significare uoluit docentes bona & facientes mala. Nam de bonis pastoribus ita loquitur, Vos estis lumen mundi. Non potest ciuitas abscondi super montem constituta, neque accendunt lucernam & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant opera uestra & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. De malis autem pastoribus oves admonet dicens, Super cathedram Moysi sedet, quae dicunt facite, quae autem faciunt, ipsi facere nolite: Dicit enim & non faciunt, his auditis oves. Christi etiam per malos doctores uocem ipsius audiunt, & unitatem illius non relinquunt: quia bonum quod eos audiunt dicere, non est ipsorum, sed illius. Et ideo secure oves pascuntur, quia & sub malis pastoribus pascuntur dominicis nutriuntur. Non autem faciunt malorum facta pastorum, quia talia opera non sunt illius, sed ipsorum. Quos autem bonos uident, non solum audiunt bona quae dicunt, sed etiam imitantur bona quae faciunt. De talibus erat Apostolus, qui dicebat, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Iste lumen erat illuminatum a lumine sempiterno ipso domino Iesu Christo & in candelabro positum erat, quia in eius cruce gloriabatur: vnde ait, Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Et quia non sua quarebat, sed quae Iesu Christi, quauis ad imitationem suam, quos per Euangelium genuerat, hortatur, tamen corripit grauius eos qui per Apostolorum nomina schismata fecerunt, & obiurgat illos qui dicunt, ego sum Pauli. Nunquid Paulus pro uobis, inquit, crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis: hinc intelligimus & bonos pastores non sua quaerentes, sed quae Iesu Christi, & bonas oves quauis imitentur facta pastorum bonorum, tamen in eis non ponere spem suam quorum ministerio sunt congregatae, sed in domino potius cuius sanguine sunt redemptae: ut quando forte incurrerint in pastores malos, doctrinam illius praedicantem & sua mala opera facientes, quae dicitur faciant, quae autem faciunt, non faciant: nec propter filios iniquitatis pasqua deserant unitatis. In catholica

enim ecclesia, quae non in sola Africa, sicut pars Donati, sed per omnes gentes sicut promissa est dilatatur atque diffunditur, in uniuerso mundo, sicut dicit Apostolus, fructificans & crescens, & boni sunt & mali. Ab ea uero separati, quam diu contra illam sentiunt, boni esse non possunt: quia etsi aliquos eorum bonos uidetur ostendere, quasi laudabilis conuersatio, malos eos facit ipsa diuisio: dicente domino, Qui mecum non colligit, spargit. Vnde & exhorto domina merito suscipienda & in Christi membris honoranda filia, ut quod tibi dominus praestitit, fideliter teneas, eumque corde toto diligas, & eius ecclesiam, qui te non permisit uirginitatis tuae fructum cum perditis perdere vel perire. Si enim de isto seculo exires separata ab unitate corporis Christi, nihil tibi prodesset seruata integritas corporis tui. Sed deus qui diues est misericordia, fecit iuxta te quod in Euangelio scriptum est, cum excusarent inuitati uenire ad cenam patris familias, inter caetera dicit seruis suis, Exite in uias & sepes, & quoscumque inuenieritis cogite intrare. Tu ergo quauis dilectione sincerissimam debeas etiam bonis seruis eius, per quorum ministerium intrare coacta es, in illo tamen debes spem ponere qui coniuuium praeparauit, cui & tu ad vitam aeternam beatamque sollicita es. Ei quippe commedans cor tuum & propositum tuum & sanctam uirginitatem tuam, & fidem & spem & charitatem tuam, non moueris scandalo quod abundabit usque in finem, sed stabili robore pietatis salua eris atque in domino gloriosa in eius unitate perseuerando usque in finem. Quomodo autem haec acceperis pro te sollicitudinem meam, quam quibus potui literis tibi insinuare curam, fac ut nouerim rescriptis tuis. Dei misericordia & gratia te semper protegat.

Augustinus, libro quodam suo in eam rem conscripto, Celerem instruxerat, mera leuitate Donatistas se ab ecclesia catholica segregasse. Cui, si eo codice satis factum non sit, promittit adhuc scripta. In fine cum amico quorundam Donatista, Celeri subdito, conferre rogat.

Epistola. V I I.

DOMINO dilectissimo meritoque honorabili ac suscipiendo filio Celeri, Augustinus in domino salutem. Nullam fuisse iustam causam cur ab orbe terrarum quo ecclesia catholica secundum Prophetica & Euangelica promissa diffunditur, se pars Donati dirimeret, credo quod magis quoque considerans prudentia tua facillime intelligit. De qua re, si diligentior disputatio necessaria est, memini me ad legendum dedisse beneuolentiae tuae codicem, cum te petisset charissimus mihi filius meus Cecilius intimasset, qui codex non paucis diebus apud te fuit, quae si rei huius cognoscendae studio, ut inter occupationes tuas legere siue uoluisti siue potuisti, non dubito coeperisse prudentiam tuam non eos habere quod probabiliter contradicant: & si quid te forte adhuc mouet, quantum deus donat ac finit, forte poterimus respondere interrogati, aut ad legendum iterum ad te dare, domine dilectissime meritoque honorabilis ac suscipiente fili. Quapropter peto unitatem catholicam regionis Hipponensis diligentius commendes hominibus tuis maxime Paterno & Maurusio Virgiliana cordis tui noui, nec opus est, arbitror, plura scribere, cum si uolueris facillime possis, & quid alij curat & caueat in possessionibus tuis, & in re tua quae agat addiscere. In re tua esse mihi ualde affirmatum est amicum cum quo cupio concordare: peto faueas ad haec re, vt & inter homines magnam laudem, & apud deum habeas magnam mercedem:

G iam enim mihi per quendam vtriusque nostrum medium madauerat, se nescio quos violentos suos timere ne faceret, quos in re tua & te fauente timere non poterit, nec ipse in eo debes diligere non constantiam, sed plane pertinaciam. Turpe est enim mutare sententiam, sed veram & rectam. Nam & stultam & noxiam & laudabilem & salubre est. Sicut autem constantia non sinit hominem deprauari, sic pertinacia non sinit corrigi: proinde sicut illa laudanda, sic ista est emendanda. & PP. que mihi reliqua tue prudentiam planius intimabit. In columem felicemque tue dei misericordia tueatur, domine dilectissime meritoque honorabilis ac suscipiende fili.

Augustinus, Romulum potentem hominem, quem in Christo generat, obsecrat ne nimium acerbus et iniustus exactor sit tributorum administratoribus suis solutorum: mitans ei, si tyrannice exigere pergat, extremum iudicium. Hec uix legi potuit ex ueteri. Vnde et post medium epistole subobscurior est. Epistola. IX.

DOMINO dilectissimo Romulo filio, Augustinus in domino salutem. Veritas & dulcis est & amara. Quando dulcis est, parcat, & quando amara, curat. Si non recusas bibere quod in hac epistola offero, probabis quod dixi: utinam sicut mihi non obest, sic nec tibi obest quicquid contumeliarum mihi irrogas. Et utinam vel ratum tibi obest iniquitas quam miseris & pauperibus facis, quantum obest ipsis quibus eam facis. Illi ad tempus laborant, tu autem vide quid tibi thesaurizes in die irae & reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera sua: cuius misericordiam deprecor, ut hic te corrigat, quomodo ipse nouit, potius quam reseruet in illud diem quando nullus iam erit correctiois locus: ut qui tibi dedit timorem suum, propter quem de te non despero, aperiat tibi sensum ut videas quae facis, & exhorreas, & emendes. Parua enim & quasi nulla tibi videntur, quae tam mala sunt, ut quando te domita cupiditas ea considerare permiserit, riges lachrymis terram ut deus misereatur tui. Aut si ego iniquus sum qui hoc tecum ago, ne miseri & egeni homines bis reddat quod debent, cum coloni actori suo dederint, subditi praeposito & iubenti seruietes, nec ille se accepisse negare poterit. Si ergo ego iniquus sum, quia mihi videtur iniustus ut bis exigatur, qui vix semel reddere sufficit: fac quod vis. Si autem tu vides quia iniustus est: fac quod decet, fac quod deus iubet, &

I ego rogo. Nam pro illis magis nouit ille quem timeo, sed pro te ipso te ipsum rogo, ut quomodo scriptum est miserearis animam tuam placens deo. Et modo quidem non rogandus, sed obiurgandus es. Nam & hoc scriptum est, Ego quem amo redarguo & castigo. Ego tamen si pro me rogandus esses, forte non te rogarem. Quia vero pro te rogandus es, rogo te iratum ut parcas tibi, ut tibi placetur ille quem rogas. Misi ad te die sabbati cum adhuc pranderes ut non proficereris nisi me vidisses: renunciaisti ita te esse facturum. Surrexisti die dominico, & ut audiui venisti in ecclesiam, & orasti, & profectus es, & me videre noluit: deus tibi ignoscit. Quid enim aliud tibi dicam nisi quod ipse nouit quia cupio. Sed scio quia nisi te cor rexeris, ille iustus est. Cum autem tibi parcas, & mihi parcis, neque enim tam miser sum & alienus a visceribus Christi, ut non grauius vulnere feriat cor meum, quando sic agunt quos in eius Euangelio genui iterum dicturus es, Non eis iussi ut darent Ponticano, nec possent distinguere quousque seruirent, & quousque non seruirent, maxime cum ea peteret quae se debere sciebant. Tuas autem literas habere debuerunt, quas proferent exactori, si te

nolente exigebat, & relegerent ei non se debere dare, nisi cum tuas literas accepissent. Nam si verbo aliquando iussisti ne exactori aliquid darent, multum est ut meminissent, multum est ut tu ipse memineris, an vere iusseris, an ipsis iusseris, an aliis, an omnibus: maxime quia etiam nunc alteri actori audisti datam & saluam esse ipsam pecuniam, & non tibi displicuit quia dederunt. Sed cum ego dixissem, quid si & iste interuertisset, ab ipsis iterum exigendum erat rursus: tibi coepit displicere quia dederunt: & cum mihi saepe dixisses, nunquam te iniungisse vices tuas vel Valerio vel Aginesi, subito cum denuo ageretur quia debuerunt ostendere si accrescere coeperat, & diceret tibi quod absens erat: credo excidit tibi, qui mihi toties dixerat, & dixisti, quia habuerunt Aginesi ostendere, & ipsius agere arbitrio. Ibi ego cum dixissem, certe vices tuas istis non soles iniungere: respondisti, sed literas meas habebat Aginesi: quasi semper illi, quibus aliquid iniungis, literas tuas recitent rusticanis hominibus ut credant quia tu iussisti. Sed quia eos vident tibi sic iungi, non utique credunt temere illos aliquid audere praesumere, nisi a te data potestate. Ideo quod inter ista incerta non appareret quid iubeas, nec possunt firmum aliquid retinere nisi literas tuas habuerint, quas omnibus proferant, & non nisi tuis literis probatis obtemperant, quando eis aliquid dandum est. Sed quid opus est tam diu tecum disputare, & onerare verbis occupationes tuas, ut forte cum irasceris verbis meis velis saeuire in homines miserios. Illis imputabitur ad meritum bonum, quia pro salute tua, propter quam tibi tanta loquor, te patiuntur iratum: tibi autem nolo aliquid grauius dicere, ne putes me non timendo, sed male optando tale aliquid loqui: Time deum si non vis decipi: ipsum testem inuoco super animam meam; plus me tibi timere cum hac dico, quam illis pro quibus apud te intercedere videor. Si credis, deo gratias. Si autem non credis, consolatur me quod dominus ait: dicitur pax huic domui, & si est ibi filius pacis, requiescet super eum pax vestra. Si quominus, ad vos reuertetur. Dei misericordia te tueatur domine dilectissime fili.

Augustinus Pancario de presbytero quodam ab hereticis criminis insimulato, Pancarii scilicet opera, commendat ne eiusdem presbyteri domus diripiatur. Imperfecta est. Epistola. X.

DOMINO dilectissimo meritoque honorabili filio Pancario, Augustinus in domino salutem. Cum antequam veniret religio tua, presbyter Secundinus Germanitanensis non displiceret, unde modo factum est ut eum sicut scripsisti, etiam de nescio quibus criminibus accusare parati sint, nescio domine dilectissime meritoque honorabilis fili. Veruntamen nullo modo nos possumus contemnere quod presbytero videntur obiicere, tantum si catholici sunt qui obiciunt. Nam haereticorum accusationes contra catholicum presbyterum admittere, nec possumus nec debemus. Proinde hoc primo agat prudentia tua ut haeretici non sint, ubi ante aduentum tuum non fuerunt, & audiemus causam presbyteri sicut eam oportet audiri. Illud sane moneo, quia dignaris, quoniam & salus & exultatio tua charissima nobis est, & ipsi Germanitanenses pertinent ad curam humilitatis nostrae, ut ea quae a gloriosissimis Imperatoribus impetrasti, & ea quae apud competentes iudices egisti, sidenter allegare digneris: ut appareat omnibus nihil te inordinate agere, ne iterum in causa vestra qui de possessione contenditis, ipsi miseri fatigentur,

A fatigentur, & grauius afflicti dispareant. Simul etiam commendo, ut eiusdem presbyteri domus non diripiatur, neque vastetur. Nam de ecclesia sua nunciatum est nobis, quod ea nescio qui velint deponere, sed non puto quod vilo pacto possit hoc a tua religione permitti.

Hac epistola refutat incomprehensibilitatem Platoniorum, videturque cum libris Achaemicorum transmissa. Est ut aliae imperfecta. Epistola. XI.

HERMOGENIANO Augustinus. Achaemicos ego ne inter iocandum quidem unquam lacerare audeam: quando enim me non tantorum virorum moueret auctoritas, nisi eos putarem longe in alia quam vulgo creditum est fuisse sententia. Quare potius eos imitatus sum quantum valui, quam expugnari, quod omnino non valeo: videtur enim mihi satis congruisse temporibus, ut si quid syncerum de fonte Platónico fluere, inter vmbrosa & spinosa dumeta potius in possessionem paucissimorum hominum duceretur, quam per aperta manans irruentibus passim pecoribus nullo modo posset liquidum purumque seruari. Quid enim conuenientius pecori est quam putari animam corpus esse? Contra huiusmodi homines opinor ego illam utiliter excogitatum dei veri artem atque rationem: hoc autem seculo cum iam nullos videmus Philosophos, nisi forte clanculo corporis, quos quidem haud censuerim dignos tam venerabili nomine, reducendi mihi videtur homines, si quos Achaemicorum peruersorum ingenium a rectum comprehensione terruit, sententia in spem reperiendae veritatis: ne id quod eradicandis altissimis erroribus pro tempore accommodatum fuit, iam incipiat inferenda scientia impedimento esse. Tantum enim tunc variarum sectarum studia flagrabant, ut nihil metuendum esset, nisi falsi approbatio. Pulsus autem quisque illis argumentis, ab eo quod se firmum & inconcussum tenere crederat, tanto constantius atque cautius aliud quaerebat, quanto in moribus maior erat industria, & in natura rerum atque animorum altissima & implicatissima latere veritas sentiebatur. Tanta porro nunc fuga laboris & incuria bonarum artium, ut simul atque sonuerit, acutissimis Philosophis esse visum nihil posse comprehendere dimittant mentes ut in aeternum obducant. Non enim audent viuaciores se illis credere, ut sibi appareat quod tanto studio, ingenio, ocio, tam denique multa multiplici; doctrina, postremo vita etiam longissima Carneades inuenire non potuit. Si vero etiam aliquantum obnitentes aduersus pigritiam, legerint eosdem libros, quibus quasi ostenditur naturam humanam denegata perceptio: tanto tempore indormiscunt, ut nec caelesti tuba euigilent. Quamobrem cum gratissimum habeam fidele iudicium tuum de libellis meis, tantumque in te momenti ponam, ut nec error in tua prudentia, nec in amicitia simulatio cadere possit, illud magis diligentius peto consideres, mihique rescribas, utrum approbes quod in extremo tertij libri suspitiosius fortasse quam certius, vtilius tamen, ut arbitror, quam incredibilis putavi credendum. Equidem quomodo se habeant illae literae, non tam me delectat ut scribis quod Achaemicos viceris: scribis enim hoc amantius forte quam verius, quam quod mihi abruperim odiosissimum retinaculum, quo ab philosophiae vberis desperatione veri quod est animi pabulum refrēnebar.

Adhortatur in hac epistola Augustinus Zenobium, ut cepta inter se disputationem semel finiant. Est manca ut praecedentes. Epistola. XII.

Tomus secundus.

ZENOBIO Augustinus. Bene inter nos conuenit, ut opinor, omnia quae corporeus sensus attingit, ne puncto quidem temporis eodem modo manere posse, sed labi, effluere & praesens nihil obtinere: id est, ut Latine loquar, non esse. Horum itaque perniciosissimum amorem, poenarumque plenissimum vera & diuina Philosophia mouet frenare, atque sopire: ut se totus animus, etiam dum hoc corpus agit, in ea quae semper eiusdem modi sunt, nec peregrino pulchro placet, feratur atque aetuet. Quae cum ita sint, & cum te verum ac simplicem, qualis sine vlla sollicitudine amari potest, in semetipsa mens videat, fatemur tamen congressum istum atque conspectum tuum, cum a nobis corpore discedis, locisque se iungis, quaerere nos eaque dum licet cupere. Quod profecto vitium, si te bene noui, amas in nobis: & cum omnia bona optes charissimis & familiarissimis tuis, ab hoc eos sanari metuis. Si autem tam potenti animo es, ut agnosceres hunc laqueum, & eo captos irridere valeas, ne tu magnus atque alius. Ego quidem quam diu desydero absentem, desyderari me volo. Inuigilo tamen, quantum queo, & nitor ut nihil amem quod abesse a me inuito potest. Quo cum officio admotheo te interim, qualiscumque sis, inchoata tecum disputationem perficiendam, si cura nobis metipsis sumus. Nam eam cum Alipio perfici nequaquam sinerem, etiam si vellet. Non vult autem. Non enim est humanitatis eius nunc mecum operam dare, ut inquam, multis possemus literis te nobiscum teneamus, nescio qua necessitate fugere tecum.

Fastius quidam ere alieno obrutus ad ecclesiam confugerat, cuius creditoribus mutua accepta pecunia Augustinus fecit, cum publica collatione per Christianos orat Fastio imperitri. Epistola. XIII.

DOMINIS dilectissimis & desyderantissimis sanctae plebi cum ministro, mebris Christi Augustinus in domino salutem. Notissima mihi & probatissima deuotio sanctitatis vestrae in domino nostro Iesu Christo fiduciam dedit, ut etiam absens praesumerem unde praesens gaudere consueui. Qui semper spiritu vobiscum sum, non solum quia gratia domini nostri Iesu Christi tanta suauitatis flagrare non cessat, sed etiam quia me ipsum, qui vobis in Euangelio seruiuo, angustiam pati non permittitis. Cum enim frater noster Fastius debito decem & septem solidorum ab opinatoribus vrgeretur ut redderet, quod ad praesens unde explicaret se non inueniebat, ne corporalem pateatur iniuriam, ad auxilium sanctae ecclesiae conuolauit: illi etiam exactores cum proficisci cogentur, & ideo dilationem dare non possent, grauius me querelis onerauerunt, ita ut eis illum traderent: aut quod sibi deberi ostendebant, unde acciperent prouiderem. Cuique obtulisset Fastio ut vestram sanctitatem de necessitatibus eius alloquerer, pudore deterrius ne facere deprecatus est. Ita ego maiore necessitate coarctatus a fratre nostro Oracedomo decem & septem solidos accepi, quos in causam eius continuo dedi, promittente illo quod ad certum diem cum eis reddendis posset occurrere: & consentiente ut si non posset occurrere, sermo de illo fieret ad vestram misericordiam, qua fratrem nostrum fratribus exhibere consueuistis. Nunc ergo quoniam absens est, restat ut subueniatis, non illi quem nemo compellat absentem, sed pollicitationi meae, cuius existimatio nobis semper est praesens. Iam enim dies, ad quem se promiserat occurratur, transactus est, & ego ei qui solidos suos fidei meae commisit, quid respondeam non inuenio, nisi faciam quod me facturum esse promisi. Sed quomodo

A V NIAM

Gniam non sum de hac re commonitus, vt die pentecostes, quando aderat maior vestra frequentia, sermonem inde facerem, peto vt has literas pro lingua mea praesente habere dignemini, admonente vos & exhortante in cordibus vestris deo & domino nostro cui credidistis, qui nunquam discedit a vobis timentibus & honorantibus nomen suum, in quo vobis & nos semper coniuncti sumus, quauis corpore a vobis profecti esse videamur: qui nobis bonorum operu semine messem vitae aeternae promittit, dicente Apostolo, Bonum autem facientes non desiciamus: tempore enim suo metemus infatigabiles. Itaque dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Quoniam ergo domesticus fidei est, Christianus fidelis, catholicus frater noster, pro cuius supplenda necessitate vos peto vt faciatis quod dominus imperat, sine tristitia, sine murmuratione, & cum laetitia & hilaritate facite: deo enim creditis non homini: quia ille promittit vos nihil eorum quae misericorditer facitis perdituros, sed in illo die cum v'suris immortalibus recepturos. Et quoniam ipse Apostolus dicit, Hoc autem dico qui parce feminat parce & metet. Intelligere debetis tēpus esse vt domū vitae aeternae, cū adhuc in ista vita sumus, festinanter & alacriter cōparemus: quia cum finis seculi venerit, non dabitur nisi eis qui fide sibi hoc meruerunt, antequā videre potuissent. Scripsi eis etiā presbyteris, vt si quid minus fuerit post collationē sanctitatis vestre, cōpleant ex eo quod habet ecclesia, dum tamen vos secundū quod placet hilariter offeratis: quia siue de vestro siue de ecclesia detur, omnia dei sunt, & deuotio vestra dulcor erit thesauris ecclesiae: sicut Apostolus dicit, Non quia quero datū, sed requiro fructū: legitificate ergo me, quia de fructibus vestris gaudere cupio. Vos enim estis arbores dei, quas assiduis imbribus & per nostrum ministerium rigare dignatur. Tueatur vos dominus ab omni malo & hic & in futuro seculo, domini dilectissimi & desyderantissimi fratres.

Gal. 6.

1. Cor. 9.

Philip. 4.

Corrupta est non integra est haec epistola, uixq; legi ex ueteri potuit. Obiurgat uero Paulum quendam Episcopum, qui ecclesiam leui sua uita grauius offendebat, ut ad frugem et Episcopo dignam uitam redeat.

Epistola. XIII.

DOMINO synceriter dilectissimo & uoris omnibus beatificando fratri & consacerdoti Paululo, Augustinus in domino salutem. Iam inexorabilem me non vocares, nisi etiam mendacem putares. Quid enim aliud de animo meo credis, quādo mihi talia scribis, nisi me tenere aduersus te manū discordiae & odium detestandum: quasi in re manifesta non caueam, ne aliis praedicans ipse reprobos inueniar: aut ita uelim eiicere stipulam de oculo tuo, vt in meo trabē nutriam: non est quod putas. Ecce iterum dico & testor deum, si tu tibi ea uelles quae tibi ego uolo, iam olim securus in Christo uiueres, & in nominis eius gloria totā eius ecclesiam legitificares. Ecce iam scripti non tantum te esse fratrem meum, sed etiam collegam meum. Neque enim fieri potest, vt non sit collega meus quilibet Episcopus ecclesiae catholicae, qualiscunq; sit, nullo ecclesiastico iudicio damnatus. Sed vt tibi cōmunicem nulla causa est, nisi quia tibi adulari non possum. Tibi enim maxime debeo, quia in Christo Iesu per Euangelium ego te genui, salubrem mordacitatem charitatis, ueraciter obiurgando. Et ita gaudeo multos in ecclesiam catholicā adiunante domino per te esse collectos, vt non debeam plangere plures inde dispergi. Sic enim vulnera-

1. Cor. 9. Luc. 6.

sti ecclesiam Hipponensem, vt nisi te dominus omnibus curis & sarcinis secularibus expeditum, ad ueram episcopalem uitam mecum reuocauerit, tale uulnus sanari nō possit. Cum autem tu magis magisque implicare te non cesses, vt etiam rebus quibus renunciauisti, te post renunciationē inserueris, quod nec apud humanas ipsas leges ullo modo defendi potest: & in ea professione uiuere dicaris, cui fragilitas ecclesiae tuae sufficere non possit: vt quid quaeris communionem meam, cum audire nunquam uolueris admonitionem meam: an vt quicquid facis mihi imputent homines, quoru querelas sustinere non possum? Frustra autem suspicaris eos esse obrectatores tuos, qui tibi semper & in uita priore aduersati sunt. Non est ita, nec mirū quod multa te latēt. Sed etiam si hoc uerū esset, nihil in tuis moribus inuenire debuerunt, quod recte reprehenderent, & unde ecclesiam blasphemarent. Adhuc me putas fortasse ideo ista dicere, quia non accepi satisfactionē tuam. Immo propterea dico, ne ipse non possim satis deo facere de peccatis meis, si hoc tibi tacuero. Noui quia cor habes, sed & tardum, securū est & acutū: cor nihil est quando in terra est. Non est Episcopatus artificium transigendae uitae fallacis: docebit te quod dico dominus deus, qui tibi interclusit omnes uias ad quas illo uti uoluisti, vt dirigat, & si intelligas in illam uiam propter quā ambulandam tibi sancta sarcina imposita est.

Augustinus Victori Episcopo, concilium Episcoporum iure primatis conuocanti, excusatoria quare ad concilium non uenturus sit. Rogat ut prius cum Xantippo Episcopo super iure primatus et concilij Episcoporum conuocandi placide componat.

Epistola. XV.

DOMINO beatissimo & uenerabili patri & consacerdoti Victorino, Augustinus in domino salutem. Tractoria ad me decimo idus Nouembris uenit, iam finito die, & me ualde indispositū inuenit, vt occurrere omnino non possem. Veruntamen siue imperitiam meam mouerit, siue iuste motus sim, tuae sanctitatis & grauitatis est arbitrari. Legi in eadem tractoria etiam ad Mauritanas esse scriptū, quas prouincias scimus nobis nos habere primates. Quod si & ex eis ad Numidiam conuocandū esset concilium, oportuit utique vt aliquorum Maurorum Episcoporum, qui illic priores sunt, nomina in tractoria ponerentur. Quod in ista tractoria non reperies, multum miratus sum. Deinde ad ipsos Numidas ita perturbato & neglecto ordine scriptum, vt nomen meum tertio loco inuenerim, qui noui quā post multos Episcopus factus sum. Quae res & aliis iniuriosa est satis, & mihi inuidiosa. Praeterea uenerabilis frater & collega noster Xantippus Tagonenis dicit, quod eum primatus ipse contingat, & erga plurimos sic habetur, & tales mittit epistolas. Qui etiam error si facile inter uestram sanctitatem cognosci & corrigi potest, nō debuit tamen in tractoria, quam misit uenerabilitas tua, nomen eius praetermitti. Quod si in medijs locis conscriberetur, & nō in primo poneretur, multum mirarer: quanto magis mirandum est, quod nulla tibi eius admemoratio facta est, qui maxime ad conciliū uenire debuit, vt de ipso primatus ordine, quae causa omnium Numidarum Episcopis ecclesiarum primatus ageretur. His de causis etiam uenire dubitarem, ne forte falsa esset tractoria, qua tanta peruersitas appareret: quāquā & angustia teporis & aliae graues necessitates me multipliciter impedit. Vnde peto beatitudinē, tuā vt mihi

L.

M.

A mihi ignoscas: & primo instare digneris, vt inter tuam sanctimoniam & senem Xantippum concorditer cōster, quis uestrum debeat cōuocare conciliū: aut certe quod salubrius arbitror, sine cuiusquam prauidicio ambo cōuocate collegas uestros: eos maxime, qui uobis Episcopatus aetate uicini sunt, qui facile quis uestrum uerum dicat agnoscant: vt inter uos paucos eadem praeter ceteris quaestio dirimatur, & errore sublato minores a ceteris conuocentur: qui nec possunt nec debent, nisi uobis in hac re tanquam prioribus credere, & nūc ignorant cui uestrum potissimum credant. Hanc epistolam signatā mihi annulo, qui exprimit faciem hominis attendentis in latus.

Longa et docta est haec Epistola, tractans de Baptismo paruulorū, contra Pelagium: quē tamen clemēter haec Epistola tractat. Haec per exemplaris uetustate difficulter legi potuit, propter quod in aliquibus locis obscura est.

Epistola. XVI.

HARISSIMO filio Marcellino Augustinus Episcopus seruus Christi seruorūq; Christi in domino Salutē. De quaestionibus quas mihi proposueras, vt ad te aliquid scriberē, aduersus eos qui dicunt, Adam etiā si non peccasset fuisse moriturū, nec ex eius peccato quicquā ad eius posteros propagando transisse: maxime propter baptismum paruulorū, quē more piissimo atq; materno uniuersa frequētat ecclesia: & quod in hac uita fuerit futuriq; sint filij hominum, nullum habentes omnino peccatū, iam duos prolixos absoluerā libros. Quibus mihi uisus sum nō quidem omnibus omnium occurrisse in hac causa motibus animorum: quod uel a me uel a quoquam utrum fieri possit, ignoro, immo fieri non posse nō dubito: sed tamen egisse aliquid, quo de his rebus a maioribus traditae fidei defensores, contra nouitates eorū qui aliter sentiunt non inermes usquequaq; consisterent. Verū post paucissimos dies legi Pelagij quaedam scripta, uiri, ut audio, sancti, & nō paruo prouectu Christiani, quae Pauli Apostoli expositiones breuissimas continerent. Atq; ibi cōperi cum ad illum uenisset locum, ubi dicit Apostolus, Per unum hominem peccatum intrauit mundū, & per peccatum mortē, atq; ita in omnes homines pertransiit: quandam eorum argumentationē qui negant paruulos peccatum originale gestare, quā fateor in illis tam longis uoluminibus meis non refelli: quia in mentem mihi omnino non uenerat, quenquā posse talia cogitare uel dicere. Quapropter quoniam illi operi, quod iā certo sine concluderā, nihil addere uolui, & ipsam eisdē uerbis quibus eam legi, & quid mihi contra uideatur huic epistolae inferendū putauī. Sic ergo illa argumentatio posita est. Hi autē, inquit, qui contra traducē peccati sunt, ita illam impugnare nituntur. Si Adē, inquit, peccatū etiā non peccantibus nocuit: ergo & Christi iustitia etiam non credentibus prodest: quia similiter, immo & magis dicit, per unum saluari, q̄ per unum ante perierunt. Huic ergo, ut dixi, argumento in illis duobus libris, quos ad te scripsi, nihil respondi: neque id mihi prorsus redarguendum proposui. Nūc ergo prius illud attende quemadmodum cum dicunt, Si Adā peccatum etiā non peccantibus nocet, ergo & Christi iustitia etiam non credentibus prodest, absurdissimum utiq; & falsissimum iudicant vt Christi iustitia etiam non credentibus prodest. Vnde putant confici nec primi hominis peccatum paruulis non peccantibus nocere potuisse, sicut & Christi iustitia prodesse nullis nō credentibus potest. Dicāt itaq; Christi iustitia quid baptizatis par-

Pelagius.

Roma. 5.

C.

uulis prodest. Dicant omnino quod uolunt. Profecto enim si se Christianos esse meminerunt, aliquid prodesse non ambigunt. Quodlibet igitur prodest, si cut etiam ipsi asserunt, non credentibus, non potest. Vnde cogunt paruulos baptizatos in credentiū numero deputare, & auctoritati sanctae ubiq; ecclesiae cōsentire, quae fidelium noie eos censet indignos quibus iustitia Christi etiam secundum non prodesse nō nisi credentibus posset. Sicut ergo eorum per quos renascitur iustitia spiritus responsione sua traicit in eos fidē, quā uoluntate propria nondum habere potuerunt: sic eorum per quos nascuntur caro peccati traicit in eos noxiam, quā nondum uita propria contraxerunt: & sicut eos uita spiritus in Christo regenerat fideles, sic eos corpus mortis in Adam generauerat peccatores. Illa enim carnalis generatio est, haec spiritualis. Illa facit filios carnis, haec filios spiritus. Illa filios mortis, haec filios resurrectionis. Illa filios seculi, haec filios dei. Illa filios irae, haec filios misericordiae. Ac per hoc illa peccato originali obligatos, ista omnis peccati uinculo liberatos. Postremo ad id quod intellectū perspicacissimo assequi non ualemus, auctoritate diuina consentire cogamur, bene quod ipsi nos admonent, iustitiā Christi nisi credentibus prodesse non posse, & prodesse aliquid paruulis consentitur. Vnde, ut diximus, necesse est eos baptizatos in credentium numero sine ulla tergiuersatione constituent. Consequenter igitur si non baptizentur, inter eos qui non credunt erunt. Ac per hoc nec uita habebunt, sed ira dei manet super eos: quoniam qui nō credit filio, non habebit uitā, sed ira dei manet super eum: & iudicati sunt, quoniam qui nō credit iam iudicatus est: & condemnabuntur, quoniam qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui autē nō crediderit, condemnabitur. Iam nunc uideat isti qua iustitia tentet uel conetur asserere, nō ad uita aeternā sed ad iram dei pertinere, & diuinitus iudicari atq; damnari hoies, qui sine peccato sunt: si quemadmodū proprium, ita nullum in eis est etiam originale peccatum. Iam ceteris quae Pelagius, insinuat eos dicere, qui contra originale peccatū disputant, in illis duobus prolixi mei operis libris satis, quantum arbitror, dilucideq; respondi. Quod etsi quibusdā uel parum uel obscurum uidebitur, dent ueniam, & cōponant cum eis qui fortasse illud nō quia parū est, sed quia nimium reprehendunt. Et qui ea quae pro natura quaestionum dilucide dicta existimo, adhuc nō intelligunt, non mihi calumniantur pro negligentia, uel pro mea facultatis indigentia, sed deū potius pro accipienda intelligentia deprecantur. Veruntamen nos nō negligentem oportet aduertere, istum, sicut eum qui nouerunt loquantur, praedicandum uirū, hanc argumentationem cōtra peccati propaginē non ex propria intulisse persona: sed quid illi dicant qui eam nō approbant, intinasse. Nec solum hoc modo proposui, eiq; respondi, uerum etiam cetera quibus me in illis libris iam respondi recolui. Nam cum dixisset, si Adē, inquit, peccatum etiam non peccantibus nocuit, ergo & Christi iustitia etiam non credentibus prodest: quod in iis quae respondi, cernis q̄ non solum non expugnēt quod dicimus, sed etiam nos admoneāt quid dicamus: secutus adiunxit, Deinde aiunt, Si baptismus mundat antiquum illud delictum: qui de duobus baptizatis nati fuerint, debent hoc cavere peccato. Non enim potuerunt ad posteros transmittere, quod ipsi minime habuerunt. Illud quoq; addunt, inquit, quia si anima non est ex traduce, sed sola caro, ipsa tantū habet traducē peccati,

D.

E.

1. Ioan. 3.

Mar. 16.

F.

G cati, & ipsa sola poenam meretur iniustum esse dicentes, vt hodie nata anima, non ex massa Adæ, tam antiquum peccatum portet alienum. Dicunt etiam, inquit, nulla ratione concedi, vt deus, qui propria peccata remittit, imputet aliena. Vides ne, obsecro, quemadmodum hoc totum Pelagius non ex sua sed ex aliorum persona indiderit scriptis suis, vsque adeo sciens hanc nescio quam, esse nouitatem, quæ contra antiquam Ecclesiæ insitam opinionem sonare nunc cepit, vt eam ipse confiteri, aut verecundatus, aut verit⁹ fuerit. Et forte hoc ipse non sentit, quod sine peccato nascatur homo, cui fatetur necessarium esse baptismum, in quo fit remissio peccatorum, quod sine peccato damnetur homo, quem necesse est non baptizatum in non credentibus deputari: quia vtiq; scriptura Evangelica fallere non potest, in qua apertissime legitur. Qui non crediderit condemnabitur. Postremo quod sine peccato imago dei non admittatur ad regnum dei, quoniam nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei: atq; ita vel in æternam mortem sine peccato præcipitetur, vel quod est absurdius, extra regnum dei habeat vitam æternam: cum dominus prædicans quod suis in fine diciturus sit, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi: manifestauerit etiam quid sit ipsum regnum quod dicebat, ita concludens, Sic ibunt illi in ambustionem æternam, iusti autem in vitam æternam. Hæc igitur & alia quæ istum sequuntur errorē; nimium peruersa & Christianæ repugnantia veritati, credo quod vir ille tam egregie Christianus omnino non sentiat. Sed fieri potest, vt etiã istorum argumentis, qui contra peccati traducē sentiunt, adhuc fortasse ita moueatur, vt audire vel nosse quid contra eos dicatur expectet. Et ideo quid illi dicant, qui contra peccati traducem sentiunt, nec tacere voluit, vt quæstio discutienda insinuaretur: & à persona sua remouit, ne hoc etiã ipse sentire iudicaretur. Ego autē etsi refellere istorum argumenta non valeam, video tamen inhærendū esse iis quæ in scripturis sunt apertissima, vt ex iis reuelentur obscura: aut si mens nondum est idonea, quæ possit vel demonstrata cernere, vel abstracta inuestigare, sine vlla hæsitacione credantur. Quid autem apertius tot tantisque testimoniis diuinorum eloquiorū, quibus dilucidissime apparet, nec præter Christi societate ad vitam salutemq; æternam posse quemq; hominum peruenire, nec diuino iudicio iniuste aliquem posse damnari: hoc est, ab illa vita & salute separari? Vnde fit consequens, vt quoniã nihil agitur aliud quando paruuli baptizantur, nisi vt incorporentur Ecclesiæ, id est, Christi corpori membrisque socientur, manifestū sit eos ad damnationē, nisi eis consultum fuerit, pertinere. Non autem damnari possent, si peccatū vtiq; non haberent. Hoc, quia illa ætas nullum in vita propria contrahere potuit, restat intelligere, vel si hoc nondum possumus, saltem credere, trahere paruulos originale peccatū. Ac per hoc si ambigui aliquid habent verba Apostolica, quibus dicit, Per vnum hominē peccatum intravit in mundum, & per peccatū mors, & ita in omnes hoies pertransiit: possuntq; ad aliam duci transferique sententiam, nunquid & illud ambiguum est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum dei? Nunquid & illud, Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum: Nunquid etiam illud, Quia non est opus sanis medicus, sed ægotantibus, hoc est, quia non est necessarius eis qui non habent peccatum, sed eis qui saluandi sunt à peccato? Nunquid etiam illud. Quia nisi man-

ducauerint homines carnē eius, hoc est, participes facti fuerint corporis eius, non habebunt vitam: His atq; huiusmodi aliis quæ nunc prætereo testimoniis, diuina luce clarissimis, diuina autoritate certissimis, nonne veritas sine vlla ambiguitate proclamatur, non solum in regnum dei non baptizatos paruulos intrare non posse, sed nec vitam æternam posse habere præter Christi corpus, cui vt incorporentur sacramento baptismatis imbuuntur? Nonne veritas sine vlla dubitatione testatur, non ob aliud eos ad Iesum, hoc est, ad Saluatorem, & ad medicum Christum piis gestatum manibus ferri, nisi vt per medicinam sacramentorum eius possint à peccati peste sanari? Quid ergo cunctamur Apostoli verba, de quibus forte dubitamus, etiam ipsa sic intelligere, vt iis congruat testimoniis de quibus dubitare non possumus: Quanquam toto ipso loco, vbi per vnus peccatum multorum cōdemnationem, & per vnus iustitiam multorum iustificationē Apostolus loquitur, nihil mihi videtur ambigui, nisi quod ait, Adam formā futuri. Hoc enim reuera non solum huic sententiæ cōuenit, qua intelligitur futuros eius posteros ex eadē forma cum peccato esse generatos: sed etiã in alios & alios intellectus possunt hæc verba deduci. Nam & nos inde aliud aliquādo diximus, & aliud fortasse dicemus quod tamen huic intellectui non sit aduersum, & ipse Pelagius non vno modo id exposuit. Cætera verò quæ ibi dicuntur, si diligenter aduertantur atq; tractentur, sicut in primo illorum duorum libro vtcunq; conatus sum, etiam si subobscurum pariunt rerum ipsarum necessitate sermonem, non tamē poterunt alium sensum habere, nisi per quem factum est, vt antiquitus Ecclesia retineret fideles paruulos originalis peccati remissionē per Christi baptismum consequuntur. Vnde non in merito beatus Cyprianus ostendit, quā hoc ab initio creditum & intellectum seruet ecclesia. Qui cum paruulos à materno vtero recētissimos iam idoneos ad percipiendum Christi baptismum assereret, quoniam cōsultus fuerat, vtrum hoc ante octauum diem fieri deberet: quantum potuit conatus est, eos demonstrare perfectos: ne quasi pro numero dierū, quia octauo antea circumcidebantur infantes, eos adhuc perficiendos existimaret. Sed cum magnum eis defensionis patrocinium præstitisset, ab originali tamen peccato eos immunes non esse cōfessus est. Quia si hoc negaret, baptismi causam, propter quem percipiendum eos defendebat, auferret. Potes ipsam epistolam memorati martyris de baptizandis paruulis legere si volueris. Neque enim potest deesse Carthagini. Verum in hac etiã nostra, quantum præsentis quæstioni satis visum est, pauca inde trāsferenda arbitratus sum. Quæ prudenter attende. Quantum vero, inquit, ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem quo nati sunt constitutos, baptizari non oportere: & considerandam esse legem circumcisionis antiquæ, atq; intra octauum diem eum qui natus est, baptizandum & sanctificandum non putare: longe aliud concilio sancto visum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum, nemo consentit, sed vniuersi potius iudicauimus nulli hominum nato misericordiam dei, & gratiam denegandam. Nā cum dominus in Evangelio suo dicat, Filii hominis non venit animas hominum perdere, sed saluare: quantum in nobis est, si fieri potuerit, nulla anima perenda est. Aduertis ne quid dicat, quemadmodum sentiat, non tantum carni, sed animæ quoq; infantis exitiabile esse atque mortiferū, sine illo salutari sacramento exire

K
Roma. 5.
L
M
Ioan. 10.

A de hac vita? vnde si iam nihil aliud diceret, intelligere nostrum fuit, sine peccato animam perire non posse. Sed vide paulo post defendens innocentiam paruulorū, quid tamen de illis apertissime fateatur. Ceterum si homines, inquit, impedire aliquid ad consecutionem gratiæ posset, magis adultos & prouectos & maiores natu posset impedire peccata grauiora. Porro autem si etiã grauissimis delictoribus, & in deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint remissio peccatorum datur, à baptismo atq; gratia nemo prohibetur: quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit: Qui ad remissionem peccatorum accipiendam, hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata. Vides quanta fiducia ex antiqua & indubitata fidei regula vir tantus ista loquitur, quia hæc documenta certissima ideo protulit, vt illud quod erat incertum, vnde cōsulerat ille cui rescribit, & vnde concilij decretum consensisse commemorat, vt scilicet etiam ante octauum diem, ex quo die natus esset infans, cum si offerretur baptizari nemo dubitaret: per hæc firmamenta probaretur? Neq; enim hoc tunc quasi nouū, aut quasi aliqua cuiusquam contradictione pulsatum, concilio statuebatur seu firmabatur, quod obstricti originali peccato tenerentur infantes. Sed cum illic alia consultatio versaretur, & disceptaretur propter legem carnalis circumcisionis, vtrum eos & ante octauum diem baptizari oporteret: ideo ei qui hoc negabat nemo consentit: quia iam non consulendum, nec discipandum, sed firmum certumq; habebatur, animam saluti æternæ perituram, si hanc vitam sine illius sacramenti consecutione finiret: & quantum ab vtero recentissimi paruuli solo reatu essent peccati originalis obstricti, quare illis etsi multo facilius quod alienorum, sed tamē esset necessaria remissio peccatorū. His certis illa incerta de octauo die quæstio dissoluta est, atq; in concilio iudicatum, homini nato ne in æternum pereat, omni die debere succurri: cum etiã de ipsa carnali circumcisione ratio redderetur quod umbra esset futuri, non quod intelligeremus etiam baptismum octauo die, ex quo natus est homo, dari oportere: sed nos in Christi resurrectione spiritaliter circumcidi, qui tertio quidem post diem passionis, in diebus hebdomadarum, quibus tempora prouoluuntur, octauo hoc est, post sabbatum primo die à mortuis resurrexit. Et nūc nescio cuius nouæ disputationis audacia quidam nobis facere conantur incertum, quod maiores nostri ad dissoluēda quædam, quæ nonnullis videbantur incerta, tanquam certissimum proferebant. Quando enim primitus hoc disputari cœperit nescio: illud tamen scio, quod etiã sanctus Hieronymus, qui hodiēque in literis ecclesiasticis tam excellentis doctrinæ fama ac labore versatur, ad quædam soluēdas in suis libris quæstiones etiam hoc certissimum adhibet sine vlla disceptatione documentum. Nam in eo, quod in Ionam Prophetam scripsit, cum ad eum venisset locum vbi commemorantur etiã paruuli ieiunio castigati: maior inquit ætas incipit, vsq; ad minorem peruenit. Nullus enim absq; peccato, nec si vnus quidem dici fuerit vita eius, & innumerabiles anni vitæ illius. Si enim stellæ mundæ non sunt in cōspectu dei, quanto magis vermīs & putredo, & ij qui peccato offendentes Adam tenentur obnoxij? Hunc doctissimum virum, si facile interrogare possemus, quā multos vtriusq; linguæ diuinarum scripturarum tra-

ctatores Christianarumq; disputationū scriptores commemoraret, qui non aliud ex quo Christi est Ecclesia constituta senserunt, non aliud à maioribus acceperunt, non aliud posteris tradiderunt: Ego quidē quanuis longē pauciora legerim, non memini me aliud audisse à Christianis, qui vtrunq; accipiunt testamentum, non solum in Ecclesia catholica, verum etiam in qualibet heresi vel schismate constitutis: non memini me aliud legitisse apud eos quos de his rebus aliquid scribentes legere potui, qui scripturas canonicas sequerentur, vel lequi se crederent, credive voluissent. Vnde nobis hoc negocium repente emerferit nescio. Nam ante paruū tēpus à quibusdam transitorie colloquētibus, cursum mihi aures perstrictæ sunt, cum illic apud Carthaginem essemus, non ideo paruulos baptizari, vt remissionem accipiant peccatorum, sed vt sanctificetur in Christo. Qua nouitate permotus, & quia opportunum non fuit, vt contra aliquid dicerem, & non tales homines erant de quorū essem autoritate sollicitus, facile hoc in trāsactis atque abolitis habui. Ecce contra Ecclesiam studio flammante defenditur: ecce scribendo etiam memoria cōmendatur: ecce res in hoc discrimine adducitur, vt hinc etiam à fratribus consulamur: ecce contra disputare atque scribere cogimur. Ante paucos annos Romæ quidam extitit Iouinianus, qui sanctimonialibus etiã ætate iam prouectioribus nuptias persuasisse dicatur, non illiciedo, quo earum aliquam ducere vellet vxorem, sed disputando virginis sanctimoniam dicatas nihil amplius fidelibus coniugatis apud deū habere meritorum. Nunq; tamen hoc ei commentum venit in mētem, vt asserere conaretur, sine originali peccato nasci hominū filios. Et vtiq; si hoc assereret, multo procliuus vellent femina nubere, factus mundissimos paritura. Huius sanē scripta, nā & scribere ausus est, cum fratres ad Hieronymum refellenda misissent, non solum in eis nihil tale cōperit, verum etiã ad quædam eius vana confutanda, hoc tanq; certissimum de hominis originali peccato, vnde vtiq; nec ipsum dubitare credebatur, inter multa sua documenta deproppit. Id agentis hæc verba sunt, Qui dicunt se, inquit, manere in Christo, debent sicut ille ambulauit & ipsi ambulare. Eligat aduersarius è duobus quod vult, optionem ei damus. Manet in Christo, an non manet? Si manet, ita ergo ambulet in Christo. Si autem temerariū est similitudinē virtutum dñi polliceri, non manet in Christo: quia non ingreditur vt Christus. Ille peccatum non fecit, neq; inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur non maledixit, & tanquam agnus coram ton-dente sic non aperuit os suum: ad quem venit princeps mundi istius, & inuenit in eo nihil: qui cum peccatum non fecisset, pro nobis peccatum eum fecit deus. Nos autē iuxta epistolā Iacobi, multa peccamus oēs, & nemo mundus à peccatis, nec si vnus quidem dici fuerit vita eius. Quis enim gloriabitur castum se habere cor, aut quis cōfidet mundum se esse à peccatis? Tenemurq; rei in similitudinē præuaricationis Adæ. Vnde & Dauid dicit. Ecce in iniquitatibus cōceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Hæc non ideo cōmemorari, quod disputatorum quorumlibet sententiis tanquam canonica autoritate nitamur, sed vt appareat ab initio vsq; præfens ad tēpus, quo ista nouitas orta est, hoc de originali peccato apud Ecclesiā fidem tāta constantia custoditū, vt ab eis, qui diuina tractaret eloquia magis certissimum proferretur ad alia falsa refutata, quæ id tanquam falsum refutari ab aliquo tentaretur. Caterū in san-

† aliis, cōstitutum esse.

D
Iouinianus.
E
F
Esa. 53.
Ioan. 14.
Iacobi. 3.
Psal. 50.

Excusat Pelagium.
Mar. 16.
Math. 25.
Roma. 5.
Ioan. 3.
Lucæ. 1.
Math. 9.
Mar. 2.
Ioan. 6.

de hac

G in sanctis canonicis libris viget huius sententię clarissima & plenissima authoritas. Clamat Apostolus, Per vnũ hoĩem peccatum intravit in mundũ, & per peccatum mors: & ita in omnes hoĩes pertransiit, in quo oēs peccauerunt. Vnde nec illud liquide dici potest, quod peccatum Adę etiam non peccantibus nocuit: cũ scriptura dicit: In quo oēs peccauerunt. Nec sic dicitur ista aliena peccata, tanq̃ omnino ad paruulos nõ pertineant. Siquidẽ in Adam omnes tunc peccauerunt, quando in eius natura illa vi insita qua hos gignere poterat, adhuc omnes ille vnus fuerunt. Sed dicitur aliena: quia nondum ipsi agebant vitas proprias, sed quicquid erat in futura propagine, vita vnus hoĩs continebat. Nulla, inquit, ratione concedit, vt deus qui propria peccata remittit, imputet aliena. Remittit, sed spiritu regeneratis, non carne generatis. Imputat vero, non iam aliena sed propria: Aliena quippe erant, quando ij qui propagata ea portaret, nondũ erant. Nunc vero carnali generatione iam eorũ sunt, quibus nondum spiritali regeneratione dimissa sunt. Sed si baptismus, inquit, mundat antiquũ illud delictum: qui de duobus baptizatis nati fuerint, debent hoc carere peccato. Non enim potuerunt ad posteros transmittere, quod ipsi minime habuerunt. Ecce vnde plerunq; conualescit error, cum hoĩes idonei sunt iis rebus interrogandis, quibus intelligendis nõ sunt idonei. Cui enim auditori, vel quibus explicẽ verbis, quomodo mortalia vitiosa primordia non obsint eis, qui aliis primordiis immortalibus inchoati sunt, & tamen obsint eis quos idem ipsi quibus iam non obsint, ex eisde vitiosis primordiis generauerint? Quomodo id intelligat homo, cuius tardiusculã mentem impedit etiã suã sententiã præiudiciũ & peruicacia grauissimẽ vinculum? Veruntamen si aduersus eos mihi esset causa ista suscepta, qui omnino paruulos baptizari prohiberent, aut superfluo baptizari contenderent, dicentes eos ex fidelibus natos, parentum meritum necessario cõsequitur: tunc deberẽ ad hanc opinionem cõuincendã laboriosius fortassis & operosius excitari. Tunc si mihi apud obtusos & contetiosos, propter rerum naturã obscuritatẽ, difficultas refellẽdi falsa & persuadẽdi vera resisteret, ad hęc forte quę in vsu atq; in promptu essent exẽmpla confugerẽ, vicissimq; interrogarẽ, vt quia eos moueret quomodo peccatum, quod mũdatur per baptismum, maneat in eis quos genuerint baptizati: ipsi explicarẽt quomodo præputium, quod per circuncisionẽ auferitur, maneat in eis quos genuerint circuncisi: quomodo etiã palea, quę opere humano tanta diligẽtia separatur, maneat in fructu qui de purgato tritico nascitur. His & talibus forsità vtẽdũ: conarer exẽmplis persuadere hominibus qui mũdationis sacramenta superfluo filiis mundatorũ crederẽt adhiberi, q̃ recto consilio baptizatorũ filij baptizentur: quãq; fieri possit vt homini habẽti vtrũq; semẽ, & mortis in carne, & immortalitatis in spiritu, nõ obsit regenerato per spiritũ, quod obest ei filio generato per carnẽ: sicut in isto remissione mũdatum, quod sit etiã in illo simili remissione, velut circuncisione, velut tritura-tione, ac vtilitate mũdandũ. Nunc vero quoniã quidem cũ eis agimus qui consententur baptizatorum filios baptizandos, quãto melius sic agimus vt dicamus, vos qui asseritis de hominibus à peccati labe mũdatis, sine peccato nasci filios debuissẽ: cur nõ attenditis eo modo vobis posse dici, de Christianis parentibus Christianos nasci filios debuissẽ? Cur igit̃ eos Christianos fieri debere censetis? Nũquid in eorũ parentibus corpus Chri-

fianum non erat, quibus dictũ est, Nescitis quia corpus vestra membra sunt Christi? An forte corpus quidẽ Christianũ ex Christianis parentibus natũ est, sed non Christianã animã accepit? Hoc vero multo est mirabilius. Nanq; vtrumlibet de anima sentiat, quia profecto cum Apostolo non eã creditis, anteq̃ nasceretur aliquid egisse boni aut mali: aut de traduce attracta est, & similiter vt corpus de Christianis Christianũ, sic anima etiam Christiana esse debuit, aut à Christo creata, vel in Christiano corpore, vel propter Christianũ corpus, Christiana debuit creari, seu mitti. Nisi forte dicitis Christianos hoĩes Christianum corp⁹ gignere potuisse, & ipsũ Christũ animã Christianã non potuisse procreare. Cedite itaq; veritati, & videte, sicut fieri potuit, quod & vos fatemini, vt de Christianis nõ Christianus, de membris Christi non mẽbrum Christi: atque vt occurramus etiã omnibus, qui licet falso quocũq; religionis noĩe detinentur, de consecratis non cõsecratis, ita etiã fieri vt de mũdatis non mũdatis nascatur. Quid respondebitis quare de Christianis nõ Christianus nascatur, nisi quia non facit generatio sed regeneratio Christianos? Hanc igitur vobis reddite rationẽ: quia similiter à peccatis nemo nascẽdo, sed omnes renascẽdo mũdantur. Ac per hoc de hominibus ideo mũdatis quoniam renatis, homo qui nascitur renascitur, vt etiam ipse mundetur. Potuerunt enim parentes ad posteros transmittere quod ipsi minime habuerunt, nõ solum sicut frumẽta paleam, & præputium circuncisus, sed etiam, quod & vos dicitis, fideles in fidelitatẽ in posteros traiciunt, quod iam non est illorum per spiritũ regeneratum, sed quo in carne generati sunt mortalis seminis vitium. Nam vtique quos paruulos per sacramentum fidelium fideles faciendos esse iudicatis, infideles natos ex parẽtibus fidelibus nõ negatis. At enim si anima non est ex traduce, sed sola caro, ipsa tantum habet traducem peccati, & ipsa sola pœnam meretur. Hoc enim sentiũt iniustum esse, dicentes, vt hodie nata anima non ex massa Adę, tam antiquum peccatum portet alienum. Attende obsecro rẽ: quemadmodũ vir circũspectus Pelagius. Nam ex eius libro hęc quę modo posui verba transcripsi, sensit q̃ in difficili de anima quæstione versetur. Non enim ait, quia anima non est ex traduce: sed, si anima non est ex traduce: rectissime faciens de re tã obscura, de qua nulla in scripturis sanctis certa & aperta testimonia inuenire possumus, cunctanter loqui potius q̃ fidenter. Quapropter ego quoq; huic propositioni non præcipiti assertionẽ respondeo. Si anima non est ex traduce: ergo quę ista iustitia est, vt recens creata & ab omni delicto prorsus immunis, ab omni cõtagione peccati penitẽ libera, passiones carnis diuersosq; cruciatus, & quod est horribilius, etiã demonum incurfus in paruulis sustinere cogatur? Neque enim aliquid horũ caro sic patitur, vt non ibi ania potius quę viuunt ac sentit pœnas luat: hoc enim si iustum ostenditur, sic etiã ostendi potest, quia iustitia in carne quoq; peccati subeat originale peccatũ, baptismatis sacramento & gratia miseratione mũdandũ. Si autẽ illud ostendi non potest, neq; hoc posse arbitrari. Aut ergo vtrũq; occultum feramus, & nos hoĩes esse meminerimus: aut aliã aliud de anima opus si necesse videbitur, cautela sobria disputãdo moliamur. Nunc tantum illud quod ait Apostolus, Per vnũ hominẽ peccatum intravit in mundũ, & per peccatũ mors, & ita in omnes hoĩes pertransiit, in quo omnes peccauerunt: sic accipiamus, ne tot tantisq; apertissimis diuinarũ scripturarum

A rarum testimoniũ, quibus docemur præter Christi societate, quę in illo & cũ illo sit cũ sacramentis eius imbuimur, & eius membris incorporamur, vitã salutemq; eternã adipisci neminẽ posse: nimis insipienter atq; infeliciter repugnare iudicemur. Neq; enim alio sensu dictũ est ad Romanos, Per vnũ hoĩem peccatũ intrauit mundũ, & per peccatum mors, atq; ita in omnes hoĩes pertransiit: q̃ illo quo dictum est, ad Corinthios, Per hominẽ mors, & per hoĩem resurrectio mortuorũ. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Nemo quippe ambigit, hoc ibi de corpore mortis dictum, quoniã de resurrectione corporis magna Apostoli intentione quæstio versabatur: & ideo videtur ibi de peccato tacuisse, quia non erat quæstio de iustitia. Hic autẽ ad Romanos vtrũque posuit, & vtrunq; diuissime cõmendauit, peccatum in Adam, iustitiam in Christo: & mortẽ in Adam vitam in Christo. Quæ omnia verba sermonis Apostolici, quantũ potui satisq; visum est, in primo, vt iam dixi, illorũ duorum libro perscrutatus aperui. Quancũq; etiam ibi ad Corinthios locum ipsum de resurrectione diu tractatum sic in fine concluderit, vt nos dubitare non sineret mortem quoq; corporis merito accidisse peccati. Cum enim dixisset, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatẽ: cum autẽ corruptibile hoc indutum fuerit incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem, tunc fiet sermo, inquit, qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors cõtentio tua: vbi est mors acule⁹ tuus? Deinde subiicit, Aculeus autem mortis est peccatum, virtus vero peccati lex. Quia ergo sicut Apostoli apertissima verba declarant, eo absorbetur mors in victoria, quo corruptibile & mortale hoc induet incorruptionẽ & immortalitatẽ: id est, quo viuificabit deus & mortalia corpora nostra ppter inhabitantẽ sp̃m eius in nobis: manifestũ est & huius mortis corporis, quę resurrectioni carnis contraria est, aculeũ fuisse peccatũ. Aculeum autem, quo mors facta est, non quem mors fecit. Peccato enim morimur, nõ morte peccamus. Sic itaq; dictum est, aculeus mortis: quomodo, lignum vitæ: nõ quod hominis vita faceret, sed quo vita hominis fieret. Et quomodo lignum scientiæ per quod scientia fieret hoĩs, non quod per suam scientiam faceret homo. Sic ergo & aculeus mortis, quo mors facta est, nõ quę mors facit. Sic enim dicimus, & poculum mortis, quo aliquis mortuus sit vel mori possit, non quod mortis mortuusve confecerit. Aculeus itaq; mortis peccatum est. Peccati punctu mortificatum est genus humanũ. Quid adhuc querimus cui⁹ mortis, vtrum animã, an corporis: vtrũ primã, qua non omnes morimur: an secundã, qua tunc impij moriuntur? Nulla causa est exagitandi quæstionẽ, induerit immortalitatẽ, tunc fiet sermo qui scrip̃t⁹ est, Absorpta est mors in victoria: vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis peccatũ, virtus vero peccati lex. De resurrectione corporis agebat, quæ absorberetur mors in victoria, cum mortale hoc induerit immortalitatẽ. Tunc ipsi morti insultabitur, quæ in victoria resurrectione corporis absorberetur: tunc ei dicitur, Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Morti ergo corporis hoc dicitur: hanc enim absorbebit victoriosa immortalitas, cum mortale hoc immortalitatẽ induetur. Morti, in quã, corporis hoc dicitur, vbi est victoria tua, qua om-

nes sic viscera vt etiam dei filius tecũ confingeret, teq; non vitando sed suscipiendo superaret: vicisti in morientibus: victa es in resurgẽtibus. Victoria tua qua absorberetur corpora morientium, temporalis fuit: victoria nostra qua in corporibus absorpta es resurgẽtiũ, eterna constabit. Vbi est aculeus tuus? hoc est, peccatũ, quo puncti & venenati sumus, vt etiã in corporibus nostris fieres, & ea tã longo tẽpore possideres. Aculeus autem mortis est peccatum, virtus vero peccati lex. Peccauimus in vno oēs, vt moreremur in vno omnes: acceptimus legẽ, non vt emẽdatione finiremus peccatum, sed vt transgressione auergeremus. Lex enim subintravit vt abundaret peccatum. Et conclusit scriptura omnia sub peccato. Sed deo gratias qui dedit nobis victoriam per dominũ nostrum Iesum Christũ, vt vbi abundauit delictum, superabundaret gratia: atq; vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credẽtibus, & vinceremus mortẽ per immortalẽ resurrectionẽ, & aculeum eius peccatũ per gratuitã iustificationẽ. Nemo itaq; de hac re fallatur & fallat. Omnes admittit atq; auferit iste sanctę scripturę sensus manifestus ambages. Quemadmodum ab origine trahitur mors in corpore mortis huius, sic ab origine tractum est peccatum in hac carne peccati. Propter quod sanandũ & propagine attractum: & voluntate auctum, atq; ad ipsã carnẽ resuscitãdam medicus venit in similitudine carnis peccati: qui non est opus sanis sed egrotantibus: nec venit vocare iustos sed peccatores. Proinde quod ait Apostolus, cũ fideles nonerent vt se ab infidelibus cõiugibus non disiungeret. Sãctificatus est etiã vir infidelis in vxore, & sanctificata est mulier infidelis in fratre: alioquin filij vestri in mũdi essent, nunc autẽ sancti sunt. Aut sic est accipiẽdum, quẽadmodum & nos alibi, & Pelagius cũ eandẽ ad Corinthios epistolã tractaret exposuisset, q̃ exẽmpla iã præcelsent, & virorum quos vxores, & fœminarũ quas mariti lucrifecerãt Christo, & paruulorũ ad quos faciendos Christianos voluntas Christiana etiã vnus parentis euicerat: aut si, quod magis verba Apostoli videtur sonare & quodammodo cogere, aliqua illic intelligenda est sanctificatio, qua sanctificabant vir vel mulier infidelis in cõiuge fidele: & qua sancti nascebantur filij fidelium, siue quia in mẽstruo cruore mulieris à cõcubitu cõtinebat, quicunq; vir vel fœmina id in lege dicerat. Nam hoc Ezechiel inter illa præcepta ponit, quæ non figurate accipiẽda sunt, siue propter aliã quãlibet quæ ibi aperte proposita non est, ex ipsã necessitudine coniugiorum atq; filiorũ sanctitatis asperginem. Illud tamẽ sine dubitatione tenendũ est, quæcunq; illa sanctificatio sit, non valere ad Christianos faciendos, atq; ad dimittẽda peccata, nisi Christiani & Ecclesiastici institutione sacramenti efficiant fideles. Nam nec coniuges infideles, quãlibet sanctis & iustis coniugibus hæreant, ab iniquitate mũdantur, quæ à regno dei separatos in damnationẽ venire compellit: nec paruuli, de quibuslibet sanctis iustisq; procreati, originalis peccati reatu absolunt, nisi in Christo fuerint baptizati. Pro quibus tanto impẽsius loqui debemus, quanto pro se ipsi minus possunt. Id enim agit ista disputatio, cõtra cuius nouitatẽ antiqua veritate nitendum est, vt infantes omnino superfluo baptizari videantur. Sed aperte hoc non dicitur, ne tam firma salubriter Ecclesiã consuetudo violatores suos ferre non possit. Sed si pupillis opẽ ferre præcipiamur, quãto magis pro istis laborare debemus, qui destitutiores & miseriores pupillis etiam sub parentibus remanebunt, si eis Christi gratia dene-

Roma.5.

Roma.5.

1. Cor. 15.

Roma.6.

1. Cor. 6.

Difficilis de
aia quæstio.

M

1. Cor. 15.

Roma.5.

rarum

G gabitur, quam per se ipsi flagitare non possunt. Illud autem quod dicunt, sine vilo peccato aliquos hoies iam ratione vtentes in hoc seculo vixisse vel viuere: optandum est vt fiat, conandum est vt fiat, supplicandū est vt fiat, non tamen quasi factum fuerit confidendum. Hoc enim optantibus & conantibus & digna supplicatione deprecantibus, quicquid remanserit peccatorū per hoc quotidie soluitur, quod veraciter in oratione dicimus. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quā orationē quisquis cuilibet homini sancto & dei voluntatē scienti atq; facienti, præter vnum sanctum sanctorum, dicit in hac vita necessariam non fuisse, multum errat, nec potest omnino illi ipsi placere quem laudat. Si autē seipsum talem putat, ipse se decipit, & veritas in eo non est: non ob aliud nisi quia falsum putat. Nouit ergo ille medicus qui non est opus fanis sed egrotantibus, quemadmodū nos curando perficiat in aternā salutem: qui & ipsam mortē quantum peccati merito inflicta sit, non auferit in hoc seculo eis quibus peccata dimittit, vt etiā cum eius timore sperando suscipiant pro fidei sinceritate certare: & in quibusdam etiā iustos suos, quoniam adhuc extolli possunt, non adiuvat ad perficiendā iustitiam: vt dum non iustificatur in conspectu eius omnis viuens, actionem gratiarū semper indulgentiā ipsius debeamus: & sic ab illa prima causa oim vitiōrū, hoc est, à timore superbiā sancta humilitate sanemur. Hāc epistolā dum disputatio mea breuem parturit, liber prolixius est natus: vti nā tam perfectus, quam tandem aliquando finitus.

Nebrius Augustino questionē proponit unde nocturnae imagines ex somnia dormientibus subrepat. Debebat hæc præponi Epistolæ. CXXV. quæ huius est responsoria.

Epistola. XVII.

AVGUSTINO Nebrius. Festināti mihi ad rem peruenire, nullū proœmium, nullum placet exordium. Quid sit mi Augustine, vel qui modus est ille, quo vtunt superiores potestates, quæ celestes intelligi volo, cū eis placet nobis dormientibus aliqua somnia demonstrare? Qui inquā modus est, id est, quomodo id faciūt, qua arte, quibus imaginib; quibusq; instrumentis aut medicamentis, animū me nostrum per cogitationes suas impellunt, vt nos etiam ea cogitando imaginemur. An ipsa in suo corpore vel in sua phantasia facta nobis offerunt & ostendunt. Sed si in suo corpore ea faciunt, sequitur vt & nos alios oculos corporeos intrinsecus habeamus cum dormimus, quibus illa videmus quæ illi in suo corpore formaerunt. Si vero ad istas res non corpore adiuuantur suo, sed in phantastico suo ista disponūt, atq; ita phantastica nostra contingunt, vt sit visum, quod est somnium, cur quæso te, non ego phantastico meo tuum phantasticum ea somnia generare cōpello, quæ mihi primo meo ipse formauit: Certe & mihi est phantasia, & quod volo potens fingere, cum omnino nullum tibi facio somniū, sed ipsum corpus nostrum video in nobis somnia generare. Nam cū semel habuerit per affectum quo animæ copulatur, cogit nos id ipsum miris modis per phantasiā simulare. Sape dormientes cum sitimus, bibere somniamus, & esurientes quasi comedentes videmur, & multa talia, quæ quasi cōmercio quodam à corpore in animam phantastice trāfferuntur. Hæc pro sui obscuritate, pro nostraq; imperitia ne mireris si minus elegantanter minusq; subtiliter explicata sunt: tu id facere quantum poteris laborabis.

Epistola hæc, præter pauca quæ in initio sunt, tota inserta est

epistola numero. CXV. cuius initium, *Quamquā mei animi K cognitor sis. Epistola. XVIII.*

NEBRIDIO Augustinus. Recentissimis literis tuis respondere malui, non quod contempserim præcedētia quæstia tua, minus ve delectauerint, sed quod in respondēdo maiora quā opinaris molior. Quamquā enim longiorem quā longissimā est epistolam tibi mittendam esse præscripseris, non tamen tantum habemus ocij, quantum existimas, & quod semper optasse nos nosti & optamus. Ne quæras cur ita sit. Illa enim facilius quib; impedior, quā cur impediar exposuerim. Scribis cur ego & tu cū simus singuli eadem multa faciamus, sol autem non idem faciat quod cætera sydera. Cuius rei causam conarer. Nam si eadem nos agimus, multa & ille cum cæteris agit. Si non ille, nec nos. Ambulo & ambulas, mouetur & mouentur: Vigilo & vigilas, Lucet & lucent: Disputo & disputas, circuit & circumeūt: tamen si actus animi nullo modo est iis, quæ videmus comparandus. Si autem animum, ita vt æquū est, animo conferas, magis idem vel cogitare, vel contemplari, vel si quid aliud cōmodius dicitur, si vllus eis inest animus, sydera quā homines cōsiderāda sunt. Cæterum in corporum motibus, si vt soles diligenter attendas, nihil omnino à duobus idem fieri potest. An tu cum deambulamus simul, satis idem nos agere existimas: absit à prudētia tua. Septentrioni nanq; vicinior nostrum qui deambulat, aut alterum pari motu antecedit, aut tardius ingrediatur necesse est: neutrum tamen sentiri potest. Sed tu, nisi fallor, quid intelligamus non quid sentiamus expectas. Quod si ab axe in Meridiem tendamus, coniuncti nobis atq; inharētes quantum valemus, in nitamurq; marmori leui & æquali, vel etiam ebori, tamen non potest esse amborū idem motus, quā venæ pulsus, quā forma, quā facies. Remoue nos & pone Glauciam prole, nihil egeris. Quippe his etiam simillimis geminis tāta est necessitas, vt proprie moueantur, quanta fuit ne singuli nascerētur. At enim hoc, inquires, rationi tantum: quod autem sol ab astris differt, sensibus etiam clarum atque manifestum est. Si magnitudinem me cogis aspicere, nosti de interuallis quā multa dicantur, & ad quantum incertum perspicuitas ista reuocetur. Sed vt concedam ita esse vt apparet, sic enim & credo, cuius tamē & sensum sefellit illa proceritas, ne septem pedum longioris quā quæ sex longissimis. Qui te credo nimium quæsisse hominē æqualem, Et cum minime reperisses, vsque in ei; formā nostram epistolam tendere voluiste. Quare cum in terris quoq; aliquid tale existat, nihil de cælo puto esse mirandum. Si autem te mouet quod præter solē nullius syderis lumen implet diem: quis quæso, te hominibus tātus apparuit quantus ille homo quem deus suscepit, longe aliter quā ceteros sanctos atq; sapientes. Quem si cum aliis hominibus conferas maiori distantia continētur, quā collatione solis cætera sydera. Quam sanē similitudinem diligenter intuere. Fieri enim potest mente, qua excellis, vt quandam quæstionē de homine Christo à te propositam transeuntes dissoluerimus. Itē quæris vtum summa illa veritas & summa sapientia & forma rerum per quæ facta sunt omnia, quem filiū deī vnicum sacra nostra profitentur, generaliter hominis, an etiam vniuscuiusq; nostrum rationem contineat. Magna quæstio. Sed mihi videtur, quod ad hominē faciendum attinet, hominis quidem tantum, non meam vel tuā ibi esse rationem: quod autem ad orbem temporis, varias hominū rationes in illa sinceritate viuere.

Verum

A Verum hoc cum obscurissimum sit, qua similitudine illustrari possit, ignoro: nisi forte ad artes illas quæ insunt animo nostro confugiendum est. Nam in disciplina metiendi vna est anguli ratio, vna quadrati. Itaque quotiens demonstrare angulū volo, non nisi vna ratio anguli mihi occurrit. Sed quadratum nequaquā scriberem, nisi quatuor simul angulorū rationem intuerer: Ita quilibet homo vna ratione, qua homo intelligitur, factus est. At vt populus fiat quis & ipsa vna ratio, non tamen hominis ratio sed hominū. Si igitur pars huius vniuersi est Nebrius, sicut est: & omne vniuersum partibus confit, non potuit vniuersi conditor deus rationē partium non habere. Quamobrem quod plurimorū hominum ibi ratio est, non ad ipsum hominem pertinet, quamquā miris rursus modis ad vnū omnia redigantur. Sed tu id cōmodius cogitabis: his contentus sis interim peto, quamquam iam excefferim veniam.

Augustinus Nebrius de anima corpore. In fine quæstionis tales ad se nihil pertinentes rogat ut dimittant.

Epistola. XIX.

NEBRIDIO Augustinus. Vsitata tibi scribere non libet, noua non licet. Alterum enim video tibi non cōuenire, alterum non mihi vacare. Nam ex quo abijabs te, nulla mihi oportunitas, nullum ocium datū est, ea quæ inter nos quærere solemus, agitādi atq; versandi. Sunt quidem hyemales nimis longæ noctes, nec à me totæ dormiūt, sed se obiciunt magis cogitanda cum ocij est, quæ definiendo sunt ocio necessaria. Quid ergo faciam, mutus ne apud te an tacitus sim? Neutrum vis, neutrum volo. Quare age atq; accipe quod de me excudere potuit vltimū noctis, quod accipi exquebatur, quod hæc epistola scripta est. Necesse est te meminisse quod crebro iter nos sermone iactatum est, nosq; iactauit anhelantes, atq; æstuantē de animæ scilicet velut perpetuo quodam corpore, vel quasi corpore, quod nonnullis etiam dici vehiculū recordaris. Quam rem certe, si quidem loco mouetur, non esse intelligibilem clarum est. Quicquid intelligibile non est, intelligi non potest. At quod intellectum fugit, si saltē sensum refugit, æstimare inde aliquid verisimile non vsquequaq; denegatur. Quod vero neque intelligi neq; sentiri potest, temerariam nimis atq; nugatoriam gignit opinionem: & hoc de quo agimus tale est, si tamen est. Cur ergo quæso te non nobis ad hæc quæstionem indicimus ferias, & nos totos imprecato deo in summam serenitatē naturæ summæ viuentis attollimus? Hic forsitan dicas, quamquā corporea percipi nequeant, multa nos tamen ad corpus pertinentia intelligibiliter posse percipere: vt est quod nouimus esse corpus. Quis enim neget, aut quis hoc ius simile potius quam verum esse fateatur. Ita cum ipsum corpus verisimile sit, esse tamen in natura tale quiddam verisimum est. Ergo corpus sensibile, esse autem corpus intelligibile iudicatur. Non enim posset aliter percipi. Ita nescio quid illud de quo ad locum transeat putatur, quamquā etiam si non sensibus nostris tamen quibusdam longē vegetioribus sensibile sit, vtum tamen sit

intelligibiliter cognosci potest: Hoc si dices, veniat in mentē illud, quod intelligere appellamus, duobus modis in nobis fieri: aut ipsa per se mente atq; ratione intrinsecus, vt cū intelligimus esse ipsum intellectū: aut ad monitionē a sensibus, vt id quod iam dictum est, cum intelligimus esse corpus. In quib; duobus generibus illud primum per nos, id est, de deo quod apud nos est deum consulendo: hoc autem secundum de eo quod à corpore sensuq; nunciatur, nihilominus deum consulendo intelligimus. Quæ si vera sunt nemo de illo corpore vtum sit intelligere potest, nisi cui sensus quædam de illo nunciaret. In quo animantium numero, si vllus est, nos quoniam non esse perspicimus, illud etiam perfectum puto, quod dicere cōperam, non ad nos istam pertinere quæstionem. Hęc etiam atq; etiam cogites velim & quod cogitando generis, vt nouerim cures.

Augustinus Felici de pupilla quadam ecclesie tutela commissa. Imperfecta epistola. Epi. XX.

DOMINO dilectissimo meritoq; honorabili & præferendo fratri Felici Augustinus in domino salutē. Nouit optime religio tua, quā curam tuendis cum omnibus hominibus, tum maxime pupillis ecclesia vel Episcopi debeant. Vnde receptis literis tuis, & exemplo literarum viri spectabilis fratris nostri, nec potui nec debui passim puellam cuiquā committere, præsertim quia eam ecclesia commendauit, domine dilectissime meritoque honorabilis & præferende frater. Proinde aduētum eius expecto, vt si quid fieri oporteat eius præsentia deliberem, & faciam quod dominus faciendum esse inspirauerit &c.

Epistola hæc mutila est ad Peregrinum. Excusat autem breuitatem epistolæ ad Maximum date quæ incipit, Cum à sancto fratre. Epistola. XXI.

DOMINO beatissimo & venerabiliter charissimo fratri & cōepiscopo Peregrino, Alipius & Augustinus in domino salutem. Ad honorabilem fratrem nostrum Maximum literas dedimus, credentes eum gratanter eas sumpturum: vtum tamen aliquid profecerimus, proxima occasione quam reperire poteris dignare rescribere. Sciat sanē prolixas epistolas ad familiarissimos nostros, non solū laicos verum etiam Episcopos, sic quomodo ista scripta est ad eos nos scribere non solere, vt & cito scribantur, & certa teneantur: commodius cum leguntur, ne forte istum morem nostrum nesciens factā sibi arbitretur iniuriam.

Tomi secundi, qui complectitur epistolas Diui Augustini, & nonnullas aliorum ad ipsum.

F I N I S.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z
A.
Omnes sunt quaterniones, præter duos vltimos quinterniones.

Quæ est numero LXVI. epistola.
F. Taliās, charta teneatur.

INDEX EPISTOLARVM.

A cta in designando Augustini suc- cessore Eradio. no. fo. 106	Florentine epi. 132. fo. 134	Nectarius August. 201. fo. 169
Alipio Epistola. 67. fo. 67	Fortunatiano ep. 111. fo. 107	O lympio epist. 124. fol. 131. & 129. fo. 133.
Anastasio epistola. 144. fo. 138	Eneroso ep. 165. fo. 155	Optato epi. 157. fo. 146.
Antonio Epistola. 126. fo. 132	G lorio, Eleusio, Felici Grammatico & aliis nonnullis epi. 162. fo. 149 & 163. fo. 152	Orontio epi. 123. fo. 131
Apringio epi. 160. fo. 149	H ermogeniano epi. 11. fo. 178	Alatino epist. 6. fo. 189
Armentario & Paulinae epi. 45. fo. 32	Hefychio ep. 78. fol. 71. & 80. fol. 72	P ammachio epist. 134. fol. 134
Asellico epi. 200. fo. 168	Hefychius Aug. ep. 79. fo. 72	Pancario epi. 10. fo. 190
Audax Augu. epi. 139. fo. 137	Hieronimo epi. 8. fol. 8. & 9. fol. 9. & 10. fol. 9. & 12. fol. 13. & 15. fol. 13. & 19. folio. 15. & 28. fo. 20. & 29. fo. 23.	Palcentio epi. 174. fol. 160. & 175. fol. 162. & 177. fol. 163
Audaci epi. 140. fo. 137	Hieronymus Alipio & Augustino episto. 24. fo. 20	Palcentius comes epi. 176. fo. 163 & 178. fo. 163
Aurelio Episcopo epi. 64. fo. 65. & epist. 76 folio. 71. fo. 71	Hieronymus ⁹ Aug. epi. 11. fo. 10. epi. 13. fo. 13. & 14. fo. 13. epist. 17. fol. 15. epi. 18. fol. 15. epi. 25. fo. 20. epist. 26. fol. 20. epi. 30. fol. 25.	Paulinus Augu. epi. 31. fol. 25. & 33. fol. 26. & 58. fo. 59
Aurelio papa epi. 77. fo. 71	Hieronimus Marcellino & Anapsychia epi. 27. fo. 20.	Paulinus Alipio epi. 35. fo. 26
Auxilio episcopo epi. 75. fo. 71	Hilario epi. 89. fo. 82. & 94. fo. 88	Paulinus & Therasia Romaniano episto. 36. fo. 28
B onifacio episcopo epi. 23. fo. 19	Hilarius Augu. epi. 88. fo. 82	Paulino epi. 32. fol. 25. & 59. fol. 61. & 106. fo. 99.
Bonifacio comiti epi. 50. fo. 43. & 70 fo. 68. & 137. fo. 135.	Honorato epi. 120. fo. 119. & epi. 161. fol. 149. & 180. fo. 165.	Paulino & Therasia epist. 34. fol. 26. & 65 fol. 66
Bonifacius Augustino & Augustinus Bonifacio epi. 182. & aliquot sequentes fo. 166. & 167.	Innuario epi. 68. fol. 67. & 118. fo. 115. & 119. fo. 116.	Paulina epi. 12. fo. 109
C ilio epistola. 84. fo. 77	I nnocentio potifici epist. 90. fol. 86. & 92 fo. 87. & 95. fo. 88	Paulo epi. 14. fo. 191
Casulano epi. 86. fo. 78	Innocentius papa ep. 91. fo. 85. & 93. fo. 88. & 96. fo. 90. & 97. fo. 90	Peregrino epi. 21. fo. 195
Caciliano epi. 60. fo. 64	Italice vidua ep. 6. fo. 6. & 133. fol. 134. & 181 fo. 166	Plebi Hipponensi epi. 13. fo. 191
Calestino epi. 62. fo. 65 & 63. fo. 65.	Iuliana Demetriadis matri episto. 143. fol. 137.	Possidio epi. 73. fo. 70
Celeri epi. 8. fo. 190	A rgo epi. 82. fol. 77	Prasidio epi. 16. fo. 14
Chryfino epi. 83. fo. 77	L eto epist. 38. fo. 29	Proculiano epi. 147. fo. 141
Circensibus epi. 130. fo. 133	Licentio epi. 39. fo. 30	Profuturo epi. 149. fo. 142
Clero & vniuersa plebi episto. 137. fol. 135. & 138. fo. 136	Longiniano epist. 20. fo. 18. & 22. fol. 18	Proba epi. 121. fo. 127. & 156. fol. 146
Consentio epi. 85. fo. 78. & 146. fo. 139	Longinianus Augu. epi. 21. fol. 18	Proba & Iuliana epi. 179. fo. 164
Cornelio epi. 125. fo. 132	A cedonio epist. 52. fol. 48. & 54. fol. 50.	Publicola Augu. epi. 153. fo. 144
Crispino epi. 172. fo. 159. & 173. fo. 160	M acedonius Aug. epi. 51. fol. 48. 53 fol. 49	Publicola epi. 154. fo. 135
Cyrillo Aug. epi. 205. fo. 178	Marcellino epist. 5. fol. 4. & 7. fol. 7. & 158. fo. 148. & 159. fo. 148. & 16. fo. 179.	Quintiano epi. 103. fo. 95
Cyrillus Aug. epi. 206. fo. 180	Marcellinus Aug. epist. 4. fo. 4	E stituto diacono epist. 69. fo. 68
D ardano epi. 57. fo. 56	Marciano epist. 155. fol. 145.	Romaniano epi. 113. fol. 114
Demetriadi virgini episto. 142. fo. 172.	Madaurensibus epist. 42. fo. 31	Romulo epi. 9. fo. 190
Deogratia ep. 49. fo. 40	Maximus Augu. epi. 43. fol. 32	A ntimonialibus epi. 109. fo. 105
Deuterio episcopo ep. 74. fo. 70	Maximo Grammatico epi. 44. fol. 32	Sebastiano epi. 145. fo. 139
Dioscoro epi. 56. fo. 53	Maximino epi. 203. fo. 170	Seleuciana epi. 108. fo. 104
Dioscorus Augu. ep. 55. fo. 53	Maximo medico epi. 66. fo. 66	Seuero epi. 135. fo. 135
Donato proconsuli ep. 127. fo. 132. & 128. fo. 132.	Maxima epi. 141. fol. 137.	Seuerus Augu. epi. 37. fo. 28
Donato presbytero ep. 204. fo. 171	Memorio epi. 121. fo. 133	Seuerino epi. 170. fo. 159
Donatistis epi. 166. fo. 155. & 171. fo. 159.	N ancelioni Alip. & Aug. epistol. 5. fol. 189	Siluanus ac ceteri episcopi de concilio Zertensi epi. 152. fo. 145
Dulcitio ep. 61. fo. 64	Nebridio epi. 72. fo. 69. & 115. fo. 114 & 116. folio. 115. & 117. fol. 115. & 151. fo. 143 & 18. fol. 181. & 19. fol. 182.	Sixto presbytero epist. 184. fol. 95. & 105. fo. 95.
D icia ep. 199. fo. 167	N ebridius Augu. epistol. 71. fo. 65. & 114. fo. 114. & 17. fo. 194	A lentino epist. 46. fol. 33. & 47. fo. 34
E lpidio ep. 150. fo. 142	Nectario epist. 202. fo. 169	Valerio epi. 148. fo. 141
Emerito epi. 164. fo. 154		Victoriano epi. 122. fo. 130
Eudoxio Abbati epi. 81. fo. 77		Victorino epi. 115. fo. 190
Euodio epi. 99. fo. 90. & 100. fo. 92. & 101. fo. 93. & 102. fo. 94.		Vincentio epi. 48. fo. 34
Euodius episcop. Aug. ep. 98. fol. 90. & 2. fo. 188. & 3. 188.		Vitali Cartha. epi. 107. fo. 102
Eusebio epi. 168. fol. 158. & 169. fol. 158.		Volufiano epi. 1. fo. 2. & 3. fo. 2
E biolo epi. 4. fo. 189		Volufianus Augu. epi. 2. fo. 2
F elici & Hilarino ep. 136. fo. 135		
Felicitati & Rustico epi. 87. fo. 82		
Felici epi. 20. fo. 195		
Felicia epi. 7. fo. 189		
Festo epist. 167. fo. 157		

FINIS